



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus


Coloniae Agrippinae, 1630

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)




Th. 2652









D. IOANNIS IVSTI
LANSPERGII
CARTHUSIANI,
NATIONE BAVARI,

OPVSCVLA SPIRITUALIA,
*ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euul-
gata, hac nouissima editione à pluribus mendis ex-
purgata, & in duos tomos distributa.*


OMNIBVS AD VITAM SPIRITVALEM,
Diuinumque amorem aspirantibus, summè
necessaria.

TOMVS PRIMVS.



COLONIAE AGRIPPINAE:
Apud IOANNEM KREPS, Anno M. DC. LXX.
In officina Quenteliana,

Collig. Socio Jesso Paderborn



Coll. No. 100. 1882

INDEX LIBRORVM

CAPITVM ET ARGVMEN-

TORVM TOMI PRIMI OPVS CVLORVM

D. Ioannis Iusti Lanspergij Carthusiani.

Demonstratio, quænam sit reuera
Euangelica religio, & quid de
monasterijs ac eorundem incolis sen-
tiendum sit liber vnus pag. 7.

Ad quid sit homo conditus, & quæ sit reue-
ra Euangelica vita, quinam item hodie se Euā-
gelicos vocent. Caput 1. pag. 7.

De bonis operibus, quænam præcipua sint &
Deo propinquiora: in quibus item religio ver-
setur. Cap. II. 8

Quod omnes boni Christiani religiosi pol-
sint appellari, & potissimum hi, qui statum a-
liquem suscipiunt ad hoc ordinatum: & vt in
eo spiritualibus exercitijs quiescere debeat
Cap. III. 8

Vt semper in mundo status aliqui extiterint
in quibus specialius ex bona voluntate Deo ser-
uire licuit, supra quàm ex mandatorum Dei a-
liquis tenetur. Cap. IV. 9

Quod olim monasticæ vita qualis in veteri
testamento, fuerit, & nomenclatura tamen cœ-
nobiorum, monachorumque non extiterit, quia
ille status ipso nomine antiquior existit. Cap.
V. 10

Quod religiosorum status non semper con-
similis fuerit: quomodo neque nunc quoque ordi-
nes omnes per omnia concordant. Cap. VI.
10

Quod status monasticus vetustus sit, & in-
crementum à Samuelis, Eliaz, & Prophetarum
tempore acceperit. Cap. VII. 11

Quod vita Apostolorum & Sanctorum in
Hierusalem in principio fidei fuerit, qualis nūc
est monastica. Cap. VIII. 12

Quod quando vita communis iuxta institu-
tionem Apostolorum, propemodum interie-
rat, quasi post liminio sub S. Marco in Alexan-

dria & in multis alijs locis restituta sit. Ca. IX. 14

Quod S. Augustinus vitam Apostolorum,
primorumque Christianorum in Africa inter
suos Canonicos instaurauerit. Cap. X. 15

Quod post S. Augustinum alij per plures vi-
tam monasticam multis alijs locis exuscitaue-
rint. Cap. XI. 16

Quod tam multiplices religiosorum ordi-
nes in tribus illis vocis, à Christo contra tres
illas maximas peccatorum causas propositis,
consentiant. Cap. XII. 16

Discipulum esse Christi, vt sit perfectius mul-
tò, quàm esse Christianum simpliciter: super-
bia quam ex radice pullulet: vota tria mo-
nastica vt Christus seruauit. Cap. XIII. 18

Quod omnes religiosi ordines primitus à
Deo per homines sint instituti. Cap. XIV. 18

Quod religiosi solitarij, non inutiles, sed val-
de fructuosi omnibus hominibus sint. Cap. XV.
19

Quod religiosi, maxime verò qui se totos à
mundo sequestrauerunt, nunquam non à bonis
honorati fuerint. Cap. XVI. 21

Quod monasteria dirui, vel perire non de-
beant permitti, & quod boni propter malos in
proposito religioso, malè audire non debeant.
Cap. XVII. 21

Quod monachi siue moniales apostatæ co-
ram Deo votifragi & pereuri sint, & ipsorum
crimines sint participes, qui ipsos iuuant & de-
fendunt. Cap. XVIII. 22

Quod hæreticis non sit credendum, qui per-
nerse scripturas contra explanationem Eccle-
siae interpretantur, & quod continentia non sit
impossibilis seruatu. Cap. XIX. 22

Quod ex nobis ipsis nihil, ex Deo verò om-
nia ad animæ nostræ salutem possimus. Cap.
XX. 24

(?) Quod

I N D E X.

• Quod religiosi bonis operibus nauent operam, nec tamen salutem suam in bonis operibus constituent. Cap. XXI.	25	Num bona opera meritoria sint, & beatitudinis præmium à Deo recipient. Cap. XIII.	63
Quod Christi & Sanctorum arcta via fuerit, quam monastici homines imitari nituntur, & heretici fugiunt. Cap. XXII.	26	Opera bona quam sint necessaria ad salutem, ut ex sola fide Christum agnouisse, minime constituat aliquem Christianum. Cap. XIV.	68
Quod religiosi in monasterijs propositum non prohibendum, sed consulendum & protegendum sit, ut rectè conseruetur, vnde tantum boni ipsum retinentibus exoritur. Cap. XXIII.	27	Cuiusmodi nouum sit Euangelium, quibus illud amplectantur. Cap. XV.	69
Ad quod religiosum propositum, ipsum amplectentes ducat, & quod istius propositi non sit culpa, si in eo multi malæ vitæ videantur. Cap. XXIV.	28	Vtrum pro se scripturam Lutherus ad suæ doctrinæ probationem habeat, & de prodigijs illius. Cap. XVI.	71
De veritate, antiquitate, incremento, habitu votis, caeremonijs & exercitijs monasticæ religionis &c. Dialogus.	32	Quod ex Lutheri secta plures aliæ multo peiores exsurrexerint, & vtrum constitutiones Ecclesiæ cum scriptura conueniant. Cap. XVII.	74
Cur monachi paucissimi apud malos ludibrio habeantur. Cap. I.	32	Optima institutio ad bonam Christianamque degendam vitam. Cap. XVIII.	76
Cur monachi sese singularibus habitibus tegant. Cap. II.	34	Vt quis ex Lutheranismi hæresi ad sanam mentem reductus, vitam moresque conuertere debeat. Cap. XIX.	77
Num cucullus religiosa sit vestis. Cap. III.	38	Epistolarum Paræneticarum liber. I.	84
Vtrumne canones monastici & tria vota ex Euangelio profecta sint. Cap. IV.	40	Trahi à Deo ad monasticam, quanta sit gratia, quibusque, suum institutum auspiciari, à quibus item sibi cauere, quomodo quoque vocationem diuinam attendere debeat. Epist. I.	84
Vt corrigi oporteat eos, qui inter religiosos non religiose viuunt. Cap. V.	43	Amoris priuati quæ incommoda: perfectionem omnem superandi, pacemque veram obtinendi quæ sit ratio: pietatisque quam sit necessarium exerceri. Epist. II.	88
An status monasticus & Christianus duo diuersi sint status; & de discrimine monasticæ vitæ & vulgarium Christianorum. Cap. VI.	47	Mors charorum, quæ sit discretè plangenda: morte bona defungi quàm sit optabile: quæta post mortem felicem sequantur in cælis gaudia. Epist. III.	90
Num monasticæ vitæ homines sint otiosi, & de canticione choralis. Cap. VII.	50	Tendere in Deum quid sit, quomodoque quisque conueniendi id debeat: exercitijs cuiusmodi præcipue religiosus ac Prælati se occupare debeat. Epist. IV.	93
Cuiusmodi otiosos reprehendat D. Paulus, & de tyrannide eorum qui se Euangelicos vocant. Cap. VIII.	53	In seculo quot sint, quæ à via salutis impediant occasiones: monastici instituti encomijs: mundum relinquere quid sit, quoque pacto id liceat. Epist. V.	95
Num cœnobîa in paupertate degant. Cap. IX.	56	Monasticum institutum auspiciaturus, quænam obseruare debeat: nominis Carthusianus literæ, quid mysticè innuant. Epist. VI.	97
Cur votum religiosi Deo nuncupent. Cap. X.	58		Vt is
De caeremonijs monachorum, num in Euangelio sint traditæ. Cap. XI.	60		
Quod Lutherus malè egerit, quemadmodum fructus eius declarant, & vnde illius impostura facile adfertatur. Cap. XII.	62		

CAPITVM.

Vt is qui ex voragine peccatorum vocatur ad monasticum institutum, debeat suam auferri vitam. Epist. VII. 101

Tyro Carthusianus quinam sese in cella per dies singulos, iuxta exterius & internum gerere debeat hominem. Epist. VIII. 102

Quibusnam technis sitatur diabolus subuertere Christi tyronem, utq; sola obedientia per abnegationem & mortificationem, fit spes spiritualis profectus. Epist. IX. 105

Vti nouellus tyro sese in externis obseruantijs Ordinis, & internis exercitijs instituitq; gerere debeat. Epist. X. 110

Homini exteriori, interioriq; reformando, quanam sint necessaria, & tyroni qui libri legendi: orationis mentalis quanta utilitas. Epist. XI. 114

Nouitio vti à Dei timore auspicandum, quanto studio horas persolueret, B. Mariæ gaudia venerari, solitudinem silentiumq; excolere debeat. Epist. XII. 117

Armis quibusnam spiritui instabilitatis in assumpto vitæ monasticæ instituto resistendum sit. Epist. XIII. 121

Ad Christum si quis vult venire, necesse est ut eadem via qua Christus, ambulet, quæ est omnimoda propriæ voluntatis abnegatio. Epist. XIV. 123

Vt is qui monasticum institutum concepit animo, opere per feruentem orationem ad Deum, & suam operam perficere possit. Epist. XV. 123

In ingressu religionis quisnam scopus ob oculos constituendus: quomodo, quosue mores mutare tyro cœnobita debeat. Epist. XVI. 124

Stipendia præcipua militum Christi quæ sint: infirmitates corporum cur permittantur à Deo: mali homines quam sint bonis frugiferi. Epist. XVII. 125

Gloriæ vanæ & animi distractionibus quomodo resistendum: passiones naturas vti differenter vel sentiantur, vel non sentiantur: exercitijs internæ vitæ quatenus insistendum; quæq; internæ vitæ studioso sint cauenda. Epist. XVIII. 126

Pax vera in omnibus querenda, amicitia humana non magni facienda: quo pacto item Deo confidendum sit. Epist. XIX. 129

Vt in monastica religione quis constitutus præcipue quinque obseruare, modo velit suæ vocationi satisfacere, debeat. Epist. XX. 130

Orationis continuus vsus qui obtineri possit, & quanam septem in Christi vita & passione meditanda sint. Epist. XXI. 132

Vt professionem monasticam facturus præparare, seseq; Deo vnire, seculo & sibi mori debeat. Epist. XXII. 135

Vt is qui sese monastico instituto dedit, B. Virginem Mariam venerari debeat, & quanam decem petitiones illi porrigere. Epist. XXIII. 137

Vti nouiter inuestitus debeat agnoscere & efflare spiritum instabilitatis, & vitam instituire: denique quibus inditijs probetur nouitiorum defectio, siue profectio spiritualis. Epist. XXIV. 140

Fundamentum spirituale ingressurus religionem, cuiusmodi iacere, quæq; huic superstruere debeat. Epist. XXV. 143

B. Virgo, & cor Christi quanta in veneratione habenda ab ijs, qui vitam suam corrigere volunt. Epist. XXVI. 146

Vti nouellus Carthusianus feliciter incepta proficere, à quibus sibi cauere, & quo omnia sua exercitia destinare debeat. Epist. XXVII. 147

Qui scopus, quisue religionis finis ab eo, qui monachus cupit fieri, querendus. Epist. XXVIII. 151

Otium inutile quantoperè fugiendum: Christi vitæ vti monachus sese conformare, proprijs concupiscentias abnegare debeat. Epist. XXIX. 153

Vti is qui in monastica religione solenni voto sese constrinxit, vitam suam auspicari, & iuxta vocationis suæ normam viuere debeat: quæq; eum possint ab eiusmodi viuendi genere auocare, & quomodo vitanda sint. Epist. XXX. 159

(1) 3

Ut nemo ex leuibus signis de culpis inter-
nis facile iudicandus sit, quibus aliorum facta
sint in saniolem sententiam trahenda. Epist.
XXXI. 159

Ut cœnobita suæ uocationis obliuiscens
pœnitensq; reuocari possit ad sanam mentem:
occasionem instabilitatis, & quanta mala im-
mortificatio adferat. Epist. XXXII. 161

Mentes à Deo auersas reuocandi modus in-
signis: pœnæ infernales quàm inexplicabiles:
ut & gaudia superna ineffabilia. Epist. XXXIII
165

Infirmetas corporalis ut accipienda sit: quã
patientissime Sancti quibus passi sunt: ut animæ
prosit, infirmetas corporis: afflictiones ut sint
refrigeria: locus ut ex tentatione aut ægritu-
dine non sit mutandus. Epist. XXXIV. 168

Quo pacto Deo in monastico instituto ser-
uiturus, ab abnegatione propriæ uoluntatis
& sensus per discretum feruorem incipere de-
beat. Epist. XXXV. 171

Congratulatur fratri è mortis periculo e-
repto, eumq; hortatur ad constantiam & obe-
dientiam. Epist. XXXVI. 172

Contra instabilitatem & distractionem in-
ter Dei laudes, remedium. Epist. XXXVII. 173

Ut sit utendum recreationibus & remedijs
sanitatis. Epist. XXXVIII. 177

Ut tyro Christi debeat sese dare ad liber-
tatem spiritus, timoribus & scrupulis consci-
entiæ nimis resistere, & Deo confidere. Epist.
XXXIX. 178

Scopus monasticæ uitæ quis: quid de mo-
nasterijs, eorum regulis, uestitu, cæterisque
eorum cæremonijs sentiendum sit. Epist. XL.
179

Ut quisq; syncerè simpliciterq; ambulare
erga proximos debeat: opera nostra quæ uiam
ad scopum dirigenda sint: puritas simplicitasq;
animi, quo pacto obtineri possit. Epist. XLI.
181

Monasticæ institutionis scopus quis esse
debeat, quomodo, & per quam nam pietatis ex-
ercitia promouendus. Epist. XLII. 185

Epistolarum Paræneticarum liber Se-

cundus.

192

In prælatione quanta discretione, zelo, le-
nitate opus sit in subditis regendis: infirmio-
res item lenitate ducere, proteruiore austeri-
tate zeloty iustitiæ excere, abususq; abrogare
ut præfident debeat. Epist. XLIII. 192

Perfectio spiritualis uitæ, ut iuxta octo
quædam consilia, obtineatur. Epist. XLIV.
195

Monasticæ perfectioni quænam sint ne-
cessaria: creaturarum speculatio ut sit loco ue-
hiculi ad Deum, exercitium amoris quotidie
cuiusmodi adsumendum, quomodoq; mente
sit iugiter orandum. Epist. XLV. 197

Exercitium deuotionis, diuinitatis amoris,
cuius in præcedenti epistola sit mentio, ex
Iesu Christi passione beneficijsq; constat, &
in articulos 72. digestum, septem item
horis, quas Canonicas uocant, applicatum.
203

Obitus Sanctorum ut non sit nimie ple-
randus: in omni desolatione ut Deo inniten-
dum: amor noster ut à creaturis sit ad Deum
transferendus: corpus ut sit discretè regen-
dum: lacrymis nimis atque mœrore ut sit
abstinendum. Epist. XLVI. 215

Afflictiones quo animo ferendæ, præci-
pue quæ ex suscepto monasticæ instituto ex-
oriuntur: confessions clanculariæ quæ faci-
endæ: cibus potusq; quo pacto sumendus,
utq; naturæ debili succurrendum. Epist. XLVII.
218

Vocari ad monasticam religionem in in-
nocentia, quam sit felix seductio: Gaudia
mundi quantum distent à spiritualibus: uo-
tum ut non obstat libero arbitrio: quanto sit
uotum encomio euehendum: instabilitas quof-
nam magis ueret. Epist. XLVIII. 222

Discretione quanta opus sit Deo in mona-
stica religione consecratis, in usu præcipue
corporalium necessitatum: abstinentiam in-
discretam ut suadeat diabolus: Obedientiam ab-
negatijs proprii consilij quam sit religiosus
necessaria: natura item infirmis quomodo e-
domanda absque periculo. Epist. XLIX. 225 &

226

Quid

Quid Virgo quævis, vt ab AEterna Sapientia desponsari mereatur, agere, quoniam item pacto sponsi cœlestis beneficia recolare, illiq; gratias debeat referre. Epist. L. 228

Ve virgines Deo consecratæ Christo sponso cœlesti militare, sanctitatẽ mentis & corporis operam nauare, amoremq; suum omnem in quemnam maximopere transfundere debeant. Epist. LI. 230

In puellari teneraq; ætate ad monasticum institutum vocari, quanta sit diuini numinis gratia. Epist. LII. 232

Vt per creaturarum venustatis contemplationem, liceat ad creatoris cognitionem, contemplationem, amoremq; ascendere. Epist. LIII. 232. & 233

Vulnera Iesu Christi, quo pacto honoranda sint: quas item virtutes ex eisdem exugere liceat. Epist. LIV. 235

Deum in nobis esse, nosq; in Deo per quamnam indicia probetur: charitas Dei vt in nobis probetur per fraternum amorem: mala item quanta inuidia ac odium in nos congerant. Epist. LV. 237

Pax cordis inter aduersa & quosuis euentus quamnam obtineri possit: quare Deus permittat amicos suos ab alijs exerceri & discrucari. Epist. LVI. 239

Exercitium tutissimum & probatissimumq; pertingendi ad fundamentum omnium virtutum, scilicet humilitatem. Epist. LVII. 240

Vt vita spiritalis sit inchoanda: exercitia corporalia pariter ac mentalia quomodo exercitanda: naturæ item necessaria qua discretione suscipienda: quiq; ad proximum suum quisq; se gerere debeat. Epist. LVIII. 241

Enchiridion Christianæ militiæ ad nouitatem vitæ perfectè instituens. 271

Abnegatio sui quamnam sit, quomodo, & 290

quibusea assumenda, exercendaq; sit. Cap. I. 271

Fuga seculi, quàm sit necessaria, & abstractio vitæ quomodo sit sectanda. Cap. II. 272

Modus, statusq; strenuè Deo seruiendi vt sit necessariè cuiq; deligendus. Cap. III. 273

De constanti, firmoq; proposito vitæ melioris tenendo. Cap. IV. 273

Scopus omnium actionum quisnam ob oculos constituendus: vt abnegatio sui sola, Dei comprober fidelem discipulum: quo pacto denique quis à salubri proposito collapsus, renouare debeat spiritum suum. Cap. V. 275

Peccatorum, vt sint occasiones fugiendæ. Cap. VI. 278

Discretio quanta sit virtus, & quatenus eam in omnibus seruare necessarium sit. Cap. VII. 278

Gula quamnam per abstinentiam frenetur, vtq; in cibo & potu quisq; se, ne Deus offendantur habeat. Cap. VIII. 279

Exercitia quamnam Deo deuotus quisq; inter comedendum & bibendum frequentare, & lectionem aliquam sacram ob oculos præfigere debeat. Cap. IX. 281

Modus, situsq; inter dormiendum quis obseruandus, quæq; exercitia in lecto constituta adsumere, ruminareq; debeat. Cap. X. 283

Lectio quorumnam librorum, siue frequentanda, siue fugienda sit Dei famulis. Cap. XI. 284

Deuotio vera quamnam sit, & quomodo ea exercenda: deuotio item sensibilis quo pacto sit periculosa, quatenusq; à Deo petenda, ac in ipsum trahenda. Cap. XII. 284

Orationi, vt debitè fiat, quamnam sint accommodata, quæ hominem ad eam præparent, vocali item orationi & cantionibus, quæ sunt in Ecclesijs, qui nos præparemus, ac insistamus. Cap. XIII. 286

Arma validissima vt sint orationes ad vsum tentationum: vt quæne tentationes vincantur sui humiliatione ac resignatione, quæ item superentur pia contemplatione. Cap. XIV. 286

(?). 4. A. P. ff.

- Dissidentia circa fidem, displicentiaq; ad
 proximum tentationibus quomodo resiten-
 dum sit: utq; pia exercitia, nullaq; bona opera
 ob qualis tentationes sine omittenda. Cap.
 XV. 293
- Scopus quisnam omni operi exercitioq;
 praefigendus. Opera cuncta ut modo perfectis-
 simo fiant, corpus discretè qui regendum: quæ
 item intentio triplex sit nobis necessaria. Cap.
 XVI. 296
- Solitarius quomodo sese in cella, seu domo
 exercere debeat: duplex item solitudo quanto
 studio exercenda sit. Cap. XVII. 299
- Sensuum externorum refrenatio ac disci-
 plina quam sit necessaria ad cordis puritatem,
 quantaq; mala adferat eorum lasciuia. Cap.
 XVIII. 301
- Lingua quare, quantoq; studio sit frenanda:
 quantaq; item mala effrenis locutio adferat.
 Cap. XIX. 301
- Quæficio sui quantoperè sit vitanda. Cap.
 XX. 304
- Gloria vana quanta sit diligentia vitanda.
 Cap. XXI. 304
- Singularitas bona quantoperè obseruan-
 da, mala item singularitas quanta mala ad-
 uehat, quomodoq; vitanda sit. Cap. XXII. 305
- Scandalum quibus modis contingat quan-
 toperè noceat, honestat; morum quonam de-
 ceat: superbia item ut se sub zeli specie palliet.
 Cap. XXIII. 306
- Charitati fraternæ quænam aduersentur:
 canon charitatis qui sit, pax item cum proxi-
 mo qui seruanda sit. Cap. XXIV. 307
- Ut quisq; sese erga proximum suum gere-
 re, eius mores patienter ferre, offensum sibi
 denuo placare debeat: denique quonam modo
 quisq; se ad ocores ac detractores suos habe-
 re debeat. Cap. XXV. 310
- Iudicium temerarium quanto studio, quoque
 pacto vitandum sit, quomodo item nos erga
 delinquentes habere debeamus. Cap. XXVI.
 312
- Intentio ut in omni re, verbo, & opere dis-
 cuitenda sit, tempus quoduis quam fructuose
- expendendum: inclinationes propriæ ut in-
 terrogandæ sint, quid item cor liberum effi-
 ciat. Cap. XXVII. 313
- Confessio ut sit recta, quænam exigat: quo-
 modo animus ad eam sit discutiendus: quo-
 item pacto ea peracta, propositum bonum sit
 resumendum. Cap. XXVIII. 315
- Mortificatio vitiorum, sensualitatis, de-
 lectationumq; quam sit cuique necessario
 adsumenda: quomodo item ea quoque cum
 fructu exerceri debeat. Cap. XXI X.
 316
- Labor & pugna aduersus vitia propria quæ
 sit utilis: voluntas propria ac curiositas sen-
 sualitatis, quomodo sint mortificanda. Cap.
 XXX. 317
- Tentationes, afflictionesq; quantum sancti
 profecerint: illorum vita cuiusmodi
 fuerit: mortificationis item vitiorum, quan-
 tus sit fructus ac merces. Cap. XXXI. 319
- Ad perfectionem vitæ aspirans uti Dei ad-
 intorio semper inniti, de suis viribus dissi-
 dere, sese Deo nudè resignare, desideriumq; pro-
 ficiendi nunquam intermittere debeat. Cap.
 XXXII. 321
- Perfectioni vitæ quænam tria sint necessa-
 ria cum primis: obedientia quam debeat fore
 velox: quomodo item cogitationes sint spi-
 ritualibus patribus nude detegendæ. Cap.
 XXXIII. 324 325
- Virtutes quonam sint pacto acquirendæ:
 Humilitas ut sola humilatione obtineatur:
 Puritas cordis quam sit necessaria, quomodo
 item obtineatur. Cap. XXXIV. 325
- Humilitatem, suisq; humiliationem ut
 quis obtinere possit, quænam faciendæ: humi-
 litas vera quæ sit, quantaq; sit bonitas Dei erga
 homines. Cap. XXXV. 328
- Humilitatem quantoperè sancti quisq; co-
 luerint, quænam illi aduersentur: utq; cor-
 repris quis sese gerere debeat. Cap. XXXVI. 331
- Humilitas non modo, verum cæteræ quo-
 que virtutes quonam facili pacto obtineri
 possint: obrectationes, vituperia, laudesq; a-
 liorum

liorum vt̄ humilis reuera nil curabit. Cap. XXXVII. 331
 Abnegatio voluntatis propriæ, vt̄ in omnibus tuto eligenda: quomodo ea exceda iudicium item proprii intellectus, vt̄ prælatorum iudicio subternendum. Cap. XXXVIII. 335
 Obedientia quibusnam, & quanto studio præstanda: vt̄q; omnibus alijs exercitijs ea sit anteferenda. Cap. XXXIX. 337
 Reuerentiam quantam teneamur nostris exhibere prælaris. Cap. XL. 340
 Resignatio sui omnigena quam sit cuiq; necessaria. Pertinacia proprii sensus quam sit detestanda, atque Dei prouidentia omnia comittere debeamus. Cap. XLI. 340
 Extra diuinam nihil est voluntatem appetendum. Cap. XLII. 342
 Patientia ac mititas in quibus, ad quos, & propter quid seruari debeat. Cap. XLIII. 342
 Benignitas quanta erga cunctos seruanda sit: vt̄q; læto hilariq; vultu omnia molesta excipienda sint à quolibet homine. Cap. XLIV. 345
 Sollicitudo animi, erga res quascunq; siue infirmitates corporis, siue aliorum suspensiones, aut timorem vanum, vt̄ sit maximoperè fugienda. Cap. XLV. 345
 Puritas cordis quibus modis acquiratur, custodiaturq;: quænam illam maculent, cogitationibus itidem ingruentibus nociuis quomodo obfistendum. Cap. XLVI. 348
 Pax cordis ac quies mentes quomodo acquirantur conferuenturq;, & quænam illis aduersentur. Cap. XLVII. 351
 Quies libertatisq; mentis per quænam media redintegratur, lætaturq;. Cap. XLVIII. 353
 Gratia Deo semper agenda, tam in aduersis quam prosperis quomodo sint. Cap. XLIX. 354
 Beatissima Virgo Maria quomodo veneranda sit, inuocandaq; in cunctis necessitatibus & periculis: quibus item exercitijs, studijs, quibus siue temporibus sit potissimum honoranda ac amanda. Cap. L. 356
 Passionem Iesu vt̄ quotidie meditari exerceriq; in ea quisque debeat sese. Vulnera quinque Christi quibus modis veneranda sint: vt̄q; sanctorum vita sub oculos constituenda. Cap. LI. 358.

Missæ sacrificio quam sit deuote reuerentia seruendum: vt̄ quotidie communicadum a minus spiritualiter. Cap. LII. 360
 Exercitium ad cor seculi quotidie seruandum quod. Cap. LIII. 361
 Cauenda vt̄ sit præsumptio omnis, & quod in Dei sola sit misericordia sperandum. Cap. LIV. 361
 Statuta quindecim à Deo, deuoto necessario obseruanda quæ sint. Cap. LV. 362
 Quatuor alio pio homini necessaria quæ sint. Cap. LVI. 364
 Mors vt̄ iugiter ob oculos constituenda: quicq; nos quotidie preparare ad eam debeamus, qualem item fructum eiusmodi præparatio in nobis efficiat. 365
 Excessus, negligentiaq; quibus remedijs curandæ, quantoq; studio verbis nostris inuigilare debeamus. Cap. LVIII. 366
 Propositum emendationis vitæ, vt̄ subinde instaurandum sit. Cap. LIX. 367
 Vt̄ quisq; iuxta suam vocationem viuere, diuinisq; laudes, reliquaq; sua debita, ad quæ ex suo statu obligatur, pendere debeat. LX. 368
 Vt̄ & quando quisque suam conscientiam discutere, atque cum Deo denuo in gratiam redire debeat. Cap. LXI. 369
 Deuotio vera in quibus consistat, quibusq; modis ea sit fouenda. Cap. LXII. 369
 De duodecim defectibus homini pio valde perniciosi. Cap. LXIII. 371
 Decem puncta perfectionis. Cap. LXIV. 371
 De sex sedulitatibus seu indulgentijs. Cap. LXV. 372
 Clarum speculum & amabile exemplar quod nobis præmonstrauit Dominus Iesus Christus, quodq; à nobis vicissim exigit. LXVI. 372
 Epilogus eorum quæ dicta sunt, præcipua quædam quæ initio in usum frequentiore nouo sunt vertenda tyroni, repetens. Cap. LXVII. 373
 Enchiridion istud quam sit necessariū nouo Christi tyroni. Cap. LXVIII. 378
 Alphabetum aureum eruditissimo iuxta ac sanctissimo viro D. Ioanni Taulero à suo magistro traditum, iuxta quod se regeret, in nouitate

- tritate ambulans vitæ, per D. Ioānem Lansper-
 gium cognomento Iulium, è germanico idio-
 mate latine donatum. Cap. LXXIX. 379
 Tria sunt iuxta D. Ioannem Thaulerum ad
 proficiendum spiritu necessaria. Cap. LXX. 380
 Duo alia eximia. Cap. LXXI. 380
 Basis vitæ spiritualis. Cap. LXXII. 381
 Viri cuiusdam deuoti cōtra vitia capitalia.
 sententia & decretum. Cap. LXXIII. 381
 Speculum Christianæ perfectionis, ea-
 rum scilicet virtutum, quæ homini
 Christiano necessariae sunt, summam
 in se complectens. 385
 Flagitia hominum, quorundam hoc tēpore
 quam sint graui, quomodo ea curanda sint dū
 tempus est: quamq̃ periculosè conuerso diffe-
 ratur vsque ad mortem. Cap. I. 385
 Conuersio vera ad Deum quæ fieri debeat:
 pœnitendi modus verus quis, quibusq̃ pecca-
 ta facillè dimittantur. Cap. II. 387
 Quænam sint quæ penè cunctos impediunt,
 quo minus ad perfectionis Christianæ metam
 pertingant. Cap. III. 388
 Mortificatio vitiorum omnium, quæ sit ne-
 cessaria: quomodo ea, & in quibus fieri debeat:
 imago item Christi vti in vitroque homine ge-
 standa sit. Cap. IV. 393
 Gratia Dei vti in homine locus aptandus,
 quomodo illi collaborandum: lingua, oculi,
 mens qui custodienda: perfectionis item om-
 nis basis quæ sit. Cap. V. 395
 Vitia quænam sint origo omnium malorū:
 quomodo ea mortificanda sint, quantum fructus
 spectetur ex eorum victoria. Cap. VI. 396
 Humilitas vera quæ sit, vtiq̃ eam obtine-
 re conseruareq̃ liceat: quàm item nihil sine il-
 la proficit, & è quibusnam eam discamus. Cap.
 VII. 398
 Abnegatio voluntatis propriæ quàm sit
 necessaria: quænam ea reuera sit: quæ item exi-
 gat, & perfectionis quæ sit occasio. Cap. VIII.
 402
 Charitas fraterna quomodo probeur. 403
 quàm sit ea necessaria: misericordia cuiusme-
 di in alios exercenda: quantum item pericu-
 lis sese subijcit, qui alios temerè iudicat. Cap.
 IX. 406
 Quomodo vita & passio Saluatoris medi-
 tanda sunt & imitanda. Cap. X. 408
 De magna vtilitate tribulationis. Cap. XI.
 411
 Amor Dei vt sit scopus omnium operum,
 exercitorum, & eorum quæ patimur, quibq̃
 præceptum dilectionis sit intelligendum. Cap.
 XII. 415
 Anima rationalis qualis sit: vtiq̃ iuxta di-
 versas operationes varia fortietur nomina.
 Cap. XIII. 416
 Vires animæ quomodo purgentur, ac ad
 Deum conuertantur. Cap. XIV. 417
 Creaturarum varietas, venustas, opera-
 tioq̃, vti nos ad Deum cognoscendum aman-
 tumq̃ alliciant. Cap. XV. 418
 Deus qualis sit in seipso, qualis in creatu-
 ris: quid item sint in Deo altitudo, longitudo,
 latitudo, sublimitas & profundum. Cap. XVI.
 420
 Bonitas, liberalitas, amabilitas, exorabili-
 tas quæ in Deo, & quàm sint incompræhen-
 sibilis perfectionis. Cap. XVII. 422
 Voluntas quænam dicatur bona: quomo-
 do ea probeur, quantæ sit efficacis: quæ-
 nam item Dei amorem impediunt. Cap. XVIII.
 423
 Exercitio quonam liceat pertingere ad Dei
 ardentem amorem: & quæ ad illum requiran-
 tur necessaria. Cap. XIX. 424
 Puritas cordis quomodo acquiratur, con-
 seruetur, vtiq̃ sine ea nihil Deo placere possit.
 Cap. XXII. 430
 Affectus quomodo mundandus & ornan-
 dus, & per nuditatem simplicandus. Cap.
 XXIII. 431
 Voluntas Dei vt in cunctis querenda & se-
 quenda, & quomodo quisque in omnibus sese
 obseruare debeat. Cap. XXIV. 432
 Quomodo in operibus externis Deum
 in mente conseruare debeamus. Cap. XXV.
 433

CAPITVM.

Quomodo natura omnibus quibus se sumit commodum spectat, interire debet & mori. Cap. XXVI. 495
 De varijs amicorum Dei tribulationibus. Cap. XXVII. 436
 Quomodo omnia nudè sint accipienda de manu Dei. Cap. XXVIII. 438
 De firma in Deum fiducia. Cap. XXIX. 439
 De vita continuè interna. Cap. XXX. 440
 Quomodo quis à vitijs conuertatur ad Deum. Cap. XXXI. 441
 De venerabilis Sacramenti Eucharistiae sumptionem. Cap. XXXII. 442
 Quomodo Deus assidue sit laudandus. Cap. XXXIII. 446
 Alloquiorum libri primi pars I, ad animam quamcunque adhuc in peccatis constitutam, nondum conuersam, internum Iesu Christi alloquium. 449
 Anima Christiana, quantum Deo contumeliam irroget, dæmonibus ludum festumq; efficiat perseuerando in peccatis: stipendia diabólica seruitutis quæ sint, quàm item benignè recipiat Deus animas ad se reuertentes. Can. I. 449
 Vitâ protrahere in peccatis quàm sit turpè & periculosum: quàm sit diuerso honorificè sese à peccatis conuertere ad Deum. Can. II. 450
 Peccata quænam sequantur calamitates: virtutum sectatoribus quanta in cælis reposita sint præmia: quanam reuertenti animæ ad Deum relinquenda sint. Can. III. 450
 Sine Dei gratia sicut præci Sancti, parum aut nihil potuerunt, sic nec nos aliquid possumus: cur Deus subinde rogatus dare differat: Deus cur suos tentationibus exercent, orationesq; nostras vti exaudiat. Can. IV. 451
 Christus quam lætus occurrat animæ ad se reuertenti: quàm dulciter eam consoletur: quanti is animas fecerit, quanta pro eis passus sit: vti etiam eas Patri cœlesti offerat. Can. V. 452
 Animæ ex seruitio peccatorum, quantum sibi met damnum intulere: Deo hostiq; seruire, quantum discrimen: poenitentia item dilata, quàm multos fefellit. Can. VI. 453
 Poenitentia cur acceleranda sit: dolor de peccatis quando sit vanus, quàmq; contritio vera sit hodie rarissima: emendatio item vsq; ad mortem protelata, quàm sit omnium periculosissima. Can. VII. 454
 Vti anima sese ad confessionem peccatorum animare, dæmonemq; ac verecundiam superbam superare debeat: quænam item faciant facile peccata deserere. Can. VIII. 455
 Alloquiorum Iesu Christi ad animam quamcunque peccatricem, sed ad suum Creatorem, sponsum & amatorem reuerti cupientem, libri I. pars II. 455
 Quod ad vitam emendatiorem incipienti necessario sit generalis confessio, & quænam ad eam necessario requiratur: dolor item qualis in confessione sit necessarius. Can. I. 456
 Dæmonum suggestiones erga animam reuerti gestiendam, quæ sint, quomodo eadem contemnendæ sint: aduersus desperationes remedium quodnam adhibendum sit: pietas itè Dei quanta erga animam ad se reuertentem. Can. II. 457
 Contritio pro peccatis sensibilis, quàm sit utilis ad abolitionem peccatorum: quàm ea exerceri debeat: quàm item sit eadem accepta Deo. Can. III. 458
 Quomodo dolor, amor, fiduciaq; ad Deum simul crescunt. Can. IV. 459
 De scrupulis iterandæ confessionis, exercitium item peccatricis, sed conuersæ animæ, cuiusmodi fore debeat. Can. V. 459
 Quomodo recolenda sint peccata. Can. VI. 460
 Quomodo satisfaciendum sit pro peccatis. Can. VII. 461
 Certis horis diei debet examinari conscientia. Can. VIII. 461
 De continua reprehensione sui ipsius. Can. IX. 462

Verecunda superba quæ sit: propter quæ debeat quisque meritis erubescere, & in quibusnam debeat homo seipsum continuè reprehendere. Can. X. 462

Quod actionum, exercitiorum ac studiorum omnium certus aliquis scopus ac finis sit præfigendus. Can. XI. 464

Paritas cordis & charitas, ut sit finis vitæ spiritualis. Can. XII. 464

Ut cuncta quæ puritati cordis aduersantur, respuenda sint: quo item eadem puritas referenda sit. Can. XIII. 464

Quomodo obtinenda sit puritas cordis. Can. XIV. 465

Quæ ad minuculetur ad cordis puritatem. Can. XV. 466

Quod ratione debemus regi ac præueniri. Can. XVI. 467

Quomodo seruetur puritas cordis. Can. XVII. 468

Iesu Christi ad sp̄sam suam, hoc est, quamlibet animam sibi deuotam epistola, siue alloquia, quæ non aliud atque diuinæ sunt inspirationes, quæ homini sui cognitionem infundunt, atque ad veræ pietatis perfectionem infutunt. 470

Alloquiorum Iesu Christi ad quamuis animam fidelem, sibi quæ deuotam, lib. I. pars III. 476

Desiderijs, prauis scilicet sensualitatis propensionibus ut sit moriendum: sensus item quam sint arctè custodiendi. Can. I. 476

Lingua ut sit custodienda, ne Deus proximus offendantur: silentium duplex qui obseruandum sit. Can. II. 477

Vita abstracta ut eligenda, quam sit ea ad vitam internam necessaria: aliorum obseruare defectus ut maximè sit fugiendum. Can. III. 477

Iudicium temerarium quantum per se vitandum: ut quisque erga proximum sese gerere, verecundiam sectari, pacem item veram quam adducant. Can. IV. 478

Vicia singula quatenus profliganda: tentationum tumultus omnes quatenus remedio absque negotio prosternantur: scopus quinquam in tentationibus præfigendus. Can. V. 477

Humilitate & oratione quantis in luctamine contra vitia opus sit: tentatio carnis quam sit quibusdam importuna & varia: quæ sint aduersus eam præsentia remedia. Can. VI. 480

Tentationes quàm sint bonæ voluntati molestæ: præmium quantum maneat eis, qui tentationibus probè resistunt; quam sit præclarum multifariam tentari. Can. VII. 483

Tentationum occasiones quorundam fugiendas: sensus membrarum corporis quantum sint studio à quavis curiositate arcenda. Can. VIII. 484

Spirituales, blasphemarum tentationes, ut sint vincendæ. 484

Cauenda quatenus sit omnis inuidia. Can. X. 485

Singularitas quam cauenda: quænam ite seruatæ necessaria. Can. XI. 486

Matrem suam cur Deus à mortalibus honorari voluerit: ut eam thesaurariam omnis gratiæ constituerit: quam terribiliter ipsius contemptum vlciscatur. Can. XII. 486

Deuotio sensibilis quo spectet: ut ea neminem efficiat sanctiorem: quæ item sit deuotio vera & laudabilis. Can. XIII. 487

Eucharistiæ Sacramentum quanta cum deuotione & reuerentia sumendum: quam veraciter Christus in ea existat: quomodo item electi Dei circa hoc probentur. Can. XVIII. 488

Discretio quàm in cunctis necessaria sit: ut omnia ex discretionè superiorum facienda: natura item quam discretè sit regenda, & ut quidam eam indiscretè destruant. Can. XV. 489

Sponsa fidelis ut & in quibus sponso suo Christo Iesu conformari debeat. Can. XVI. 490

Paupertas Christi quanta fuerit: quinquam ea sit consideranda ac imitanda: quæ item eidem aduersentur. Can. XVII. 490 & 491

Sentire de seipso vt quisque d. beat humili-
ter, & vt humilitas à Deo petenda sit præcipue
Can. XVIII. 492

Humilitas vera quæ sit, & quomodo obti-
neatur: causæ quænam sūt: humilitatis: humi-
liatio item quæ sit necessaria Can. XIX. 492

Laudes, vituperia, iudiciaq; hominū quam
vilificanda: quo item eadem destinanda sint:
amicis item Dei proprium quodnam esse so-
leat. Can. XX. 495

Obedientia quantæ sit præcellentiæ quo-
modiq; & quibus ea sit exhibenda, vtiq; simpli-
ter nos Prælati proprijs subijciamus: voluntas
item propria quanto studio semper & vbiq;
persequenda sit Can. XXI. 496

Voluntas propria quanta mala in nobis o-
peretur: vtiq; ea exuenda sit: & vti ipsa omniū
malorum & afflictionum sit causa Can. XXII. 497

Amici nostri veri vt sint ij qui nos persecu-
untur & affligunt: relictio, abnegatioq; nostri
ipforum quænam bona in nobis operentur:
tristari quas ob causas solum debeamus Can.
XXIII. 498

Vti à nobis ipsis deficientes solius Dei pro-
videntiæ nos & omnia committere debeamus:
quænam item nobis bonitatem insinuent Can.
XXIV. 500

Aduersitatum omnium causa quæ sit: quo
animo eas ferre oportet: quænam item affli-
ctos consolari debeant Can. XXV. 501

Vt ea quæ patimur nobis solis imputemus:
Christi vita, mors, passio, vt in aduersis ob o-
culos constituamus 505

Consolationem nullam desiderandam in
quibusuis aduersis: perfectio item amicorum
Dei altissima quæ sit Can. XXVII. 504

Miserere patientiæq; quantis opus sit in
cunctis afflictionibus: voluntas item nostra vt
in omnibus fiat, quid curandum præcipue Can.
XXVIII. 501

Proximus quisque vti sit casto amore pro-
sequendus: alios temerè iudicare quàm animæ
noxium: delinquentes item, quo animo sint
arguendi. Can. XXXIX. 505

Paritati internæ quantoperè studendum:

cogitationes cuiusmodi solæ sint fovenda:
mens item qui iugiter in Deum subleuanda:
Can. XXX. 506

Vti omnia Dei dona sint purè in ipsum re-
ferenda: cor vt ab omni amore impuro seruā-
dum: natura quænam mortificanda: sui item
diligens obseruatio quantorum bonorum sit
occafio. Can. XXXI. 507

Quomodo instinctus diuinus sit obseruan-
dus, & gratia non negligenda: exercitia quæ
quisque adsumere debeat: cuiusmodi itè perfe-
ctionē quisq; desiderare debeat Can. XXXII. 509

Dona gratiæ, beneficiæq; Dei, quænam pro-
ximis communicare debeamus: necessitatibus
proximorum vti succurrendum ex charitate.
Can. XXXIII. 511

Paupertas spiritus quomodo obtideatur:
qualis quisque debeat fore in oculis proprijs:
iniuriam item quamnam solam curare debeat
Can. XXXIV. 511

Amore Dei quanto anima fidelis inflamma-
ri debeat: amor Dei quid proprium: Deus cur
vult amari: vti item amor non sit otiosus, & vt
is in infinitum crescere possit Can. XXXV. 512

Zelus diuinæ laudis & honoris quænam inesse
debeat animæ amanti: quantoq; studio execra-
ri debeat omne peccatum: laus item Dei vt sit
arrha salutis æternæ Can. XXXVI. 515

Laus quænam Deo præ cunctis placeat. Can.
XXXVII. 516

Exercitium amoris diuinæq; laudis quale
esse debeat: quid sub occupationibus externis,
spiritus hominis agere, quouè iugiter sese occu-
pare debeat. Can. XXXVIII. 517

Nuditas interna quænam necessaria: vitæ
Christi vti anima se conformet: quas item solas
imagines assumere debeat: vitæ abstractæ quæ
necessaria sint Can. XXXIX. 518

Vt anima fidelis in prædictis institutioni-
bus sese indies exercere, easq; velut speculum ob-
culos interiores iugiter constituere debeat.
Can. XL. 521

Alloquiorum Iesæ Christi Sponsi ad
quamlibet animam sibi dilectam liber
II. pars, l. complectens in se,

(?) 20 - VII

<p>¶ Vt anima Deo deuote Christi Iesu debeat vitæ passionibus conformari 522</p> <p>De sui abnegatione, crucisque varia patienter sufferenda Can. I. 522</p> <p>De meditatione Dominicæ passionis profi- cisse volenti quàm sit necessaria vitæ passionif- que Christi meditatio ac imitatio: meditationis item modus quis omnium sit fructuosissimus. Can. II. 523</p> <p>Passionem Domini trifariam posse medi- tari. Can. III. 524</p> <p>Fructus quinam ex meditatione passionis Christi confurgant. Can. IV. 525</p> <p>Moriturus, vt ex passione Christi sua debita soluere, seseq; ad mortem præparare, vulnera item Christi animæ suæ vehementer imprime- re, secureq; mori vti debeat quisque. Can. V. 526</p> <p>Crux quæ, quomodo sit cuique quotidie portanda: vsus creaturarum qui sumendus: sensualitatisq; qui moriendum. Can. VI. 526</p> <p>Christus cruci adfixus quomodo sit contem- plandus & imitandus: mori seculo vti contig- gat: via crucis vt sit sola via ad vitam. Can. VII. 527</p> <p>Crux quænam sit incipientium, & quam sit illa subinde molesta, vtque patienter ea feren- da sit. Can. VIII. 529</p> <p>Crux proficientium, hoc est tribulationum & afflictionum, quam sit amicis Dei aliquando grauis: cur item Deus suos electos hic multifa- riam afflicter. Can. IX. 530</p> <p>Crucem quænam quisque ferre, naturam suam discrete affligere, obedientiaq; iugum quam libenter ferre debeat, cunctisque alijs ex- ercitijs anteferre. Can. X. 531</p> <p>Crux omnium grauissima quæ sit: quam patienter ea portanda, ad quantam item perfe- ctionem gloriandæ ea perducatur. Can. XI. 532</p> <p>Exercitium animæ deuorum ac piuum. Can. XII. 534</p> <p>Amor priuatus & pestifer quæ mala in ho- mine efficiat, & vti per intentionem rectam & castam castigandus sit. Can. XIII. 535</p> <p>Amor inordinatus ad creaturas, vt oculum mentis exerceat, quibus is mortificandus sit. Can. XIV. 536</p> <p>Sensualitas immortificata quanta damna a- nimæ inferat, quomodoq; ea per continentiam omnium sensuum reuocanda sit. Can. XV. 536</p> <p>Vt omnis superbia per profundam humili- tatem mortificanda sit, & quomodo eadem ob- tineri possit, & quid obtenta efficiat. Can. XVI. 536</p> <p>Vt cordis amaritudo per synceram charita- tem extingueda sit: & quænam ea charitas exigat. Can. XVII. 537</p> <p>Proprietas voluntatis, sensus, consilij & iu- dicij, quantis damnis homines afficiat, quibus eadem per sui abnegationem omnimodam sit extirpanda. Can. XVIII. 537</p> <p>De intellectus profundi, curiosi & superbi nocentis: quibus idem simplicandus sit: quo item omne humanum studium, lectio libro- rum, & scientia referenda sint. Can. XIX. 538</p> <p>Mentis humanæ impuritas, instabilitas ne- glestusq; quam sit cuique neciuis, quomodoq; eadem reformanda & in Deum eleuanda, sit. Can. XX. 538</p> <p>Tepiditas proficientis vitæ, vt complures miserè decipiat: & vti per exercitium diuini a- moris spiritus hominis inflammandas sit. Can. XXI. 539</p> <p>Alloquiorum Iesu Christi ad suam spõ- sam, quæ vel ex professione, vel proposito libero statuit Christo Spon- so suo in castitate carnis ac spiritus militare secundi lib. pars. II.</p> <p>Virginitas quid sit: virginibus quænam vi- tanda, quænamq; ea multifariam oppugnetur. Can. I. 541</p> <p>Virginitas quænam amissa recuperetur. Can. II. 542</p> <p>Amorem quam purum Deus à sponsa sua requirat. Can. III. 543</p> <p>Virginitatis virtus & præcellentia quanta. Can. IV. 544</p>	<p>Virginitas</p>
---	-------------------

CAPITVM.

Virginitas eor non sit præcepta sed consulta	meritum colligere liceat. Can. V.	550
Can. V.	Loqui quonam pacto, quando, vbiſite liceat.	560
Charitas quam debeat virginibus fore familiaris. Can. VI.	Can. VI.	560
Virginitas amiſſa, vnde caſtitate ſolari debeat. Can. VII.	Exterioris hominis, & cuſtodiæ mortificationisq; ſenſualitatis ac paſſionum, quatenus inſtigilandum. Can. VII.	560
Virginibus quænam ſummè, ne tantum liliam amittant, ſeruanda: quæq; virtutes illis comprimis ſint neceſſariæ. Can. VIII.	Intellectus ſuus cuiq; vt ſit captiuandus & ſimplificandus: quæ item ſit Euangelica ſimplicitas, & quomodo eam acquirere liceat. Can. VIII.	561
Voluntatis diuinæ cognitio quam ſit cunctis neceſſaria virginibus. Can. IX.	Natura poſt diuerſorum exercitia virtutum ſpiritui alioquin ſubiecta, quomodo diſcrete prudenterq; regenda ſit. Can. IX.	565
Mens virginis à quibusnam mundanda ſit, quibusq; rebus ſtudentum. Can. X.	Alloquiorum Ieſu Chriſti ad quamlibet animam Chriſtianam libri II. pars IV. complectens Inſtitutionem ſuccinctam.	
Humilitas quam ſit virginibus neceſſaria. Can. XI.		
Gratitudo quantum exorret virginitatem. Can. XII.		
Perſeuerantia virginibus quàm ſit neceſſaria. Can. XIII.		
Senſuum cuſtodia virginibus quàm ſit neceſſaria. Can. XVI.	Tam de morte, quid videlicet ea ſit, vnde, vbi & quando ortum cœperit, & quotuplex ſit, quomodoq; ſeſe quis ad eam diſponere deceat.	566
Veſtium ornatus curioſus quàm ſit virginibus vitandus. Can. XV.	Mors quid ſit, quotuplex, quibusq; ſit formidanda. Can. I.	566
Gula quantopere virginibus fugienda. Can. XVI.	Mortis origo quæ ſit. Can. II.	568
Loquacitas quàm ſit virginibus exitialis. Can. XXVII.	Mors vt per Chriſtum deſtructa, & lapſus primorum parentum reparatus ſit. Can. III.	569
Temporis præſentis quanta ſit habenda ratio virginibus cunctis. Can. XVIII.	De quibusdam periculoſiſſimis ægrotantiũ tentationibus. Can. IV.	570
Alloquiorum Ieſu Chriſti ad quamlibet animam ſibi deuotam II. libri pars III. complectens in ſe,	Remedia præſtantiſſima, contra præſatas dæmonum tentationes. Can. V.	571
Vt ſcilicet puritas cordis, veraq; Euangelica ſimplicitas q̄trinenda ſint.	Mors quam ſit amara, deq; ſignis quibusdam mortem corporis præcedentibus. Can. VI.	573
Subtilitas & curioſitas humani intellectus, quantum incautis imponat, & vera humilitas quàm obtineatur. Can. I.	Effectus præmeditæ mortis. Can. VII.	574
Humiliatio, ſuiq; dimiſſio quam ſit neceſſaria; quomodoq; honore vel iniuria affectus quiſque ſeſe habere debeat. Can. III.	Mors vt Sanctis ſit in deſiderio, & à quantis malis liberet. Can. VIII.	676
Gratiæ quomodo & pro quibus ſint Deo agenda. Can. IV.	Mortis conditio iuſtis, Deiq; amicis non timenda. Can. IX.	576
Tentationibus varijs diuerſorum vitiorum quàm reſiſtendum, quomodo item ex eis	Boni vt à malis in morte diſcernantur. Can. X.	577
	Conſilium ſuauiſſimum ad felicitatem moriendum, & vera poenitentia vnde. Can. XI.	578

I N D E X.

Monita salubria ad bene moriendum Can. XII.	578	tutibus paruum adhuc fecere profectum, verputa incipientibus potissimum, præscripta-	603
Exercitijs quibusnam sese Dei familiares amici quotidie ad felicem mortem præparant: & quonam pacto in eiusmodi exercitijs eosdem imitari licebit. Can. XIII.	576	Exercitium seu iter Sanctæ Crucis	606
Modus alius quo se quisque ad mortem præparare possit, Can. XIV.	581	Canon, regula, siue fraternitas, hoc est. Institutio succincta altera, ijs qui spiritu feruentiore ad perfectionem virtutum Christianorum anhelant, potissimum præscripta	606
Consilium tempore mortis instantis. Can. XV.	581	Missæ pro mundi peccatorumque reconciliatione	610
Exercitium quo mane, aut quodocumque volueris, Deo effundas cor tuum pro bona morte Can. XVI.	582	Methodus ad veram Christianamque pertingendi Theosophiam, & quam quemuis ab eiusdem adeptione præpediant.	612
Exercitium quo infirmus seipsum suspirijs atque gemitibus (quia aliud vix potest) Deo resignet atque commendet, & ut eidem coniungi mereatur, feruenter desideret	582	Theologia mystica quæ sit	614
Precatio ad Patrem cœlestem, & oblatio Christi meritumque eius. Can. XVII.	582	Philosophiæ mundanæ quanta sit inutilitas	614
Precatio ad Filium. Can. XVIII.	582	Theosophia quàm sit occulta, sed facilis	614
Protestatio seu testamentum quoddam, Christiano cui libet iam iam merituro, vel dictu vel cogitatu non inutile. Can. XIX.	584	Theosophia quàm discatur	615
Exercitium triplex pium, authenticum atque diuinitus reuelatum, quo æger vbi à sensibus, vsque loquelæ deficere incipit, à circumstantibus muniendus, Deoque commendandus erit. Can. XX.	585	Theosophiam acquirendi modus	615
Quænam potissimum in agone constitutorum auribus sint inclamanda. Can. XXI.	586	Theosophia ut in pace & silentio acquiratur	615
Preces deuotæ ac piæ, quibus commendandus diuinæ misericordiæ erit in extremis vitæ constitutus à circum adstantibus, posteaquam Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis munitus fuerit. Can. XXII.	587	Theosophia uti humilitate acquiratur	616
Iesu Christi Saluatoris mundi Epistola seu alloquium, cunctis Christianis fidelibus, hoc est, ijs qui vitam suam iuxta præscriptum Evangelicum instituerent, atque ad virtutum charitatisque Dei & proximi perfectionem anhelant, destinatum.	601	Theosophia uti minimè sit obscura	616
Canon, regula, siue fraternitas, hoc est, Institutio succincta D. N. Iesu Christi, ijs qui in virtutibus paruum adhuc fecere profectum, verputa incipientibus potissimum, præscripta-	603	Theosophia quantæ præstantiæ	616
		Theosophia ut sit omnium scientiarum subtilissimæ.	616
		Theosophia quàm sit opulenta	617
		Theosophia quantum dicat ornetque animam rationalem	617
		Soliloquium animæ fidelis, præsentis vitæ exilium, miserias, &c. gementis, & ad cœlestia anxiè vehementerque aspirantis.	621
		Ut amans anima corpus suum onerosum, tenebrosum inimicumque quærat fore impedimento, quominus dilecti perfecte frui liceat Cap. I.	621
		Ut amans anima se resignet, desideretque per pœnas martyrii exui molestijs corporis, suoque amato coniungi Cap. II.	622
		Ut amans anima humiliter supplicet corrupti-	

ruptibili corpore eximi, adq̄ superna gaudia Cap. XVI. 634
 peruenire. Cap. III. 622 Vti amans anima contempletur Dei Sancto-
 rumq̄ felicitatem, & æternam pacem, ac in cæ-
 lestibus stabilitatem. Cap. XVII. 635
 Vti amans anima mundum huncce fallacem
 deploret: in quantas item calamitates per pro-
 porentum prauaricationem inciderimus v-
 niuersi. Cap. IV. 623
 Vti amans anima presentis vitæ calamita-
 tes deploret: mundi huius vitia quanta inua-
 luerint, quibusq̄ peccatis potissimū seculares
 homines irretiti teneantur. Cap. V. 624
 Vti amans anima quorundam religiosorum
 vitia defleat: vtiq̄ pro sui ex cunctis malis libe-
 ratione cum Deo vnione supplicet. Ca. VI. 624
 Vti amans anima cælestis Hierusalem con-
 templetur gloriam, vtiq̄ eius decorem deside-
 ret vehementer. Cap. VII. 625
 Vti amans anima mirè rapiatur ex contem-
 platione quatuor elementorum, luminumq̄
 cælestium corporum ad notitiam amoremq̄
 mansionum cælicarum. Cap. VIII. 626
 Vti amans anima ordines singulos angeli-
 corum spirituum contemplando miretur, eo-
 rundem officia, beatitudinemq̄ compendio
 perstringens. Cap. IX. 628
 Vti amans anima cælestis patriæ ciuiū gau-
 dia contempletur: cantica item laudesq̄, qualia
 exhibeantur à sacris virginibus præcipuè ma-
 tre virginum sanctissima V. Maria. Cap. X. 629
 Vti amans anima sacratissimæ Virginis Ma-
 riæ excellentiam, beatitudinem, pulchritudi-
 nemq̄ contempletur maximam. Cap. XI. 630
 Vti amans anima contempletur beatissimā
 Mariam Dei matrem angelicis spiritibus, san-
 ctisq̄ cunctis in cælis prælatam, cælestemq̄ cu-
 riam sua beatitudine illustrantem. Cap. XII. 631
 Vti amans anima cælestis Hierusalem beati-
 tudinem, ordinesq̄ sanctorum contempletur,
 illorumq̄ felicitati cōgratuletur. Cap. XIII. 631
 Vti amans anima Sanctorū, præcipuè Virgi-
 nū aureolā triplicē cōtempletur. Cap. XIV. 632
 Vti amans anima sensus suos viresq̄ excitet
 omnes ad contemplationem amoremq̄ cæle-
 stis sponsi. Cap. XV. 633
 Vti amans anima contempletur Dei perfe-
 ctiones gloriamq̄, creaturarum omnium per-
 fectiones & gloriam in immensum excellere
 Cap. XVI. 634
 Vti amans anima contempletur Dei Sancto-
 rumq̄ felicitatem, & æternam pacem, ac in cæ-
 lestibus stabilitatem. Cap. XVII. 635
 Vti amans anima contempletur animarum
 Sanctarum diuitias inæstimabiles; vti Deus
 potestatiue dominetur in Sanctis suis, vtiq̄ om-
 nem suam potestatem & gloriam ab ipso acci-
 piant. Cap. XVIII. 636
 Vti amans anima contempletur diuinam il-
 lam insuper ac omnimodis potestatem: & vt
 omnis creata potentia ab illa primaria simpli-
 citer dependeat. Cap. XIX. 637
 Vti amans anima diuinam incompræhen-
 sibilitatem non intelligendo miretur: atq̄ illam
 potius simpliciter credendo, quàm perscrutā-
 do curiosè venerari oporteat. Cap. XX. 638
 Vti amans anima simpliciter ea credere pro-
 fitetur, quæ per Christi, sanctorum vitam &
 doctrinam in sacris literis commendata sunt.
 Cap. XXI. 638
 Vti amans anima Christi Iesu virtutes, præ-
 cipuè humilitatem contempletur. Ca. XXII. 639
 Vti amans anima beatitudinem Sanctorum
 quam de Christi Iesu concipiunt humanitate
 glorificatam, contempletur. Cap. XXIII. 640
 Vti amans anima sanctorum gaudia ex tem-
 poris æternitate ac felicitate contempletur
 Cap. XXIV. 641
 Vti amans anima ad diuinam vocem, hoc
 est, internam inspirationem & illuminationē
 inardescat. Cap. XXV. 642
 Vti amans anima Deo satiari, in illumq̄
 transformari desideret. Cap. XXIII. 643
 Vti amans anima odore diuini altaris, hoc
 est, deifici amorosissimiq̄ diuini cordis suau-
 tate attracta, cuncta mutabilia transcendere,
 ibiq̄ suam requiem constituere desideret. Cap.
 XXVII. 643
 Vti amans anima beatorum æternam feli-
 citatem cōtempletur, Deumq̄ laudat, illiq̄ cō-
 iungi summoperè anhelat. Cap. XXVIII. 645
 Gaudia supernæ beatitudinis summam
 explicat. Cap. XXIX. 646
 Verba authoris ad quamlibet fidelem
 mantemq̄ animam 647

FINIS.

(?)



INVIG.

I
INVICTISSIMO,
POTENTISSIMO, AC CHRIS-

STIANISSIMO PRINCIPI ET DOMINO. D.
CAROLO EIVS NOMINIS QUINTO, ROMANORVM
Imperatori semper Augusto, Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ &c. Regi,
Domino suo clementissimo F. Ioannes Iustus Lanspergius Carthusianus,
nomine & vice Catholicorum omnium, ac probè Christianorum, qui in ve-
rè Christiana fide in natione Germanica constantes permanent, gra-
tiam & pacem in Domino nostro Iesu Christo preca-
tur & optat quamplurimam.



QVVM inter eos omnes qui Christianæ Reipu-
blica gubernacula moderantur, videlicet Re-
ges, Principes & Heroes non sit, qui diuitijs,
honore, bonis, sublimitate, & nobilitate, ditio-
nibus & populis omnibusq; quæ in mundo præ-
cipua & præstantia sunt, potentior potiorque existat, quam tua
Cæsarea Maiestas: super hæc omnia tamen peculiaris quædam
elucet gratia Dei, quod deuotione te & charitate erga ipsum,
sinceritate & constantia in fide, longanimitate & patientia er-
ga tuos hostes, clementia erga subditos, iustitia & benignitate
(prout causa postulat) erga mortales omnes, & vt in summa di-
cam, excellentia omnium virtutum, præter ceteros huius tem-
poris homines, perfectè donauerit, potissimum tamen omnium
bonorum hominum fauore. Cui pijs omnes amici sunt, omnes benè
precantur, & fauent à quo omnia bona sperant, & in quo læ-
tantur: adeò vt harum rerum causa iustissimè æquissimeque tue
Cæs. Maiest. omnis dominationis sceptrum, omnis potestatis co-
lumen, & omnium regnorum imperium à Deo sit demandatum,
vt dignissimo, lectissimo & ab omni æternitate electo, qui hoc
ærumnoso calamitosoq; seculo (quale nunc est) rerum summa po-
tiretur. Quo seculo si non Cæsarem, qualem habemus, haberemus,

Caroli Cæs.
Virtutes
quantæ sint.

A

si in-

si inquam tua Cæsarea Maiestas, non qualis est, esset, omnis iustitia, omnis Dei cultus, omnes bonæ actiones: ipsa denique Catholica & vera fides (præsertim in natione Germanica) interiret, extinguereturq;. Quod ita tamen multis in locis iam cœptum inchoatumq; est, ut hæc eadem destruantur deleanturq; & ad exitium perducantur, nisi se tanta industria, excubiæ, hortationes & edicta tuæ Cæs. Maiest. hisce opponerent, & nisi Deus, etiam in hostium tuorum cordibus scintillam aliquam timoris & stuporis erga tuam Cæs. Maiest. impressisset: Nam sicut tua Cæs. Maiest. Deum creatorem suum, Dominum supremumque regem agnoscit, reueretur, timet, honorat, & amat, & huic se subiectum gerit, huic omnem acceptam victoriam refert, omnem fortunam, omnem honorem & gloriam, quibus indies tuam Cæs. Maiest. multifariamque sustollit, ita vicissim tuæ Cæs. Maiest. potentia omnes hostes tuos subiugat, & ab ipso quicumque se contra Cæs. Maiest. tuæ iustitiam efferunt, vel insolescunt, deprimuntur. Quocirca omnibus tui studiosis tibiq; morigeris verè christianis ista spes solatiumque secundum Deum duntaxat de tua Cæs. Maiest. superest, fidei christianæ direptionem, christianarum legum dissipationem, cultus Dei contempionem (quæ iam per Lutheranam hæresim & eos, qui ex eadem radice procreati sunt, irrupit) per tuæ Cæs. Maiest. aduentum (quem cito nobis Deus concedat) & per tuam clementiam & seueritatem correctionem iri: corda etiam, quæ tam multa nunc mœst. sunt (eo quod ante oculos Dei, Dei que cultus calumnationem, prohibitionemque cernunt) iterum consolatum iri. Interea lamentabilibus ad Deum lachrymis vociferamur quo Deus tuæ Cæs. Maiest. aduertum & castigationem ac reformationem, quam per eandem in S. Ecclesia & in omnibus tuæ Cæs. Maiest. Imperij finibus destinauit, prorogare impedireque nolit. Quandoquidē citra tuæ Cæs.

Carolus Cæs.
sar V. quibus studijs
diuinum sibi fauorem
conciliabit.

Cæsareæ Maiestatis aduentum ; citra Cæsareæ Maiestatis vim atque potentiam sperare non est vllam reformationem futuram, aut hæresim illam, quæ tot iam in locis totque modis inuecta est, euulsam iri, aut persecutionem illam proborum vereque Christianorum, qui vna cum tua Cæs. Maiest. in fide consentiunt, finem habituram esse. Quæ indies iam augetur, præsertim contra illos, qui se sponte cum Deo confæderauerunt, & in ipsius se rigidius obsequio gerunt: vt nimirum sunt monastici homines, qui amplexi sunt sectanturque Euangelica illa consilia, quæ in Euangelio Christus docuit, & non cuius homini ex præcepto (propter excellentiam ipsorum) imposuit, sed consuluit, laudauit, commendauitque & ostendit, quomodo ad perfectionem sint necessaria, vt scilicet est castitas, voluntaria paupertas, obedientia & his similia. Tales, inquam, è suorum monasteriorum habitationibus pelluntur, aut alioqui sic tractantur & angustijs afficiuntur, vt ex pusillanimitate ipsimet cedant. Suis bonis & alimentis necessarijs priuantur, vnde in Dei cultu viuere deberent, quam ipsis largiti sunt dedicaueruntque tuæ Cæs. Maiest. prædecessores Cæsares, Reges, Principes, Heroes, alijque homines tibi. Prohibentur Dei laudes canere, Missam legere, venerabile Sacramentum offerre & id ipsum corpus Dei appellare, aut eidem honorem habere: docere, concionari, confessiones audire vetantur. Et cum quibuslibet victum suum emendicare sit liberum, religiosi videlicet in ordinibus mendicantibus (qui multum operæ utilitatisque in Ecclesia sancta hæcenus fecerunt) huiusmodi eleemosynas peterè interdicuntur. Item quibusdam in locis in Germania omne genus religiosorum Lutheranos concionatores in suis monasterijs tolerare, audireque coguntur. Reliquiæ eorum, vestes sacræ, aliaque preciosa templi ornamenta quibusdam in locis ipsis auferuntur & seponuntur,

Confilia Euangelica cur nõ omnibus præcepta.

Religiosorum siue monachorum persecutiones & vexationes ab hæreticis.

Matt. 16.

Act. 4.
Monastica
vita anti-
quitas.

Philo

Perfectionis
studiosi fem-
per suete.

in emporio publicitus meretricibus & nebulonibus, & cui-
bet venalia exponuntur. Et cum Iudeis concedatur ut sua mer-
cimoniam agant, & apud rem familiarem suam maneat, hi iam
peius iudicantur & tractantur, quam Iudei, qui propter Deum
sponte patrem, matrem, amicos, & temporalem suam heredita-
tem & facultates reliquere. His multis in locis non permittitur,
ut simul mutuo in vita communi conuiuant iuxta formam &
modum vite, quam sancti Apostoli post Pentecosten Hieroso-
lymis cum primis in Christum credentibus hominibus ceperunt,
quando in commune vivebant, & nemo aliquid rei peculiaris
proprie possidebat, quomodo de ijs Lucas in Actibus Aposto-
lorum scribit. Quae vita Christo, confinis prima fuit, & primum
vite institutum in Republica Christiana post Ascensionem Chri-
sti, & increpantum, alijs quoque in locis accepit, scilicet in A-
lexandria sub S. Marco quemadmodum Philo doctissimus Iu-
daeus de ijs multa scribit) & etiamnum in bene constitutis cen-
obis remanet. Tale vite genus & eius professores haeretici per-
sequuntur, damnant & prohibent, atque contra hos in pulpitis
dicunt & scribunt, sicut & contra vetustam aliam Ecclesiae
sanctitatem. Adhaec non conceditur ijs in suis cenobijs manere,
in quibus tamen in Dei cultu manere perciperent. Quod profe-
cto valde est miserabile, praesertim in Deo consecratis virgini-
bus ac foeminis. Et sic ubi quibusdam in locis in maxima mole-
stia & anxietate in monasterijs relinquuntur, non tamen alias
sui ordinis personas ad se recipere permittuntur, vel novitios su-
scipere. Non concedatur ijs quoque ut iuxta religiosum propo-
situm sui ordinis in Dei viuant famulatu, tanquam eorum non
sit Christiana vita, cum tamen nonnunquam (etiam in antiquo
Testamento) Dei cultores in mundo extiterint, qui ex feruen-
tiori erga Deum charitate communibus Dei mandatis nolue-
runt

runt

runt esse contenti tantummodo obseruandis (ad quæ omnes homines obligati sunt, modo salui fieri velint) verum sponte se maiori cum laude laus extendendum ad exequendum perficiendumque quoad possent, auxilio gratiæ Dei, quicquid Deo placitum didicissent: Ad quæ non quibus necessario sunt astricti. Quemadmodum tua Cæs. Maiest. etiam (sicut constat) multa bona & sublimia Deo opera ex maiori erga ipsum deuotione offert, ad quæ non astrictam à Deo se esse cognoscit. Quod est maioris erga Deum charitatis argumentum, quæ ultra mandata etiam se extendit. Nam cum Deus fragilitatem nostram perspectam habeat, non vult nos prægrauare. Idcirco præcepta quæque nobis dedit, quæ (Ioanne teste) grauiora non sunt. Præter hæc ^{1. Ioan 3} verò sunt multa, quæ Deo grata sunt, non tamen propter excellentiam eorum præcepta. Quæ quisquis amplectitur & obseruat, commendandus est, atque confirmandus, nec in isto profito impediri debet.

Nunc autem cum in mundum errores, carnisque vitia irrepant, adeo vt multi non solum nihil obligati ad bona opera faciendâ & liberi ab omni obedientia esse velint, verum etiam ad suæ malitiæ patrocinium alijs quoque hominibus bonis bona opera exercitiisque religiosa peragere, permittere nolint, eam ob rem statum monasticum (qui ad bonorum operum exercitacionem, & mandatorum Dei in perfecta Dei charitate adimplerionem, est institutus) persequuntur & obsolescunt falso vituperio & mendacibus libellis, maledictis, & quomodocumque possunt. Et hæc etiam in lingua Germanica in illiteratum vulgus spargunt. Quæ versutia diaboli est, boni status monastici inuisoris, qui isto modo homines ab huiusmodi vitæ institutis & exercitijs retrahit, in quibus potissimum ipsos saluaturni cognoscit. Quocirca è contrario ego vicissim quoque libellum

Librum hunc
scribendi
quam
causa auto-
rem impu-
leat.

hunc in lingua Germanica, neminem quidem criminandi suggil-
landiq; causa, sed veritatem simplicem & nudam de monastico
statu significandi gratia exaravi, ad consolationem eorum, qui
etiannum in cœnobys sunt, & ad instructionem eorum, qui de
monastice ambigunt. Quem libellum tuæ Cæs. Ma. oëm religionē
(quem admodum tuæ Cæs. Ma. iest maiores) in veneratione &
honore habenti offero. Omnipotens Deus deuotorum oīm exau-
dire orationem velit. quæ pro tua salute, diuturnitate vitæ, pro-
spere successu, valetudineque bona, & præcipuè pro prospero tuæ
Cæs. Ma. aduentu fit. Per quam oëm hæresim extirpandam, oēs
status corrigendos, & in congruam formam suam redigendos,
& oēs oppressos ab istorum minimè Christiano proposito, & à
contemptu, qui imprimis Deo, tum etiam tuæ Cæs. Ma. edictis
fit, liberandos fore speramus. Ad gloriam quoque & decus sum-
mè laudandorum principum, heroum, ciuitatum, locorumq; tuæ
Cæs. Ma. edictis hæcenus obtemperantium. Quæ sua ipsorum o-
bedientia, quid emolumentum fructusq; ipsis afferat ipsimet iam
experti sunt & deinceps experientur non sine cōmodo suo. Quā-
obrem & ipsi & quotquot adhuc in vera fide constantes perma-
nemus (quæ in scripturarum SS. fundamento iuxta SS. PP. &
S. Ecclesiæ explanationem est fundata) tuæ C. Ma. humiliter
magnisq; votis desiderantes aduentum præstolamur, & pro eo
Deum flagitamus. Sua nos ille exaudire gratia, tuamq; C. Ma.
in diuturna, incolumi, tràquilla, fausta vita conferuare, & om-
ni bono confirmare velit, ad illud vsque tempus, quo cum omni-
bus sanctis maioribus tuis pro temporali æternam iustitiæ coro-
nam accipies. Ex Christiana tuæq; Cæs. Ma. morigera ciuitate
Cælo. Anno Christi M.D. XXXIX.

D. IOANNIS IVSTI
LANSPERGII
CARTHVSIANI DEMONSTRATIO CVM-
PRIMIS DILV&DA ET ELEGANS, QVAENAM VIDE-

licet reuera Euangelica fit religio: quid item de monasterijs ac
eorundem incolis sentiendum fit,

Liber vnus.

Hic liber cum proximo sequenti dialogo, quandoquidem autor eos in idiomate ger-
manico conscripserat, quod à stylo ac phrasi Lanspergio nostro admodum fami-
liari nonnihil disidet per transfusionem in Latinum accidit.

*Ad quid sit homo conditus, & quid charitas Dei reuera Christiana, siue Euan-
gelica vita sit, quinam item hodie se Euangelicos vocent.*

Caput. I.

QVVM multa insolentia, falsa & contumeliosa verba à nonnul-
lis in statum religiosorum, nempe monasticæ professionis ho-
minum effusa sint, non indignum sum esse ratus, si te nonni-
hil candide lector informem, vt originem & primordia huius-
cemodi status intelligere possis. Quocirca (ne qua alia præfati-
one vtar) ante omnia animaduertere debet, quod hominem Deus ad imagi-
nem & similitudinem suam fecerit, vt homo ipsum (hoc est, Deum) cognos-
ceret, cognitum amaret, amato fruere, id est, vt tandem delectaretur &
quiesceret in Deo. Quod totum perfectè in futura vita peragitur: In præsen-
ti vero vita, in qua iam sumus, fit imperfectè. Siquidem hic per fidem tantū
videmus & cognitio nostra est tanquam per speculum, sicut in ænigmate, &
quod amamus, non sicut est, possidemus, quamuis eius adipiscendi spe duca-
mur. Propterea imperfecta est nostra charitas. De charitate loquor, de qua
in Euangelio docti sumus scilicet apud Matth. Marc. & Luc. Vbi Dñm Deum
nostrum diligere iubemur ex toto corde nostro, & in tota anima nostra, & in
mente nostra, &c. Propter mandatum tale omnem nostram nauare operam
cogimur, vt huiusmodi charitatem ad Deum accipiamus, quæ hic incipiat,
crescat & augeat, sed in futura solummodo vita cõsummatè omnino per-
ficiatur. Ex his cõsideres licebit, quomodo Christiana, seu verè Euangelica
vita in charitate fudata sit. Quæ charitas in duobus mandatis perficitur, quæ
sunt: Deum ex toto corde diligere, & proximum suum sicut seipsum. In his
duobus, vt ait Christus, *mandata vniuersa lex pendet, & Propheta.* Quisquis il-
la duo ritè mandata obseruat, verus est Christianus & Euangelicus homo,
quia ex charitate operatio, & executio omnium præceptorum Dei sequitur.
Charitas enim non est ociosa: vbi existit, magna operatur, & vbi talis non
est operatio, argumèto est, ibi charitatem non adesse. Quapropter Christus:
Qui habet, inquit mandata mea & seruat ea, ille est, qui diligit me. Sicut contra
(velut in prima epistola Ioannes dicit) *qui dicit se nosse eum, & mandata eius
non custodit, mendax est.* Cuiusmodi sunt, qui confitentur se nosse Deū, factis autè
negant. Tales sunt hodie multi, velut qui Euangelium in lingua gerunt, de fi-
de, de charitate Dei, de spiritu, de verbo Dei multum garriunt. Cæterum
qualia

Gen. 1.
Cur homo
creatus sit.

1. Cor. 13.

Matth. 23.
Marc. 12
Luc. 10.

Euangelica
vita quod
sit funda-
mentum.
Matth. 17.
Verè Euan-
gelicus quis
sit.
Gregor.

Ioan. 14.

1 Ioan. 2.

Titum 1.

Euangelici
multi ore
non opere.

qualia in carne eorum opera, contra Deum & contra Dei verbum sint cui-
bet nimis quam etidens existit. Hos missos facimus (suum enim suo inueni-
ent tempore iudicem) dicturi de his, qui se in virtutum operibus exercent.

*De bonis operibus: quanam precipua & Deo propinquiora sint, in quibus
item religio versetur. Cap. 11.*

Opera bona
quanam
precipua
sint.
Religio
quid sit, &
quibus re-
bus consistet
& exercea-
tur.
Deuotio
quid.
Oratio quid.
Adoratio
Dei qui fiat.

Inter omnia bona opera primum locum tenent, & precipua sunt, quae
propinquius finem, propter quae fiunt, (hoc est Deum qui verus & vlti-
mus nostrorum operum finis erit) attingunt. Opera autem, quae ad ipsu
propinquius accedunt, sunt opera religionis, quae est cultus Dei, adoratio
Dei, latria Dei, quae se vicinius absque omni medio in DEVM, tanquam
verum finem suum extendunt, Huiusmodi religionis aut diuini cultus opera
sunt attentio & deuotio, quae est prompta voluntas velociter se ijs rebus ad-
dicendi, quae ad Dei cultum pertinent. Item, oratio, quae est ascensus mentis
in Deum, & sic mentalis oratio vocatur, ex qua ea quae fit ore & verbis pre-
catio nec non cantus & laus Dei proficiscitur. Ad quas vt bene fiant, opus est
meditatione & cōtemplatione Dei & puritate cordis. Hæc & his similia nas-
cuntur & promouentur ex interiori homine. Porro in exteriori homine erga
Deum sese religio exhibet in adoratione, quae fit per genuum flexionem, per
sui in faciem prouolutionem, per incuruationem corporis & his similia,
quibus interior homo extimulatur, excitatur, aptior redditur, exercetur,
& ad opus suum mouetur. Verum etiam est, vt si exteriora opera fieri debent,
interiora prius adesse oportere, ex quibus exteriora scaturiant. Vt si Deū
exterius adorare velis, prius opus est interius ipsum in te, quem adorare vo-
les, cognoscas, vt seias illum esse Deum, vnde oritur natura, gratia, gloria,
& à quo est omne bonum. Ita fit vt ex interioribus spiritus, opera exteriora
promanent: & contra per exteriora interiora prouocentur & exerceantur.

Adoratio
quid sit gratia
Deo quid
sequatur.

Adoratio Dei est diuina latria, quae præterquã Deo, nulli alij exhibetur
& ideo cognitionem huiusmodi requirit. Et vt accepta sit etiam Deo & me-
ritoria, perfectum omnino sui ipsius excharitate in diuinum beneplacitum
submisionem adesse oportet. Religio cultusque Dei etiam in oblatione ver-
satur omnium eorum, quae DEO offeruntur. Ad religionem inter cetera
hæc etiam opera spectant, vt sunt castigatio carnis suae, temporalium bono-
rum relictio, vitiorum extirpatio, propriae voluntatis resignatio & renun-
ciatio, propriorum affectionum perdomatio, sacrificium alcaris p̄. r. missã,
& (quae potissimum eo pertinet) arcta perennisque cum Deo sui ipsius per-
vorum confederatio. Hæc omnia vt dictum est, ad Christianam & Euange-
licam vitam pertinent.

*Quod omnes boni Christiani religiosi possint appellari, & potissimum hi qui
statum aliquem suscipiunt ad hoc ordinatum penitus, vt in eo
spiritualibus exercentijs acare quisque debeat.*

Caput III.

Religiosus
vt sit & dicitur
possit quilibet
Christi-
anus.

Ex his omnibus, vt supra memoratum est, efficitur, quod quiuis homo,
qui sic vero & vnico Deo tali religione & latria seruit, vt iam dictum
est, religiosus vel spiritualis homo fit vocarique possit. Atque eiusmodi Chri-
di Chri-

Christiani omnes esse deberent, sed ceteri homines, utpote Iudæi, Turcæ, Sarraceni, hæretici, si suo porro more vnicum Deum colunt, nomine tamē Deum colentis religionis sunt indigni, ob multos errores, perfidiam & falsitatem, qua sunt decepti. Verū enimvero cum omnes verē boni Christiani religiosi Deique cultores possint nuncupari, propterea quod verum, vnicum Deum religiosè colant, multo inter illos æquius, magis propriè & præcipuè, hi sic, id est, religiosi, vocantur, qui omnem suā vitam addicunt & emancipant religioni, ea re, quod se totos ad Deum conferunt, se subtrahunt ab omnibus negocijs & commercijs mundi, & ab occasione huiusmodi mundanarum rerum, quantum corporalis & temporalis necessitas permittit. Tales religiosi communiter hodie Monachi, Moniales vel Cænobitæ aut monastici homines nuncupantur, quamvis extra cænobia quoque multos religiosos vita est inuenire, tamen nomenclatura illa statum illum sequitur, qui sic est ordinatus. Quo quisquis uti iuxta quod est institutus volet facillè ex carne in spiritum peruenire poterit ad perfectionem charitatis verarumque virtutum.

Vti semper in mundo status aliqui extiterint, in quibus specialius, rigidius & perfectius ex bona voluntate Deo seruire licuit, supra quam ex mandatorum Dei aliquis teneretur.

Cap. IV.

STatus huiusmodi religiosorum & DEI cultorum (qui se à plebe & à bonis etiam hominibus segregauerunt, & in rigidiorē diuini cultus obseruantiam transtulerunt) semper in mundo fuit. Nam ut eximie docti scribunt & sentiunt, ante legem in veteri Testamento huiusmodi religiosi cœperunt, qui sese (quantum illis congruebat, cum adhuc mandatum esset de propagatione mundi) castè continenterque gesserunt, serò matrimonium inierunt ad proles generandas. Per quæ ostenderunt, quam libenter (si diuina voluntas tulisset) se semper à voluptatibus carnis abstinuisent in inuolata castitate, seseque exercuisent in speciali inchoatione noui cuiusdam diligentiorisque cultus Dei, præ ceteris DEVM colētibz mortalibus. Quod ipsum liquido nobis Genesios liber breuibus verbis commonstrat, dum de Enos, qui fuit filius Seth, scriptum reperitur, quod cœperit inuocare nomen Domini. Quod intelligitur de notabili aliquo & speciali modo, seu cultu erga Deū, ante alios homines, qui eodem tempore villiori, humiliori & communiori modo Deum colebant ac venerabantur: Qandoquidem in eodem Genesios libro de Abele legitur, quod Deum honorauerit eique obtulerit de primogenitis gregis sui. Similiter & multo magis Rechabitz sese in speciale quendam & sedulum religiosæ vitæ ordinem dederunt, ut habetur in primo Paralipomenon libro & apud Hieremiam prophetam præ alijs hominibus in corporis deliciarum abdicatione in potus vini abstinentia, & his similibus, in obedientia sub Iabe legis ductore, in laude & concentu, alioque diuino cultu in doctrina & meditatione legis. Quæ, multaque alia ex singulari deuotione obseruabant præter communem legis obligationem, quam vna cum alijs hominibus æquè benè & insuper sponte sua singularem quandam religionem

Religiosi vt specialius vocantur monasticæ vitæ profectores.

Religiosos ac singulatores Dei cultores semper fuisse.

Gen 4. Enos cepisse inuocare nomen Domini vt intelligendū. Gen 4. Rechabitarum singulare institutum. Hier 35.

Ibidem.

onem præ alijs custodiebant, ad quam etiam (si voluissent) à Deo non obligati fuissent, ob quam specialem ipsorum deuotionem summopere à Deo laudantur.

Quod olim monastica vita, qualis in veteri Testamento fuerit, & nomenclatura tamen cœnobiatorum monachorumq; non extiterit, quia ille status ipso nomine antiquior existit.

Cap. V.

Monastica vita ipsa nomine vetustior.

PRÆter hos alij quoque conuentus congregationesq; religiosorum in veteri Testamento fuerunt in cœnobiatorum in modum, & in formam monachorum (quantumuis ipsum nomen nondum in vfu fuerit) coniunctorum, quemadmodum conuērio itacusq; Prophetarum fuit, quem Samuel seuit & instituit. Qui non idē Prophetæ, quod futura omnes vaticinaretur, sunt appellati: quamuis nonnulli tales inter nos prophetæ fuerint, sed propterea, quod assidue Deum laudaret, ipsius laudes cantarent, in prophetarum oraculis, in Psalmis, in hymnis & in cymbalis, ad quod eorum vita statusq; destinatus erat. Hi Samuelis tempestate, & postea varijs in locis habitauerunt. Aliqui conuentum siue contubernium suum in Galgala, quidam in Naioth, in Ramatha, nonnulli alibi in locis ad religionem accommodis circum & iuxta terram sanctam, habuerunt, sicut reperire in primo libro

Prophetæ cur dicti sint Samuelis sectatores & quidam alij.

1. Reg. 9.

Monachorum vocabulum cur ipsa vita posterius.

Act. 5. 6. 7. 8. Acto. II.

Vocabula rebus permanentibus subinde mutari. Cœnobia ac xenodochia etiam ante quā sic vocarentur, extitisse.

Regum poterit Non est autē, quod admirare, cur huiusmodi homines tempore illo non monachi dicti neque habitationes eorum monasteria fuerint vocatæ: quoniam omnibus in rebus vocabula posteriora sunt significatis: & frequenter etiam vocabula variantur, cum tamen significatum idē perpetuo permaneat: quemadmodum initio fidei, Christiani, non Christiani, sed discipuli dicti fuerunt. Nam Antiochiæ primum Christiani cognominari sunt, vt habetur in libro Actuum Apostolorum: qui prius ibi vel alibi discipuli appellati fuerunt, priusquam Christiani ita nomen inoleferet. Diu porrò Hierosolymis & vbique Christiani extiterunt, qui tamen illud uominis necdum habebant. Ita fit in omnibus, vt res eadem aliter atque aliter, vicissitudine temporis, aut alioqui leni ex causa, quæ iam ei accidit vel variatur in ipsa, dicatur, cum interim ipsum significatum, licet multis appellatum nominibus, vni idemque perseueret. Itaque diu cœnobia xenodochiaq; sub alio nomine fuerunt, priusquam xenodochij cœnobijsq; vocabulum introductum esset. Quid igitur obstat, si aliquando vocabulum non extet, dummodo hoc ipsum, cui vocabulum competit, existat? Ita nihil refert, si ipsi religiosi in veteri Testamento, & quandoque etiam in nouo, non religiosi, aut monachi, sed alio nomine pro temporis cōditione fuerint nūcupati.

Quod religiosorum status non semper consimilis fuerit, quomodo neque nunc quoque ordines omnes per omnia concordant.

Cap. VI.

NEquē interest quidquam, quod illo tempore siue postea religiosi (velut adhuc dicant) non omnino pares fuerint religiosi siue monastice vitæ hominibus, qui hoc seculo in monasterijs degunt. Suum enim habet

DE RELIGIONE ET MONASTERIIS.

habet quodlibet tempus modum, ratione & finem, quo apte Deo seruire liceat. Ad eod vt quisq; qui se à plebe plebisq; vulgari vita seiungere, & non nihil amplius sponte Deo in ipsius seruitio ex charitate maiori, quam sibi præceptum esset, aut necessario obligatus foret, offerre voluisset, suo æuo locum repererit, qui ad hoc ipsi pro ratione temporis accommodus destinatusq; fuerit, vt in eo strictius, sincerior, feruentius, constantius & perfectius Deo ministrare potuerit. Videmus namque, quod eodem etiam, sicut hodie, tẽ-

Monastici
ordines &
personæ vt
non in om-
nibus con-
ueniant,

*Quod status monasticus vetustus sit, & semper incrementum à Samuelis, Elia
& Prophetarum tempore, acceperit.*

Capit VII.

SAt iam de monastico religiosoq; instituto dictum scriptumq; foret si sãctis patribus & doctoribus Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Basilio, Iohanni Chrysostomo, & ante hos Dionysio, fidem quis adhibere vellet, Qui omnes sanè multum studuerunt monasteriorum religiosorumq; æmulis ostendere, quod huiusmodi institutum vetus sit, & non nuper inuentum, quod semper in maiori ad Deum deuotione, & malæ libertatis carnis repudiatione augmentum sumpserit. Quod pulchrè Sanctus Bernard, in quadam benè longa epistola, imo libello ad Carthusianos scripto ostendit. Vbi commendat eos quod vita solitaria quæ interierat, & non nisi ex libris erat cognita, per ipsos recuperata & instaurata esset. Et inter alia multa verba consolatur eos contra detractores ipsorum solitariæ & anachoreticæ vitæ, cum inquit, quod non obijci illis posset, quod nouum institutum confinxissent, cum, quæ in illis putaretur esse noua, res esset antiqua, quæ prope modum perierat: quod antiquam illam (quæ defecerat, & in obliuionem venerat) eremiticam vitam resuscitassent, & in medium protulissent, cuius ante institutores & inchoatores, non solum D. Anthonium, Arsenium, Hilarionem, Macharium, aut Paulum & his similes, verùm etiam eos, qui Apostolorum & sancti Marci tempore in Alexandria in desertum se cõtulerunt, habuissent: item sanctum Iohannem Baptistam, & ante eos etiam qui tempore Elie & Elisæi prophetarum solitariam religiosamq; vitã, ad tempus vsq; Christi, duxerunt: Qui omnes ipsis alijsq; quib; exemplar, propago, ducatus, causa, institutio principumq; fuissent vnde talis multiq; alij eremitici monasticiq; modi ordines prognati derivatiq; essent. Nam, vt commemorare cœperam, fuerunt tempestate Samuelis cœtus religiosorum virorum obsequio & laudi Dei consecratorum. Qui ad tempus vsque Elie (cui magnus inerat zelus eundem statum conseruandi & multiplicandi) durauerunt. Qua-

Vide D. Bernardum in epistola ad fratres de monte Dei de vita solitaria.

Inchoatores vitæ monasticæ qui fuerunt.

Samuelis tempore cœnobita fuisse.

4. Reg. 2.

Filij Prop-
phetarum
cur sic dicti.

4. Reg. 6.

Monachi
veteris te-
stamenti qui
nam fuerint
Hieron.

Idem.

Principes
instituti
monastici
quinam
fuerint.
Hicre 33

propter cum ab ijs abripiendus & in paradysum vehendus esset, Elifzum ip-
sus p̄ceptorem spiritualemq; magistrū p̄fecit, sub quo ita, sicut sub alijs
suis p̄decessoribus prophetis, viuebant, velut nunc monachi sub vno Ab-
bate vel priore in obedientia pro spiritali moderamine degunt. Qua de causa
prophetarum filij, non quasi ab ijs omnes geniti, sed t̄quam eorum disci-
puli in ministerio, laude & cultu Dei, dicti erant. Illi montem Carmelum
incolebant, quorum demum numerus in tantum excreuit, vt ad Elifzum
tanquam superiorem suum venirent, & si de angustia loci, in quo morabā-
tur, conquererentur, desiderarentq; vt sibi alio in loco domiciliū exedifica-
re liceret, sicut in quarto libro Regum offēdere poteris. Ita contingebat, vt
plurimi in monte Carmelo manerent, multi apud Iordanem, nonnulli in
monte Ephraim, quidam Hierosolymis, alij in suburbij morarentur, vbi
suas ceremonias legemq; obseruabant. Multi etiam in Galgala, nonnulli in
Bethel, in Sarepta quoque, in Samaria, in Hiericho, & vbi se sustentare po-
terant, habitabant. Siquidem p̄secutiones patiebantur à regibus, p̄fer-
tim ijs, qui ad idololatriam descuerant, qui ipsos vt singulares cultores, mi-
nistros, laudatoresq; Dei, ipsiusq; laudis buccinatores odio p̄sequen-
tur: siquidem facile dignosci poterant ob specialem amictus habitum, quo
aliter ab alijs hominibus (sicut nunc monachi) vestiti erant. Hos omnes ve-
teris testamenti monachos sanctus Hieronymus nominat in epistola de mo-
nachorum origine ad rusticum scripta, sic inquit: Filij prophetarum (quos
monachos in veteri testamento legimus) edificabant sibi casulas prope flu-
uenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis polenta & herbis agrestibus vi-
ctitabant. Et in alia epistola ad Paulinum exarata, ait: Habet vnumquodq;
propositum principes suos, quos imitetur. Et cum multis verbis (hic pro-
pter breuitatem omisis) recēseat, quam multa proposita & sectæ suos p̄-
fides, quos imitentur, habeant, tandem concludens, dicit: Nos autem (de
monachis loquitur) habeamus propositi nostri principes Paulos & Antoni-
os, Iulianos, Hilarionem, Macharios, Et vt ad scripturarum autoritatem re-
deam, noster princeps Elias, noster Elifzus, nostri duces, filij prophetarum,
qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope
fluenta Iordanis. De his sunt & illi filij Rechab qui vinum & ficeram non bi-
bebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam voce laudan-
tur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram
Domino.

*Quod prima vita Apostolorum & Sanctorum in Hierusalem in principio fidei
fuerit, qualis nunc est vita monastica.*

Caput VIII.

Christiano-
rum primā
viuendi ra-
tionē nihil
à monastica
discrepasc.
Act. 4

VT autem eorum, qui se talium religiosorum hostes palam profitentur,
os melius obstruatur ad nouum testamentum venimus, & verissime
affirmamus primum modum formamq; vitæ Christianæ, quæ à san-
cto Petro vna cum reliquis Apostolis & discipulis, qui post ascensionem
Christi venerant, ducta fuit (vt in Actibus Apostolorum scriptum habetur)
nonnaliam ea quæ cepta est, intentione & forma, quam nunc est monasticæ,
fuisse.

fuisse. Nam dilucidè ibi scribitur, quod Apostoli vna cum Maria matre Domini post Christi ascensionem in eodem loco vnanimè in oratione perseverabant, ad diem vsq; Pêchecostes, Spiritum sanctum expectantes. Quando etiam ex cōcione S. Petri, eiusq; prodigijs magnus increuit populi numerus. Quotquot enim, (vt scribit Lucas) eorum possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferbant prætia eorum que vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Ecquid vides Euangelicam vitam primorum Christianorum simulq; Apostolorum formam initiumq; monasticæ vitæ fuisse? Et iam monasticè nihil aliud est, quam primorum Christianorum imitatio. Vbi quæso hodie sic viui (quemadmodum Apostoli primiq; Christiani vixerunt) quam in bene constitutis cœnobijs, reperias? Propterea qui huiusmodi diruere & demoliri cœnobia laborat: quid aliud quam primorum perfectorum Christianorum interitum vitæ quæ nunquam ad hodiernum vsq; diem intercidit, desiderat? Vbi verò talis vita Apostolica (qua sub obedientia ex rebus communibus & non propria possessione viuitur) non inuenitur, monasteria monachorum nomine prorsus sunt indigna. Non deuastari tamen debent, sed à potestâtè habentibus curandum, vt eiusmodi vitam monasticam agant, qualem Apostoli tradiderunt, & ipsimet voto suo sunt professi, vt postea melius ostendâ. Nunc autem perpendere & meminisse debes Apostolorum & primorū Christi quibus non est salus, verum etiam consilia Christi ex Euangelio ad consequendam perfectionem charitatis, & suorum obseruationem mandatorum docta, adsumperint. Ad quæ tanquam ex mandato neminem Christus obligauit, sed consuluit ea sponte suscepturis, quando dicebat: *Si vis perfectus esse, vende vende que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, sequere me.* Hac deuotio feruorq; fuit in primis Christi fidelibus, qui vna cum Apostolis iam consummatum propositum aggrediebantur. Quod quum aggressi fuissent, & nonnulli voluntariam quoque paupertatem Deo vouissent (quales fuerunt centum & viginti illi, qui simul in cœnaculo cohabitabant) etiam præstare ipse Deus promissâ voluit. Quod de Anania & eius vxore Sapphira liquido constat. Qui precium venditi agri sui non totum sancto Petro obtulerant, sed clam partem quandam pro sese retinuerant. Quam ob causam Deo repentina morte vterque multati sunt. Quî itaque pœnas dederint, quod non omnem pecuniam in commune, sicut videri volebât, quî tamen pro se aliquid retinissent & occultauissent, contulissent sancto Petro iniustum eorum videretur esse supplicium, vt sanctus Hieronymus sentit, si non sese voto ad vitroneam paupertatem obstinaxissent, ad quam nullo præcepto Dei, sed proprio voto vel promisso, cogebantur.

Act. 2.

Act. 4.

Monasticæ
quid.Cœnobia
quod reformanda non
extirpanda
sunt
Primos
Christianos
non præcepta duntaxat & consilia Christi
exequenda suscepisse.
Matt. 19.Voluntariâ
paupertatē
quinam voluerunt.
Act. 5.

Hieron.

Quod quando vita communis iuxta institutionem Apostolorum propemodum
interierat, quasi postlimino sub sancto Marco in Alexandria
& in multis alijs locis restituta sit.

Caput IX.

Voluntate
paupertatis
initium apud
Christianos.
1. Cor. 16.
2. Cor. 8. 9.
Galat. 2.
Act. 24.

Matt. 16.

Feruoꝝ pri-
morum cre-
dentium er-
ga perfecti-
onis studiū
vade tepue-
rit.

Apostolicā
vitam quā
retinuerunt.

Religiosi
cur ita pri-
mum appel-
lati sint
Monachi
nomen vn-
de profectu
Philo.

Huius initium vitæ in Iudæa multis annis Hierosolymis sub Christia-
nis ibi collectis durauit. Quibus etiam sanctus Paulus in Gentilium
ciuitatibus ab ijs, qui tunc ad fidem venerant, elemosynas emendi-
cabat, sicut habetur in vtraq; ad Corinthios epistola: item ad Galatas, & in
libro Actuum Apostolorum, & Hierusalem adferebat. Cæterum propter
persecutionem, quæ eis obuenit, & excidium ciuitati Hierusalem sub Tito
& Vespasiano impendens, Christiani discesserunt. Sic congregatio illa dis-
sipata fuit, & talis vitæ forma modusq; interiuit. Adhæc fuit alia causa quod
multi ex Ethnicis à Paulo & Barnaba ad fidem conuersi erant, quibus facili-
or via (quia perfectionis iter non omnibus grauius erat, quod non esset ad talē
vitam, per temporalium honorum renunciationem & relictionem quisq;
idoneus) permittebatur, vt tanto plures salui fierent, & à quibuslibet leue
iugum Christi citra molestiam susciperetur, si ad perfectionem non compell-
erentur, scilicet propria bona relinquere, &c. quod Christus volentibus
consuluit, & non præcepit. Sed concessum illis fuit in suis adibus manere,
propria bona possidere, apud vxorem & liberos demorari, & honesta mer-
curia victum quærere. Huius veniæ causa, cum indies ex Ethnicis creden-
tium numerus aueretur, etiam eorum, qui ex Iudæis primum crediderunt,
propositi primus ad perfectionem feruoꝝ flaccescere & deperire cœpit. Qui
cum etiam eandem indulgentiam, quæ ex Ethnicismo credentibus permissa
fuerat, sibi concedi vellent, primum illud institutum ac propositum elan-
guit ac decreuit, bonaq; sua sibi seruauerunt. Quidam autem, qui primi sui
propositi feruoꝝ istiq; probè memores erant, primo instituto inhærere male-
bant.

Ad quod cum non omnes reuocare possent, sese ab alijs, qui non erant e-
iusdem propositi, & ab oppidis aliorumq; hominum domicilijs separaue-
runt, & tunc vitam ab Apostolis pro omnibus in commune cœptam & mo-
do non intermortuam, pro se instaurauerunt & defenderunt. Qua de causa
(vt dixi) sese iunxerunt segregaueruntq; à vulgo, quod feruorem non secta-
ri, sed in via abiectioni faciliorq; permanere volebant. Hi in solitudines vel
in singulares alias habitationes secesserunt, & certum habitum ob discrimen
ab alijs non eiusdem vitæ mortalibus gestauerunt. Hanc equidem ob rem,
quod ita patrem matremq; omnem cognationem & affinitatem, carnalia o-
pera conjugij, temporalia bona commercijsq; mundi relinquebant desere-
bantq; & solitariè in desertis & solitudinibus in abstinentia victus & po-
tus, & alijs castigationibus corporis in gratatione & laude Dei viuabant, reli-
gijs præter ceteros homines appellabantur, & nouo vocabulo ex Græcis
ducto monachi, quod Latine solitarios sonat, dicebantur. Quod nomen tunc
inolitum hucusque permansit. De his Philo eloquentissimus atque doctis-
simus Iudæus, qui eodem tempore vixit, & sanctum Petrum viuum vidit, &
postea

& postea Christianus factus est, multa scripsit, & plurimum eos probauit & laudauit, quod in Alexandria sub S. Marco præclaræ religionis vitam in magna castitate & laudatione Dei mane ante lucem cantando peragerent: velut adhuc benè constitutorum cœnobiorum status in vsu habet, noctibus ad mane vsque nocturnâ Dei laudes canere, En quod S. Marcus, de quo scribit Philo, suo tempore in Alexandria, vbi Episcopus erat, innouauit redintegraitq; eandem vitam, quam Apostoli Hierosolymis post ascensionem Christi exorti erant, quæ etiam propter illam, quam dictum est supra causam, formè interierat. Ita factum est, vt etiam illi, qui ex Ethnicismo ad fidem venerant (velut in Aegypto, in Thebaide, in Syria, in Palestina & circiter innumerabili populi multitudine religionem talem susceperint, qui se à ciuitatibus & cohabitationibus aliorum hominum (qui eius voluntatis non erant) sequestrauerunt, & eremiticam siue monasticam vitam duxerunt masculi & feminei sexus homines, alijs tamen ab alijs in diuersa disiunctis monasteria. Inter illos multi magna sanctimoniam inclyti fuerunt, toti ferè mundo celebres, videlicet, diuus Antonius, Paulus, Hilarion, Macharius, & ceteri. Per quos hoc vitæ genus ingens augmentum propter sanctum eorum exemplum, doctrinas & miracula, accepit. E quibus plerique vitæ monasticæ conscriptas regulas contubernalibus, futurisq; nouis fratribus suis, dederunt, vt tanto citius addiscere & obseruare istas consuetudines ritusq; religionis possent, & vt talis vsus & ritus, quem Apostolicæ vitæ formæ adiecerant, consimiliter ab omnibus conseruaretur. Ex his fuit vnus Pachomius cui Angelus Dei regulam quæ etiamnum dicitur pro monachis, qui ei subditi erant in vno cœnobio vltra mille, dedit. Item Deodatus & Basilius cuius regula vltra mare in media Syria, vbi adhuc monachi nonnulli reperiuntur, etiamnum obseruatur.

Marcus Alexandria vicam Apostolicam instaurauit.

Monastica & Apostolica vita per quos plurimum propagata.

D. Pachomio regula cœlitus tradita D. Basilij regula.

Quod sanctus Augustinus vitam Apostolorum primorum, Christianorum in Africa inter suos Canonicos instaurauerit.

Capitulum X.

Successit his insignis doctor Augustinus, qui eandem formam vitæ Apostolorum, primorumq; credentium in Hierusalem, introducere & inchoare in Africa studuit, & cum ad illam non quosuis idoneos esse sciret, regulam secundum formam primorum credentium in Hierusalem, composuit, iuxta quam clerici & canonici sui sub ipso in cœnobio quodam simul victitabant. Hanc communem siue cœnobiticam vitam æmulata etiã vetusta collegia, quæ cathedrales Ecclesiæ, Monasteria, Canonici vel etiã cœnobita nominantur, fuerunt: quanquam, qui in huiusmodi collegijs siue monasterijs habitant Canonici, & non monachi iam appellantur. Sicut antiquorum monasteriorum structura, quæ tam sunt vetustæ, vt à sancta Helena partim ædificata sint, fabricatione & constitutione sua, simulq; præcis statutis indicium certum præbent, monasticæ vitæ studiosos illic communiter victitasse. Constat id ipsum etiam liquido ex veterum quorundam vitis Episcoporum, qui ante mille & eo amplius fuere annos. De sancti Augustini

August in Africa Apostolicam seu cœnobiticam vitam instituit.

Monachorum vitam vetusta Canonorum collegia tenuit.

Canonici
seculares à
primo suo
instituto de-
seruerunt.

August. vt
monasticam
vitam con-
tra obiecta-
tores defendit.

stini vero propagine ista forma adhuc apud eos, qui Regulares Canonici vocitantur, manet, qui etiam tria illa vota vna cum monachis in sua regulæ susceptione, siue professione obseruant. Canonici autem, qui nunc seculares, discriminis causa, dicuntur, quum sine votis in forma, cenobij vixerint vna habitantes, in illum statum ab antiqua illa institutione in alium modum (velut nunc cernere est) se commutauerunt. Regulam quoque sancti Augustini multi ordines, qui postea sunt exorti, sunt amplexi. Et hodie maxima monasticorum ordinum pars, regulam sancti Augustini est amplexata: quæ nimirum primæ illi vitæ Apostolorum primorumque discipulorum Domini inchoationi innititur. Hæc est defensio, qua sese Augustinus contra Petilianum hæreticum talesque multos (quales adhuc hoc tempore sunt) obiectatores tuetur, qui obloquebantur illi, quod nouam sectam vitam monasticam à se in Africa illicitam commentus esset. Quibus ille respondit, sicut in lib. contra illum hæreticum inuenies, monasticam vitam non esse nouam sectam, sed primam & antiquissimam vitam Apostolorum ex verbis Christi sumptam, & pro omnibus Christianis institutam siue inchoatam, & à primis obseruatam Christianis. Sed cum tolerabilis omnibus non esset, & propterea in plebe ferè occidisset, se illam in Africa pro quibusdam, qui maiori ac speciali sese aut vellent, aut deberent religioni addicere, redintegrauisse.

Quod post diuum Augustinum alij per plures vitam monasticam multis alijs locis exsuscitauerint.

Cap. XI.

B. Benedi-
ctus vt ce-
nobiticam
auscit vitam
D. Bruno
Carthusiani
propositi
auctor.

Quum verò huiusmodi religiosa monasticamque vita ultra mare, scilicet in Aegypto, Thebaida, Palestina, Syria, Africa, dilatata propagataque fuisset, post sanctum Augustinum editus diuus Benedictus eandem inuentam per totam ferè Europam sparfit. Post hunc egregius doctor Parisiensis, ex sancta Colonia Agrippinensi oriundus D. Bruno prodiens, occasione insigniter eruditi cuiusdam doctoris (qui vitæ bonæ existimatus fuerat, & tamen post obitum, antequam sepultus esset, se ex feretro erigens perenniter condemnatum esse proclamauerat) ordinem Carthusiensem, hoc est, anachoreticam monasticamque vitam simul copulatam, primum in Sabaudia, mox in Calabria inchoare commotus fuit. D. Franciscus monasticam in summa paupertate in Italia capit: Similiter sanctus Dominicus in Hispania.

Quod tam multiplices religiosorum ordines in tribus illis votis à Christo contra tres illas maximas peccatorum causas propositis inuicem consentiant.

Caput XII.

Ordines
monastici
in quibus
consentiant

Et quamuis religiosorum talium varij ordines adiuuenti, diuersisque temporibus secundum Apostolicæ vitæ formam instituti sint, qui in multis propter medium finem, per quem aliter atque aliter ad vltimam se finem dirigunt, distinguantur, in tribus tamen illis votis, vepotè spontaneæ paupertatis, continentiae, & obedientiae consentiunt & concordant.

cordant. Quæ tria vota ob hoc simul ab omnibus suscipiuntur, quod à Christo in Euangelio ad perfectionem tradita consultatq; sint, & contra summam & maximam scelerum ansam pugnent. De quibus Ioannes in sua epistola loquitur. *Omne, inquit, quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vite.* His se virtutes opponunt, ad quarum studium & exercitationem Religiosi se per ista vota Deo obstringunt. Primum contra concupiscentiam carnis (cuius explendæ causâ quamplurima flagitia perpetrantur) eiusq; affectus & colluuiem, quæ hinc profluit continentia, & quæ ad ipsam confert, vt castigatio carnis, temperantia, &c. assumitur. Quæ continentia à Christo propter nobilem excellentiam ipsius, quæ corrupto homini hic est grauiamini, non quibuslibet imperatur, sed consulitur: & prædicatur illi, qui vitro propter regnum cælorum continentiam apprehendunt. Quando discipuli Christi ad eius quædam verba dixissent. *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere, dixit illis Christus: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sicut eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.* Tercia hæc castratio spiritualis est (alioqui foret cum alijs eadem) nempe continentia, & præsertim si Deo spondeatur, adeo vt deinceps non sit concessa contrahendi matrimonium facultas ob vorum Deo propter cælorum regnum nuncupatum. Hinc apparet, quod continentia ducat, & concordat cum 3o, quod in Esaiâ habetur, vbi dicit Dominus eunuchis: *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus.* Et horum similia multa. Deinde contra concupiscentiam oculorum, hoc est, auaritiam, ob quam sicut Paulus ad Timotheum dicit, *homines in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.* Contra hanc, inquam, tanquam pharmacum vltronea paupertas propofita est. Quam Christus nos docuit, cum diuiti adolescenti, quid boni facere deberet, vt vitam æternam haberet, quærenti respondisset, vt mandata seruaret, & dixisset illi adolescens, *omnia hæc custodisti à iuuentute mea. At illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.* Aduerte, quod hic Christus illi, qui semper mandata bene obseruauerat, dicit: *Vnum adhuc deest tibi, non quod necessarium est tibi ad salutem, quia, vt respondi tibi, obseruatio, quantum in te est, mandatorum, ad salutem sufficit. Sed vnum deest tibi, quod amplius est latiusque extenditur, quam mandatorum, quæ cunctis præscripta sunt, exequutio. Si vis perfectus esse, id est, ad perfectionem tibi necessarium est, non ad salutem. Non præcipio omnibus, sed tibi perfecto esse volenti, vende quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me.* Et item: *Omnis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Non dicit saluus fieri, aut Christianus esse nequit, alioquin quisque suis renunciare bonis deberet, vt qui non faceret, beatus fieri non posset.

Tria vota
cur mona-
chi omnes
faciant.
1 Ioan. 2.

Continentia
cur non o-
mnibus præ-
cepta.
Matt. 19.

Castratio
spiritualis
quæ sit.

Esa. 50.

Auaritia
quid extin-
guat.
1 Tim. 6.

Matt. 10.

Luc. 14.

Discipulum esse Christi, ut sit perfectius multo, quam esse Christianum simpliciter: superbia quam ex radice pullulet: Vota tria monastica uti Christus seruauit.

Cap. XIII.

Luc 14.
Discipulus
Christi plus
est quam
Christianus.

Matt. 16.

Superbia ex
qua radice
pullulet.

Christus ut
tria vota
monastica
re ipsa præ
stiterit.
Matt. 8.
Luc. 9.
Phil. 2.

Verum sic Christus, inquit, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Discipulum esse amplius est, & plus huc pertinet, quam esse Christianum. Ut Christianus sis, mandatorum in fide seruatione conficis: ut discipulus existas, tuum erit ad perfectionem mandatorum exequutionis conari: quod in eo fit, si tibi cunctas amputes occasiones, quæ te ab absoluta charitate Dei impediunt, unde perfectè huiusmodi mandatorum Dei custodia nascitur. Item quando Petrus pro se alijsq; discipulis gloriatus esset, humiliterq; Christum percunctatus esset, dicens: *Ecce nos relinquimus omnia, quid ergo erit nobis?* Christus dixit: *Amen dico vobis: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, scilicet in præsentia vita, & vitam æternam possidebit.* Tertia occasione, hoc est, superbiæ vitæ (quæ ex radice proprii amoris, propriæ voluntatis & propriæ quæstionis pullulescit) in religiosa monasticâq; vita, obedientia, siue subiectio opponitur. Has tres virtutes, quæ à monasticis hominibus Deo vouentur & spondentur, Christus non modo docuit & consuluit, sed etiam ipsemet præstiterit. Quandoquidem ipse in intemerata castimonia continens fuit, imò ab omnibus vitijs immunis, purus & incontaminatus. Suapte sponte pauper fuit, quia proprii nihil habuit, sicut ipse inquit: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.* Obediens fuit, ut Paulus ad Philippenses ait, *ad mortem, mortem autem crucis.* Ecce in his tribus votis, & in multis alijs constitutionibus omnes ordines consentiunt, quomodo etiam conueniunt in fine, qui est ad perfectionem charitatis præceptorum Dei peruenire. Si cui plura de tribus hisce votis legere libeat, libellum à venerabili & religioso patre Nicolao Herborn Guardino Marpurgensi ordinis Obseruantie compositum legat, ubi pulchrè annotatum responsumq; quod quemque scire delectet, inueniet.

Quod omnes religiosi ordines primitus à Deo per homines sint instituti.

Cap. XIV.

Canones
monasticos
Deo autore
conditos.

Exod. 20.
Deut. 8.
Ioan. 1.

Procul dubio quoque credendum est, regulas & statuta, quæ religiosi ordines obseruare habent, per quæ sese in Apostolica, siue verè Christiana, (sicut primi discipuli in fidei exordio) vita continent, à Deo autore profecta esse, qui omnis boni dator & auctor existit, qui per homines tanquam sua instrumenta voluntatem suam operatur, disponit atque exequitur. Nam sicut in veteri testamento per hominem, hoc est, Moysen lex est data, quæ tamen à Deo erat, & Euangelium per homines ibi, ubi Christus ipse non fuit conuersatus, prædicatum est, & adhuc hodie in mun-

do prædicatur disseminaturq; Ita etiam religiosorum canon ob absolutio-
rem Euangelij adimpletionem per homines à Deo est ordinatus & datus, nō
tamen vsque adeo, vt ipsas regulas veteri vel nouo testamento componere
velim: minime id quidem, sed vt similitudine quadam hinc eliciamus, re-
gulas monastica & religiosa vitæ (quarum fundamentum est ex ipso Euan-
gelio) per homines quidem promulgatus esse, nec tamen ex proprio ipso-
humano spiritu confectas, sed à sancto Spiritu qui mentes illorum illuminā-
rit, docuerit, & ad hoc instigārit. Cuius sanè certum ac euidentis signum ha-
buerunt, quod instituta dogmatq; sua à Deo essent, quod ipsos Deus (vt o-
mnibus religiosorum ordinum inchoatoribus & autoribus contigit) gran-
dibus miraculis prodigijsq; (quæ alioqui humanis viribus impossibilia fu-
issent) donauerit, ad confirmationem huiuscemodi propositi & canonis,
vnde Deo ipsum placere, & ex Deo esse, ita per homines ad communem san-
ctæ & Catholicæ Ecclesiæ institutum, constare possit: hoc est, ad suæ cuiusli-
bet animæ, tum etiam proximorum salutem.

Canones
monastici
cur instituti.

Miracula
cur adiuncta
monastico-
rum ordinū
architectis.

Quapropter Spiritus sanctus quoque, qui suam moderatur Ecclesiam, ita
disposuit, vt religiosi propositi tam diuersi ordines existant, quorum non-
nulli ad concionandū & docendū, nonnulli ad ministrandū ægrotis, nō-
nulli ad tutandam fidem, nonnulli ad liberandos captiuos, nonnulli ad ele-
emosynam inopibus præstandam, eosdemq; hospitio excipiendos, omnes
tamen ad Deum canendo & orando & gratias agēdo, laudandū, ipsiq; mū-
do corde adharendū, sunt destinati.

Curtam di-
uersa sunt
religiosæ
vitæ institu-
ta.

*Quod Religiosi, qui propter propositum suum solū sūt, aut separari ab hominibus
sunt, non inuites, sed valde viles & fructuosi omnibus hominibus sint.*

Caput XV.

PRÆTER religiosos reliquos, sunt adhuc alij, qui se potissimum iuxta in-
stitutum regulæ, decretorumq; suorum eo conferunt, vt vitam separa-
tam ducant. Equibus religiosis separatis, nōnulli sese totos ab alijs ho-
minibus seiungunt, & ijs, à quibus sese per corporalem sequaltrauerunt ab-
sentiam, tanto vtiliores sint, quanto à bono proposito suo, quod pro se suisq;
proximis amplexi sunt, minus impediuntur, hoc est, cum se istius abstra-
ctæ vitæ causa mundiōres à seculo conseruant, & aptiores Deo faciunt: quæ-
admodum illi, qui hac ratione attentiores deuotioresq; erga Deum in ratio-
ne sua permanēt, in qua tum propria, tum aliena peccata deplorāt, & gra-
tias agunt Deo, eumq; laudant, & pro viuīs mortuisq; precantur. Idcirco
ipsi non inuites, sed perquam viles in Ecclesia sancta existunt, tametsi per
populum non cursitent, vagenturq;, sed se à plebe remoueat, & à mundo
conspici nolint. Qua de causa tali exemplo (etiam si nulla hinc alia causa et
utilitas,) proximos suos emendant, dām vitæ suæ (quod alij prædicant) quo
pacto mundum quisque contemnere, carnem castigare, voluptates sensuum
præscindere, in cordis munditie se Deo dedicare, Deum laudare, Deum ado-
rare, Deo adherere, sese cum Deo vnire debeat, ostendunt.

Monachi
quidam cur
se penitus
ab hominū
consortio
separent.

Religiosos
solitarios cū
primis frū-
giferos esse
hominibus

Præter hunc fructum est alius quoque: nimirum hic, quod tales homines
quo sunt separatis à mundo vitæ, hoc magis accommodi idoneiq; sunt ad
gratiam Dei deprecandam, ipsiusq; gratiam mundo impetrandam. **Quinto**
abstracti

Solitarios
religiosos
suis preci-
bus impe-
trare concio-
sioribus
gratia fru-
ctificandi.
Exod. 17.

abstracti huiusmodi religiosi orant & exorant Deum, vt aliorum opera & diligentia, qui concionando & laborando diligentiam adhibent, siue se exercent, fructuosa fiat.

Huius perspicuam figuram in Exodo habemus, quando à Mose Iosue ad preliandum contra Amalechitas missus fuit. Interea vt dicitur *Moses & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis.* Prælio autem inter Iosue cum suo populo & repugnantes Amalechitas exorsio, seorsum Moses super colle quietus erat, & manus suas ad Deum leuabat, pro populo suo orans. *Cumq; leuaret Moses superabat Amalech,* id est, hostes. Nunc mihi cedo, quis utilior prælianti populo fueris, Iosue, qui dux erat, & ipse in pugna suapte manu dimicabat, an Moses, qui in tranquillitate & quiete extra plebem Deum pro populo inuocabat precabatur? Dices profecto Mosen oratione sua, qua populus suus hostes superabat, & sine qua populum suum hostes vincebant, plus profuisse, quam Iosue, qui inquietus erat, & sua manu contra hostes operabatur. Ita etiam accidit in religiosis, & à mundo diuisis, Deum amantibus hominibus. Quorum oratio & vita pura vsque adeò Deo accepta est, vt interdum in quiete & sua cum Deo conglutinatione (propter quam à negocijs externis remoti sunt, & apud Deum instant) magis fructificent, quam alij suo labore: imò vt aliorum sit conatus frugifer, per hominum talium merita fiat. Qui hoc non potest intelligere, non intelligit etiam, quod in regno aliquo sæpenumero vsuuenit, vt is, plus Reipub. utilitatis afferat & adducat, qui quietus est apud regem, & assiduus est pro commodo publico apud regem intercessor, quam alius quispiam, qui terras peragrat & perambulat. Sic fit quoque, vt nonnunquam simplex & illiteratus homo ex mûdo corde & flagranti amore pro proximis suis, vel ciuitate quadam, vel tota Ecclesia Deum efflagitet, & amplius impetret aut citius exaudiatur, quam qui in externis exercitationibus & curis pro iisdem causis sedulo laborant. Ideò Paulus etiam plus orationi, quam labori proprio cõcionatione fudit, quod crebro quoque commemorat scribens, quomodo pro his illisve præcetur, & quo pacto ipsum Deum in hac illave causa exaudiuerit: item dum alienas sæpenumero implorat preces, vt suam Deum reddat fructuosã prædicationem. Hęc ob id dicta sunt omnia, ne inutiles isti homines existimentur, qui se remouēt, & separatos se à mûdo custodiunt, & in externis operosis negocijs non utiliter pro alijs hominib. laborare vidētur, cū interim excellentiori alio modo plus mundo prodesse possint, & in eo potissimum, quod antea omnia optimam partem, hoc est, Deum elegerint, cui adherent, & quem precibus fatigant & placant, & nonnunquam in momento temporis ab eo impetrant pro quo plerique alij multo annis sollicitudinibus molestijs, laboribus & varijs humanis industrijs laborauerunt. Id quod facile ex veteri nouoq; instrumento perspicitur, maximas semper causas oratione magis à Deo impetratas, quam humanis curis confectas esse.

Solitarioꝝ
oratio & vi-
ta pura quã
efficax apud
Deum.

Orationi
Apostolus
plus quam
labori suo
fidit.
1 Cor. 15
2 Cor. 1
2 Tess. 3
Colloff. 4

Luc. 10

Quod

Quod religiosi, maxime vero, qui se totos à mundo sequestrauerunt, nunquam non à bonis honorati fuerint.

Caput XVI.

Hac oratione iamamque recensita, cum tales homines Deo se solum consecrent, ideoque à mundanis externisque causis, etiam ijs quæ contra Deum non sunt, remouent, vt quietius tranquilliusque vni, id est, Deo adherere possint, semper idcirco in maioribus habitis sunt honoribus, quâdo etiam Christus tali vitæ contemplatiuæ præconium testimoniumque perhibuit in persona sanctæ Mariæ Magdalene (quæ talè vitam elegerat, quum ad pedes eius in quiete & fruitione charitatis verbum illius audiens federet) vbi ipsam non excusauit solum (quum tanquam ociosa haberetur & infirmularetur) verum etiam forori suæ prætulit, hoc est, vitæ, quæ actiua siue in bonis operibus exercitatiua vocatur. Malè igitur religiosi huiusmodi à plerisque non satis intelligentibus ea quæ spiritus sunt, imputatur quod præterquam sibiipsis, nemini vtilis existant: quum satis eos Christus & prisci doctores, vt Basilius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, alijque cõplures multis scriptis defenderint. Canonicum item & ciuile ius multis laudibus priuilegiisque decorauerint. Quapropter etiam dicit diuus Augustinus: Quidam, scilicet inter religiosos (loquitur de ijs qui à mundo separatam vitam viuunt) mandana nimium negocia deseruisse videntur: & hoc putant illi, qui non intelligunt, quam ipsorum animus oratione, vita & exemplo vtilis existat, quorum nobis intueri corpora non conceditur.

Solitarii cõtemplatiui vt semper in honore habitis sint.

Luc. 10.

Vitam solitariam vt Christus ipse, & s. doctores & ius vtrumque commendauerint. August.

Quod monasteria dirui, vel perire non debeant permitti, & quod boni propter malos quosdam in proposito religioso, malè audire non debeant.

Caput XVII.

Ex his omnibus, sicut dictum est, perspici potest, quam præter æquum fiat, quod nonnulli tales ordines, vel etiam ordines vniuersos extirpare deuastareque moliantur, prohibentque & opprimunt, quum ferè ab orbe condito (sicut sic breuibus probatum est) religiosa instituta semper fuerint eorum, qui magis sedula & deuincta vita, siue in statu aliquo ad eiusmodi viuendi rationem constituto & destinato, Deo seruiunt. Quibus sanè consensilis, imò multo absolutior nunc est monasticus status, qui sibi primam Apostolorum discipulorumque vitam (qui Hierosolymis initio fidei talem formam inceptauerunt) ad imitandum & vitam exprimendum proposuit. Propterea etiam status ille ipsiusque sectatores multis in locis à priscis pietati deditis Cesaribus, Regibus & Principibus, quorum multi etiam ipsi tale propositum amplexi sunt, aut liberos suos illi dederunt) honorifice donati sunt, & instituti. Quam institutionem etiam Deus ipse quantopere sibi placeret, ostendit, cum certa loca (sicut in historijs legitur) ad hoc per miracula siue reuelationes destinata monstrauerit, vbi cœnobita in quibus Dei laus caneretur essent extruenda. Præterea quum illos Deus, qui talium ordinum autores & architecti fuerunt, multosque qui in illis vixerunt ingentibus miraculis prodigiisque donauerit decoraueritque hodieque cõsimilia inter illos reperiant.

Act. 1. 4.

Bonos monachos propter quosdam malos male audire non debere.

periantur, quid colligi hinc aliud poterit, quam eiusmodi Deo gratum esse viuendi modum, quem prius instinctu suo per sanctos quosdam tanquam familiares amicos suos seuit & instituit, & per miracula dilatauit consolidauitq;? Quod si qui mali inter eos inueniantur (sicut in omnibus institutis & congregationibus ab orbe condito fuerunt, hodieq; existunt) boni propterea improbari non debent, sed primates & magistratus id genus homine, siue monasteria ad bonam religionis semel susceptæ obseruationem compellere & coercere deberent. quæadmodum olim fiebat, quando ardor diuinæ charitatis etiam in secularibus magnatibus (qui tum diuinum honorem & non religiosorum opes quærebant) feruebat. Qui nimirum multa industria hoccurabant, vt Ordines isti in sua religione iuxta primam institutionem, quæ Dei instinctu per sanctos homines inchoata fundataq; erat, conseruaretur, ad quam suapte se sponte religiosi tales obstringunt, & spondent custodiendam, à qua post votum non seruanda immunes esse nequeunt, quamq; deferere non debent, nisi periuri & votifragi coram Deo esse velint.

Quod monachi siue moniales apostata coram Deo votifragi & periuri sint, & ipsorum criminis sint participes, qui ipsos iuuant & defendunt.

Caput XVIII.

Religiosi apostata & qui eis fauere quo loco habendi sunt

Coniugia ecclesiasticorum scortationes potius esse & incestum.

Galat. 6.

Homines, inquam, monastici, videlicet monachi & moniales apostata, qui suum Ordinem relinquunt, & cucullos abijciunt, & vota sua Deo sponsa infringunt, votifragi & periuri coram Deo, & quasi sacrilegi existunt, quod Deo semel immolata adimant. Eiusdem sunt consortes criminis, qui huiusmodi apostatis & fugitiuis monasticæ professionis hominibus consilium, auxilium, fauorem subsidiumve ob scedi fragium suum erga Deum, præstant: veluti, proh dolor, iam fit ab ijs, quorum tales transfugas & apostatas monachos siue moniales punire interest, qui ad ignominiam & dedecus sacri matrimonij (quod verbis & sub falsa specie ineunt, at reuera tamen contra prohibitionem S. Ecclesiæ, contraque proprium suum votum contrahere nequeunt) scortationem suam & incestum obtegere, libenterq; sub specie quadam & nomine matrimonij cohonestare volunt. Et ab hoc nemo sese excusare potest. Licet enim eius in scripturis non tam frequenter commoneamur, quilibet tamen sicut ex naturæ luce intelligit & vult fidem sibi & promissa, aut quæcunque sibi sponsa sunt, ab alijs præstari, ira contra alijs pollicita promissa siue sponsa præstare tenetur. Si ergo hæc hominibus debet, quanto magis Deo, qui, vt Paulus ait, non irridetur?

Quod hæreticis non sit credendum qui peritæ scripturas contra explanationem Ecclesiæ interpretantur, & quod continentia non sit impossibilia seruata.

Caput XIX.

Hæretici vt scripturæ verba contorqueant.

EO, proh dolor, hodie ventum est, vt eiusmodi, qui in meris verbis Euangelium iactant, velut qui de Lutheri secta descendunt, Euangelium omnesque alias scripturas ab ipso sensu, quo dictæ sunt, in intellectum alium pro suo arbitratu confictum, detorqueant ad defendendum sua vitia carnis & lasciuiam, tanquam ita Christus docuerit sicut ipsi verbum eius explicant,

placant aut sicut ipsi turpiter loquuntur, turpiusque faciunt: aut tanquam omnia, quae ipsi comminiscuntur & loquuntur Euangelium sint. Et licet ignavis verborum speciem è scripturis proferant, quibus propria stabilire figmenta (sicut semper haeretici fecerunt) volunt, non tamen ipsis adhibenda est fides contra intelligentiam suae expositionem scripturarum, quam nunc habet Ecclesia, & ultra mille annos habuit: qui harum interpretes fuerunt, sua sancta vita doctrinae suae testimonium praebuerunt (quod ad hodiernum usque diem ubique gentium liquet) & Deus ipsis testimonium per multa miracula & signa tulit, quae cum in vita, tum post mortem fecerunt. Quid autem contra hoc fides adhibeatur illis, qui iam novum, falsum & carnale Euangelium, hoc est, haereticam verborum Evangelij, ac aliarum probatarum sacrarum scripturarum intelligentiam confictam in medium producunt contra voluntatem & sensum eorum, qui conscripserunt, & contra sensum Spiritus sancti in scriptura loquentes, & contra intellectum scripturae sanctae quem Ecclesia sancta haecenus per Spiritum sanctum illustrata & gubernata, habuit? Quorum novorum pseudoevangelistarum hodie (ut cernere est) sic est efformata vita, & sic tota in carne & contra Euangelium, ut ne species quidem appareat, qua credi possit villo modo cum ipsis Spiritum sanctum consortium habere. Ex his sunt perfuga monachi, qui posteaquam suorum septa monasteriorum transierunt, uxores duxerunt sub falso conjugij obtentu, ut quisque considerare possit, quid eos è cenobijs expulerit. Quod cum libenter volunt, & non possunt tamen excusare, dicunt impossibile religiosi esse sua vota custodire, praesertim castitatem. Sed ijs aequè, ac iudices seculares praetoresque quibusdam furibus se furta omittere non posse, quod congenitum ijs sit turari, & propterea impossibile omitti, dicentibus credunt, credendum esset. Et tamen nihil hos morantur iudices hi sermones. Admiratione equidem dignum hoc est. Si enim ignominiam blasphemiamque Dei, & multos hodieque castè viuit.

Quorum non probitari, aut ipsorum vxoribus magna infamia, siue criminis nota inuritur si moechari interim asserantur, quia castè vitare nequeant. Quam sunt adhuc multi hodie coniuges probi, iidemque iuvenes homines, qui mutuo consensu castam omnino virginitatem conseruant, & conuiuunt tanquam sorores & fratres? Quantisper talia tolerabuntur scommata ab ijs, qui suam libidinem & fornicationem hoc nomine excusare volunt, quod continentia sit seruatu impossibilis?

Non est ga-
benda fides
scripturas
aliter expo-
nentibus
quam Ec-
clesia sit in-
terpretata.

Euangeli-
corum cu-
iusmodi
hodie sit
vita.

Multos ho-
dieque castè
viuit.

Quod

Quod ex nobis ipsis nihil, ex Deo vero omnia ad anima nostra salutem possumus. Cap. XX.

Sap. 5.
Sine gratia
Dei nil pos-
sumus.
Ioan. 15.

Hæretici vt
scripturas
deprauent.

2. Cor. 3.

Ex gratia
posse nos
omnia.
1. Cor. 15.

Philip. 4.

Imploran-
dum diuinū
auxilium
contra im-
becillitatem
nostram.
Ioan. 6.

Hæretici vt
religiosū
falso nimi-

Quod si eiusmodi continentia calumniatores proferant, dictum illud Sapiens: *Non possum esse continens (intellige ab obscenis operibus) nisi Deus det.* Respondendum erit (quod ipsum fatentur) neminem boni aliquid citra gratiam, donum & auxilium Dei posse. Seruator noster ipse ait: *Sine me nihil potestis facere.* Quorum verborum sensum & intelligentiam hæretici deterius deprauentes, nihil omnino nos boni efficere posse asseuerant: cum tamen non aiat Seruator noster, nos nihil boni posse. Sed dicat: *Sine me nihil potestis facere.* Duo ista verba (*sine me*) ipsi excludunt & omittunt, & inquit saltem, nos nihil boni posse. Ita in omnibus scripturis faciunt corruptentes eas, & mutilantes, non citatis verbis illis, quæ contra ipsos faciunt, aut peruerentes & in alium, alienumque sensum flectentes: sicut cum Paulum posteriori ad Corinthios epistola producant, ubi dicit, *quod non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis.* Sed quod postea sequitur, *quasi ex nobis, recitent*, quia his adiectis præcedentia verba nullum locum habent ad ostendendum siue probandum propositum Lutheranū. Quandoquidem hoc vult Paulus, quod à nobis, quasi ex nobis insufficientes ad omnia sumus, à nobis vero accedente instinctu auxilio, & præsidio Dei, nihil non queamus. Item ex priori ad Corinthios epistola in medium proferuntur, quod Paulus ait: *Gratia Dei sum id quod sum.* Et tacent quod mox sequitur, *& gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi.* Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Vides, quod Paulus non suum sibi tantum laborem sine gratia Dei tribuat, neque gratia Dei absque suo labore adscribat? sed sibi ipsi & præcipue gratia quæque Dei. Ideoque dum inquit, *abundantius omnibus laboravi,* adiungit, *non ego, sed gratia Dei mecum.* Quomodo neque suum sibi ipsi laborem adscribit, dum dicit, *non ego.* Ita neque penitus gratia Dei totum tribuit, cum ait: *Sed gratia Dei mecum,* hoc est, gratia Dei & ego pariter operati sumus. Insuper cum hic, vel alibi ex Paulo, quod illis conuenit, verbum excerpunt ad asserendum, nihil nos boni posse, tum id recitare student quod Paulus ad Philippenses ait: *Omnia possum in eo qui me confortat.* Si omnia his similia enumerari deberent, nimis hic liber exeresceret. Hæc tantum idè dicta sint, quod malè ipsi sese excusant, his suam luxuriam tegere volentes, dicendo, se nihil posse, impossibile esse, & nullum aliquid boni facere posse. Agnoscis (tu quisquis es) propriam tuam imbecillitatem, aut ex te solotuum impotentiam, agnosce etiam Dei benevolentiam & liberalitatem. Inuoca Deum, & dabit tibi, & adiuuabit te, quod ipse non potes, si ex corde serioque petueris, non falleris, sua non possunt non vera verba esse, dum inquit: *si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Non quod citra nostram diligentiam & laborem & relictationem contra mala, nobis omnia donentur, sed si petuerimus, & quod possumus ex gratia Dei, prius nobis data, laborauerimus, maiorem gratiam, maiorem potentiam, plus virium, atque etiam plures virtutes consequemur, &c. Et hæc contra id genus continentia criminatores dicta sint, qui ad suam aliorumque malam vitam purgandam, prohorum religiosorum vitam calumniantur, & falso quandoque ipsis faci-

nora

in ora quædam impingunt, in quibus seipsos (vt metuendum est) culpabiles noverunt (quam ob causam etiam à Deo ipsi fortassis hac affecti sunt clade, vt in tantas, in quibus modo sunt, mentis tenebras sint prolapsi. Sed ab huiusmodi malis facinoribus alij boni religiosi tam sunt infantes & liberi, vt ne nomine tenus quidem, quæ sint ista flagitia, aut quo pacto fiant, noverint.

Quod religiosi bonis operibus nauent operam, nec tamen salutem suam in proprijs operibus constituent.

Caput XXI.

SVNT & alij multi, qui religiosum propositum vituperant, propterea quod religiosi bonis prorsus operibus incumbant, & ad ea se etiam amplius obligent, quam ex præcepto Dei cum cæteris Christianis omnibus sunt obligati. Talibus malè improperatur & obijcitur, quod cuncta ipso-
 forum, quæ faciunt, opera non in Euangelio omnibus mandata Christianis, Deo sint ingrata, nec ex Deo proficiantur, sed pugnent cum doctrina Christi, sint inuentiones humanae, quæ sint Euangelio opprobrio, tanquam ipsum Euangelium ad salutem animarum non sufficiat. Huiusmodi cauillationes B. matris Dei, S. Ioannis Baptistæ, omnium Apostolorum, & omnium Sanctorum vitæ refellunt, qui omnes communibus esse præceptis contenti, quæ sunt omnibus data Christianis, & quæ omnibus obseruatu necessaria sunt noluerunt. At qui latius ex maiori deuotione & charitate erga Deum sunt, progressi ad omne, quod in sacris consulitur commendaturq; scripturis, aut quod alioqui Spiritus sancti illustratione cognoscitur Deo acceptum esse & placere, & honestum esse vna cum perfecta, præceptorum Dei obseruatione. Pari ratione est sermo ridiculus quorundam ad bonas actiones ingnauorum dicentium, Christum pro nobis passum, & pro nobis cælum cõmeruisse, idcirco opera nostra esse nulla, sed fidem nos solam beatificare posse. Verum est, quod tibi cælum Christus meruerit: at non ita, vt tu, quod velis facias, & quod tibi voluptati est tibi permittas. Christus tibi meruit, vt tua meritoria esse opera possint, quæ citra ipsius meritum tibi ad vitam æternam meritoria non essent. Christus pro te crucifixus est. Quæ crucifixio, vt tibi bono sit, carnem tuam cum vitijs & concupiscentijs crucifigas, sicut te Paulus passim in scripturis docet, oportet. Et ad huiusmodi exercitium propositum religiosum & cenobia instituta sunt. Proinde malè & iniquè in vulgus spargitur, quod monastici & spiritu seruidi homines tantam in proprijs operibus fiduciam habeant, quasi ex ijs solis, & non ex gratia meritissq; Christi salui fieri vellent. Cum hoc reuera religionis sit omnibus commune, vt quanto deuotiores, flagrantiores, perfectioresq; in charitate Dei sunt, tanto sint etiam magis strenui, feruentiores, magis seduli diligentioresq; in bonis operibus: & quo sunt bonis operibus locupletiores, hoc sint tamen ad hæc in corde suo submissiores: certi nimirum, ac indubitata fide tenentes cuncta rectè facta suum præmium, & omnia opera mala suum supplicium à Deo habitura esse. Præterea cum plebi bonis operibus existant, non tanti tamen propria opera faciunt, vt ipsa mercede esse digna autument. In operibus nã- que suis peccata vitiaque sua iuxta ac misericordiam Dei ob oculos ponunt,

D

in quam

Hæretici vt
benefacta
religiosorum
traducant.

Opera no-
stra vnde
sunt merito-
ria.

Galat. 5.

Rom. 5.
Spes quæ
non coa-
fundat.

Rom. 6.
Eph. 2.

Iustificatio
quid inter-
dum signifi-
cat

Iustificatio
duplex.

in quam sperant. Quæ ipsorum spes non confundit, quoniam rectè in misericordiam gratiamque Dei sperant, si etiam quæ ab ipsis requirit Deus, ipsi quæ placere cognoscunt, faciant. At illi, qui operari nolunt, quia charitatem Dei, de qua loquuntur, in lingua solummodo gerunt, sua miserè spe frustrabuntur, semetipsos decipiunt, & se falli per falsas peruersasque scripturarum expositiones sinunt: sicut cum Apostolus in multis suarum epistolarum locis recèter ad fidem conuersis scribit, quod gratia Dei saluati essent, & per fidem, non ex operibus, quæ præcesserunt, iustificati. Et ibi de ea salute, quæ in hac vita est iustificatio hominis, loquitur, quando ex ira Dei in gratiam illius restituitur, ex statu iræ & damnationis in statum pertingit gratiæ & salutis, hoc est, in statum, in quo saluari, & à quo recidere potest. Quandoquidem non talia ihs dixit verba Paulus, qui iam in cælo sunt apud Deum: verùm ihs, qui adhuc in mundo superstites erant, & ex filiis iræ, filij gratiæ & filij Dei facti fuerant: quod contigerat ihs (ait ipse) ex gratia Dei, & non ex operibus præuijs, quibus huiusmodi vocationem, adoptionem, & iustificationem à Deo meruissent, sicut nonnulli, qui ex Iudaismo erant, Christiani sibi arrogabāt. Tales ecce locutiones Pauli quidam Lutherani usurpant & interpretantur de extrema illa, quæ iustorum animabus, cum ex hoc mundo discedunt, Deo tribuitur, salute. Atqui non de ea hic Apostolus loquitur, in qua nondum erant, quibus scribit. Superstites enim hic erant, & salutem gratiæ Dei amittere facile poterant, hoc est, negligere eam, ut non etiam adipiscerentur vltimam salutem. Siquidem ad nanciscendam eam, non satis est, ut credas, aut à spiritali morte sis resuscitatus: quæ est prima salus, ad quam venimus, citra, ut scribit Paulus, meritum nostrum. Sed cum per Dei gratiam es viuificatus, oportet te veluti viuum hominem, quæ tibi Deus præcipit, gratia ipsius facere, quæ tibi cooperatur, & tua sibi accepta & meritoria opera reddit. Et sic per gratiam Dei præcipuè, & per bona opera ad coronam postremæ perpetuæque beatitudinis te peruenire oportet. Sed ad illam per gratiam solam sine operibus, quæ tibi præcepta sunt, quæque efficere potes & omittis, tametsi ita speres, peruenire te posse si credas, profectò deciperis: ni te contingat in nouissimo vitæ articulo tuum errorem agnoscere, & de eo grauissimè dolere: quod rarum sanè est, ideoque non est ut id præfidas.

Quod Christi & Sanctorum vita arcta via fuerit, sicut in Euangelio docetur, quam boni homines monastici imitari nituntur, & Lutherani fugiunt.

Caput XXII.

Matt. 7.
Luc. 13.
Lutherani
num arcta
gradiantur
via.

Saluator noster Christus, qui nos viam docuit, & semetipsum suæ vitæ exemplo viam nobis ad æternam vitam fecit, præmonuit nos, ut à lata perditionis via caueremus, & arctam viam, quæ ducit (præterquam non et alia) ad vitam, ambularem. Iam bene cernere licet, num Lutherani, qui omnes leges & edicta superioris potestatis rejiciunt, angustam viam inambulent, cum tam latam ex ea viam faciant prorsus contra Christum, festandis sensuum voluptatibus, explendis concupiscentijs carnis, & carnali libertate colenda, cui profectò doctrina & vita Christi omniumque Sanctorum repugnat.

pugnat. Qui corpus suum per castigationem carnis, & subtractionem non modo voluptatum carnis, verum etiam rerum carni necessariarum, crucifixerunt. mundi etiam amorem in seipsis peremerunt, itemque priuatum amorem, proprium commodum, propriam voluntatem extinxerunt. Tali Christi Sacerdotumque vita, vita & doctrina Lutheranorum concionatorum penitus aduersaria est. Quorum de spiritu sunt verba, at opera in carne versantur. Boni religiosi huiusmodi Sanctorum vitam, & in vita Sanctorum vitam Christi sectari desiderant, viamque angustam propriam abnegationis & abdicationis inambulare. Proinde ad tale se vitam propositum contulerunt, vbi eiusmodi statuta & regulae praescriptae sunt & retinentur, per quas verum Christoque consonum Euangelium (quod nos ad vniuersam perfectam charitatem Dei ducit) obseruatur, non solum verbo & lingua, sed opere & veritate (velut in priori sua epistola Ioannes hortatur) per auxilium Dei, quod paratum est, & praenit omnes ipsum exoptantes.

Boni religiosi ut Christi & Sanctorum vitam imitentur.

1. Ioan. 3.

Quod religiosum in monasterijs propositum, non prohibendum, sed consulendum & protegendum sit, ut recte conseruetur, vnde tantum boni ipsum retinentibus exoritur.

Cap. XXIII.

EX his omnibus conficitur religiosum propositum non vetandum, sed consulendum esse illis, quorum corda Deus instigat & mouet ad ipsum amplectendum, in quo, ut sanctus pater Bernardus inquit, propria mirum doctus experientia, bonum est esse, quandoquidem inibi (loquitur hic de clauis & bene ordinatis cenobijs, in quibus iuxta Patrum Canones & primam institutionem viuunt) purius viuunt, rarius cadunt, citius resurgunt, cautius incidunt, securius quiescunt, frequentius aliquis irroratur (intellige per gratiam Dei & feruorem spiritus) & citius purificatur, moritur confidentius, & copiosius remuneratur. Idque ideo sane, quod in monastica vita propriae nostrae voluntatis inconstancia per votum in bono firmatur, quae nimis autem imbecilla est, citoque labitur. Ceterum per votum illi mala perniciosaque libertas ad malum adimitur. Maximè item peccatorum occasiones, quae saepe etiam bonae voluntatis hominem seducunt, in vita monastica auferuntur, spiritus infirmitas per superiorem potestatem, per regulam & bonum aliorum exemplum cohabitatorum, roboratur & extimulatur, mala voluntas per disciplinam, castigationem, & multam impeditur. Adeo, ut quicquid in ea institutum ordinatumque est, ideo institutum ordinatumque sit, ut homines in ea conuientes adiuuentur & incitentur: & animum suum ad Deum, suumque propositum, ad ei perpetuo placendum latius intendant, promoueant, proficiantque in virtutibus, & potissimum in charitate diuina, ex qua virtutes omnes nascuntur, & à qua virtutes omnes hoc habent, ut virtutes nominentur. Et ideo quisquis verè, & ex toto charitatem habet, omnes etiam reliquas virtutes possidet. Quapropter Paulus dum priori ad Corinthios charitatem describit, ita ipsam describit, ut ostendat charitatem in se virtutes omnes complecti, comprehendereque. Proinde qui charitatem habent, virtutes quoque quae ex ea scaturiunt, habent. Parasunt

Religionis monasticae quara comoda.

Religionis monasticae instituta & ritus omnes quo spectet. Charitas fas & summa virtutum omnium. 1. Cor. 13. Charitatis effectus.

ad sufferendum, quod ab alijs ipsis inferitur. Nam *charitas* (ait ipse) *patiens est*. Benefaciunt alijs, quia *benigna est* charitas. Benè quibuslibet fauent, quoniam *charitas non emulatur*. Nèmini iniuriam irrogant, quandoquidem *charitas non agit perperam*. Non se per superbiam efferunt, siquidem *charitas non inflatur*. Non factum, aut gloriam quærunt, quia *charitas non est ambitiosa*. Nihil in se finaliter, sed se & omnia in Deum referunt, quia *charitas non querit quæ sua sunt*, id est, non finit hominem seipsum quærere. Non ad iracundiam prouocantur, quia *charitas non irritatur*. Non machinantur cuiquam mala, quia *charitas non cogitat malum*. Non sunt iniqui, quia *charitas non gaudet super iniquitate*, sicut peruerfi faciunt, qui *latantur quum male fecerint, & exultant in rebus pessimis*. Congaudent proximis suis (intellige quòd benè illis in rebus salutiferis cedit, & quod in veritate ambulant.) Supportant inuicem proximorum suorum infirmitates, sicut etiam Apostolus alibi faciendum esse admonet, quia *charitas omnia suffert*. Omnia credunt (intellige) quæ ex Deo proueniunt autore. Omnia sperant, quæ à Deo promissa sunt, & quod sibi promissum sciunt, longanimitè expectant: quia *charitas credit, sustinet & præstolatur omnia*. Charitas etiam à peccatis cauet: quia *charitas nunquam excidit*.

Prover. 2.

3 Ioan. 1.
Galat. 5.
Rom. 15.

Ad quod religiosum propositum (in monasticis nempe ordinibus) ipsum amplectentes ducat, & quod istius propositi non sit culpa, si in eo multi male vita videantur.

Cap. XXIV.

Instituta
monastica
sui sectato-
res quo per-
ducant.Religiosum
quenam cõ-
stituant.Malorum
vitam non
debere præ-
iudicare bo-
nis mona-
chis.

EXecutis iam, quæ in singulis ordinibus sunt, rebus omnibus, sciendum ad extremum est, ipsos monasticos ordines, ipsos suscipientes eo directionem, si modo directionem eiusmodi insequi, & tali norma uti velint, siquidem qui eam amplecti nolunt, & bonis occasionibus abutuntur, illis hoc propositum, ut res aliz bonæ & sacrae, maior est detrimento. Qui verò ea utuntur, ad huiusmodi modo dictam charitatem consummatam veniunt. Ad quam cum nocte dieq; eluctantur & aspirant, & quodcunque faciunt eo dirigunt, præter ceteros mortales religiosi vocantur. Non quod extra hoc propositum non liceat esse religiosi, vel quod omnes, qui huius sunt propositi, religiosi existant: sed quod hoc institutum vitæ, omnibus, quæ in ipso aguntur, in illum finem tendat, & ad hoc destinatum sit, ut ipsum amplexans, verè perfectus Christianus fiat, & à carne in spiritum transeat, & seipsum vrgeat impelliq; velit per sui ipsius abrenunciationem abnegationemq; & per obedientiam, ad exercitia diuina, in quibus sese assidua in semetipsum descensione, siue introuersione ad Deum exerceat. Quod multò facilius in tali aliqua religiosa, siue monastica vita fit: vbi magna ex parte peccatorum occasiones tolluntur, per, & mundo & mala conuersatione dissolutionem, & per honestas, quæ ibi reperiuntur, virtutum occasiones, scilicet, per instructionem & extimulationem conuersationemq; bonorum. Quod etiam si in quibusdam monasticis hominibus aliter conspiciatur, non propositi ipsius, quod alioqui bonum salutiferumq; est, culpa accidit, sed ho-
minum.

minum isto proposito bono abutentium. Quandoquidem in omnibus vitæ generibus sui quæquæ voluntas mala vitij est causa. Alioquin enim in fidem doctrinamq; Christianam transferenda culpa esset, quod multi Christiani nonnullis peiores paganis inveniuntur. Sed propterea nihilo minus fides Christiana Euangeliumq; suscipienda sunt, quæ non docent, sed vetant huiusmodi, quæ mali Christiani faciunt opera. Religiosi igitur proposito regulæq; culpa non est, quod multi, qui religiosi appellantur, irreligiose viuunt: quoniam talem vitam prauam, non ex suo instituto (quod ipsam prohibet) verum ex sua ipsorum mala voluntate hauriunt. Quapropter huiusmodi vitæ institutum, quod salutare est & malitiã vetat & punit, protegi merito deberet. Verùm illi, qui in tali statu infelicitate maleq; viuunt, aut ex ipso (in quo semel Deo sese obstrinxerunt) denuo excurrunt, cogi compelliq; debent, vt hoc, quod suapte sponte Deo receperunt, Deo etiam præsent, & ita mutuo alter alterum iuuaretrahereq; debemus, si ad æternam velimus peruenire beatitudinem, ad quam nos ducat omnes Deus in secula benedictus, Amen.

Apostate
monachi ad
recipiendũ
habitum
compelliẽt.

De vera Religione & Cœnobijs,

F I N I S.



LECTORI PIO SALVTEM.

Hæc hic Christiane Lector Dialogum Militis & Monachi, à nostro quidem Domino Ioanne Iusto Lanspergio Germanicè conscriptum, at studio nostro Latinitate donatum, vt possit eius vsus etiam ad exterarum nationes propagari. Quem nimirum simul atque à capite ad calcem vsque perlegeris, poteris quæ ad monasticam pertinent veritatem & vitam dilucidius habere perspecta. Videbis hic militem factiõnis Lutheranae dum suum vult tueri Euangelium (penè aliud dixissem) & monasticam vitam quasi à Christi doctrina abhorrentem explodere ac refutare, re ipsa, id est, moribus & dictis suis superq; testatum omnibus reddere, quam pulchrè consentiat apteq; quadret vita Lutheranorum ad Euangelij pietatem. Confitentur illi

D 3

quidem

Tit. 1.

1. Tim. 2.

quidem se nosse Deum, & eius ubique iactitant Euangelium, factis autem illum negant, atque adeo rursus crucifigunt & habent ostentui. Dolenda res, eo cæcitatibus deperditos esse miserorum animos, ut non videant, quam turpiter ipsis à pseudodoctoribus & verè Sardanapalitanis hæreticis imponatur. Faxit Deus omnipotens, qui vult omnes homines saluos fieri, ut tamen quandoque resipiscant, nec se patiantur tetræ spiritibus esse ludibrio, à quibus captiui detinentur ad ipsorum voluntatem. Vtinam ad Catholicæ Ecclesiæ redeant vnitatem, & felici mutatione ex desertoribus & perfugis efficiantur membra corporis Christi, cum illo post hanc vitam æternæ beatitudinis habituri consortium, si vsque in finem illi fideles perseverauerint. Quod autem ad ipsum autorem attinet, putamus eum non alia ratione adductum esse, ut hoc quicquid est opusculi elucubraret, quam quo rudi potissimum plebeculæ consuleret, quæ sicut parum habet iudicij in illis rebus, quæ non omnibus passim exposita sunt, ita facile in errorem potest induci, ut aliter sentiat, quam sit ex veritate sentiendum. Neque cuiquam dubium, est summo id opere egisse prauorum dogmatum architectos, ut sua venena Germanico comprehensa sermone in vulgus spargerent, & simplicium animos exitiali toxico dementarent. Quamobrem nihil potuit à nostris fieri consultius, quam ut ipsi libellis Germanicè conscriptis parum doctos ac idiotas aduersum pestiferos Syrenarum cantus communirent, efficerentque ut si non omnibus, tamen vel quibusdam perspectum exploratumque fieret, quantum à veritate discrepent commenta ab ipsis inferis reuocata, hominum mente corruptorum. Ita ergo & Lanspergius noster pro sua virili cupiens vitam ræonasticam ab illorum calumnijs & insectationibus vindicare (siquidem id præcipuè illi conueniebat, qui iam monachum professus esset) Dialogum hunc suæ lingue

linguæ hominibus confecit, quo tanquam antidoto contra præsentissima serpentium tartaricorum venena præmuniuntur, discantq; non solū nihil indignum sentire de eo vitæ genere, quod adhuc in Ecclesia Dei semper præcipuo in honore habitum est, sed etiam ex animo id venerari, utpote quod primam illam Apostolorum ac Discipulorum Christi perfectionem & integritatem haud obscure exprimat ac æmuletur. Esto, sint plerique illius professores tepidi ac suæ salutis immemores: nihil id sanè ei potest detrabere, nisi quis putet matrimonium propterea contemnendum esse, quod multi sunt adulteri. Mali semper & fuerunt & erunt permixti bonis, ut habeant pij unde exercitentur & in virtutibus solidentur. Non enim est stabilis aut firma virtus, quæ exercitationibus non est unde quaque probata. Verum his ita paucis præmissis, hoc vnum te Lector amice oratum volumus, ut Lanspergy nostri, itemque nostrum conatum boni consulas. Haudquaquam te legisse pœnitebit, nisi ingratus eris. Vale, & nos precibus tuis Christo commenda.



D. IOANNIS IVSTI,
LANSBERGII,
CARTHUSIANI DE VERITATE,

ANTIQUITATE, INCREMENTO, HABITU, VOTIS, CAEREMONIJS & EXERCITIJS MONASTICÆ RELIGIONIS: DE CAUSIS EIUS DEFORMATIONIS PER QUOSNAM ITEM SOLOSEADEM IN MELIUS REFORMARI DEBEAT, DE EUANGELIÒ, QUODNAM ILLUD SIT QUOD HODIE QUIDAM ADEÒ IACTITANT, DE EIUSDEM CONCIONATORIBUS: DE OPERIBUS DENIQUE BONIS AN VIDELICET EA AD SALUTEM NECESSARIO REQUIRANTUR, Dialogus Christianus, pius & elegans inter Georgium militem Vlmensem, & Ioannem monachum. Ex idiomate Germanico in Latinum transfusus.

Cur monachi passim apud malos ludibrio habeantur.

Cap. I.

° Georgius Miles.

Equidem Aeris intemperiem mirari iam desino. Nihil sane prosperum hodie habebimus: siquidem monachi foras prodeunt. Heus lupo, lupo, unde nobis lupus iste prodit? heus tu siste gradum: Monache, monache habesne licentiam nobiscum colloquendi? Cur non respondes? O vos miseros cucullatos histriones: quamdiu in hac vestra stoliditate velut mancipia quædam obstinati perseverabitis? Cur non potius libertati Evangelicæ vos traditis, sicut fecimus & nos? **IOANNES MONACHVS.** Ipsi quidem non Evangelio, sed pseudangelio vos dedidistis, quod Christus neq; docuit, neq; tradidit vobis: sed quotquot huic sectæ addicti estis, ipsi vobis instituitis. Evangelium vestrum permittit irridere, subsannare, criminari alios & cætera, cuiusmodi sanè Evangelium Sancti nunquam nouerunt: neque ego id Evangelij loco habeo. Sancta Ecclesia Catholica ante annos mille quingentos Evangelium à Christo traditum habuit, quod nos ad humilitatem & mansuetudinem cordis hortatur. **MILES.** Itane loquendi habes copiam? Putabam tibi seruandum silentium. Cur non statim respondisti? **MONACHVS.** Nisi moleste laturus es, huius rei rationem reddam. **MIL.** Dic libere, permittitur tibi. **MONACHVS.** Animo attendebam dictum à Salomonis, *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis* **MILES.** Planè lupus es. **MONACHVS.** Licet mihi bona venia tua talionem reddere? **MIL.** Maximè. **MONACHVS.** Quandoquidem tua pace licet, dicam & ipse quod sentio. Mihi sanè tu tuique similes lupi esse videmini. **MILES.** Quid ita? **MONACHVS.** Namque prædas agitis, excoriat, affligitis & diuexatis pauperes quibuscunque potestis modis. Quid vero causæ est, cur nos monachi lupi dicamur, quâdo hereditaria bona nostra, atque adeò facultates omnes quas vel habuimus, vel habere potu-

issimus

Matt. II.

Prover. 16.

Lupi reuera
quinam
hodie sint.

DE MONASTERIIS ET MONACHIS DIAL.

illemus Dei causa ex Christi institutione abieci-
 mus, ne cuiquam quicquam auferimus, nisi quod ex animi benevolentia vltro nobis offertur. Ad hæc à
 vobis & cæteris huius planè carnalis, pseudangelicæ Lutheranæ persuasione
 sectatoribus deridemur, persecutiones patimur, atque tum pace, tum ijs que
 ad victum pertinent persequimur, neque secus hodie nobis inter vos vsu venit
 atque olim Apostolis, cum quibus etiam nos dicere possumus: *Spectaculum
 facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.* Nos stulti propter Christum, vos
 autem prudentes estis: Nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autè
 ignobiles. *Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & cola-
 phis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Male-
 dicimur & benedicimur: persecutionem patimur & sustinemus: blasphema-
 mur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium
 perissemia vsque adhuc.* Atqui consolatur nos causa ob quam ista patimur: ac-
 cedente etiam eo Apostolica illa consolatione, *Omnes qui pie volunt viuere in
 Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient
 in peius errantes & in errorem mittentes.* MILES. Putas ne persequi vos que-
 rã aut irridere Christi causa? Minime verd: sed cur in ridiculo fitis, isthæc
 ratio est, quod monachi estis. MONACHVS. Age dic mihi, quid efficit
 monachum, cucullus ne an vita? MILES. Vita nimirum. MONA. Sequi-
 tur ergo, ob vitã monasticã nos derideri. MILES. Sit ita. MONACHVS.
 Quæro te, quid aliud est esse monachum, aut vitam agere monasticam, quã
 propriarum facultatum expoliatione, carnalium desideriorum profligatio-
 ne, animi & corporis castitate, sui abnegatione, & erga superiores obedientia
 ad diuinæ charitatis virtutumq; omnium perfectionem obtinendam niti
 atque contendere? Quam sane Christus ipse consuluit, & est vita omnium cõ-
 sensu pia ac beata: quod negare nullus potest. MILES. Hæc igitur est vita
 monastica? MONACHVS. Sic est. MILES. Pauci ergo sunt monachi.
 MONACHVS. Siue pauci sint hodie, siue multi, verendum profectò est
 monachos illos qui excusso cucullo institutum monasticum deseruerunt, *Defectionis
 professionis
 monasticæ
 causa quæ.*
 nunquam eo conuicti voluisse, vt veri essent monachi. Talis enim vt sis mo-
 nachus, labore certè opus est. Vbi igitur huiusmodi institutum retinamus,
 & tamen à vobis eo nomine irridemur aut persecutiones patimur quod mo-
 nachus simus, nimirum non alia ex causa vobis ludibrio sumus, quam quod
 vitam ducamus vitam. Eiusmodi autem ludibria libenter perpeti, Dei causa
 perpeti. Passim quidem historiarum commemorant bonos à malis probra,
 fannas, ignominiam & contumelias pertulisse: nusquam autem literis protra-
 ditum est malos à bonis dedecore & contumelijs affectos esse. Iam si serui il-
 lius sumus, qui in terris degens etiam à suis derisus est, id est Christi Iesu, qui
 non sine graui contumelia olim dictus est homo vorator, vini potator, pec-
 catorum & publicanorum amicus, Samaritanus, in furiam versus, & dæ-
 monum habens, parum scilicet est harum comparatione blasphemiarum
 atque contumeliarum: quicquid nobis hodie tanquam eius ministris & se-
 ctatoribus irrogatur. Satis enim abundè iam ante ab ipso præmoniti sumus
 nec si-
 piissima consolatione quod tanta pateremur, dum ait: *Non est disci-
 pulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut
 magister eius, & seruus, sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerit:*
 Mat. 10.
 Ioan. 13.
 Marc. 3.

quāto magis domesticos eius? Item: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequuntur. Ex quibus id potest perspicuè intelligi eos lupos suapte malitia effici, qui alios persequantur, non qui persecutionem sustineant. Qui enim persecutionibus infestantur, eos oues rectius, quam lupos dixeris. *MILES*. Hac ex causa lupos vos appellari conuenit, quod ut Christus ait, vestimentis ouium recti cum sitis, intus estis lupi rapaces. *MONACH*. Quibus scriptis conuinci potest ea Christi verba ad nos pertinere quæ quidem ipsum de Pharisæis dixisse constat, non ita tamen, ut eorum damnaret vitæ institutum, (quod utique bonum erat, & pios multos complectebatur) sed ut hypocrisin retunderet, qua ex ijs quidam laborabant, sicut & in omni vitæ genere eo vitio quidam decinentur: quando nonnullos fere ubique reperire licet, qui vitæ sanctæ speciem quandam præ se ferant tantum, ut humanam capient gloriolam quandam vel existimationem, aut alterius temporalis commodi gratia, cuius farinae sunt, qui Deum integro corde non querunt sed sese potius spectant, in suisq; actionibus sinistra quadam intentione ducuntur. Quicquid enim agunt, non ex Dei, sed priuato amore proficiscitur. Tales sunt in primis patriarcha vester Lutherus deinde fallacissimac seductores Apostoli eius, qui dissensiones & offendicula faciunt, & per dulces sermones falsamq; diuinorum scriptorum interpretationem mundū euertunt atque seducunt: à quibus ut caueamus nobis, Apostolus nos commonet. Et Christus ipse, vbi aduersum eiusmodi prophetas nos pramonuerat adiecit: *A fructibus eorum cognoscetis eos. Omnis arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit.* Vide iam obsecro loca omnia, vrbes & regiones, vbi Lutheri secta dominium obtinet, qui ibi fructus existant, illi scilicet omnes, quos Apostolus ad Galatas, fructus carnis appellat dicens: *Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, irax, dissensiones, sectæ, inuidia homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur: Hi igitur fructus sunt, qui ex vestri pseudanglij architecto cunctiq; illius sectatoribus exorientur.*

Oues Christi quænam veras efficiant.
Matt. 7

Lutheri & suorum sectatorum opus quod.
Rom. 16

Matt. 7.

Gala. 5.

Cur monachi singulari sese habitu contegant.

Caput II.

Georgius miles.

HAC ex causa lupos vos dici conuenit quod specialem quandam desertis habitum, velut sancti quidam, cum tamen æque sitis homines, ut ceteri, imò sapius etiā peiores ceteris. *MONACHVS*. Si propterea lupi sumus, quod dissectas & laciniolas non gerimus vestes, uti vos facitis & alij quidam, necesse est etiam Heliam, Helizeum, & prophetas alios, itemq; Domini Baptistam Ioannem lupos fuisse, ut qui minime vulgari vti sint indumenti genere, & ab alijs sese seiuixerint. Imò verò etiam Christus Optimus Maximus, quod nephas sit dicere, lupus erit vestro quidem iudicio, si reperis in terras subucula petulāter implicata & aureis filis supernè intexta, aut veste quæ confectas & laeuus circumdatis limbis manicas non habeat mi-

3 Reg. 17.
4 Reg. 1.
Matt. 5. 11.
Marc. 1.

Ioan. 19.
Luc. 2.

at, minime vtatur. *MILES*. Dic mihi obsecro cur vos monachi peculiare vestimenti genus assumitis? *MONACHVS*. Quæso te cur & tu alium geris habitum, atque rusticus, & idem ipse alium quàm ciuium aut mechanicus quispiam, isq; non eundem, mercator atque ij omnes dissimilem ab eo, qui sacerdotibus, vel doctibus vel canonicis in vsu est? *MILES*. Olim quidem fuerit fortassis in diuersis hominum statibus eiuscemodi vestium discrimē at nostra ætate reuera perexiguum est: quando rusticus ciuium, mechanicus nobilium, sacerdos militum habitum æmulatur, soli vos monachi vestrum retinetis cucullum.

MONACH. Relucet ergo vel ex hoc solo vitæ religiosæ, vel cenobiticæ constantia, vt quæ perpetim antiquam illam & priscam vestium speciem referuet. Quod libet enim institutum monasticum suum retinet habitum, quem à primis suis autoribus & architectis quorū quidam ante mille vixere annos, suscepit: cum tamen vos seculares non illius modo temporis intervallo, sed quolibet fermè trienio vestes in alias formas mutetis, ita vt quarto quoque anno nouo vestimenti genere vtamini. Olim quidem nobiles insigniori præ ciuibus habitu induebantur: at nunc quando ciues sericis sese vestibus contegunt, nobiles cinericij coloris rudi panno teguntur. *MILES*. Huius ratio est, quod ciues & negociatores merces omnes & mimos sibi cooperuet, atque ea re suis opibus & præclaris vestibus alijs sese anteponant. Vellem per animam meam interim mihi copia daretur eiusmodi pingues vsquam apprehendendi arietes, qui cum nullis natalium insignibus præditi sunt, tamen nobiles se haberi volunt: equidem eos egregie tonderem. *MONACH*. Noli obsecro tam temerè iurare, neque tam malignum erga quemquam animum gerere, aut aliena appetere. Quod ciues quidam opulenti, sunt eorum cura & labore actum est, quæ pro rebus temporarijs lucrandis impendunt. Ea autem ab eis, imo vel à quolibet mortalium velle auferre, vt ipse nostri non est Euangelio consentaneum. Non ergo tibi religio est eiusmodi esse voluntatis, vt ea auferre cupias. *MILES*. Fem quæ isthæc monachorum deliramenta sunt: quid hæc meam grauent conscientiam? Decet hoc militem, quod nisi ita esset, quantum me oportebat angere animo, quando quodam loco hospiti meo sex aureis mansi obligatus, & vna nocte quicquid habui numerum vna cū sacculo aleis perdidit? *MONACHVS*. Ve igitur hospiti satis fecisti? *MILES*. Equidem necdum illi satisfeci. *MONACHVS*. Quæ tandem ratione à illo recessisti? *MILES*. Cū nihil præter equum reliquum haberem, eumq; hospes suo iure sibi retinere vellet, eiuscemodi tragædiam excitauit, vt me, se licet insoluto, inde abscedere gauderet. *MONACHVS*. Etiam hoc Euangelio fuit consentaneum. Certè Deum timere debueras. *MILES*. Monachorum & monialium sit iste timor: sed ab instituto dilabimur. Necdum mihi satis fecisti, quæ tandem ratione vos monachi alio, atque nos vestimentis schemate vtamini. *MONACHVS*. Ea scilicet, quod secus, atque vos viuamus. Cum enim vitra communem præceptorum viam, quæ omnes ingredi tenentur, arctius nos & seuerius Deo obligemus, cum item multa & agamus & omittamus quæ vos nec agitis, nec omittitis, idcirco etiam humili nos vestimento, nepe cucullo induimus, qui nos propositi nostri & eius quæ amplexi sumus canonis obseruandi commonefacit, item nobis in mentem

Habitus monastici antiquitas.

Habitus secularis & curiosi causa quæ.

Cucullus cuiusnā rei monachum admonet.

reducatur quemadmodum ab habitu seculari disjungimur, ita & ab actione seculari alienos & disinctos nos esse oportere. Quod si tibi in Dei seruis iniquum videtur multo quidem iniquius fuerit hominum, vel vrbium, vel principum ministros dominorum suorum vestes gerere ab aliorum vestibus colore atque etiam alijs quibusdam signis discretas, vnde etiam cuiusnam domini sint, possunt internosci. Neque id tamen quisquam reprehendit: imò etiam gloriosum ducitur, si quis alicuius prapotentis domini vestitus tanquam ascitus & ascriptitius ac peculiaris illius minister, ad eiusq; pertinens familiam, donatus sit. Sed & domini vel principes id sibi honorificum putant, si famuli sui extraneo posthabito cultu, ipsorum, id est, dominorū vestibus vtantur. Hunc in modum cogitare debebis Dei quoque seruos religiosum gestare habitum ad honorem Dei, eum videlicet, quem primi eorū patres in diuini famulatus signum suscépere. *MILES.* Non vos soli estis Dei serui, nos quoque illius sumus. Si ergo sic se res haberet, vt ipse ais, oporteret omnes nos cucullis contegi. *MONACH.* Verum quidem est pios omnes Christicolas Dei ministros esse: inter eos tamen quidam ex abundantiori charitate atque in maioris erga suum dominum, id est, Deum, fidelitatis argumentum sponte sua nemine cogente diuinæ exequendæ voluntati excellentius atque perfectius sese tradunt, quam alijs, in commune præceptum sit, id est, nedum præcepta Dei, sed etiam quæcunque illi placere norunt, exequi student, eoque omnem suam referunt ac dirigunt vitam, vt ab mundanis abstracti rebus vni Deo in illius cultu ac famulatu adhæreant, ei totos se dedant, atque aded etiam vobis illi se adstringant. Et hac de causa simplicem & huic mundo despectum ferunt habitum, tanquam peculiare Dei serui. Deo penitus dediti & mancipati, quemadmodum. Leuitæ olim in veteri testamento, *MILES.* Facitis hoc nimirum in vestri gloriam, ac nostri despectum, vt cum nos eiusmodi seruitutem amplexi non sumus vos singulares Dei ministri appellemini. *MON.* Neutiquam sanè ea re animis extollimur, nec vos aspernamur: potius miseret nos vestri, q̄ interim quadam adacti necessitate, interim propria ducti voluntate vsq; aded mundi vos negocijs immergitis, vt animarum vestrarum cultusq; diuini prorsus obliuiscamini. Deinde vbi attendimus per vos defedi & nos adiuuari quo tràquillè & pacificè in Dei cultu permanere quæamus, Deum pro vobis obsecrare solemus: neque dubium est, etiam si vos ipsi in Dei famulatu & cultu tam diu tantq; seuerè & rigidè perseverare non possitis, auxilio tamen estis, vt qui iam nū diuino sunt addicti cultui, in eo permaneant, etiam vos apud Deum illius famulos haberi, ab eoq; præmium consequi, tanquam qui eius cultum promoveritis, atque tutati sitis. *MILES.* Facile mihi hoc pacto persuaseris, vt me peniteat toties damnâ cœnobijs intulisse, eisq; fuisse oneri ac sumptui. Soleo namque apud monachos hospitium deligere, sūptus facere, equos ad eorū præsepia collocare, non quidem pietatis aut deuotionis gratia, sed vt meis parcam impendijs & cætera. Verum agi iam cœpta prosequamur. Dic mihi oīo, vndenam vel quando monachis in mentem venit, vt tale viuendi genus assumerent, quo se diuino cultui seuerius obligarent aut dederent? Cur non idem despectum habuerunt, atque fecere illi, è quibus fides nostra sūp̄ exordium ac incrementum, *MONACHVS.* Non absurda est hæc tua percon-

Habitus ab-
iectior mo-
nachorum
quid desi-
gnat.

Num. 3
Deut. 14.

percontatio. Erras autem, quod putas eiusmodi religionem ac pietatem nō
semper in mundo extitisse. Nā & in veteri & in nouo testamento religiosi fu-
ere, qui ex singulari quadam animi pietate, vel deuotione præ cæteris mor-
talibus vitæ quoddam institutum susceperunt, vbi vltra communia Dei
præcepta formam quãdam præscriptam haberent in Dei beneplacito exe-
quendo sublimius & angustius sese exercendi. Atque adeo primus ille in no-
uo testamento Christianæ religionis status nihil ab hac monastica discrepa-
bat viuendi ratione, qui posteaquam apud Christianæ pietatis professores
communiter obseruari desijt, denuo excitatus est, non quidem generatim
pro omnibus, sed pro quibusdam speciatim, singulari deuotione præditis,
idq; passim certis quibusdam locis, quæ nunc cœnobicia dicuntur, qua de re
pluribus agere nihil attinet, quando libellus quidam à Ioanne Lanspergio
Carthusiano editus, est, quem apud me habeo, isquē Imperatori dedicatus,
vbi perspicuè satis explicatur, quid monastica sit vita, vnde traxerit originē
& vt semper fuerit, etiam sub veteri lege, tamen si monachorum aut cœno-
biorum nomen non semper fuit. *MILES*. Hicne liber est? *MONAC*. Est.
MIL. Monachi effigiē illi impressam video. *MONAC*. Quid refert tandem
monachi an alterius figura illi impressa sit? *MILES*. Per Deum immorta-
lem, perq; Sanctos omnes illum perlegam, licet vel cacodæmonis gerat im-
pressum simulachrum. *MONAC*. Quæso t. Georgi ne tam sis blasphemus in
Deum & Sanctos eius. Quid verò hisce iuramentis & blasphemijs vti attinet?
MILES. Non possum ab his abstinere, quippe quibus à teneris assueui-
mō quando à iuramentis mihi tempero, non mihi ciuilis esse videor, pudet-
quē me alijs vti verbis. *MONACHVS*. Et quæ hæc obsecro verecundia est?
Deum potius timeres, & ab hac consuetudine paulatim desuesceres, vti eā
paulatim contraxisti. Vt enim arbitror meministi, te quandoq; non esse ex-
ecrationibus vsus atque ea res non nisi praua consuetudo est. *MILES*. Nō
memini fanē me vnquam in omni vita mea maledictis abstinuisse. Quanquā
cū puer essem si me fortē pater loquentem audisset, nec execramenta adhi-
bentem, malē mihi precabatur, dicens, quod nunquam in virum aut milite
euasurus essem, planē aut maledictis vtendum mihi esse, aut me semper Sy-
billam quandam vel monacham fore. *MONACHVS*. Ea nimirum pessima
fuit institutio: nece a precor apud tuas proles vti velis. *MILES*. Equidē
proles nullas habeo. *MON*. Proles nullas habes? *MIL*. Ex vxore mea nul-
las habeo: quæ autem ex adulterio nate sunt, eas nec numerare sufficio. Sed
hæc missa faciamus. Librum hunc cuius meministi perlegam, vt dixi, si quid
fortassis vnquam certi possim de vita monastica reperire. *MO*. Vt quid hæc
de vita tantum explorati habere appetis? *MI*. Causam haud grauatē referā.
Cum in minori essem ætate, cernerentq; parentes, me non quantum ipsi vo-
luisent, mundo ac militiæ esse deditum, præsumebant animo inertem ac
velut truncum me fore: itaq; in cœnobium quoddam me relegabant. Vbi cū
duos exegissem menses, diutius eam vitam ferre non potui. *MON*. Quid
tū ætatis habebas annos? *MI*. Septendecim. *MO*. Quid tibi in cœnobio
grauē erat? *MI*. Vigilare & ieiunare non potui. Vespertinis quidem horis li-
bens ad mediam vsq; noctem poculis indulgissem, vti apud patrem meum
conueueram. Tum vero cubitum ire cogebam & duro strato fessa membra

1. Reg 10. 19.
Hier. 35.1. Reg 3.
Act. 4. 2.

reponere. At qui non modo somnum capere solus non potui, sed &c. *MO. E.* ho tam cito. Reuera iam plus satis mundo plenus eras. *MIL.* Excusso igitur cucullo, monachis cum maledictis valesceci. *MON.* Nihil interim in mundo acerbius perpessus es quam illo in cœnobio pertulisses? *MIL.* Multa profectò. Nam & media sæpè hyeme frigida indutus lorissã inter hostium agmina cum vitæ periculo æquitavi, quando vsq; eo intensa erant frigora, ut pedes non sentirem. Multis etiam noctibus, in tentorijs gelida humo recubui: itemque plures noctes aleis & chartarum lusibus insomnes exegi. Interdũ etiam belli tempore nec panem habui, quo famem explerem, ad eò nihil vquam esculentum poterat obtineri: contra verò sæpè noctes atque dies continuos comedendo, largiter potado, vomedoq; transegi. *MON.* Deus bone quid audio. *MIL.* Interim nonnunquã vitrũ attritũ, aut tomentũ, vel calcamentorum corrigias siue lignũ & alia pleraq; absurda edere oportebat. *MON.* Quid te, vt id ageres, cõpellebat? *MIL.* Alius aliũ cõpellere solet. Propinat mihi quispiã ipse nihil abnuo, itaque quicquid primũ ille facit idẽ me imitari necesse est, tum edendo, tum potando, etiam si sterqus equorum, aut canum vrinam prior ille sumpserit. *MONACHVS.* Ista videlicet Euangelica sunt opera. Quisnam hic ordo est bone Deus? o quam duram præstatis te tris spiritibus seruitutem. Cõtẽ minori negotio possesit cruciamenta mereri inferorum. *MILES.* Vbi pariter sumus, nihil id nobis molestiæ adfert. *MONA.* Vel hinc ergo colligere possis, quam nihil graue sit Deum amanti, diuinasp; percipienti consolationes fernire Deo. Et tamen vitam vestram Christus laborem & onus appellat, à quo nos liberamur, cùm stauæ Christi iugum & leue onus in nos recipimus: tanto scilicet facilius ac tolerabilior est Christi, quam cacodæmonis seruitus. *MI.* Hem semper fere ab instituto delabimur. *MONAC.* Nihil refert, Cerno equidem magis opus te habere, vt de tua pte instituaris vita, quã vel cœnobitica, vel cuiusuis alterius status vel ordinis. *MILES.* Verum forsasse dixisti. Attamen libet monachorum vitã habere exploratã: neq; tantisper expectare queo, donec libellũ ante memoratum euoluam. Dic igitur, cur hoc genus vestimentũ vtamini. *MONA.* Iam satis feci tibi.

Matt. 11.

Num cucullus religiosa sit vestis.

Caput III.

Miles.

Satis fecisti quidem mihi, fateor, cur peculiarem geratis habitum: ac scire velim cũm singulare quiddam sectari velitis, qua tandem ratione permoti sitis, vt cucullum tunicæ siue pallio annexum aut scapulare, quod vocant, monachi omnes, quotquot mihi videre contigerit, habere decreueritis, quo sicut, suis cucullis moriones, regimini? *MON.* Iam ante dixi tibi simplicem nos atque humilem circumferre habitum, idq; secundũ spiritum, non pro mundi saltu vel gloria. Atque istiusmodi indumenti species, vel forma, nedum in veteri, sed etiam nouo testamento in vestibus cultus Dej præcipuè in vñu fuit. In veteri quidem testamento, cũm Deus vestes, quibus Aaron Pontifex, & post eum summi præfules vti deberent, exprimeret etiam

Exo. 28. 29

etiam tunica hyacinthina meminit: in cuius medio supra esset capitium. Prophetæ quoque & eorum discipuli, quos scripta diuina filios Prophetarum vocant, qui teste D. Hieronymo veteris testamenti monachi fuere, peculiari quodam vestium genere vnde agnoscebantur, sese operiebant, id quod in Elia propheta manifestè apparet. Cum enim Ochozias Samariæ Rex ægrota- ret, misissetque nuntios qui consulerent Beelzebub Deum Accaron, vtrum vi- uere posset de infirmitate sua. Elias eis pergens obuiam, reprehendit eos, quod ad demonem consulendum missi essent: iussitque eos redire ad Regem, eiq; quod moriturus esset, renuntiare. Reuersi nuntij verba quidem Elia re- tulerunt ad Regem, sed cum quisnam esset indicare nequirent tandem ex de- scriptione habitus Rex Eliam esse didicit: Eliseus itidem cum vnum ex di- scipulis suis misisset, qui Iehu vngeret regem super Israel, isq; clam peractis omnibus abiisset, reliqui principes, qui eum antea viderant, dixerunt ad Ie- hu: *Quid venit insanus iste ad te?* Animaduertis hinc vt Prophetarum vestes tanquam morionum habitum duxerint, neq; secus eos derisui habuerint, at- que hodie monachi, eorumque cuculli habentur: cum tamen ipsi monachi suū institutum, nedum, quod ad vestes attinet, sed etiam morem, Deum cantu ac precibus laudandi à Prophetis sumpserint sicut in libello tibi abs me tra- dito comperies. Itaque sodalitates religiosorum, qui in promissionis terra a- pud Prophetas ceu eorum Discipuli multis locis commorabantur, sin- gulare vestimenti genus in vsu habebant, cui verisimile est capitium anne- xum fuisse: qua de causa à mundi sapientibus velut insani aut fatui deride- bantur. Porro in nouo testamento, si vestes quæcum in Missæ sacro vsus est, inspicias, aduertis nimirum vesti sacræ, qua sacerdos indutus est, supernè ad- iunctum velut cuculli monastici capitium: iridemque vesti illi, qua sub Ma- gnificat thuribulum gestans vititur. In plurium etiam Episcopatum sum- mis collegijs & parochijs Canonici quoddam circumferunt pallium mona- stico capitio præditum: quo similiter etiam ipsi Parochi, aut eorum vicarij multis locis indui consueuerunt. Cardinalium quoque habitus nihil ab mo- nastico cucullo differt. Doctores item Theologi, dum simul conueniunt causa religionis supra cæteras vestes velut integrum gerunt cucullum, cu- iusmodi S. Benedicti sectatores in vsu habent. Alias tum ipsi, tum alij vni- uersitatum studiosi in humeris quasi monachi capitium ferunt: vsque adeo hæc vestis religiosa habetur, vt propè ordines vel status omnes serio quip- piam æturi, aut grauitate in præ se laturo, monasticum sibi cucullum adhi- beant: sicut etiam quibusdam locis illi, qui funus deferunt aut lugent, ocu- los & caput cucullo monastico obtegunt, itemque in oppidis dum venerabile Sacramentum fertur ad ærotum, scholastici quidam ipsum Sacramentum antecedunt, in capite cucullum gerentes, ydemque cæcos vel sacra vexilla por- tantes. Et quid me multa commemorare attinet? In ipsis fidei nostræ primis initijs, quando etiam adulti & iustæ ætatis homines ad baptisma veniebant, Christianorum omnium primus habitus vestis erat alba assutum habens capitium, quo ceu monastico cucullo, caput tegebatur: eamque vestem diebus octo ferebant. Quare hodieque octaua dies post Pascha, dominica in albis dici- tur. Tum enim omnes illi, qui in sabbato sancto baptizati fuissent, in albis vestibus pariter in templo conueniebant, vbi de vita piè instituenda & transi-

4. Reg. 1.
Hieron.
Monachi
veteris te-
stamenti qui
fuerint.
4. Reg. 1.

4. Reg. 9.

Vestis reces
baptizatorum
qualis olim
fuerit.
Dominica
in albis que-
nam quæ re-
que sic dicta
fit.

gen-

Vita mona-
stica cur in-
stituta sit.

figenda quædam ad eos fiebat adhortatio: ac deinde communes & honestas
vt ante baptismum, vestes assumere permittebantur. Quod autem ita vt di-
xi, primus Christianorum habitus, vestis monastica fuerit, etiam hodie
multis Germaniæ ac Italiæ Episcopatibus probari potest, vbi infantes, dum
è sacro fonte leuantur, parua primum interula induuntur, cui annexum est
capitium est, monastici cuculli schemate, in ipsoq; crucis signum affutum est:
cuiusmodi interulas beatissima illa Elizabeth Regina pauperulis ingenti
cum deuotione conficere atque donare solita fuit. Estq; hic mos peruetustus,
hodièq; perseverat, & in ipsis nostræ religionis initijs obseruatus fuit. Facile
igitur hinc potest elici, primum Christianorum indumentum monasticæ
religionis abijciunt vestem, ita etiã ea quæ in baptismo Christo polliciti sunt, de-
serunt ac contemnunt. Atqui cum vita monastica eo consilio instituta sit vt il-
lius professores ad eam redeant innocentiam, quam in baptismo & post ba-
ptismum suè adepti, hoc est, vt Christo iam integrè præsent, quicquid
in baptismo promiserunt, ea re etiam eiusmodi vestimenti genus quo in
cenobijs vtantur, eis assignatum est, quale in baptismo primum suscipere
ac induci sunt, vt vel ipso suo habitu commoueantur in ea degere innocen-
tia, quam in baptismo sunt consecuti. Ergone hoc tibi piùm, religiosum &
Christiano homine dignum videtur? MIL. Siquidem sic se res habet, vt ipse
asseruas, non est quod contra dicam. Sæpè sanè & audiui & perspexi foeminas
dum parui propinquæ sunt eiusmodi quales ipse commemorasti confi-
cere interulas: sed quando infantes ipsi induantur, non vidi. MON. Nunquam
ne infantem vllum è sacro fonte leuasti? MIL. Ita, semel duntaxat. MON. Nò
ergo tum id obseruasti? MIL. Quid verò id obseruassem, qui aliam tum mente
tractabam. Et reuera sacrificulus ille vsque adeo suis preculis ex libro pro-
latis nos detinebat, vt plus me defatigari sentirem, quam si duodecim horis
continuis equitarem: atque interim toties infantuli nomen exprimere illi
cogebat, vt mecum ipse cogitarem, nam tam esset obliuiosus, vt nomen illius
memoria tenere non posset. Et si quidem hora fuisset præmeridiana benè po-
tium illum suspicatus essem. MON. Absurdè satis loqueris, nec aduertis tamen
tete quoque cucullum gerere. MIL. Qualè cucullum? MON. Quæso te bardo-
cucullus, vel recinium Hispanicum nonne monachi cucullus dicitur? MIL.
Apage te cum tuo cucullo: satis iam superiq; eo meas obtudisti aures. Velim iã
de canone me certiozem reddas. MON. De quo tandem canone?

Virumne canones monastici & tria vota ex Euangelio profecta sint.

Caput IIII.

Miles.

IAmante dixisti mihi, quendam vos monachos canonem amplexos esse.
Sed Christus in Euangelio suum nobis canonem tradidit, quem quisquis
seruauerit, saluus erit. MON. Ita est vt dicis. MIL. Cur igitur hunc vos non
recipitis, per quem salui esse possitis? MON. Vtiq; & nos eum recepimus. MIL.
Quando verò? MON. Dicam id equidem ac iubens precor tamen interim ip-
se, qui Euangelicus vis haberi, dicas mihi, quandonam Christi canonem su-
sciperis

ſceperis? *MIL.* Id planè incompertum habeo. *MON.* Itane id ignoras? Quando igitur Chriſti præcepta omnia ſeruare ceppiſti? *MIL.* Id quidem haud facile dixerò. Hoc tamen probè noui, quando me Euangelicum amplexum eſſe canonem certior factus ſim. Ante annos aliquot ſacerdotes mihi perſuadere moliebantur verum Chriſtianum me neutiquam agere, niſi hæc atque illa ſeruarem, niſi hæc atque illa ommitterem: itemq; ſi hæc atque illa facerem, (quæ tamen fieri non poterant) ſaluum me effici non poſſe. Denique vbique vel plus vel minus cauſabantur, donec tandem Martinus Lutherus Euangelium nobis deprompfit: ex quo id iam didici ſola fide ſine operibus ſaluos nos poſſe fieri, ita nunc aduerto Euangelicum me eſſe, & in vero canone me permanere. *MON.* Vnde quaſo id animaduertis? *MIL.* Inde ſcilicet, quod firmiter credo ſaluum me fore, etiamſi bonis ſim operibus vacuus, imò etiam ſine operibus. Credo enim Chriſtum hominem factum, natum, concionatũ eſſe &c. & ſi ita res poſceret, etiam plura crederem (quid enim fides poſſit obbeſſe) tantum vt ſaluum fieri liceret. *MON.* Ah proh dolor, vt miſeræ animæ ſeducuntur. Poſtmodum volente Deo, hinc tecum colloquar: iam tuæ prius quaſtioni faciam ſaciſ. Chriſti canonem (de eo namque percontatus es) in baptiſmo ſuſcepimus, vt & tu ipſe & Chriſtiani omnes fecère. *MIL.* Cur igitur illum non ſeruatis? *MON.* Poſſem reſpondere, cur etiam vos illũ non ſeruatis. Sed rationabilis reſponſum reſdam. Toto quidem ſtudio in id incumbimus, vt illi conuenienter viuamus. *MIL.* Quoſum ergo adhuc alium requiris canonem? *MON.* Non vtique hac ratione alio canone habemus opus, quaſi per Euangelium non poſſimus effici beati, aut tanquam Euangelium ad ſalutem non ſufficiat. Sed vt ipſum Euangelium rectius, conſtantius, perfectius ſeruemus, ea re monaſticum ſuſcepimus canonem, qui tamen, vt probè me capias, nihil eſt diuerſus ab Euangelio, ſed ex ipſo Euangelio perſpectet. *MIL.* Mira ſunt quæ naras. Enimuero & mihi quinq; vel ſex Euang. capita perleſta ſunt: deinde vbi ab ſocijs abeſſe licuit, bonã illius partẽ, vxoꝝ meã legẽte, auſcultauim: nihil aut vſpiã de cucullo reperi, aut vnde monaſticũ canonẽ agnoſcere daretur. *MO.* Legiſtine vt Euang. Ioãne Bapt de illius ſimplicitate ac aſpero & ab aliorũ habitu discreto veſtimento comẽdet? *MI.* Legi equidẽ, nam veſtitus erat pilis equorum. *MC.* Non equorum, ſed camelorum pilis. *MI.* Perinde eſt, cuiusmodi pili fuerint equinẽ an camelini. *MON.* Ita ergo fatearis neceſſe eſt eo ipſo ſimplicem ac poenitentia agendæ cauſa inſtitutum habitum religioſorum commendatum eſſe, cum tamen nemini ſit offendiçulo. Cui enim obeſſe queat cucullum me gerere nullis purpuræ damasçenæ, aut ſerici villoſi linibis ornatum? *MIL.* Quoſdam fanè monachos vidiffe me memini, quorum veſtis, ſiue cucullus eſſet, ſiue non, ex tam præſtanti confeçta panno erat, vt poſſet ſufficere vel principi. *MON.* Non hic aliorum facta defendenda ſuſcepi, de ipſo monaſtico ſtatu loquor qui canone ex ipſo Euangelio deſumpto vtitur. *MIL.* Id mihi explices velim. *MON.* Præcipuum vitæ monaſticæ ſtadium eſt trium votorum obſeruatio: vt verbi gratia, caſtitaſ, quam Chriſtus nos docet, vbi de ſpiritali loquitur caſtratione: quam & Eſaias præclaris vehit laudibus, itẽ Apoſtolus, vbi ait: Bonum eſt homini mulierem non tangere, & rurſus: Volo autem omnes.

Canon monaſticus quo ſpectet.

Matt. 3. 11.
Marc. 1.
Luc. 3.

Studium vitæ monaſticæ quodnã ſit.
Matt. 19.
Eſa. 56.
1. Cor. 7.
Ibide.

omnes homines esse sicut meipsum. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego. Subaudi in castimonia q̄ Apost. sc̄t̄abatur. Deinde multis affirmat verbis præstare virginē permanere, in castitate, q̄ nubere dicens, virginē in nuptam non curare, vt placeat viro, quod in matrimonio necesse est, sed vt placeat Deo: & licet non peccet si nubat, melius tamen eam facere, si permaneat in virginitate &c. Hoc scilicet tū ipsius Christi, tum

Ibidem.
Castitas
monastica
vnde ortum
habeat.

Obediencia
religiosoru
vnde.

Rom. 13.

Heb 3.

1. Pet. 2.

Matt 23.

Luc. 10.

Luc 9.

1. Pet. 2.

Philip. 2.

Paupertatē
monachoru
probari ex
factis.

Matt. 19.

Zach. 9.

Matt. 19.

Luc 9.

2. Cor. 8.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Matt. 5.

Luc. 6.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Act. 4.

Ab Apostolo consultum, à Sanctis, imò & à summis atque sanctissimis hominibus. puta ab ipsa Dei genitrice & Iesu Christo eius filio in eorum vita observatum. Secundum votum est obedientia. Huius laude tum veteris, tum noui testamenti pagina implentur, & sic ibi adhortatio, vt *sublimioribus potestatis omnis anima subdita sit, nedum bonis, sed etiam discipulis.* Item: vt illis quorū præfatis mos gerendus sit, qui quod dicunt, ipsi non faciunt. Itēq; vt Christus obedientiam superioribus præstitam tanquam sibi exhibitam ducat. Adhæc, vt nos ipsos abnegemus: vt etiam omni humanæ creaturæ subditi simus propter Deum, atque vt Christus ad mortem vsque obediens, nobis relinquens obedientiæ exemplum, vt sequamur vestigia eius. Itaq; & hoc consilium religiosi secuti, suis idem canonibus inseruerunt adiuncta etiam ipsum obseruandi pollicitatione & voto. Tercium est votum & voluntariæ paupertatis, quod itidem religiosi imitandum suscepere, atque inter canones suos collocarunt, illis Christi Iesu verbis permoti, quibus ait ad opulentum illum adolescentem: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & veni sequere me.* Sed & pluribus alijs tum ipsius Saluatoris, tum Apostoli sententijs ad voluntariam paupertatem inuitamur: ad quam etiam non parum accendimur ac prouocamur, dum Christi extremam inopiam discimus: dum quæ promiserit facultates suas & res temporarias illius amore deferentibus, audimus: dum vt primi illi nostræ religionis professores summa cum laude nihil proprium, sed omnia communia habuerint cognoscimus: atq; demū vbi pauperes spiritu, seu voluntariè pauperes beatos prædicari lætiamus. Ita mi Georgi Euangelica Christi sunt consilia, non quidē ab illo præcepta omnibus, sed volentibus tantum, & quadam animi deuotione ea appetentibus consulta: de quibus etiam consilijs ipse dicit: *Qui potest capere capiat.* Et adolescenti ante memorato ita dixit: *Si vis perfectus esse, &c.* Non ait: *Necesse est, vt sic agas, alioqui saluus esse non poteris, sed: Si vis perfectus esse, vade &c.* Audiui iam, quod in monasticis canonibus præcipuum est, quæ sunt Christi, consilia & Euangelicæ traditiones seu institutiones: quæ ea de causa assumuntur, tamen si in præcepto non sint vt Christi iussa tanto melius, facilius, absolutius perficiantur. Ist hæc namque consilia, si obseruentur, multas peccandi occasiones & diuinæ legis transgressiones auferunt.

Castimonia
monastica
quænam ex
igat.

Age de singulis votis, quædam proponamus exempla. Qui Deo castimoniam vouit & seruare statuit, non solum ipsa sibi luxuria interdixit, sed etiam peccatis illis omnibus, quæ admittuntur, vt ad libidinem peruenire liceat, quæq; ad obscenos actus perducunt. Castitas verat carnalem amicitiam, choreas, nocturnas impudicæ amoris causa musicas, modulationes, amplexus oscula

oscula, inhonestos actus & verba, pluraque alia vitia à luxuria peccato nihil defuncta, sed eã aut præcedentia, aut subsequentia: quæ tamen omnia vitare necesse est eum, qui luxuriam vitare velit. Sicut autem castitatis gratia multa alia propudiantur vitia, ita & per plures sanctæ assumuntur exercitia, ut est castigatio corporis per vigilias, labores, ieiunia, disciplinas &c. cibi ac potus parsimonia, morum integritas, verborum honestas, praua societatis euitatio &c. Cernis iam ut vna virtus tot ex homine mala profliget, utq; vnius virtutis obtinendæ causa sint multa mala vitanda & pia exercitia assumenda? Quæ causa est, cur in monasticis canonibus multa sint præscripta, quæ ad castitatem, vel aliam virtutem adipiscendam atq; seruandam potissimum pertineant, quæ tamen prima fronte extranea, absurda & superuacanea videantur. Quæ autem de castimonia iam dicta sunt, eadem possint & de paupertate dici, quæ nihil proprium possidet. Quot peccata puritas ex avaritia admittuntur, quam Apostolus tum malorum omnium radicem, tum idolorum seruientem nominat? Itaque quod peccata vel perperantur, vel ea admittendi occasiones præbentur, dum rebus accumulandis nauatur opera, tot siue peccata, siue peccandi occasiones per voluntariam paupertatem præsciinduntur. cuiusmodi sunt, verbi causa, mentiri, iurare, fallere, odium inuidentia, furtum, prædatio, proditio, homicidium, quæ cuncta ex avaritia proficiuntur, sicut & plura alia vitia, quæ tamen locum nullum habent, vbi paupertas voluntaria assumitur. Vnde & Christus ait: *Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam ducem intrare in regnum Dei*, Denique ut & de obedientia quippiam dicamus, quot ea peccata refectet, vel inde constare potest, dum animaduertitur, quod ex superba, propria ac sibi ipsi obsequio voluntate vitia nascantur: quot item errore, ignorantia, imbecillitate infirmo ac debili voluntatis peccata perpetrentur, ut sunt temeritas, arrogancia audacia & id genus alia: quæ omnia in humili & abnegata voluntate quæ se propter Deum alteri ut superiori submisit ac permiserit, atq; ex obedientia sibi ipsi renunciauerit iuxta Dei placitum, locum nullum obtinent. Nostra namque voluntas prohdolor semper in malum, quam bonum, procliuor est. & homines vitiosa propensione, quam rectæ rationi, facilius obsequi conueuerunt, nisi vel præcepto vel humanis adhortationibus ad bonum dirigantur ac incitentur: atque eam ob rem necessesse est, ut ex hac mala extrahantur libertate, quæ lata graditur via, atque in sui subter superiores abnegationem perducantur, qua continenter in recta ad beatitudinem conferuentur via, quam Christus angustam vocat.

Vt corrigi oporteat eos, qui inter religiosos non religiose viuerent.

Capitulum V.

Milos.

Satis mihi placerent, quæ iam dixisti, modo ita seruari. Atqui plurimum mihi hac in parte monachi culpabiles videntur. Ais namque castos eos esse. Sed reuera hac in parte non admodum commendabiles sese præbent. Libentius namque viris cæteris, apud fœminas demorantur, & iam vulgo fertur, com plures inueniri fœminas, quas plus delectet vitidis

F 2

dis

dis adesse monachis, quam alijs viris. Iam quod ad paupertatem voluntariam attinet, quam eos colere oporteret, vndiquaque corradunt atque coaceruant sibi bona temporaria, vt nedum nullam patiantur inopiam, vel defectum, sed interim etiam multa habeant superflua. Et quamuis fortasse dicitur es communibus eos viuere & sustentari bonis, neminem priuati quicquam habere proprii, mihi tamen id neutiquam sit verisimile. Facile crediderim si toties in cœnobijs inter monachos versarer, quoties alioqui apud eos hospitium deligo, aut forte non vocatus vltro apud Abbatem conuiuor, satis superque me percepturum, vt ipsi etiam monachi inter sese de rebus concertent, dicantque verbi gratia. Hoc est meum: hæc ipse huc adduxi, hæc tibi data non sunt: hæc ad te non pertinent &c. Interim hoc affirmare possum, alijs hominibus eos esse tenaciores licet hæc se ratione tueri velint, quod ab Abbate sibi negent dandi copiam esse factam. *MONACHVS.* Siquidem de bonis loqui velimus monasterijs, vitam suam ad præscriptum canonum instituentibus. *MILES.* Viuere etiam iuxta Euangelium debent. Alioquin regulas ipsorum prorsus nihili pendo. *MO.* Quo pacto secundum regulam viuere, nisi iuxta Euangelium quoque viuerent, possent? Quamobrem quæso, ne mihi facias in verbis inuolucrum. Cum regulam dico, & Euangelium nomino, & aliquid amplius quam Euangelium: quæ tamen regula propter Euangelij obseruationem promulgata est. Vbi igitur huiusmodi cœnobija sunt bene ac ordine constituta, quid mirum est, si in ijs interdum aliquis reperiat qui peccandi oblata occasione labatur. De quo sit ingens mox populi rumor. Cur non admiratione dignum videatur quod multi è contrario existant, qui honestè, religiosè, castè & piè viuunt? Quorum vitæ decimæ partis vel decimam partem neque tu neque alij imitari vultis, etiam propter pecuniam & opes licet libenter nummos accipiat. Et quamuis in aliquo bono monasterio nonnunquam quispiam ex monachis labascat, quam crebro interea Georgius noster (licet prima mihi frui licentia) lapsus est, cum legitimam tamen vxorem habeat, qua contentus vixisse potuisset? Quo ruunt alij adhuc liberi, de quibus silere volo? Neque hoc tamen dixerim, quod improborum monachorum peccatis velim præstare patrocinium. Quin initio dicere cœperam de religioso instituto quod quidam amplectuntur me verba facturum, in quo multi etiam sunt, qui iuxta suum propositum bene viuunt, si autem in tam salubri proposito plerique in salubriter viuunt non mihi placent, non placent etiam Ordini, qui talem præuaricationem vetat, acriterque punit. Non etiam de patentibus quibusdam loquor cœnobijs volo (si cœnobiorum Porro sunt digna vocabulo) in quibus norma & obseruantia religionis penitus periit: neque eiusmodi excuso, quando inibi propositum non est monasticum, tametsi cucullum induantur. Nunc verò cum de bonis cœnobijs loquimur, in quibus interim deformes quidam, sicut Iudas inter Apostolos, reperiuntur, æquid imputari alijs, qui probi sunt, debet, aut ipsius propositi accidere vitio putandum est? Quandoquidem quæ tam est sacrum, vt in eo nulli contingant abusus? Sunt ergo conuellenda omnia? Nunquid in matrimonio non fiunt abusus? propterea forte non est bonum matrimonium, aut ideo ipsum prohibendum erit? Anne in edendo & bibendo contingit abusus? Non igitur comedendum bibendum ve erit amplius?

Monasterij
nomine
quinam mi-
nus digni
sint.

Lapsus
quorundam
non impu-
tandum ca-
teris.

plius? Vbi tam secunda, quam in paradiso vitæ est ratio, & in eo Adam in peccatū cecidit. Num hoc ergo paradisi culpa euenit? Vbi lapsus est Lucifer? in caelo. Idcirco caelum forsitan nemo optabit, cum scelus illud in caelo sit patratum? Cuius ordinis locique fuit, qui Dominum nostrum prodidit, & in mortem vendidit? nonne fuit Apostolus? Fuit nimirum, fuerunt ergo ceteri Apostoli improbi? Cernis igitur quibuslibet in Ordinibus, locisque vitia abusionesque inueniri? Cernis haud dubio. Sed in nullos magis, quam in religiosos respicitur, quamuis inter nobiles & opulentos multo maior transgressio committatur: quæ tamen ita est peruulgata & communis, ut ferè de ea nullus loquatur. Et adeo quoque de ijs nemo dicere audeat, nisi in carcerem conijci, aut in exilium relegari velit. Quotusquisque est obsecro, qui dicere audeat de exactionibus, de expilatione & dilaniatione, de depredatione, de oppressione pauperum? Item, de fornicatione, de adulterio, de iniquo iudicio, de ebrietate, de crapula, de superbia, de illicito lucro, de vfura, de turpi vita, de inutili superflua, & quæ Christianos minimè deceat bonorum dilapidatione (videlicet dum in vno conuiuio propter aucupandam vanam gloriam ducunt vel trecenti in bellarijs centum aurei consumuntur: quando se quisque ingurgitat & vigilat, ducit choreas salique tota nocte velut rationis expertes beluæ aut sicut Saraceni dum festum diem suo more agunt ad mane vsque de præstantia item curiositateque vestium alique superfluo fastu? Quibus rebus se mundus diuitijs emungit, & pauperes, quibus per huiusmodi inutilem turpem Deoque iniuriam prodigaliter succurri poterat, deseruntur. De huiusmodi aliisque immanioribus quam dici poterit, flagitijs, quis est qui verbum loquatur, aut scribere non pertimescat? Tantum de pauperibus & religiosis se non audent neque volunt vlcisci multum clamatur & scribitur. Hi namque in ore sunt omnium. Ceterum si contra reprehensibiles solum homines diceretur, esset id tolerabile, dandaque foret opera, ut possent corrigi ac emendari. Sed iam bonos cum malis pariter in noxa esse oportet, & vtrique iuxta odio habentur: imò etiam propositum bonum (& improbitatem ventat puniri) præcipit, eo nomine respuitur & amplius est, Ecclesie S. Sacramenta, bona opera, laudabiles ceremonie, cultus & latria Dei, & omnes sacre consuetudines hinc spernuntur, rejiciuntur & interduntur in communem animarum perniciem, quæ est sane dolendum & visu miserabile. *M. I.* Propterea sic à rusticis monasteria dirui cœpta erant. Vtinam Franciscus Sickingam, & Huttenus noster superstites remansissent mirabilem profectò tragediam aspexissent. *M. O.* Nouerant principes consilium illorum non esse æquum & bonum, & Deus mentem ac sententiam eorum probè perspectam habens, principes contra illos excitauit. Iam à Deo suum tulere præmium & consilium ipsorum (quæ contra Deum erat) factum est irritum. Exitus probant, an eorum principium bonum fuerit. Ita succedet etiam alijs, qui similia machinantur. Verum ut nostrum persequare institutum, aio sane destrui non debere etiam illa cœnobia, quæ sunt infamia, sed eorum habitatores reformari, concludi & ad hoc cogi deberent, ut suum Ordinem, vota, fidem Deo promissam rectè seruari, suaque animæ saluti inuigilarent (propter quæ in monasterium ingressi sunt) in vera charitatis diuinæ (quæ in verbi dei obseruatione consistit) exercitatione, darentque operam virtutū

Gen. 3.
Esa. 14.
Matt. 26.
Matt. 14.
Errata possent euenire in omni statu.

Vitia quorundam hominum quæ sint communia & execranda.

Quenam hodie a malis contemptui habeantur.

Monasteria deformata ut sint reformanda non destrucenda. Phil. 2.

Matt 3.19.
Iacob 5.
Marc 5.
Hebr. 10.

Reformatio
monaste-
riorum ad
quos perti-
neat.

Monasterijs
vbi probe
viuitur non
deesse per-
sonas pro-
bas

Mat. 20.12

præceptorumque diuinorum perfectioni consequenda, simul etiam apud Deum suis precibus pro proximis instarent, atque ita (velut Christus docet) coram hominibus bonis suis operibus & exemplis, bonæ vitæ lucem præferrent. Hæc fuit eorum, qui monasteria fundarunt voluptas: Non illa demoliri, & perdere sed tueri, vt ibi laus Dei & vita bona beatæ peragatur conferueturque. *MIL.* Cuius hoc interest facere? *MO.* O si magistratus & nobiles tantum cuperent, vt in monasterijs vera religio seruetur, quantum nonnulli inhiant anasque captant religiosorum sibi vendicare bona huic facile malo mederetur, adeo vt mali dissoluti ac importuni monachi qui religio-fo non sunt digni nomine) cogerentur, aut (si non consilium aliud suppetere) fugarentur & in eorum locum alij probi, & honeste pietate viuentes monachi subrogarentur. *MILES.* Vbi est inuenire huiusmodi alios bonos in horum substituendos locum? *MONAC.* Cito reperirentur, si ipsis suppetere ferrentur. *MILES.* Esto tales adhuc inueniri possent, sed in horum demortuorum locum alij successuri quo pacto haberi possint? *MONACHVS.* Si in sua bona monachi pace relinquerentur, & ad hoc cornobis compellerentur vt bona in eis consuetudo reformatioque in verè Christiana vita retineretur, facile pij homines, qui se eo reciperent & honorum se adiungere consortio velent, inuenirentur. Luce clarè est diurna, semper monasteria, in quibus religiosè viuitur, quæ à secularibus pacatè Deo seruire permittuntur, personas habere. Eo nunquam non sat hominum sese conferunt qui in eiusmodi con-tributio Deo seruire velint, Vbi autem comestationes, luxus aut alia his turpiora, quæ nec dicere fas sit, dominium obtinent, funditus ea monasteria pereunt, eoque omnis generis homines in vitia procliuè aduolant, & cum huiusmodi monachis genio indulgent. *MIL.* Rectè quidem digni enim sunt eiusmodi monachi, vt eorum quamdiu teruntium vnum reliquum habent, consuetudine fruamur. *MON.* Dum igitur religiosum laudo propositum, non me putes inter religiosos huiusmodi enormes monachos connumerare? *MIL.* Tua me oratione anteuertis, namque dicere volebam, quid ipse status monasticus conferat, quando in ipso non boni existunt. *MONACHVS.* Equidem nihil prædest quod in bono sunt Ordine, qui malè viuunt, & respicere nolunt, atque suo proposito se conformare. Verum nocet illis magis, quod in bono malè viuunt Ordine. Sed qui boni sunt aut boni fieri volunt, magno commodo bono proposito feliciter vti possunt. Exempli gratia: Dic mihi quid probe viro damno est, esse Christianum? *MILES.* Non est illi damno, sed bono. *MONAC.* Qui potest ipsi bono esse, Christianum tenere institutum, in quo tam multi improbi sunt? Si enim rem ad calculum reuoces plures prauæ, quam bonæ vitæ comperies Christianos, imò pauci sunt, qui reuera boni Christiani sint, & Aethnici quandoque probioris honestiorisque vitæ quàm multi sunt Christiani inueniuntur. Quomodo igitur Christianorum bona secta aut ipsorum rectum Euangelium iuxta quod viuunt, esse potest cum tam multi inter eos mali Christiani sint & pauci iuxta Euangelium viuunt? *MIL.* O te veteratorem qui me tam callidè capias, cerno quid hinc concludere velis tamen volo tibi respondere Christianum institutum omnium est saluberrimum, in quo vno dumtaxat liceat saluum fieri. Qui instituti istius salute non vult vt, sua, & non ipsius est instituti culpa. Metuebam te sciscitanturum

rum ex me, num mea viuendi ratio bona sit, quando tam multi inter nos prædones existunt, qui itinera obsident vt de alijs taceam facinoribus. *MONACHVS.* Qui sint isti prædones tu nosse potes: heroes & honesti equites non prædantur: Siquidem ex virtutibus est orta nobilitas. Nobilis est, quem nobilitat sua virtus. *M.* hæc mitto: Bene profecto de Christiano respondisti instituto. Atqui consimiliter de monastico siue religioso proposito se res habet. Enimuerd bene hominem instituit, rectè præcipit, docet & inuitat ad bonum, & à malo retrahit, malam voluntatem coercet, à mala cauet conuersatione peccandi occasiones tollit, debilem & constantem voluntatem in bono confirmat, & propè singulis momentis hominem in sui abnegatione, in obedientia alijsq; virtutibus omnibus exercet.

Nobilitatē
ex virtute
sumpsisse
initium.

Monachic
omnis quo
spectet:

An status monasticus & Christianus duo diuersi sint status. Et de discrimine monastica vita & vulgarij Christianorum.

Caput VI.

Miles.

SVpra Christianum statum monasticum extollis? *MONACHVS.* In eadem lyra eandem modularis semper cantionem. Quam frequenter repetere debeo monasticum & Christianum statum non duos diuersos status esse, sed vnum atque eundem? Qui monachus est, Christianus quoque est: nec esse monachus bonus potest, nisi sit idem & bonus Christianus, imò quanto melior monachus, tanto melior etiam Christianus extat: quamuis contra, qui Christianus est, non idem monachus existit, quoniam non est omnibus mandatum, vt sint monachi, quomodo omnibus hominibus præceptum est, vt sint (modo salui fieri velint) Christiani. Multa etiam in Enangelio consulta sunt, quæ propter spiritus hominis imbecillitatem non sunt præcepta. *MILES.* Nimis confidunt in sua regula, & sibijp-fis hominum quorundam nomina indunt, in quibus gloriantur. Vnus Benedictinum, alius Bernardinum se vocat: nec à Christo sese nominant, perinde ac si Christus submersus sit. *MONA.* Quid impedit, propositum nomenq; Christianum, si vnus Gallus, alius Germanus siue Hispanus vocetur, quisque secundum suam patriam, vel artificium? An idcirco Christi sunt oblitus? *MILES.* Non certè, pace tua. Timebam concionaturum hoc te mihi, vt monachus (quod prohibeat Deus) fierem. Idem ista verba tuo immiscui sermoni. *MONA.* Non id laboro, vt te monachum efficiam: sed si te eo adducere meis verbis possem, vt re ipsa bonus Christianus fieres, multum efficacem nec te propterea monachum fieri erit necesse. *MILES.* Quando igitur sum bonus Christianus? *MONA.* Quando Christum imitaris, hoc est, quando ita ambulas, quomodo ipse ambulauit, imò quando præcepta Dei bene obseruas, omittens quod vetitum est, & faciens quod est mandatum. *MILES.* Quid ergo discriminis est inter seculares & monastica professionis Christianos? *MONACHVS.* Fit plerunq; vt aliquis in bono sit vitæ genere, nec tamen idcirco melior sit (sua culpa, sicut ipse confiteris) alio, qui alterius est instituti. Quapropter sic tua quæstio intelligi debet, quid discriminis sit inter bonum Christianum secularem & bonum monasticæ vitæ Christianum.

Christianū
bonū quæ
nā efficiant.
2. Ioan. 2.

Gradus in
virtutibus
esse quosdam.

stianum: hoc est, qui iuxta suum propositum viuat. Et ad hanc respondere tibi volo. Dubium non est, quin vterque ad fidem, & mandata Dei obligentur: atque monasticus Christianus, id est, monachus, non ad mandatorum tantum obseruationem, sed ad perfectiorem executionem est affricus: quia gradus diuinae charitatis, quae remittitur & intenditur. In fuis in virtutibus gradus est, sine quo non potest homo saluus fieri. Super hunc est vltior profectus: post hunc in ea & singulis virtutibus consummatio. Quae nimis longum esset hic recensere. *MILES*. Iam de his taceto, quandoquidem mihi parum perspecta sunt, & tuum finito sermonem. *MONACH*. Ea re, quod monasticae professionis homines ad perfectionem aspirant, multa Euangelij consilia adsumpserunt, & multas quoque his confines constitutiones quas ex sacris literis Deo ex sua natura, & genere acceptas esse, aut seruire & adminiculo esse ad illud, quod Deo placet, colligere licet. Per quae ipsi auocantur, retrahuntur a malo, & ad bonum instigantur. Explicabo haec quadam similitudine. Ponamus duos esse viros habentes consimilem thesaurum, velut si vterque eorum vinetum aut balsametum custodire conseruareque habeat, & vnus quidem non magno istius amore teneatur thesauri custodiendi, aut alioqui alijs nimium negocijs implicatus sit, praepediaturque, per quae suum negligat vinetum. Ob quam suam negligentiam vinetum pessum eat, palmites eradicentur, iumenta ingrediantur & vineam depascant, & vix fructusque tollantur. Alter haec considerans alienaque doctus iactura, vinetum suum melius seruire meditetur, & fursus pecudibus que ipsum ingrediendi facultatem adimere volens, muro vineturum (quod amat & bonum conseruare vult) circumcingat, & caute ipsum custodiat. Adapra nunc similitudinem ad Christianos, qui iuxta communem conditionem boni aestimantur, & ad bonos monastici propositi homines. Thesaurus quem vterque custodiunt, est vere Christiana & viuua fides, imò flagrans charitas Dei & obedientia erga mandata Dei. De me ipso loqui hic volo. Quomodo thesaurum illum, cum adhuc in singulari statu degerem, & ab vnoquoque omnino integer Christianus censebar custodiuerim, mihi probe est cognitum. Ex me alijsque discebam muro mihi opus esse, hoc est, refectione occasionum peccandi, exclusionem malae libertatis carnis, & propriae voluntatis in vitia procliuis. Alioquin enim actum fuisset de omnibus meis spiritualibus animae bonis. Murum appello monasticam vitam, qua me circumsepsti, & posthabeo nunc periturarum rerum peregrina negotia, & meam custodio vineam, ex qua me Deo spero gratos fructus immolaturum. Quis iam est, qui non hinc animaduertat coenobiticam vitam vere Christianam vitam esse, & ad honorem Dei suscipi vbi quicquid constitutum est, ad gloriam Dei constitutum est, ut ipsi cor mundum offeratur, & omnia, quae ipsi inuisa sunt excludantur. Dicam adhuc latius inter seculares & monasticos, siue religiosos Christianos quid intersit. Seculares Christiani quorum

Thesaurus
vt sit obseruatio
mandatorum Dei.

Vita monastica
vt sit murus.

Instanti monastici & seculares Christiani discrimen quod. Propositum boni monachi quod sit.

vita iuxta communem cursum bona existimatur, mortifera peccata vitant. *M. I.* Profecto quisquis hoc in seculo vivere potest, multum facit. *MONACH*. Carterum, monastica vita peccata omnia, hoc est, tum mortifera, tum venialia vitare siue fugere molitur, nec vnquam vult sciens & prudens consentire peccato. Et quamuis humana, dum in terris viuatur, id nequeat industria, ad eum ut absque peccato viuat, boni monachi tamen propositum desideriumque existit

existit, ex sui Ordinis instituto, in nullam rem, quæ contra Deum sit assenti-
ri. Vita secularium bonorum Christianorum institutum certum habet, pec-
catum extirpare & propulsare bonis operibus. Monastici est propositi pec-
cata, vitia, concupiscentias peccatorum & malas cupiditates affectionesque
in se mortificare eradicare. *MILES*. Idemne est peccatum & vitium? *MO-
NAC*. Minime gentium. Cum enim homo à peccatis cessare & abstinere inci-
pit, nondum tamen prauæ propensiones, affectiones & desideria, ac libido
peccandi sunt euulsa. Quæ dum contra voluntatem suam in se persen-
tiscit, nec ijs morem gerit, aut opere sequitur, imò easdem propensiones ma-
lasque cupiditates mallet non sentire aut experiri, iam quidem crux illi sunt
& afflictio, non autem peccato eum reddit obnoxium, quemadmodum Pau-
lus ad Rom. prolixè scribit. *MILES*. Si non sunt peccata, quid extirpare, aut
in se ea necare opus est? *MONAC*. Non sunt ea qua dixi, ratione peccata, si
non illa sequamur, sed tamen aliquantum perniciose damnosæ sunt: Ob-
scurant nempe claritatem intellectus, & impediunt minuuntque nostræ pro-
spere illustrationem fulgoremque diuini luminis. Cor etiam, & ad Deum desi-
deria contaminant, vt non nos Deus ipse tam integrè possideat & in se tra-
hat, cum à creaturis & earum concupiscentijs pendeamus. Præterea extenuat
impediuntque etiam in nobis intrinsecus feruorem charitatis Dei, & extrin-
secus operationem secundum perfectionem. Adcirco ex his animaduerti po-
test, quam sit benè constitutum propositum monasticum laudabile, quod et-
iam intrinsecus hominem reformat religiosumque reddit. *MILES*. Tan-
tum non excedunt ingenium meum, ea quæ dicis. *MONACHVS*. Facile
credo. Vt igitur ordo monasticus sui professores faciat religiosos homines,
& ex carne introrsum ducat, multas idèd habet constitutiones ad carnis truci-
dandam lasciuia, quæ suis desiderijs spiritui aduersatur. Hanc ob causam
in monasterijs tot ieiunia, perurgilia, disciplinæ, corporalis & spiritualis
labor & his similes exercitationes habentur, vt carnis edomitæ vires ac pe-
culantia spiritui subiugentur. Tertio, eorum qui in mundo versantur Chri-
stianorum professio exigit, vt Deus diligatur: monastica autem, vt Deo cha-
ritate adhaereatur. Quod fit, quando intellectus ab omni generis inanibus cogi-
tationibus, phantasmatibus, imaginationibus, siue formis extrinsecus as-
sumptis denudatur, & affectus à creaturis expeditur ac repurgatur. Quapro-
pter istud vitæ genus multa habet exercitia spiritus, multas lectiones, cre-
bras orationes, frequentes cantiones, per quas spiritus iuuetur, inciteturque, vt
se ad Deum sustollat, conglutinatusque Deo maneat, & iucunditatem dulcedi-
nemque in Deo accipiat. *MILES*. Et hæc quoque meum superant ingenium,
quidque dicas nescio. Vellem tamen scire, an in statu seculari perfectè
Deus amari possit, & illius mandata perfectè seruari, aut num in cœnobijs
duntaxat fit perfectio? *MON*. Est subinde in mundo quoque homines per-
fectos reperire: sed id rarum est, nec mundi conditio patitur, multoque con-
stet labore, oportet, vt se in mundo aliquis ab occasionibus spiritum præp-
dientibus subtrahat, hoc est, vt in mundo quis vitam, velut in cœnobio, de-
gat abstractam. Fateor eiusmodi adhuc homines reperiri, præsertim inter
virgines & viduas, etiam extra monasteria. At illos ego monastica vitæ cul-
toribus annumerari volo: quandoquidem non communem hominum secu-

Inter pecca-
rum & vitia
discrimen
quod sit.

Rom. 5. 7.

Vitiorum
damna quæ
sint.

Observatio-
nes cœre-
moniaque
monastica
quo tendat.

Perfectionē
etiam in
mundo in-
ueniri.

G

larijura

larium, sed monasticam tenent viuendi consuetudinem, licet extra monasteria uiuant. Tales quia pauci sunt, de his comparationem iudiciumq; facere nolim. Siquidem in cœnobijs nonnulli inueniuntur mundo dediti, & in mundo quidam religiosi. Ingens est discrimen, inter illum qui in medio mundi uiuit strepitu, interq; peccatorum occasiones & tamē perfectam charitatem Dei indispici sperat: & inter eum, qui in uitæ aliquo uiuit genere, in quo sunt huc destinata omnia, ut peccatorum ansæ excludantur, consummata charitatis Dei virtutumq; perfectio obtineatur, aut ad minimum certè cordis puritas, quæ propinquius charitati Dei seruit. *MILES.* Quando nullum adhuc cœnobium peculiarisq; status institutus erat ad perfectionem nanciscendam, quò agebant homines, qui tum pietati dediti erant? *MONACHVS.* Quo non tempore status eiusmodi fuit? Semper à principio mundi homines fuere, qui se ex speciali deuotione ad Deum bonis operibus perfectius subleuârunt, quam necessarium ad salutem ex præceptis fuisset. Perlege libellum Ioannis Lanspergij, quem tibi donauit. Ibi liquido satis inuenies, quæ monastica uita descendat origine, & quod religiosi semper in mundo in veteri nouoq; testamento extiterint. Quare idem hic repetere est superuacaneum.

Num monastica uita homines sint ociosi, & de cantione choralis.

Caput VII.

Miles.

Obmutescere nequeo: est enim quod me de monasterijs malè habeat. *MONA.* Cedo quid sit. *MILES.* Quod ociantur, & panem alieno partum sudore adunt, & inutili longaq; oratione uanoq; cantu choralis præsidunt, cum tamen Apostolus ocium prohibeat, uelutq; vnumquemque ad laborem cogi. *MO.* Videre mihi rectoris Marpurgensis in Hafsia mendacis confertum libellum legisse. *MI.* Rem acu tetigisti. Qui tibi libellus iste placet? *MON.* Veniam mihi dabis, si durius uerbum (propter stabiliendam ueritatem) serio dixerò. Qui libellum istum composuit, plures alios eiusdem coloris scripsit, quos uerbum Dei nuncupat, sed omnibus bonis & doctis cõstat suam doctrinam nil aliud esse, quam peruersam, falsam, & à uerbo Dei abhorrentem doctrinam, quam ex suo malè sano confinxit cerebro, & ex nouis quibusdam compilauit libellis ab perfugis, & coram Deo periuris monachis editis, qui post apostatationem à sancta Ecclesia mox Satânico sunt illustrati spiritu. Verùm, ut tua quaestio, & eiusdem Rectoris scripta (qui ut fertur etiam ex Hafsia propter egregia sua facinora & merita pulsus est) non irrefutata maneant, sic obsecro te mi Georgi, uidentur ne in benè constitutis monasterijs religiosi homines ociosi esse. Loquor de monasterijs iuxta canones suos uiuentibus. Siquidè, ubi iuxta canones non uiuunt monachi, cõpelli, ut iuxta eos uiuerent, & non in exilium pelli, aut diabolo adduci deberet. Nunquid toto ferè tempore labore sunt occupati, hoc est, in precibus, in laude Dei, in studio sacrarum litterarum, in meditatione, in contemplatione, in concionatione, in recipiendis confessionibus & similibus, quæ sunt sanctiores fructuosioresq; operæ quam occare vel fodere? Atqui hæc uos omnia spernitis, & potissimum cantum choralè, quæ est laus Dei, & orationem.

Vnde.

2. Theff 3.

Monachi
apostata
quo spiritu
regantur.

Monachos
non esse o
ciosos.

Vnde vos Lutheranos, qui Evangelici vultis appellari, nullum habere spiritum apparet. Nam si in vobis spiritus esset, in huiusmodi cultibus Dei permaneretis. Sed cum vobis non sapiant, quæ ad honorem Dei pertinent, ab illis fugitis, & alios homines perinde atq; vos nullo eorum duci amore arbitramini. Idem ista agnoscimini, ad quæ nos veteris pariter & noui testamenti scripta affatim hortantur. Ad hæc cum nihil de spiritu comperti habeatis, & tantum de corporali labore loquamini, scire debetis, sat eiusdem laboris in monasterijs quoq; in vsu esse, cui deputati sunt, qui minus ad spiritualem laborem sunt accommodati: vt est in omni necessitate infirmorum & sanorum, peregrinorum & domesticorum (quibus monasteria prouidēt) curam gerere. Responde mihi, cur quibusdam in locis cœnobija spoliantur, & incolæ eorundem fugantur, etiam illi, qui manuario artificio, & suo labore victum querunt? Aut quare non sinuntur alijs locis personas alias suscipere, & ijs qui adhuc in cœnobijs sunt præfecti quidam præponuntur, vt nullam monasteria potestatem super suis bonis habere possint? Perspicue apparet non laborem, sed cœnobiolorum facultates ab hæreticis spectari, quæ rimum eos certum est ardere, & flagrare cupiditate. Vt autem eorum cæcitas magis tibi, Georgi innotescat: dic mihi, aut interroga Rectorem Marpurgensem, quid Maria Magdalena laborauerit, quando ad pedes Domini ociosa te debebat, vel quid emolumenti sorori suæ Martha & ipsa quod se non adiuuaret, conquerenti attulerit. Ociosa erat, sed tale Magdalena ornum supra negocium Martha Christus efferebat. Dicit mihi, quid opæcentur aut faciãt, qui modo apud Deum in sempiterna sunt vitæ. Non occant, non fodiunt, non triturant: imò seducunt neminem (sicuti noui Evangelici laboratores, siue præcones) idcirco fortasse inutiles sunt & ociosi. Existimo te in libro Apocalypsis beati Ioannis legisse. *MILES*. Non multum legi. Habeo quidem Germanica Biblia, sed in ijs caput meum torquere nolo. Concionatores nostros audio, cum ijs magna mihi intercedit necessitudo. Hi mihi multa ex scripturis recitant, etiam extra concionem publicam, cum in taberna vinaria confidentes fritillis colludimus. *MONACHVS*. Vestri ne Evangelistæ vobis in alucri collusitant? *MILES*. Quid nî? Ita certe egregij inuicem sumus compotores. Non sunt, sicut monachi, simulatores, potant cantantque nobiscum in multam noctem vsq; *MONACHVS*. Quid canunt? *MILES*. Pulchra amatoria & castrensia cantica, scilicet. *Sartsch due frau. Es: Auf bergau grande. Die vollenbrüder. Ich hab teingelt.* *MONACHVS*. Pape si delectantur in illis, & huiusmodi sunt occupati, non mirum est, si cantum choralem laudesq; Dei odio persequantur. *MILES*. Vt rectè me intelligas, non debeo quod eis possit suffragari, præmittere. Quando concionari debent, vesperi non harent diu apud nos, sed tum ipsi vni sunt, & conspirant conueniuntq; mutuo, quid quomodoque mane concionari vt non inter se dissentiant. *MO*. O cætos vos & hæc non attenditis. Nimirum verus rectusq; est scripturarum intellectus, quem Spiritus sanctus (qui vnicus etiam spiritus est) in omnibus sanctis hominibus in vno sensu & intelligentia inspirat sanctæ vnice Ecclesiæ quam intelligentiam illuminationemq; qui à sancta Ecclesia desciscunt, & in varios ideo errores labuntur & scinduntur, non accipiunt. Quod vt non animaduertatur, concionatores vestri inter se con-

Spiritum
nullū inesse
Lutheranis.

Bona ma-
nasteriorū
temporaria
sola quære-
re nostri tē-
poris Euan-
gelicos.
Lucio.

Euangeli-
stæ vobis
Lutheranorū
exercitia
quæ sint.

Mos Lu-
theranorū
prædicatorū
qualis.

Verbum Dei
apud Luthé-
ranos quale,
quique
prædicetur.

sultant, vt consonanter in eadem concinent lyra, cum multis conuictijs, tum in Papam, tum in cœnobîa, tum in continentiam, in teinua, in sanctos, in bona opera, & sic deinceps. Atque id verbum Dei, & sacra scriptura appellatur. Et quum omnes virtutes, omnem religionem, & bona opera nihili pèdant & reijciant, tum à plebe se æstimatum honoratissimè iri ob suam garrulitatem sperant: Nam si bona opera honorari laudariq; deberent, tum no-uerunt in cute & intus se pudefacios esse. Vita enim fructustq; eorum in carne nimium patefcunt. Sed seducere seducique finamus illos, nos in nostro de Dei laude maneamus proposito, quæ in cælis quoque exercetur. Scriptum habetur in libro Apocalypseos, D. Ioannem vidisse ostium apertum in cœlo & post alia verba sequitur: *Requiem non habebant* (intellige quatuor animalia) *die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et dabunt gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum.* Similiter multis verbis legere licet in eodem & alijs capitulis assiduam & perpetuam laudem lacrimaq; Dei quæ ab ijs, qui apud ipsum in beatitudine sunt, Deo exhibent. Per quæ nos commonemur, vt simile etiam nos faciamus. Iam itaque tam cœcus nullus est, vt beatorum damnare vituperareq; statum possit. Cum igitur beati apud Deum in laude, in charitate, in gratiarum actione, in veneratione Dei versentur, melius vt iusq; sibi præstare possumus quam si ipsos imitemur & in hac vita caduca ad illud, ad quod conditi sumus, nos applicemus: quod est, vt dixi, Deum in omnibus diligere & laudare. Hoc fit, quando ita cor nostrum ad Deum surrigitur, vt nobis sit omnia in omnibus, vt toti (id est, quod sumus & possumus) in Deo simus, & in nobis Deus. Quod licet in futura vita solum consummatè perficiatur, tamen in hac vita ex parte inchoatur, imò magis magisq; exercetur, prout quisque se magis ac magis cum gratia Dei, & per sui cordis mūditiem eo accommodat. Et hoc etiam est nomen Dei in nobis sanctificare. Quod nos Christus in prima orationis nostræ petitione precari docuit cum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum.* Quibus verbis quid nos poscere siue optare putas quam vt Deus in nobis & singulis innotescat, honoretur, laudetur, ameturque? Lutherus & sui affectæ siue discipuli multum se nomen Dei sanctificare opinantur, dum sanctis, Dei scilicet Apostolis, Martyribus, Confessoribus, virginibus, imò etiam sanctissimæ ipsius matri venerationem suam detrahunt, tanquam esset tanto Dominus honoratior, quanto viliores ministros haberet: cum tamen hos, qui sanctis tanq; Dei ministris habetur Dei ipsius sit & nos vere Christiani haud secus, quam ad gloriam Dei sanctos veneremur, hoc est, propter voluntatē Dei ad Deum in ipsis colendum, sicut etiam omnia, quæ in templis, siue sacris ædibus peragimus (è quibus nunc apud vos horrea & iumentorum stabula fiunt) non aliter, quam ad voluntatem & honorem Dei peragimus. Cœnimus, oramus, laudamus Deum & illi gratias agimus, & quicquid ibi facimus, idcirco agimus, vt corda nostra ad ipsum leuemus, nostrum cum illo spiritū vniamus, in illo delectemur, & vt ille nobis placeat, familiaritatem & amicitiam illius captemus, illius quandam conformitatem & similitudinem nobis conciliemus. Quæ exercitia cuncta futuræ beatæ vitæ similia sunt quàm angeli & sancti cum Deo agunt. Quæ cum in hoc mundo plene impetrare

Apoc. 4.

Opus nobilius quod quidem possimus quod sit.

Nomen Dei qui in nobis sanctificetur Mart. 6. Luc. 11.

Nomen Dei quoniam Lutherani sanctificentur. Sanctis impensu honor vt sit potissimum ipse Dei.

trare ne queamus, locum desideramus illum, vbi ista perfectè peraguntur.

Hinc itaque postulamus: *Aduenia regnum tuum.* in quo consummate ista perficiuntur, vbi perfecti prorsus erimus iuxta beneplacitum illius, & ipse illuminabit nos, pro vero omnino replebit in bonis desiderium nostrum. Vnde perpetuum eulogium & sempiternum alleluia prognascetur. Cum igitur hæc ita sint in beatitudinis vita, quam, donec in via sumus, operimur, debemus (sicut commemoravi) in hoc incumbere, vt partem initiumq; æternæ vitæ experiamur. Ad hoc potissimum vita cœnobitica est destinata, quæ fere semper noctu diuque (quantum corporalis concedit facultas) eo spectat, vt ibi, quod in cœlo fit id est, Dei preconiam canendo, iubilando, gratias agendo, precando, meditando peragatur. Ad quæ nos Christus & Paulus cohortantur, imò tota scriptura, præsertim in omnibus fere Psalmis, vt sine intermissione huiuscemodi officia exerceamus. Cantio choralis est oratio vocalis, vel laus, vel gratiarum actio cum iubilo. Cui nonnauquam organa, vel tibix, vel fidium modulatio admiscetur, vt spiritus humanus (qui in quibusdam ad orationem mentalem ex se & absque adminiculo externo ineptus est) iuuetur, & introrsum trahatur. Legitur enim in libro Regum de propheta Elifæo, quod à tribus regibus accersitus vocatusq; fuerit ad futurum euentum belli, quod contra Moabios cœperant, prædicendum. Cum illo tempore Dei in se spiritum minime sentiret ob ineptitudinem, quam ex distractione animi contraxerat propter iram, qua contra idololatricum & impium Regem Ioram commotus erat, sibi psalterium idem Elifæus adduci iussit, qui psalterio (quod musicum instrumentum erat) luderet. Dum itaque suauem audiret melodiam fidium spiritus eius aliarum est oblitus vacuusq; factus rerum, & facta est super eum manus Domini per illuminationem, qua futurum rei exitum vaticinabatur. Sic quoque in templis permixta sunt organa & instrumenta musica & concentus, vt per sacra verba, per cœcentum, per suauitatem melodix humanus spiritus, qui adhuc imperfectus est exciteretur, seseq; sustollat, & à creaturis subducat, omni ei (quod non est Deus) valedicat, & se tantum in Deum cum delectatione mergat, & iterum Deum in se trahat, siue in se influentem possideat. Quid iam tibi videtur? Adhuc dicis monasticæ professionis homines (dum iuxta suam conditionem viuunt) ociosos esse, & per cantum choralem & longas orationes infrugiferos? hocine infructuose ociosusq; est viuere, quandam æternæ beatitudinis similitudinem viuendo exprimere, vt intellectus noster & desiderium, imò oēs affectus nostri Deo vniantur, quod omnium nobis vtilissimum existit?

Cuiusmodi ociosos reprehendat D. Paulus, & de tyrannide eorum, qui sese Evangelicos vocant.

Caput VII.

Miles.

Sublimes mecum misces colloquia, quæ mea ætate nunquam ita audiui. Quare demiror ista: & si vera sunt, cur igitur concionatores, qui olim monachi fuerunt, vsque adeo contra monasticam vitam concentrique choralem pugnant? **MONACHVS.** Talis vita & Dei laus (si quomodo in-

G 3

stituta

Vita mona-
stica cui tã-
fit Ecclesie
vtilis, & eius
hostibus tã-
tam inuisa.

Exod. 16.
Num. 11.
Deut. 8.
Sap. 16.

1. Tim. 3.

Hæreticos
Lutheranos
cur demo-
nes excæca-
tint.

Religiosi
cui hodie o-
ciosi imme-
rito dicun-
tur.
Act. 4.
2 Cor. 9.
Galat. 2.
Monachi in
quorum nã
locu succ-
cesserunt.

stituta est, ita rectè fiat) valdè hominibus totique Ecclesie est vtilis. Idcirco inuidet eam nobis diabolus, & vt in ea nos remoretur, illos, qui sui sunt spiritus (quibus Dei laus & verus religiosusq; Dei cultus non plus sapiunt, quam mansus culmus auenz instigat, vt nos persequantur, vbi id genus diuina Deoq; grata exercitia coluntur, quæ diabolo & ipis contraria sunt, illa disturbent. Eiusmodi sunt transfugæ monachi & Lutherani, quibus cultus & laus Dei & oratio non sapiunt. *MILES.* Qui vobis sapida, illis autem insipida hæc esse possunt? Tu hæc probas, illi verò improbant. Eiam eadem ipsi, quando in cœnobijs fuerunt, sunt experti. *MO.* Ipsorum est culpa. Scimus manna, quo filios Israel Deus pavit in deserto, non similiter quibuslibet sapuisse. Quibusdam tam fuit sapidum & delectabile, vt omne eorum desiderium expleuerit, Alijs tam fuit insipidum, vt cum murmuratione & magno fastidio vsi fuerint. De istorum numero (loquendo de spirituali mânia) vos Lutherani estis, & præcipuè profugi, voti fragi & coram Deo per iuri isti monachi, qui nobis Dei præconio, & cultu, & oratione interdicens volunt. Verum si vobis omnibus diuini spiritus vel guttula vna inesset, non hæc impediretis, sed auerteretis, & ociaiores illos (quos D. Paulus arguit) criminaremini, videlicet qui curiose agunt & inordinate ambulant, ignorant, quibus rebus tempus traducant, vt suorumm et obliuiscantur. At cur nõ & illi culpantur non modo inutiles, verum etiam sibi & alijs perniciosi?

MILES. Qui tandem sunt illi? *MONACHVS.* Nimirum, qui optimam ferme ætatis suæ partem in lusu & chartis &c. etiam interdum blasphemijs Dei alijsque nefandis sceleribus transigunt, iaciunt aleam & in aluoculo totos dies tesseras vltro citroq; agitant: quin ociaiores huiusmodi non optat puniri dæmon. Timeat namque ne se emendent. Ludum ergo istum contra piè religiosos concitavit: qui sui sunt hostes & ab externis occupationibus liberisunt ea ratione & consilio vt per interna exercitia vni Deo adhaerescant. Hos vult ergo diabolus impedire: illos verò qui intus & foris sunt ociosi nihil remorari nititur quia sui non sunt hostes. Sic fecit etiam in primordio fidei Christianos per tyrannos ad idololatriam cogebat, & in fide vnici Dei non sinebat vivere. Iudæos autem, tamen vnicum Deum adorarent, non tamen ad idololatriam compellebat, neque ad deserendam suam fidem persequebatur. Quid ita? Quia sacrarum causarum damnationis habebant. Quare abs re illi fuit illos amplius persequi. Quæ persecutio citius ipis salutis, quam perditionis occasio fuisset. Idcirco in pace (si modo pax, quæ non est cū Deo dici potest) relinquebantur, & Christiani, qui veram intus pacem fidei cum Deo habebant, persecutionibus vexabantur, vt hoc quod in illis diabolus exosum habebat inuidibatq; dereliquerent. Ita accidit hodie religiosis, ociosi dicuntur, cum assiduo in laude Dei alijsque bonis sive spiritualibus exercitijs sint occupati. Tales erant Hierosolymis, qui bona sua vendiderunt, reliquerunt, & in commune contulerunt, in principio fidei post sancti Spiritus missionem vt habetur in Actibus apostolorum. Pro quibus etiam elemosinas sanctus Paulus ab alijs Gentilium ciuitatibus, ab his qui recens ad fidem venerant, emendicauit: sicut etiam rogatus erat, & se facturum alijs Apostolis receperat, hoc est, pauperum (qui Hierosolymis erant, & sancti à Paulo vocantur: in quorum locum monastici religiosi successerunt) memor esset.

esset. Vide quod elemofynas pro pauperibus Hierosolymitanis Paulus mēdicauerit, qui se ad orationem & spiritus exercitia totos appulerant, nihilq; aliud, quam quod in monastico proposito sit, faciebant, & non quasi ocia- tores ipsos, siue pane indignos existimauerit, sed perseuerare eos in oratiōe sua Deique cultu id uoluerit, ut pro ijs etiam mendicauerit. Ecce quod Pau- lus pro cultoribus Dei in oratione & similibus occupatus elemofynas po- poscerit: At nunc ijs ex ore panis rapitur. Ostende mihi profugum aliquem monachum, qui mox ut ē monasterio fugerit, laboret, siue manuarium o- pificium exerceat, ni contingat ipsam nihil, quod māducet, habere, & ex ne- cessitate operari cogatur, ut se & illegitimā coniugem suam quā spurcissi- mæ libidinis suæ explendæ causa habet, nutriat. *MILES.* Ex deuotione non laborant, nisi fames ad opus ipsos urgeat. Multos huius farinae vidi, qui laborare nollent, adeo, ut se postea furtis ad patibulum usque aluerint.

MONACHVS. Satis me id expediuisse puto, probè monasticos homi- nes, non ociosos degere, sed salubriter operari, tam corpore, quam spiritu, atque ea re panem suum haud inaniter mereri. Quapropter, quod à bonis Christianis quoque Deo in cœnobijs & templis est donatum, vnde Dei mi- nistri ubi in laude Dei ad canendum & orandum sustententur, non ipsis ad- imenda illis per se- cularia. Non est Lutheranis siue Zuingli- anis nebulonibus ea facta potestas, ut suam iude nequitiam foueant. Non ha- bent concessam monasteria spoliandi facultatem. Nō habet ius vllum mor- tuorum testamenta variandi, aut abolendi. Et tamen in quibusdam, pro- dolor, locis per seculares magistratus monastici homines suis sunt omnibus bonis immobilibus & mobilibus, sigillis, tabulis, registris, thesauris, cali- cibus, vasis & ornamentis templi, & quicquid habuerunt, violenter priuati, atque insuper (quod est reuera in senibus & virginibus questu miserabile) expulsi sunt & fugati. Tum nihil eos preces, nihil supplicationes iuuerunt, nemo istius misertus est calamitatis. Oportuit eos monasterio excedere quā- uis misere, se, vbi vel vnam noctem hospitarentur, nescire quærerentur. *M. L.* Suapte sponte ipsos excucurrisse arbitrabar. *MON.* Si quidam sponte fugam inierunt, nonnulli etiam per ærumnas & perseuutionem, ut sua uolūtate cœnobium relinquerent coacti sunt, cur eo nomine alia monaste- ria, aut personæ aliæ malè audire debuerunt, idq; ad eò, ut quosdam commē- titias de se literas, ita ut ipsis præscriptæ fuerunt, dare oportuerit, tanquam vltro à principe postulassent & orassent, ut ipsos è cœnobio educeret: Quini- mō omni suo iuri, & actionis intentioni de cœnobio cœnobijq; bonis repe- tendis renunciare compulsi sunt.

MILES. Quamobrem sunt ita pulsi? *MONACHVS.* Eo scilicet, quod unitate ueræ & sanctæ Ecclesiæ colere uoluerunt præceptis Ec- clesiæ obediētes: tum etiam, quod Confessionem, Missam, laudem Dei, sacrificium Dei, ieiunia & opera pœnitentiæ, castigationem carnis, vota quæ Deo promiserunt, & inter Turcas & Ethnicos etiam honesta ha- bentur deserere & Lutheranam amplecti noluerunt: sectam, quæ multis an- do & quo te seculis in plerisque articulis à sancta Ecclesiâ & Concilijs pro hæresi iudi- cata condemnataq; fuit. Hisce de causis perseuutionibus vexantur, prequū- tur & fugantur multis in locis, quomodo semper hæretici bonos Christianos mali-

Elemofy- nas cur S. Paulus pro fidelibus e- mendicauit.

Bona Eccle- siarum & monasteri- orum non adimenda illis per se- cularia.

Sacrilegia Lutherano- rum in Ec- clesiastica bona.

Monachi sine expulsi per secula- res ex suis monasterijs. Lutheranæ hæresis quæ do & quo rep. obata d. m. a. a. q. sic.

Matt 23.

malignè & tyrannicè sunt persequuti. Iam mihi dicite, an hoc principes Christianos deceat, seu Euangelicum sit, quod scorta cum turpitudine panem suum lucrari, & in meretricijs incedere vestimentis permittuntur, & probis Christianis religioso interdicitur habitu (cùm Ioannem tamen Christus ob duritiem vilitatemq; indumenti deprædicauerit) nec Deo seruire sinuntur, & ipso quoque corporis victu priuantur? In plateis & passim opicæ, inhonestæ & obscenæ cantilenæ canuntur, non nisi ad nequitiam prouocantes. nec hæc tamen prohibentur, imò verò pulchrè ea res geri putatur: sed ijs qui Deo famulantur, laudem Dei canere non est licitum. Hei quid hoc Euangelij est, quod seditiosos, prædatores, coram Deo votifragos & scortatores esse præcipit & efficit? *MIL.* Ad hæc dicere nil aliud possum, quam vt equidè crebro cogitau, vbi Euangelium satis decantatum fuerit, fieri posse, vt Euangelicus codex nobis in frontem impingatur. Non exiguum quid formidandum erit, quando dominus noster Imperator reuersus fuerit, præsertim cùm etiam libellus quidam quodam loco (vbi templorum & monasteriorum insignem sortita est progressum prædatio) iam euulgatus sit, in quo purgare sese volunt quasi omnia ista iussu & consensu domini Cæsaris fiant. *MON.* Hæc iniquè Cæsareæ maiestati imputantur, velut ipsius maiestatis mandata, prohibitiones & edicta omnia testantur. *MILES:* Probè noui ista mendacia publica esse. Sed idèò metendum est (si nihil aliud) ne Cæsareæ maiestatis istæ probra nostro Euangelio offertorium siue oblationem pariant.

Num. cœnobia in paupertate degant.

Caput IX.

Miles.

IN primis obiectionibus meis aduersus monasteriorum paupertatem, aliquid opposui tibi? Siquidem de voluntaria paupertate te dicentem, audiui. Verùm, hæc rarò in monasterijs inuenitur: Multum enim nummorũ bonorumq; temporalium habent. Reperiuntur quoq; Abbatiæ, vbi Abbates Comitis in morem factumq; equitent. Hoccine religionis est, & voluntariæ paupertatis? *MONACH.* O bone Georgi, si diuitum Abbatiarum nonnulla monasteria sunt, vbi multis stipantur equis Abbates, id ego tueri hic nolim. Atqui est aliud adhuc, quod obijctas: nempe quod nonnunquam idem iudicium temporale exercent. Caterùm, hoc illis propter utilitatem, & monasterij fundationem tuendam concessum est. Nam vbi cœnobia cœnobiorumq; bona sub alienis posita sunt iurisdictionibus, tãtum illis angustiarum iniuriæq; (vt pudendum & dictu miserabile sit) inferitur. Non nunc ea est temporum ratio, qualis cùm monasteria conderentur, fuit. *MILES.* Fit quoq; haud rarò vt cœnobiorum possessiones aliter, quam ad quod collatae sunt consumantur. *MONACH.* Sic est. Sed nunquid pace tua dixerim hoc monasteriorum fundationi consentaneum est, aut ita constitutum est, vt pleriq; sicut tu & cateri cum equis, canibus, venatoribus & alijs molesti cœnobijs esse debeant? *MIL.* Rectè me profectò pupugisti. *MONACHVS.* Si nihil monasterijs tolleretur, nihil auferretur, & bona sua tranquillè possidere permitterentur, exiguo sustentari possent. Tunc etiam monasteriorum præfe-

Iudicia cur
quædam mo-
nasteria ha-
beant.

ctis

Eis nihil opus esset tantum operæ & curæ, quo pacto monasteria sua alant & sustentent, gerere. At nunc quilibet in cœnobijs vult diuersari, & qui ipfis adimere aliquid potest, sibi bene rem gessisse videtur. Accursus est ingens, indices magis magisque aliquid illis auferitur, vt interdum pauperes monachi vix pisa siue lentes quibus vescantur, habeant. *M. I.* Opiparè costâ plerumq; ibi cibaria reperio. *M. O.* Optatim octo dies cum monachis ad refectorium ires. *M. I. E. S.* Malè cedat monachis potius, quam me illi pifis & lentibus faciant. Ad Abbatem vado, cui est delicatius costum. *M. O. N. A. C. H. V. S.* Hoc illum tui, aliorumq; causa facere est necesse, vt ne vos inimicos sibi paret. Mallet enim ipse cum cæteris monachis ad refectorium ire, & ipsorum contentus edulij esse. *M. I. E. S.* Profectò melius est Abbatem, quam ex fratribus vnum agere. Non miror ad illam fratres dignitatem aspirare. *M. O. N. A. C.* Boni monachi non appetunt. *M. I. E. S.* Quidita Abbatis defendis, quum eiuscemodi non sis ordinis? *M. O. N. A. C. H. V. S.* Noui ego magnam esse inopiam in nostri ordinis monasterijs, & tamen vulgò fertur nos opulentos esse, & velimus nolimus hoc censerî nomine debemus. Hinc, sicut in nostris animaduerto cœnobijs, ita in alijs quoque esse cogito ordinibus. Velim tu alijq; scieris, quam ingens illis sit exandandus labor, qui monasteriorum temporalia bona custodiunt, videlicet Carthusianos, Crucigeros, & huiusmodi ordines, & etiam mendicantes. Quos accedentium onus ferre, & adhuc conuentus fratribus quoque necessaria oportet suggerere, qui in rebus etiam necessarijs quandoq; penuriam sustinere coguntur. Et tamen fertur eos diuites esse, quando ad extremam etiam redacti sunt inopia.

M. I. E. S. Qui fit igitur, quod tam frequenter reditus ematis, & si quis indigeat pecunia, & vendere reditus velit, tum apud vos plerumque æs inuenitur. *M. O. N. A.* Nostri non augetur reditus. Verum hic vel illic sæpè redimuntur. Quum igitur eandem pecuniam alio in loco ad alios mercandos reditus expendimus, de nouis nostris rumor reditibus increbrescit, cum antiqui sint illi modo reditus, in quibus per crebram redemptionem iacturam facimus, sicut ipse potes agnoscere. *M. I. E. S.* Villas tamen vineasq; possidetis. *M. O. N. A. C.* Etiam, sed quando annus venit sterilis, quid tunc habemus? quis nobis illa, quæ in vinea erogauimus, reddit magna impendia, quæ ferè tam etiam immediocriter feracibus annis magna sunt, quam ex vinea compensari possint. *M. I. L.* Mihi certè idem quoque hoc anno contigit.

M. O. N. A. Hinc itaque aliorum damna perpende, adeò vt etiam interdum reditus ipsi alijs soluere cogantur, quibus necessitate adacti sua cœnobia obligarunt. Certè quantum cœnobia oneris habeant, quantumq; erogare debeant, passim reticetur: si verò vnum vel alterum prædium habeant, longè lateq; diuulgatur. Nunc ad quæstionem tuam respondeo. Habeant quicquid habent monasteria, nemo tamen est (modo iustus ordo seruetur) inter eos, qui seorsum proprij aliquid sibi vendicet? sed quod cuiuslibet primatum scitu & consensu fauetur siue datur, ad vsu suu habet, & non iuxta arbitrium idem donãdum eo, prout ipse vult vtendi. Idèd cum pro se nil proprij habeant, non etiam potestatem aliquid de eodem alijs largiendi habent, quod est omnibus sibi congregatis personis commune, & singulatim vnicuique, canquam alienum. Attamen ad hoc sunt quidam deputati, qui totius nomine commu-

Quid de
reditibus
cœnobiõrum
censendũ sit

Monachos
nil proprij
possidete-
nitatis

H

nitatis

Paupertas
cenobita-
rum vnde
ortum ha-
buerit.

nitatis recipiunt & expendunt, scilicet dum vni conuiuias excipiendi tractā-
di, alij pauperes fouendi, alij demum aliud delegatur officium: quod tamē,
quando alicui committendum est, non nisi à communitate committitur. E-
iusmodi vitam Apostoli & primi Christiani post Ascensionem Saluatoris
degebant. Quæ passim alibi interiit, & in bonis monasterijs solummodo re-
manfit, vbi absque proprietate in voluntaria paupertate viuunt, & ex bonis
communibus cuiilibet prouidetur.

Cur votum religiosi Deo nuncupent.

Caput X.

Miles.

Psal. 75.
Psal. 118.

Gen. 28.
Num. 21.

Isa. 19.

Lutheri im-
pudentia
quanta in
iudicio pec-
cati.

VNum adhuc mouet me, quare scilicet, Deo vota emititis. *MO.* David
nobis consultit, dicens: &c. *Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes,*
qui in circuitu eius offeritis munera. De seipso quoque dicit: *Iuravi & statui*
custodire iudicia iustitiae tuae. Veteris testamenti sancti, quando cito à Deo exau-
diri volebant, vota Deo nuncupauerunt, videlicet Iacob & omnis populus
Israel. *MI.* De vetusto narras testamento: iam in nouo sumus. *MON.* Hac in re
nihil est discriminis: imò in nouo securius est vouere, quia plus nunc nobis
gratiae donatur, per quam vota facilius custodire obseruareque possumus.
Porro ne dubites, Esaias (vbi de nouo vaticinatur testamento) Ecclesiam ex-
gentibus collectam commendat, quod vota vouebunt Domino & soluent.
MIL. Non eo id dico, vt indecens esse reat, sed non prudenter fieri credo,
quod vosmet debito obligatis. Bona contenti deberetis esse voluntate, & in
vestra faciendi omittendiue libertate maneretis. *MON.* Quæso te Georgi nos
homines quædo bonæ voluntatis sumus, & boni quippe à statuiimus, quædiu
cōstātes manemus? *MIL.* Equidē in his minimē sum exercitatus, vt scire pos-
sim. *MON.* Quomodo igitur festo Paschæ confessus es, si peccata fugere non
deliberasti? *MIL.* Ne sexennio quidem sum confessus. *MON.* Quamobrem?
MIL. Quid confiterer? Lutherus, quidquid facimus, peccatum esse ait. *MON.*
Hoc si verum esset, Deum amare & eius mandata obseruare peccata esse oport-
eret. *MIL.* Imò, sic inquit, quod in omnibus bonis operibus delinquamus.
MON. Ita quoque confiteri est peccare. *MIL.* Etiam, sed ab illo delicto facile
cauero. *MON.* Proh Deum immortalem, quō miseræ animæ seducuntur. Tā
est manifestus error, vt tædeat me à proposito sermone discedere. Priusquā
veniret Lutherus, tum ne confitebaris? *MI.* Imò confitebar. *MONA.* Propo-
situm ne te emendandi habebas? *MIL ES.* Facile cogitare potes, quomodo
me emendare voluerim. Sciebam occasiones me fugere nolle, & eos, qui ad
peccatum me inducebant relinquere non facile posse: idē cogitationes hu-
iusmodi, siue de corrigenda, siue non corrigenda vita negligebam, & presby-
tero tamen, quicquid sciebam, dicebam, tam mirifica facinora, vt tum fie-
ret, tum interdum subrideret. *MONA C.* Succensere mihi ob ea quæ dicam,
non debes. Nam iam ante ex tuis ipsius verbis de adulterio te suspectum
habeo. *MI.* Hoc ego non dixi, sed multos me nothos, & plures, quam ipse sci-
am, & nullos legitimos filios habere fassus sum. *MO.* Falsus vel non falsus fu-
aris, fama est de te publi: a in decem vel duodecim pagis. *MIL.* Quid hinc
vis

vis efficere? *MON.* Num pœnituerit te nonnunquam, & te volueris corrigere? *MI.* Ita sexpenumero, sed eius ilico oblitus eram. *MO.* Hinc animaduerte, si tam est humana ad illa, quæ fieri est necesse, instabilis & imbecilla voluntas, quæ præcepta sunt amittendæ salutis iactura, quomodo non etiam in bonis inconstans sit rebus, quas licitum est facere vel omittere? Ideo cum homo bonæ voluntatis est, & suam in rebus, quæ omitti possunt, imbecillitatem inconstantiamq; considerat, prodest illi, vt bonum amplectatur sodalitium, quod confimilis sit bonæ voluntatis, quod suo ipsum quoque exemplo ad perseverandum inuitet. Quando ergo suam cum Dei ope sui propositi facultatem attendit, vtile est, vt se in bono per votum firmet, quia per votum ipsi ista in re vacillatio tollitur, & in suo proposito bona voluntas corroboratur, vt ex propria electione & proposito (quod ipse sibi nihil coactus imposuit) nihil aliud licitè velle possit, q̄ q; sit honestu & decoru. O q̄ multi sũt, qui honesta Deo vouerunt, q̄ ni vouissent, nõ præstarent. Quum autem vouerint, infringere nolunt q̄niã Deũ offedere nolũt. Illis bono est, quod sibi ipsi quandam benè agendi necessitatem imposuerunt, qua sine aliquo bono non facerent. *MIL.* Non spontè igitur obseruant. *MO.* Imò spontè obseruant: siquidem peccando votum rescindere possent, quod facere nolunt: & quamuis id, quod vouerunt, impræsentiarum eis fortasè iucundum vel delectabile non sit, tamen præstitum votum seruare illis est voluntarium, quandoquidem nolunt (quoad possunt) erga Deum votifragi esse, & hoc illis pro magna virtute à Deo reputatur, dum gloriam dant Deo, ita vt, quod ipsi polliciti sunt, seruare velint.

MIL. ES. Tam demum dicta tua ex quadam velut similitudine assequi mihi videor. Contingit interim, vt amico cuidam promittam nonnihil, cuius postea vel pœnitet me, vel non pœnitet. Et tamen si non illi spondidissim, non sponderem. Cum autem illi vtrò promissum sit, volo boni viri officio fungi, & sponte mea faciam, quod pollicitus sum. *MONACHVS.* Benè loqueris. Atqui per plures his meliores inuenias licet, qui ita sua vota custodiant, vt nisi vouissent siue spondidissent, adhuc Deo pro illius honore vouere spondereq; parati sint. Et hi sunt, qui etiam si non vouissent, idem tamè facerent, quod iam cum voto faciunt: cumq; inter operandum voti sui reminiscuntur, id se præstitisse lætantur, siquidem in prima sua voluntate permanent. *MIL. ES.* Quid igitur illis magis expedit, an quod cum voto, an quod sine voto faciunt, si æquè idem absque voto, quod cum voto faciunt, facturi essent? *MONACHVS.* Plus illis cum voto, quam citra votum meritum existit. Nam qui promittit, is & sua bona opera, & seipsum Deo offert, id est, omnem suam voluntatem & facultatem Deo donat. Id verò alius, qui sine voto operatur, non facit. In libera sua voluntate id iterum si velit, omitterendi manet. Primus Deo omnes suos fructus vna cum arbore obtulit & dedit. Idcirco semper omnes illius arboris fructus, tum futuri, tum præsentis ad Deum pertinebunt, quos denuò adimere Deo nequit. Alter Deo nunc tantum fructus offert, & sibi ipsi arborem & libertatem dominatunq; futurorum fructuum retinet, quia non vult Deo spondere, & se ad bonum in omne tempus obligare. *MIL.* Malim cum fructibus arborem, quã fructus solos.

Voluntas
hominis
quam sit ex
se infirma
& instabilis.

Voluntas
bona voto
firmata quã
sit laudabili.

Quibus præ-
stit voto er-
ga Deum
se obligasse.

Quantum
præstet cum
voto quam
sine voto
benè agere.

MON. Fidem Domino meo cum iureiurando præstiti, sed propterea non coactè, aut inuitus ipsi fidem seruo: Imò tam propensa voluntate, vel etiam propensiori, quam sine iuramento. Ita quoque de voto intelligo.

De ceremonijs monachorum, num in Euangelio sint tradita.

Caput XI.

Miles.

PRæter hac tria vota, sunt adhuc alia multa, quæ geritis, & in vestra regula habetis, illane in Euangelio quoque continentur? MON. Etiam, & licet expressa ibi non habeantur, suæ tamen institutionis obseruationisq; causam cuncta ex Euangelio obtinent, hoc est, ex verbis, vel exemplis Christi, vel ex alijs sacris scripturis. MIL. Dic igitur mihi, cur tam frequenter ieiunetis, aut quid ad vos inde emolumenti redit? MON. Legistine quod

Ieiunijemolumenta
Tob. 12.

3. Reg. 21.
Ion. 3.

Exercitiationes monasticæ quid conferant.
1. Cor. 9.
Rom. 6.

Coloss. 3.

1. Cor. 6.

2. Cor. 11.

Matt. 4.

Matt. 17.

Marc. 9.

Luc. 2.

Matt. 9.

Luc. 3.

Luc. 6. 16.

1. Thess. 5.

angelus Tobiam laudans ait: *Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna?* Et in veteri pariter & nouo testamento, quando aliquid cito Deum exorare volebāt, aliquot ante diebus ieiunatum est, adeò, vt Achab idololatriæ ille Rex & Niniuitæ per suam ieiunando submissionem iram Dei flexerint, & iudicium Dei, quod ob sua sustinere scelera debuissent, declinauerint. O si tam castitatem, quam voluptat. carnis, amaretis, non, qui ex ieiunijs vel castigatione carnis fructus prouenirent, quæreretis: propria nimirum docti experientia, quid boni præstet corporis maceratio. Paulus benè sciuit ad quid ieiunium seu disciplina, labor, vigilia, & aliæ quamuis licitarum deliciarum abdicaciones, & castigatio carnis conferant, dum priori ad Corinthios epistola scribit: *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo*, hoc est, subiugio spiritui, ne quum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. Idem quoque Romanis cōsulit, quum illis sic scribit: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Item ad Colossenses: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*, id est, auferte & interdicitis illis voluptates & malas cupiditates. Lege etiam Paulum altera ad Corinthios epistola scribentem, quomodo doceat ipsos ieiunã & domationem carnis. Et in eadem epistola, imò alibi in omnibus ferè epistolis recenset, quantum aduersitatis, tribulationum, periculorum, contemptus, famis, sitis, persecutionis pertulerit. Quæ omnia macerationes curationesq; sunt carnis. Anne Saluator noster Christus ieiunauit? Dixit ne quoque genus dæmoniorum esse, quod non eijceretur, nisi oratione & ieiunio? Commendaturne Anna vidua, quod ieiunijs & obsecrationibus seruerit nocte ac die? Dominus Iesus, quum illi exprobraretur, quod sui discipuli non ieiunares, respondit: *Veniens dies, quum ab eis auferetur sponsus, & tunc ieiunabunt.* Sic contigit etiam post Christi ascensionem, tum se ieiunijs exercuerunt, quemadmodum satis Actuum Apostolorum liber commemorat. MILLES. Quare multum oratis? MONACHVS. Christus multum orauit. Pernoctauitne in monte in oratione? Anne, inquit Christus, quoniam oportet semper orare & non desicere? Ita quoque Paulus Thessalonicenses commonefacit, vt sine intermissione orarent. Sed de corporis in oratione gestu in veteri legitimus instrumento, quod in faciem Patriarchæ prociderint.

Christus

DE MONASTERIIS ET MONACHIS DIAL.

Christus quoque super terram in faciem suam procidit iuxta montem Oliueti, velut Mattheus & Marcus scribunt. Lucas verò positus genibus ipsum orasse scribit. Hinc monasteria formam in orandi modo mutuata sunt.

MILLES. Quir non semper monachis fit copia loquendi? Nonnulli raro monachi loquuntur, & soli degunt. **MONACHVS.** Quando se Christus magis serio ad orationem dabat, presentiam aliorum hominum fugit. Ideo solus in deserto in ieiunio & oratione perstitit, solus in oratione fuit iuxta montem, non modo suæ passionis tempore, verum etiam antea crebro. Idcirco ordines monastici, qui se magis orationi & exercitio spiritus tradunt, sunt crebrius etiam soli separatim. Quod autem monachis silentium iniungitur, ex verbis Christi id habet originem, quibus præmonemur, quod de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sint de eo rationem: ane videtur tibi nos silendi æquam causam habere? **MIL.** Christus nõ tibi loqui prohibet, modo ne ociosè loquaris. **MONACHVS.** Recte ais, At si aliquis in eo præfidit, quod loqui velit, putet se ab inanibus verbis abstenturum, cito transgredietur. Lingua enim humana res est lubrica, quã nullus hominum domare potest, ex qua mox multa mala eueniunt, sicut in sua Iacobus epistola ad stipulatur. Quocirca nunquam melius lingua coerceri compefit potest, quam si illi omnis loquendi facultas dematur. Quid tibi videtur, citiusne & melius ociosa declinantur verba dum omnino taceatur, an cum frænum linguæ iniicitur, vt loquatur quidem, nec tamen peccet? **MIL.** Censeo facilius esse prorsus tacendo, quam loquendo, ociosis verbis non delinquere. **MON.** Imo cum in multiloquio non desit peccatum, nõ potest huic morbo aptius & rectius consuli, quam penitus silendo. **MIL.** Hinc iam colligere etiam possum, quod cum sceminas monasterium ingredi non finatis, fieri id propter cautionem ne quid mali admittatur. **MONACHVS.** Etiam. Siquidem Christus dixit, *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.* Hoc si fit visu, quid igitur fit tactu & osculis? &c. Propterea procul igne à stipula remoueamus. **MIL.** Vt vt remoueat, quandoque secus audiui. **MON.** Audiueris licet quidlibet, facile crediderim monasticos homines inueniri qui faciant, quod ex regula non didicere, imò quod regula prohibet acriter punit. **MILLES.** Sicut ego, facere deberetis. Ego liberè, absque timore cum omnibus mulieribus conuersor. **MONA.** Proinde tam etiam castus es? **MI.** Qui vult esse continens, Deum pro continentia oret oportet. **MONACHVS.** Omnino verum est, sed hoc non sufficit, verum ipse etiam pro continentia laboret necesse est occasioneque impudicitie fugiat, tum sperare habet suam orationem exaudientem esse, non per infundibulum ipsi Deus continentiam ingeret. Pro ea laborare debet, nec tamen in suo labore præfidere, sed in auxilio Dei, quod ipsi, non sine suo tamen conatu & diligentia præstatur. **MIL.** Vidi, quosdam laicos monachos, qui non sunt sacerdotes barbam nutrire. **MON.** Miror hanc questionem, quum tu ipse barbam geras: atqui &, vt mihi videtur, ignoras quam obrem. **MIL.** Certè coniecisti. Dic mihi quare barbam gerant. **MONA.** Barba est illis admonitioni, viriles sensus vt habedos sibi meminerint, & assidui sinceri sint in vita religiosa: quippe qui sua scelera aut mortem animæ suæ lamentari, & gaudia etiam mundi fugere velint: atque ipsa

61
Mat. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

Silentium & solitudinem cur monachi colant.
Mat. 4.
Luc. 4.
Luc. 12.
Mat. 14.
Mat. 12.

Iacob 3.
Linguam compescendi optima ratio quam sit.

rou. 10.

Formine cur à cœnobiorum ingressu arceatur.
Mat. 5.

Continentia vt obtineatur.

Barbam, cur gerant laici monachi.

Actus monachorum indifferentes vnde grati fiant Deo.

Luc. 2.

ipsa sua barba commoneantur, quod frater religiosus non debet hominum applausus querere, aut nitidus & pulcher velle videri, sed simplex & mundo despectus. Quando igitur frater istam consuetudinem siue recte promulgatam constitutionem suae regulae per obedientiam in se recipit, & barbam gerit, vt suam obedientiam propter Deum perficiat, quid ni id gratum sit Deo, qui causa & finis est, propter quem omnis fit obedientia? Ita etiam alios ritus omnes in regula, siue statutis expressos aestimare debes, Qui ex se neque boni neque mali sunt, sed propter finem bonum, ob quem instituti sunt, & ex bona intentione, qua obseruantur, fiunt Deo (qui vltimus eorum omnium, quae tum agimus, tum omittimus est finis) accepti & grati per obedientiam, qua se demittit homo & egreditur, & se homini propter Deum subicit sicut se Deus propter homines deiecit & hominibus voluit esse subiectus. *MILES.* Animaduerto operis siue malitiam, siue bonitatem ex corde proficisci. *M. O.* Recte intellexisti. Nunc deinceps dicam tibi, vt alia omnia monachorum instituta & consuetudines eo spectent, quo Euangelium rite obseruetur, & diuinæ charitatis perfectio obtineatur.

Quod Lutherus male egerit, quemadmodum fructus eius decarant: & vnde illius impostura facile aduertatur.

Caput XII.

Miles.

Equidem ex paucis multa intellexi, his iam contentus ero. *MON.* Perfectio de re monastica multa satis audiisti. Iam porro etiam de tuo cogitares statu, teque conuerteres, & vitam in melius commutares, dum adhuc sanus es, tranquillamque conscientiam redderes. *MIL.* Nunquam meliori, quam nunc tranquillitate & quiete perfruitus sum, Habebam Parochum qui me grauabat, & absoluere nolebat, quod extra aedes meas dormiebam, donec iam tandem ex Euangelio doctus sum, non esse peccatum, quando expectare nequeo, dum vxor mea ex puerperio surgat, aut alioqui aptior fiat: siquidem saepe est infirma, & ego crebro sum peregre. *MON.* Quis caecum non hoc in medium produxit Euangelium, vt de eo Evangelistae non scriperint, & sancti patres nesciuerint? *MIL.* Eximius doctor Lutherus, qui nos consolatur, & dicit, quod caste viuere nequeamus. Ille scripturarum mysteria in apertum nobis protulit, quae tam diu delituerunt. *MON.* Credo propterea tanto tempore sub scamno latuisse, quia non sunt Euangelium Christi. Proh pudeat vos huius Mahumeticæ doctrinae. Iam si tua coniunx quoque isto pacto faceret, videretur ne tibi bonam doctrinam sequuta esset? *MILES.* Perfectio vel sententia, dum peregre eram id cogitavi, & placet mihi, quod Catholico adhæret dogmati. *MON.* Hoc si in tua vxore ipse ceu bonum probas, & ab ea fidem exigis ipsi quoque serua vicissim fidem, & flagitiosum dogma desere. *MIL.* Si recte confiteri (quod sexennio nunquam feci) deberem, perspicio multa, tamen nullus mihi contra Lutherum concionetur, quae mihi rectae rationi neutiquam consentanea videtur. *MON.* Cur igitur ipsi acquiescis? *MIL.* Ita ne huius imprudens es? Cur Euas serpenti acquiescebat? quare multi homines diabolo obtemperant? non libenter te-

Lutheri dogma vt cum Mahumetico consentiat

Cur plerique Lutheri dogma bus acquiescant.

iuno,

iuno, inuitus oro, ingratis confiteor, non libenter alterius voluntati submittor, templum ingredi non est mihi volupe, audire sacrum mihi est fastidiosum, vesperi diu vigilare, potare & inebriari, vt trunci in moré humi iaceam, & neq Gallicè, neq Latinè loq nòrim, mihi in delicijs est, & mane non possum non ad multum diem stertere. Et vt summam dicam, huiusmodi & alius nocturnus ludus vita mea est: Qui placet tibi, estne hoc genus instituti commendabile? *MON.* Certè mirificum tenes institutum monastico prorsus repugnans, iam ne tibi videor rectè dixisse superius, monasticum propositum in suis canonibus aliam religiosam vitam præscribere, quã mihi de te recensuisti? & idèd ipsi peculiarem quoque amictum in signum & commonitionem etiam discriminis vitæ spiritualis assignat. *MIL.* Ecquid tibi de mea vita videtur? *MON.* De ea penes te iudicium esto, vtrum ea Euangelica sit, atq; nò vel tu doctrinæ Christi operibus propinquior sis vel monastica vitæ professores, quos tu contemnis.

Num bona opera meritoria sint, & beatitudinis primum à Deo recipient.

Caput XIII.

Miles.

VOS vestris operibus sanctitatem vobis vendicatis: at mihi videtur esse amentia, quod vosmet ieiunijs multis precibus alijsq; (vt vos dicitis) bonis operibus affligitis, quibus à Domino iusto cælum mercari vultis, tanquam Dominus institutor sit cùm opera nostra nulla sint, nihilq; meriti habeant, & idèd nullo digna præmio sint, sicut scriptum habetur, & nostri nos concionatores docent: imò quasi pannus menstruata: vniuersæ iustitiæ nostræ. Quapropter ignominia grandiq; ingratitude Deus afficitur, quando vestris vos operibus cælum meritorios iactare vultis: quorsum ergo gratia Dei indigetis? adedq; sane frustra Christus passus est. *MONACHVS.* Multa hic mihi in vno iure simul intriuisi: at de singulis tamen priuatim tibi respondere institui. *MILES.* Magnam sententiarum congeriem tibi ex scripturis proferrem ad meorum confirmationem dictorum si penes me libellum meum breui Moguntia excusum haberem. *MO.* Quid scripturarum producturus esses sat scio, & libellum ipsum non ignoro: scripturæ quidem sacræ ne vnum pilum tibi labefectauero: in suo scriptura vigore & sensu, quo dicta est, manet. Sed sensus, in quem detorquere scripturam vis, aut quod tu tibi similes ex scriptura concludere & inferre vultis contra mentem & sententiam scripturarum, non consistet vobis. Quandoquidem contra tuam vestrorumq; concinatorum voluntatem, imò velis nolis, bonis laudem & encomium operibus concedas oportet. *MILES.* Non ex toto bona opera improbamus, sed nullum meritum & mercedem à Deo habitura asserimus. *MONACHVS.* Quando de bonis operibus loquimur, quid bona opera sint, minime ambiguum est. Nunc porro bona opera meritoria esse vel inuitus concedas oportet, hoc est, quod per bona opera apud Deum mereri possimus, & quod iisdem bonis operibus sempiternæ vitæ primum Deus largiatur: ac nihilominus saluæ & illæ tibi omnes sacræ scripturæ sententiæ permanebunt, quæ quidem gratiam Dei cõmendant, & nostram absque Deo

Eq. 64.

Hæretici scripturæ diuinæ contortores.

Opera bona vt sint meritoria.

Deo

Deo facultatem eleuant modo sua genuina intelligentia eadem proferantur
 MI L. Id audi regestio. Dic mihi imprimis, si cum gratiam Dei & tuam im-
 potentiam sine gratia Dei fatearis, quomodo tum ex proprijs operibus salu-
 tem speres? MON. Quando de nostris mecum colloqueris operibus, hoc di-
 scriminis habere volo. Siquidem opera nostra, ea intelligis quæ ex nobis tā-
 tum & ex nostra facultate facimus exclusâ gratia Dei, tum opera nostra, &
 facultas nulla sunt, imò tum penitus nihil spei est nobis alicuius obtinendi
 meriti, vel mercedis ex huiusmodi operibus quod ad vitam æternam atti-
 ner: sed sic de operibus loqui nolo gratiâ Dei (qua sine nobis nulla spes est)
 agnoscimus, & ista nobis opus esse ratemur. Quæ nobis largè à Deo, imò præ-
 ueniendo datur, ad eò ut ista intellectum nostrum illuminet, voluntatem
 excitet, prouocet & moueat, ut cum consensione quadam à Deo suscipiamus
 eiusmodi bonam illuminationem & bonū instinctum, aut inspirationē ipsū
 diligēdi, aliquid ue faciēdi vel patiēdi, aliquid volēdi, vel nolēdi, faciēdi seu
 omittēdi propter honorem Dei & beneplacitū suum. Fatemur quoque gra-
 tiam Dei, posteaquam nostram voluntatem excitauit & ad amplectendum
 bonum adduxit, eidem etiam præsto esse, & viribus nostris cooperari ut po-
 te, quibus dat posse & perficere. Huiusmodi facta (quæ nos bona opera no-
 minamus) per excitantem cooperantem & opitulantem Dei gratiam in no-
 bis & nobiscum perpetrata credimus ex sua bonitate Deum, imò ex sua i-
 psius volūate, promissione & erga nos stipulatione, ut bona & meritoria o-
 pera suscepturum, quibus æternæ salutis præmium, spondit. Ex his nunc
 liquet, quod nihil ascriberet nostris operibus ex sua ipsorum natura quate-
 nus nostra solum, hoc est, humana opera sunt, possumus: sed prout gratia Dei
 vna cum nostra voluntate, opera & labore adiunctis, in nobis operatur. Neq;
 verò gratia Dei tantum absque nostri intellectus, voluntatis prudentia, &
 virtutum usu & sine nostra cooperatione ita nos in celum locabit quemad-
 modum Sanctorum statua super aram ponuntur cuiusmodi vos statua esse
 esse vultis cupitisq; ut vos gratia Dei gerat & portet, ponat & locet, vbi ipsi
 velitis, ac nihil interim vos pro vestra salute agatis: imò etiam dum potatis,
 chartis lusitatis ad intempestam vique noctem, aliq; facinora perpetratis,
 non inferiores (sicut vobis videt) sacratissimo Ioanne Baptista eritis, qui
 pœnitentiæ duram vitam, licet innocens, à teneris vnguiculis duxit & diuis
 operarius (sicut nos appellatis) fuit atque etiam Christus ipse: cum plerisque
 Sanctis multo magis, quam nos Idcirco laudi nobis & non dedecori est, quod
 nos diuos operarios, id est, Christi & Sanctorum imitatores vocatis. Si bonis
 operibus, quæ propter Deum & eius gloriam fiunt nullum meritum aut
 præmium esset, quid quæso inde laudis aut virtutis accessisset Baptista Io-
 anni, quod virginiam castitatem conseruauerit, sensuum voluptates sibi præ-
 ciderit, multum laboris, multum arduarum in Dei honorem operatus
 perperissus q; sit? Imò iuxta sententiam Lutheranam tam ei profuisset si molli
 ierula & vestimentis purpureis & h; suis inducus esset, & quotidie splē-
 didè epulatus esset, & monachæ sicut Lutherus cōdormiuisset, quam quod
 vestimento de pilis camelorum contexto amictus fuit, & locustis & aqua
 victitauit. O igitur Christus quantum errauit, qui talem castigationem &
 pœnitentiæ opera in eo prædicauit, si nulla bonis est merces operibus.

Gratia Dei
 quid in no-
 bis efficiat.

Lutherani
 ut sint sta-
 tuis similes

Matt. 3.

Matt. 11.

sanè

fanè vnde optimi illius Apostoli Pauli me misereat, qui (vt ipse inquit) abū-
dantius omnibus per gratiam Dei laborauit, imò multa & varia pericula
perculit, de quibus longè amplius gloriatur, quàm de alijs grandibus (quæ sola
gratia Dei per ipsū fecit) miraculis, si vsque ad eò hæc perdita erunt, vt nullū
meritum vel præmium à Deo habitura sint. Ah bone Deus, quam miserè de-
lusus est, dum posteriori ad Timotheum epistola ait: *Bonum certamen certa-
ui, cursum consummavi, fidem seruavi in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quæ
reddet mihi Dominus in die illa iustus iudex.* Ah Paule tibi interim dormire
licuisset, si nullum bona opera (quemadmodum Lutherus dicit) meritum,
vel præmium à Deo sunt latura, incassum ergo operatus es, ac si nil operatus
fuisset. MIL. Perplexum prorsus meum reddis animum & intelligentiam.
Ego quoque perinde esse arbitrabar, siue operarer, siue non operarer: si
nulla bonis factis merces à Deo constituta est, quid tum opus est me bonis
operibus occupari equidem committo omnia gratiæ Dei. *MON.* Hæc est gra-
tia Dei, quòd nos hortatur, excitat, intuit & iuuat ad efficienda bona opera,
quæ sibi grata sunt, & eadem opera tam benignè (cum sua cooperatrice gratia
facta sint) suscipere & mercede donare vult, quasi nostra ipsorum facultate
perfecta essent, & velut ex æquo responderent dignatq; forent præmio sem-
piterno.

Quid verò Deo est impossibile, cur non hæc possit, vt hominum piorum
bona opera (quorum sua gratia potissima causa est) ab ipso ex illius beneuo-
la & gratuita prædestinatione meritum, aut præmium habeant, cum tamen
eiusmodi rectè facta deiformia, affinia Deo, imò magis diuina, quam huma-
na sint, cum diuinæ (vt Petrus in altera sua epistola scribit) confortes simus
naturæ per eiusmodi gratuitam illius promissionem? Quapropter non est
contra gratiæ suæ decus vel prædicationem, quando dicimus nos (id est, om-
nes iustificatos homines, in gratia Dei existentes) meritoria opera facere
posse, quæ in sempiterna vita præmio donantur. Nam quod talia opera ita
ille accipit, imò quod huiusmodi opera sic æstimare, numerare & metiri,
coronare & remunerare vult, non ex nobis est, nec ex ipsa natura operum,
sed pro illius benigna & beneuola liberalitate ita nobiscum agitur. Quod di-
lucide ex scriptura multis in locis perspiciamus & inuenimus. *MILES.* Non
te pigeat scripturas aliquot in medium producere, ex quibus illud capere
possim. *MONAC.* Faciam id fanè libenti animo. Legistine Genesis 15. vbi
Deus ad Abram dicit: *Nolite timere Abram ego protector tuus & merces tua ma-
gna nimis.* Item quod Apost. ad Rom. inquit: *Ei qui operatur, merces non imputa-
tur secundum gratiam, sed secundum debitum?* MIL. Nostri concionatores ex
Paulo dicunt, quod in eadem & ad Galatas epistola ait, iustificari ho-
minem sine operibus legis, siue, non ex operibus legis, *MONACHVS*
Paulus in iisdem epistolis reprehendit nonnullos Iudzorum qui se ef-
ferebant propterea, quod legem Mosi obseruarent, vnde gloriabantur per
opera legis sine gratia se iustificatum & saluatum iri. Id ipsum Paulus red-
git. Sed sententiam Apostoli in eadem epistola, hæretici (sicut in altera epi-
stola Petrus Apostolus conqueritur) quomodo in alijs quoque scriptis, de-
prauarunt. In verbis namque Pauli sunt quædam difficultia intellectu. Nunc
age concedamus, quod non de Mosica legis duntaxat operibus Paulus lo-
quatur.

1. Cor. 15.
1. Cor. 4.
2. Cor. 11. 12.

2. Tim. 4.

2. Pet. 1.

Opera bona
meritoria
dicere vt ni-
hil diuinæ
gratiæ deo-

Rom. 4.

Rom. 3.
Gal. 2.

2. Pet. 3.

Gratiam Dei
prima vt
nulla opera
mereantur.

Rom. II.

Eph. 2.

Tit. 3.

Rom. 3.
Gal. 2.

Iacob. 2.

Gal. 5.

quatur, verum etiam de omnibus operibus, & quamuis per merita nemo iustificetur, non est tamen neque potest sententia Pauli alia esse, quam nullis operibus mereri posse hominem gratiam primam, quæ iustum ipsum & acceptum Deo faciat. Siquidem prius quam in gratia Dei homo existit, impossibile est per semetipsum iustificari, licet etiam infinita habeat opera bona, quandoquidem ea omnia insufficientia, neque satis efficacia sunt, vt primam gratiam, qua hominem Deus iustificat, mereantur. Nam si quis gratiam eandem operibus citra & ante gratiam factis mereretur, iam gratia non esset gratia (quemadmodum Paulus ait.) Talibus ergo, sicut & ante dixi, operibus celum nemo meretur. Caterum cum per gratis datam gratiam à Deo homo est iustificatus, non vult Paulus hominem per cooperatricem gratiam Dei eodem modo meritoria opera facere non posse, quibus corona iustitiæ, hoc est, perpetuæ salutis donetur. Non est sententia illius, cum Deus immerita gratia sua iniustum hominem iustificat, quod eadem gratia hominis opera iustificationem consequentia, non meritoria ad incrementum gratiæ salutis quæ perennis faciat. Idcirco cum Paulus ad Ephesios dicit: *Gratia estis saluati per fidem & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur*, de prima gratia loquitur, qua ad fidem venerant, iustificationis erant. Quæ gratia immerita est imò donum Dei est, & non ex operibus. Quæ dum opera antecedit, nostræ causæ salutis siue beatitudinis existit. Quamuis perspicuum sit Paulum cum ait: *Gratia estis saluati*, non loqui de statu beatitudinis post mortem. Quoniam illis, qui adhuc vivebant, & recidere salutemque amittere poterant, scripsit. *MILES*: Quam ergo putat beatitudinem? *MONACHVS*. Quæ in præsentia vita est, dum in statum diuinæ gratiæ & amicitia ex statu iræ Dei restituti erant, hoc est, cum ex iniustitia & incredulitate conuersi erant, & ad fidem iam per gratiam Dei iustificati venerant, qui hic beatitudinis status erat, quoniam ad perennem beatitudinem hominem fert & ducitur, sicuti cum prius in incredulitate & flagitijs suis degebant in damnatione erant, non autem in damnatione gehennæ, sed in statu gehennæ damnationem conciliante. Eodem sensu ad Titum Paulus scribit: *non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per lustrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde*. *MI*. Hanc sententiam tuam esse reor, quod incredulus & peccator nondum iustificatus, ex operibus iustificari nequeat, quia nullum opus sufficiens est ad promerendam gratiam illam, quæ hominem iustificat, & hæc prima gratia vocatur, quæ hominem Deo acceptum facit, & gratis præter meritum donatur. Verum quando per gratiam iustificatus homo est, proficere in iustitia & gratia potest, & opera vite sempiternæ meritoria facere, quod tamen per gratiam & eius operationem accidit. *MON*. Rectè intellexisti, & in hoc epistolæ Pauli, & Iacobi consentiunt. Paulus enim de operibus, quæ ante fidem facta erant, loquitur, & ita de iustificatione dicit, dum ex incredulo aliquis iustificatur, quod non ex præcedentibus operibus enenit. At Iacobus dum hominem ex operibus iustificari dicit, de operibus fidem sequentibus inquit, quæ per charitatem (sicut ipsam Paulus ad Galatas describit) operatur. Quæ opera iustificatum magis iustificat, quemadmodum in libro Apocal.

Ioan-

Ioannis scriptum est: *qui iustus est iustificetur adhuc*. Quod fit quando in iustitia, quæ per gratiam habetur, per opera profectum facimus, quibus Deus pollicitus est dabitq; auctiorem salutis mercedem, prout iustitia operum maior maiorq; erit. Quod autem bona opera à Deo remunerantur, Paulus quoque docet scribens Romanis in hunc modum. *Reddet vnicuiq; secundum opera sua*, nempe gloriam & honorem & incorruptionem querentibus vitam æternam &c. Itē ad Gal. *Qui seminaverit in carne, metet in carne*. *Qui autē seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam* &c. Et priori ad Corinthios: *Vnicuique propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*. Rursus in posteriori: *Qui parce seminat, parce et metet*. Et ante dicit ibi: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnicuique propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum*. Similia ex multis alijs locis testimonia Pauli proferre possem. Sed ex his iam recensitis satis probari potest istius Paulum esse sententiam, quod bonis à Deo operibus in æterna beatitudine merces detur, quemadmodum pœnæ malis in damnatione. Hoc ipsum perspicuum certumq; ex verbis etiam Christi euadit, ubi ad beatos persecutionem patientes ait &c. *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis*. Item dum nos præmonet, *Attendite, inquit, ne iustitiam vestram factatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in caelis est*.

Ex quibus sequitur præmium nos habituros, dum iusta opera nostra non ad placendum hominibus, sed Deo, facimus. Et apud Marcum. *Quisquis ait, potum dederit vobis calicem aqua in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suam*. Apud Ioannem quoque. *Veni inquit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vite, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij*. Item in parabola de conductis in vineam (quam de laborantibus in sancta Ecclesia proposuit, quibus vitæ æternæ præmium pollicitus est) dicit, quod pater familias conuentione facta cum operarijs ex denario diurno, miserit eos in vineam suam. Et iterum, *Itē, ait, in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis*. Et postremo inquit: *Voca operarios & redde illis mercedem*. Hæc omnia de sempiternæ beatitudinis mercede intelliguntur, quæ ijs, qui nunc in Ecclesia sancta laborant, in fine vitæ suæ à Deo donabitur. Possim huius generis plures alias è scriptis diuinis sententias depromere, quæ idem cunctæ testificantur. **MIL**. Taxet me tam multa testimonia audire: iam satis est. **MO**. Quid nunc igitur de tuo sentis libello, qui probare nititur neminem mereri posse, & quod nullum bonis operibus sit constitutum præmium? **MIL**. Quid multis opus est verbis? quotquot hodie Germanica biblia (vt ego) vel legere nōrunt, libros componere volunt, & certè pleriq; melius scirent, hastam siue sarisam in manus sumere. **MON**. Exitiosum est lectori, nisi totus feruidus & perfectus sit in charitate Dei si audiat nullum meritum vel præmium bonis operibus esse apud Deum cogitatis, quod se frustra illis exercendis occupare nolint: & omnia bona opera negligit sub quadam falsa specie tanquam in solam gratiam Dei sperare velit, quam tamen gratia Dei non dehonestetur, sed euehatur potius eo ipso quod credimus, illam esse tantam tam largam & locupletem er, a nos, quod nostram impotentiam, potentem facit, nostra o-

Opera quae
sua ut
non debeat
magnipen-
dere.

pera meritoria reddit, & illa sic accipit, ita munerat & remunerat tanquam ex se praemio digna forent, cum ex se indigna sint, & ex gratia solummodo digna reddantur. Interim tamen cuius consulere volo, dum crede bona opera meritoria esse, & mercedem à Deo latura, ut cogitationes suas ad opera sua non intendat, ad eò ut illa aestimare aut magni facere velit, sed se inutile iudicet, & ita sua opera respiciat, velut insufficientia & nullo premio digna, eaq; defectibus plena agnoscat, ut perseveret in humilitate, & non de suis operibus, sed de diuina misericordia confidat.

Opera bona quam sint necessaria ad veram salutem: ut q; ex sola fide Christum agnouisse minime constituat aliquem Christianum.

Caput XI^v.

Miles.

REGÈ iam mecum, ut mihi videtur, agitur. Siquidem nullus operibus bonis confido. *MONAC.* Minime verò namque omittis ipse cuncta bona opera, & tamen absq; operibus te saluatum iri speras, ex fide duntaxat. Mandata Dei seruare deberes, quorum obseruatione maiorem à Deo gratiam, & vitam aeternam promereberis. At nihilo minus in animum inducere non debes, q; bona opera habeas, aut mandata Dei obserues. In illis, q; bene agis, tua ante oculos peccata tibi proponas, & te inutilem seruum confitearis. *MILE.* Hec mihi profere spero, quod in Deum credo, qui mea causa homo factus est, & mihi sua passiõe celum obtinuit. *MONACHVS.* Quid credas nescis. *MILES.* Quid crederem aliud? *MON.* Credis etiam infernum paratum esse, vbi diues epulo sepultus est, ppter suam crapulam & preciosa indumenta sua, & quod in pauperem Lazarum misericordiam nō fecerit? Credis ne in fine mundi iudicium futurum, quando Deus segregabit oues ab hœdis, & iustos à dextris sitos in suum regnum inducet, & iniustos à sinistris positos sempiterno anathemate condemnationis percellat? Quos putas iustos à dextris esse? qui fidem solam, aut qui cum fide opera habent?

Luc 16.

Mat 27.

MILES. Omnes, qui fidem habent, *MO.* Itaque in hoc falleris. Quia clarè expressum habetur, quod de misericordie operibus vel praestitis, vel omissis iudicabuntur. Infideles tantum Aethnicos scilicet. Turcas & hæreticos à sinistris staturos esse rēris? Minime etiam Christiani ibi à sinistris erunt qui in Christum crediderunt quidem, sed ipsius mandata non obseruauerunt. Euidenter in libro Apocalypseos Ioannis scriptum legimus, posteaquam illi iudicium nouissimum ostensum erat. *Iudicati sunt,* inquit, *mortui secundum opera ipsorum.* Et vltimo capite eiusdem libri Iesus inquit. *Ecce venio cito & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* Item legimus, Christum dicere: *Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est.* Quid hoc aliud est dicere, quam si dicat, non omnis, qui fidelem habet, sed qui ex fide operatur, intrabit in regnum caelorum? Hæc verba bene expende. Iudæi. Aethnici, Turca & quicumque in Christum non credunt, non dicunt ad Christum Domine, Domine. Christianos esse oportet, qui ad Christum dicant, Domine Domine. At qui illi ipsi non eo solo nomine in regnum caelorum admittentur,

Christiani
bonis operi-
bus vacui
dānabuntur

Apoc. 10.

Mat. 8.

quod

quod Christum cognoscunt, & ei honorem, tanquam domino exhibent, nisi operibus quoque voluntatem celestis Patris sui faciant. Iterum non multo post rursus Christus ait: *Muli dicent mihi in illa die, id est, in extremo iudicio, aut in fine vite sue: Domine Domine nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc constet illi, quia nunquam noui vos: discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.* Animaduertis solam fidem ad salutem non sufficere? aut illos fide caruisse putas, qui ab ipso exterminati sunt? *MIL.* Imò certè maiorem me illos fidem habuisse existimo: ego nondum vllum dæmonium eieci nec etiã prodigium vllum feci. *MO.* Benè respondes: Intelligisne causam quoque damnationis exprimi, dum illis dicitur: *Discedite a me omnes operari iniquitatu.* Luc. 15. Cernis quod aliqui damnantur idè quod bona opera non egerint, quidam propterea quod mala opera perpetrarint. *MILES.* Cerno equidè plus satis. *MONAC.* Metius ne tibi? *MILES.* Mihi metuo & semper mihi ita accidit, vt quando vos monachos & antiquæ religionis sacrificulos audio, mihi cor meũ palpitet & xgre animo affectus sim. Idcirco nunquã concionatores, nũquã liberos nunquam confessionarios inuenire potui, qui mecum, aut ego cum illis sentire potuerim, donec Lutherus Euangelium proferret. In huius libris reperio, quo ieiunia, orationes, Missas, ceremonias, templa confessiones, Papam cum Episcopis, parochum cum suis vicarijs mihi repudiare liceat. Præterea sacerdotum monachorumque facultatibus & redditibus positurum me sperabam: quod mihi magnam illud Euangelium capessendi ansam præbuit. *MO.* Sententia ista multos fefellit, quam ob causam vltra centena milia rusticorum trucidata sunt quos suo Euangelio Lutherus martyres effecit. *MIL.* Profecto quantumuis Lutheranus sim, ista in re Lutherus nebulonem se declarauit, suis scripuit miseros rusticos lacepsit cohortatusque est, vt sacerdotum cruore suas manus laurent, & multa mala, multaque conuitia & sanas ac probra scriptis suis coniecit in magistratus Ecclesiasticos & seculares, donec colonos ad iter paratos redderet, quibus in seditionem versis principes & nobiles contra ipsos irritauit, vt velut canes, miseros trucidarent.

Cuiusmodi nouum sit Euangelium quique illud amplectantur.

Caput XV.

Monachus.

GAudeo sanè te Lutherum tam veris profecutum esse laudibus. *MIL.* Equidem in illo facinore eum non laudo, præbo tamen Euangelicam illius doctrinã. *MO.* Quæso te Georgi, ne hic cõtra veritatem loquaris, Quando dicis Lutheri Euangelicam doctrinã duo inã verba simul consistere nequeunt. Quod Lutheranum est, non esse Euangelicum, & quod Euangelicum est, non est Lutheranum, tamen ita videatur. Paulus dicit: *Ipse Satanã transfigurãt se in angelum lucis.* Verum non est, neque in æternum erit angelus lucis. Ita quamuis in ore Lutherus Euangelium habeat, ab illius tamen procul est corde. *MIL.* Quo pacto id nostrum? *MO.* Christus inquit: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ludificari, seducere, conuitiari, vituperare, magistratum omnem nihilifacere & spernere, inobedientes peruicaces & rebelles esse,

Christum
cogaouisse
non satis est
ad salutem.

Vt multi
spe depre-
dandi mo-
nachos Lu-
theri dog-
ma amplexi
sint.

Vt Lutheri
dogma non
possit con-
sentire cum
Euangelio.
2. Cor. 11.

Matt. 7.

Lutheri E-
uangelium
quale sit.

omnium sanctorum doctorum verba contemnere, omnia sanctæ Ecclesiæ concilia nihil pendere: omnes bonos ritus & antiquas consuetudines explodere, omnes status Ecclesiæ sanctæ, qui ab Apostolorum vsq; tempore durauerunt euertere ac profliagare: quicquid spiritum erigit, iuuat, & erga Deum exercet, negligere: quicquid carnem roborat, proferre, latam perditionis viam monstrare, totum mundum discordia & similitate replere, decreta omnia mutare, omnibus opificijs obesse, mala bonis miscere hoc demum Lutheranum est Euangelium: hic est Lutherana doctrina & vitæ fructus, sicut ante oculos videtur. Interim de Euangelio, de sacris literis, de verbo Dei gloriantur, & nescio quid non, cum eorum vita, tanquam putida quedam, foetida, virulenta, fordida, cadauerosa palus sit ex qua quislibet scadalizatur desperatamq; erga Deum & veritatem præter ceteros mortales conscientiam habeant. Eam ob rem hæreticam sectam amplectuntur, quam nouenni decenniq; spacio latè propagarunt, qua alijs perditis hominibus imponunt, qui libenter ex ipsorum concionibus consolationem accipiunt, cum verum Dei verbum eorum malitia & carnis voluptatibus nullo solatio existat, alios ad suam sectam compellunt. Ita fit, vt cum multos seduxerint quos profundius damnât, imò à summo tartarorum vertice in inferni ima præcipitant, tum in eo gloriam, nomenq; falsæ scientiæ obtineant quandoquidē tales concionatores pro vitæ sictæ ratione plerumq; putidi scœditiq; tenebrosi sunt, & maxima pars dimissi, reiecti, profugi, apostatæ monachi, perfidiosi perituriq; coram Deo & hominibus, qui sua iam scortatione coniugium temerant. Nam mox vt è cœnobio profugerunt, quo manifestum sit qd eos malè habuerit, vxorem ad suam explendam libidinem ducunt, quod matrimonium ipsi appellant.

Concionatores hæretici quales sint.

Ecce hi sunt sectæ Lutheranae patroni, Euangelistæ, Apostoli, qui vos seducunt. Horum concionem, doctrinam omnes libenter audiunt, quibus angusta via nimis dura est, propter vitia carnis quibus emori nolunt. Propterea ex arcta via (quam Christus & Sancti sui docuerunt & ambulauerunt cum alia tamen via non salutifera existat) fugiunt, & latam illam inanibulant, quam Lutheri secta introducit. In qua quod carni allubescit inueniunt, & quod carni repugnat, ademptum est. Proinde quod tam multi mortales libenter carni obsequuntur, hæresis ista multos habet sectatores, sicut & Mahometes. Cuius secta tam latè nunquam propagata fuisset, ni tot carnis voluptates asseclis suis concessisset permisissetq;. Idcirco sicubi olim transfugæ monachi & alij peruersi huiusmodi & à recta via exorbitantes homines erant (qui libertate gaudere propria, & impunes esse volebant) ad Turcas, vel Soldanum confugerunt, & Mahometicæ se sectæ subiugauerunt. Nunc vero ab ecclesia sancta se seiungunt, & non ipsis opus est ad Turcas, vel Soldanum currere, Mahometicam licentiam, multorumq; condemnatorum hæreticorum errores in Lutherana secta coaceruatos reperiunt. Huic sese dederunt, vbi ipsemet Martinus transfuga & abiuratus monachus, periturus & votifragus coram Deo eorum est Papa. MILES. Atqui Martinus Lutherus iam benè viuit degens in matrimonio. MONA. Qualis est illius vxor? prope modum aliter ipsam nominassem. MIL. Nobilis monialis quæ præfecta fuerat. Hanc Lutherus duxit, & reliquæ eiusdem cœnobij virgines huius sunt

Lutherana hæresis cur multos habeat sectatores.

factæ

facta pedissequa. MO. Hoc geminum est adulterium, foedifragiumq; coram Deo, cui uterque coelibatum vouerunt. Vch quomodo tam caeci homines esse possunt, vt tali seductori credant, qui ne specimen quidem probitatis in se habeat? MI. Si verum fateri licet, pudet meipsum illius causa, vellem viginti aureis mihi cōstitisset, ne hāc sibi monialem iungeret. MO. Idem quoq; satis illi rex Angliæ exprobrauit in epistola sua, quam contra Lutherum scripsit, posteaq; prius eruditum quendam libellum à se compositum edidisset. Cui libello, haud aliter Lutherus, quam probris & conuitijs, perinde vt canis rabidus & vlcerosus respondere potuit. In eadem epistola postmodum Lutherum regia maiestas Angliæ vt scurrā, incessit, quod se Christianam doctrinam de peremptione & maceratione carnis profiteri, venditare audeat, cum ipsemet monacham quæ Deo desponsata erat, ad suam libidinem allexerit, & tot animas sua impostura Deo suffuratus sit, vt merito publicam agendo pœnitentiam totum mundum peragrare debeat lachrymans, quaerens & retractans, quicquid mali suis verbis, scriptis & contagiosa vita sua designauit. Quid nunc mirum est tales discipulos esse, qualis magister est? Si quidem huiusmodi homines, qui absque spiritu & deuotione sunt (vt qui ieiunia, preces, laudationem Dei & omnem carnis castigationem & submissionem declinare volunt) ad ipsum, tanquam ad spaciosam viam, quæ ad æternam damnationem ducit consuunt ac deficiunt. Et vt auctior eorum fiat cuneus, nationes & populi quibusdam in locis ab ijs, qui iam seducti sunt, in opinionem eorum concedere compelluntur.

Qualesnā
ad Lutherū
confugerint

*Vtrum pro se scripturam Lutherus ad sua doctrina probationem habeat
& de prodigijs illius.*

Caput XVI.

Miles.

ECquid tandem dicere moliris? Scripta diuina faciunt pro Luthero: lis nemo potest contradicere. MO. Lutherus habet scripturam, sed scriptura nescit Lutherū. Lutherus habet scripturā, sed hæc cum illo non facit. Ipse scripturā pro sua libidine detorquet atque cōmentitiā, falsam peruersamq; interpretationem suam scripturam sacram vocare audet. Num etiam credis ante decem illos annos quam hæreticum dogma suum cepit Lutherus verbum Dei, imò vnam fidem, vnum Baptisma, vnum Deum, vnam Ecclesiam, vnum spiritum Ecclesiam moderantem & in scriptura loquentem extitisse? MI. Maximè: hocine ego nō crederem? MON. Eadem Ecclesia, fides & intelligentia scripturæ adhuc apud nos est, semperq; isto modo à principio huc vsque fuit, in qua omnes sancti Martyres fuerunt, qui propter fidem interfecti sunt omnes sancti Doctores, per quos miracula Deus operatus est, qui scripturam nobis exposuerunt. Qui possit ergo accidere, vt iam alia fides noua, alia Ecclesia noua, alia intelligentia scripturæ noua existat, quæ è diametro pugnet cum antiqua aut quomodo tam stupidi, & mentis inopes erimus, vt illam deseramus Ecclesiam, in qua omnes Sanctos, cunctos Martyres, Christianos omnes Doctores nobiscum habemus, & ad perfidiosam sectam, quæ neminem, nisi hæreticos habet, deficiamus?

Scripturam
vt hæretici
peruertant.

Ecclesia ve-
ra apud
quos sit.

I. Cor. 14.

mus? MIL. Deus nunc homines æquè vt ante mille annos, illuminare posset. MONACH. Verum est siquidem opus esset, faceret id vtrique, sed eadem illustratio non esset contraria priori illius illuminationi: Deus non est dissensionis dissidijque autor, vt in tanti momenti articulo, fidei, aut cum in concilijs sancta Ecclesia congregata rem ambiguam in fide explanauit, hodie quippiam doceat, & cras hominem excitet, per quem aliud doceat, quod primè sanctæ determinationi aduersetur. Si Ecclesiæ ante Lutherum fuit, sempiternum illum sanctum Spiritum huc vsque moderatorem habuit. Porrò quia nunc alius spiritus venit, qui aliter & contrariè omnino docet, an hunc Spiritum esse sanctum credemus, qui tamdiu Ecclesiam deceperit, aut ipse errauerit, & nunc aduersus semetipsum doceat? Procliuus est creditu diabolici spiritum esse, qui spiritui sancto contrarius & aduersus est, cuperetq; seducere & impedire omnes homines, ne salui fiant. MILES. Lutherus secus dicit, doctrinam suam cœlitus sese habere, certu se affirmat. MON. Iacobus Apostolus signum ostendit nobis, quo, cuiam à cœlo sapientia data sit dignosci possit, quando ait: *Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione sua operationem suam in magnitudine sapientia. Quod si zelum animarū habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauū. Qua autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans & sine simulatione.* En sic Apostolus Iacobus sapientiam, quæ cœlitus est, describit. Cuius ne pilum quidem Lutheri doctrina habet, quemadmodum in omnibus libris suis inuenire est, in quibus nil nisi conuiciatur, traducit, subfannat, obloquitur, contemnit, dehonestat, & velut furiosus quidam rabi-dusq; canis mordet & insectatur mortales omnes, eos præsertim, qui ei rectè consulere, & ipsum in formare volunt, & debent. Videas illic lupum illum effrenatum, impudentem, imparum, nulliq; gradui, neque ordini: imò nulli vel magistratui vel dignitati parcere: sed ex virulenta & pliusquam viperina lingua sua venenum fundere, qua malignis suis criminationibus in Episcopos, Reges, Cæsarem & Papam incurrit, vnumquemque indignissimis modis incesit, omnes Sactos Doctores, & proceres Ecclesiæ qui à Christo hæcenus extiterunt, spernit, irridet, pro nihilo pedit, & is talis sibi fidem vult adhiberi, quod ipse certus sit suam à cœlo doctrinam esse. Quod nemo bonus & prudens illi dicenti vnquam crediderit, nisi eiusmodi sua verba hoc sensu, quo Christus dicit, accipiantur: *Videbam Satanam*, inquit, *sicut fulgur de cœlo cadentem.* Cum diabolus è cœlo lapsus sit, Lutherus verum dicere poterit, suam doctrinam, quam ex instinctu dæmonis habet, sicut ex descriptione S. Iacobi quilibet perspicit) vna cum Satana quoque de cœlo ruisse. Nam de diuina sapientia scriptum est, quod illa se in sanctas animas infundit, nec habitat in corpore subdito peccati, hoc est, in nullo superbo homine, criminatore & alienæ famæ obtrectatore, in nullo monialium incesto cō-suppreatore, qualis Lutherus est. MIL. Ecquid de scriptura sentiendum est? MO. Scripturas quæ Lutherus profert vitra mille quingentos annos Ecclesiæ habuit, sed non vsq; intelligentiam illam, qua Lutherus quasdam expo-nit.

Iacob. 3.
Sapientia
cœlitus in-
fusa quibus
signis possit
internosci.

Lutheri do-
ctrina quæ
nihil habe-
at cœlestis
sapientia.

Luc. 10.

Sap. 1.

Vir. Scriptura vera est, & illam recipimus, sed explicatio, qua Lutherus contra Ecclesiam vitur, falsa, captiosa, hæretica est. Quamobrem Orthodoxi omnes aduersus Lutheri commentationem pugnauerunt, & non contra scripturam. Scripturam nobis Athanasius, Cyprianus, Hilarius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius & his similes, explanauerunt. Qui omnes doctores sancti fuerunt, & non apostata, per fugam, votifragi monachi, quemadmodum Lutherus, Fredericus, Martinus Buccerus, Franciscus Lamberti, imò non monachialium vitatores, sicut Lutherus & sui discipuli. Christus nostros Doctores sanctos (qui scripturam nobis elucidauerunt) vita virtutibus conspicua, sanctimonia operum, humilitate morum, signis & prodigijs cum in vita, tum post mortem illustrauit, & glorificauit, quibus testimonium illis veracis suæ doctrinæ præbuit: Inter quos multi etiam monasticæ professionis homines fuerunt. Quæ Lutherus miracula fecit, aut quare ipsi Deus testimonium præbet, quod sua doctrina vera sit, aut quod ipsi fides adhiberi debeat: imò si etiam prodigia, quibus fides adhiberi debeat, faceret, maiora & mirabiliora eadem, omnibus quæ vnquam à mundi vsque exordio facta sint esse oporteret, aded vt à nostræ fidei, siue religionis hominibus sanctis, qui propterea suum sudere sanguinem, & nunc apud Deum sunt, perpetrata prodigia obscurarent, & excederent. Hæc autem Lutheri sunt portenta, quod sua doctrina tot monasteria & delubra quasi scenilia subruit, desolauit & deuastrauit, tot periuros votifragosq; monachos, tot montales siue monasticas virgines (quæ Deo coniugio elocata erant) prostituta pudicitia effecit, vt templa spoliata sint, & laus Dei & sacræ Missæ sacrificium è medio submoueatur, confessio, ieiunium, Sanctorum veneratio prohibeantur, integri & boni Christiani opprimantur & ludibrio sint, boni monastici homines profigentur. *M.* Nihil igitur Lutheri Dei verbum facis? *MON.* Rectè quidem vocas Lutheri Dei verbum. Diuersa namque sunt Dei verbum, & Lutheri Dei verbum. Verbum Dei, hoc est, verum Dei verbū pluris, quam Lutherus cum omni phalange sua, facimus. Adulterinam verò explicationem & deprauationem sensus verbi Dei (quem Lutherus contra expositionem & intelligentiam Sanctorum iam apud Deum existens, & contra intellectum S. Ecclesiæ, ipse confingit & profert, quo vnumquemq; consilio diaboli ab angusta salutis via abducere cupit in latam illam & spaciosam viam damnationis perpetuæ) hoc inquam verbum Dei nihili pendimus, adeoque Dei blasphemiam existimamus, quod tale verbum, Dei verbum nominatur. An tam vesani essemus, vt Ecclesiam & fidem, quæ ultra quindecies centenos annos durauerunt, desereremus & eximiorum illorum Sanctorum scripta rejiceremus, in quibus sui per Spiritum sanctum illustrationem scripturas interpretando declarauerunt, & nonnullos improbos concionatores, & profugos monachos sequeremur? Qui nunc aduersus sanctam Ecclesiam & sanctos Ecclesiæ Doctores huius seductionis tumultum concitat. *Matt. 18.* Cum Christus dixerit. *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* *MILES.* Iam contra monachos loqueris, quos tam malè suggillas. *MON.* Cum malis Christianis & improbis monachis succensam, siue eisdem insecter, non ided tamen illud institutum improbo: probo bonos, qui institutum vitæ bonum retinent, & institutum quoque laudo, quod vsque aded

Lutherus
nullis pro-
digijs sua
confirma-
uit dogmata

Lutheri
portent
quanta sint.

Matt. 18.

K

etiam

Sanctis Do-
ctoribus cur
fidem adhi-
beamus.

etiam est bonum, vt in eo prauū manere nequeant, imò ex eo aut reijciantur aut profugiant, quemadmodum ex bona aqua mortuus piscis. *MILES*. Cōfidere videris insignibus illis Doctoribus Augustino & Hieronymo. Nonne & hi homines fuerunt, qui falli aut fallere potuerint? Quid ergo tantum ijs vis confidere? *MON*. Non vsque ad eò ijs confido prout homines fuerunt, sed ob gratiam Dei, quæ ipsos irradiauit, per ipsos locuta est, & in ipsis est operata. Quod quidem in eorum integra vita & miraculis (quæ Dei virtute fecerunt) patet. *MIL*. Cur igitur errauerunt? *MONA*. Non ita delirauerunt sicut Lutherus, qui in suo deprauatus est sensu, & se in verbis suis instar anguis lubricum exhibet. Non vult quoque ab vllō homine, vel superiori potestate instrui.

Lutherus vt
suum fen-
sum omniū
iudicio præ-
tulit.

Licet autem sanctorum aliquis errauerit, non grandis error exiit. Quoniam non mordicus retinent aut defendunt proprium errorem, cōtra communem Ecclesiæ doctrinam, aut contra Conciliorum sicut Lutherus facit definitionem, & subiiciunt se ad suscipiendam informationem parati, superiorum iudicio stare & acquiescere. Lutherus autem neque Concilij, neque vllis superioribus, neque Doctoribus auscultat. In vniuersum omnes reijcit, imò, vbi Ecclesia etiam, quid in scripturis credendum sit, retinendum, aut intelligendum constituit, spudiat, & sui insani capitis sensum cunctis antepōnit, tanquam cæteri omnes de scripturis sanctis nil intellexerint, & Spiritus sanctus (qui planè illum ignorat) ipsum solum lecto cum moniali sua stertentem illuminauerit. Atque ad eò quicquid ipse dicit, id verbum Dei appellat. Vbi igitur tamdiu spiritus remansisset, & Ecclesiam non illuminasset, imò seduxisset, donec cucullio iste tandem prodiret.

Quod ex Lutheri secta plures alie multo peiores exsurrexerint, & vtram constitutiones Ecclesia cum scriptura conueniant.

Caput XVII.

Miles.

Lutherus vt
multarum
fit autor hæ-
reticum.

Plures etiamnum sectæ oriuntur. *MONACHVS*. Ita sanè, quemadmodum ex vna vipera, multæ subnascuntur, quæ suo morfu in partu matrem suam interimunt, ex Lutheri quoque secta plures alie multo peiores ortæ sunt, hoc dempto, quod Lutherus semen & primam radicem iecit. Omnes sibi videntur (quisque aduersus cæteros) secum scripturam habere. Sic Lutherana factio in varios modos & sectas diuisa est. Quilibet, qui sibi ipsi vult nomen parare, noui aliquid ementitur: & querit, si in scripturis reperire aliquid possit, quod speciem quandam habeat, quo suam sententiam & opinionem confirmare possit. Quod ergo tum illi superstruit & commiscitur, omne id apud ipsos est verbum Dei, cui nemo resistere debeat. Isto pacto simplices miserosq; homines decipiunt, & fermè noui aliquid quotiæ pullulascit, quod semper prioribus deterius est. Sic eo nunc ventum est, vt quidam asserant necesse esse, vt quisque rebaptizetur, nonnulli dicant, Christum non fuisse Deum, & in peccato originali natum esse, & suam matrem non fuisse virginem, & ipsum non fuisse Messiam. His rationibus fides nostra

Varia hære-
tum porten-
ta.

nostra pessum eat necesse est, quia si ab vno, deficiamus, aliud quoque relin-
quimus, id est in dies magis ac magis, vsque dum Antichristus veniat, & omnia
apta pacataq; inueniat, quo ad se mandum pertrahat. *MIL* ES. Mihi quoque
perfecto sic videtur. Inuenientur enim centum & eo amplius, qui Antichri-
sto accederent, cum ante duodecim, vel tredecim annos, ne vnus quidem in-
uentus fuisset. Et quid hinc demum fiet? *MON*. Fenestellam latius aperi, vt
plus luminis accipias. *MIL*. Qui fit, quod in huiusmodi, qui tamen docti
sunt, falsam persuasionem veniunt? *MONACHVS*. Hoc accidit ex super-
bia proprij eorum spiritus, quo sese extollunt, & se in eo, quod capere non
possunt, definitionibus & declarationibus Sanctorum Patrum submittere
nolunt, quas communiter Ecclesia acceptauit quasi pro instructione, & expli-
catione quadam (sibi difficile aliquid, aut ambiguum in sensu scripturarū
occurrit) vt certo concorditerq; sciantur teneanturq; in Ecclesia Catholica
iuxta sancti Spiritus illustrationem, qui in huiusmodi necessarijs cau-
sis fidem, vel bonos mores concernentibus, Ecclesiam, quæ ad nos vsque de-
uenit, nunquam deseruit nec vnquam etiam deserturus est. Præterea sunt ad-
huc alij carnales, quibus via, spiritus nimis angusta, & leue iugum Christi ni-
mis graue est. Propterea constitutiones omnes, & leges Ecclesiæ, & superio-
ris potestatis, lacerant prætextu quodam, tanquam honorare scripturam ve-
lint, citra quam alium vllum, audire, vel alicui obstricti esse nolint. In quo
tamen animaduertere non volunt, quod isto pacto quoque scripturæ non
auscultent. Quæ scriptura, imò Christus in scriptura subiectionem præcipit,
nosq; imperio Ecclesiæ & superiorum sub pœna sæc grætiæ, salutis animæ, &
Christianæ communionis amittendæ subijcit. Iam tamen certum est consti-
tutiones sanctæ Ecclesiæ contra scripturas non esse. Hoc fateri omnes hæreti-
cos oportet, & contra hoc ne vnum quidem ex veritate verbum dicere
possunt. Hoc autem de constitutionibus Ecclesiæ & procerum dixe-
rim, non de abusibus personarum, qui etiam contra voluntatem Eccle-
siæ & procerum, fiunt. Autoritas sanctæ Ecclesiæ & scripturæ sacræ bene
inter se conueniunt & concordant, vna confirmat & probat alteram. Sacra
scriptura iudicio nos S. Ecclesiæ submittit, & Ecclesia scripturæ. Quomodo
autem Ecclesia aliquid contra scripturam constitueret, aut quomodo non
decernendi potestatem vllam haberet, præter quam quod in verbis scriptu-
ræ non est expressum? cum scire quid scriptura esset, nequeamus, aut cuiam
credere scripturæ deberemus, & cui non in Ecclesia id nobis demonstra-
ret. Multiplex est quidem scriptura, verum quæ sit sancta probataq; scriptu-
ra, cui contradici non debeat, nobis sola Ecclesia ostendit & tradit. Quapro-
pter Augustinus ait. Ego Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholi-
cæ commoneret autoritas, hoc est, nescirem, quodnam verum Euangelium
esset, vt inter Euangelia multa, quæ scripta sunt, vtpote Bartholomæi &
Nicodemi & sub alijs nominibus, non errarem, nisi mihi Ecclesia syncerum
ostenderet & diceret, huic credere debes. Cum igitur Ecclesia scripturam
nobis exhibeat & demonstrat, eandemq; interpretetur, id est, eam nos in ve-
rè Christiano sensu intelligere doceat, mirum non est, quod hæretici nostri
cæcati, in suo peruicaces errore maneat: qui constitutiones omnes & instru-
ctiōnes

Cur docti
in hæreses
labantur.

Christus vt
nos vel: su-
perioribus
obtempera-
re.

S. Ecclesia &
scriptura sa-
cra vt inter
se consen-
tiant.

August.

ctiones S. Ecclesie aspernantur, ab ea recidunt, & se in cecitate superbi spiritus, & insani sui intellectus extollunt aduersus diuinum, quo in suis Ecclesia illustrata est membris, quae scripturam nobis explanauerunt, & à Deo ad alia membra sua docenda & regenda sunt constituta.

Optima institutio ad bonam Christianamq; degendam vitam, coniugali & omnibus statibus vitu.

Caput XVIII.

Miles.

Arbitrabar bene me illuminatum esse, & pacem in mea me habere conscientia putabam, quando timorem omnem & scrupulos peccatorum abieceram, & licere mihi quidlibet facere vel omittere existimabam, atq; apud memetipsum dicebam. Cum in Christum credo, saluus ero: sed iam (sic gratia Deo) me in cecitatem quandam peruenisse animaduerto. Namq; ut modo perspicio, non ob hoc solum mandata Christus dedit, ut duntaxat ita Christum dixisse credamus, sed idem etiam nos facere quod Christus nobis tradidit, vel praecipit, oportet. *MONAC.* Rectum attingisti iter, in illo perisiste. Interim quae so dicas mihi, etiamne Lutheri libros habes? *MI.* Nimirum plusquam duos corbes plenos. *MO.* Illos oro vulcano tradas, ne ex ijs aliquis capiat offendiculum. Fecerunt hoc idem nonnulli recenter ad fidem conuersi tempore Apostolorum, qui perniciosos contulerunt libros & combusserunt eos coram omnibus. Sufficiat tibi qd tu seductus fueris. *MIL.* Hac ipsa adhuc die id faciam. Obsecro mi pater, ignosce mihi quod tam tibi molestus multis meis ineptis sermonibus & incompositis verbis fuerim. Non adeo sum peruersus, ut mea verba pra se ferunt. Multa sum locutus, ut comperti aliquid haberem de statu religioso, qui mihi charus semper fuit & venerabilis, tamen si (heu) dignus ad illum amplectendum ipse non fuerim. Nimirum mundo educatus fueram, & breui illo tempore quo periculum in monasterio faciebam (sicut & ante tibi dixi) multos reuera bonos ibi patres esse animaduerti, qui magnam nauabant operam, studebantq; ad timorem Dei me prouocare, & assidue me cohortabantur ut Deum ob oculos haberem, ut ne propter totum mundum Deum offenderem ut nihil nisi Deum vel propter Deum amarem, ut cuncta desideria mea, omnes cogitationes meas eo dirigerem, ut Deo acceptus fierem. At haec adhortabantur & exercitabant me ad omne genus virtutis. Sed eheu me miserum, quicquid huiusmodi boni mihi dicebant, vel ipsi faciebant, nihil me mouebat. Non inerat mihi vera pietas & deuotio, atque ea re manere non potui. Hac est causa, quod monachis adhuc ex animo faueam, sicubi bona monasteria aut monachos (qualis qualis mea sit vita) conspicio. Idcirco tam multa hinc scire volui & si filium haberem, qui monasterium ex cordis sui desiderio ingredi vellet, essem illi ad id adnuculo. *MONAC.* Equidem gratulor tibi mi Georgi, & tam diutini, quod tecum habui, non me tædet colloqui. Interim nihilominus te confortor & rogo, ut vitae tuae emendationem mediteris. *MILES.* Ad id paratus sum & voluntarius, sed tam multa emendare habeo, ut exhorrescam, & vbi incipere debeam ignorem. Propterea bonum desidero consilium, quo pacto exordiri debeam. *MONAC.* Ante omnia teipsum diligenter examinabis, & pec-

Libri haereticorum cui sunt exarati. Act. 19.

Vt in cœnobijs instituantur monachi ad pietatem.

& peccata totius vitæ tuæ in scripta rediges, & tum de omnibus sceleribus, ab infantia vsq; admissis, integram confessionem dices: siquidē (vt metuo) nunquam omnino rectē es confessus. *MIL.* Hoc opus, hic labor erit. *MON.* Quicquid hac in parte laboris ferendum sit, adoriri te oportet. Quocirca da operam, vt bonum confessarium accipias, qui te benē instruat. Necessē est etiā vt integrum peccata vitandi propositum arripias, nec huius rei gratia vllum velis subterfugere laborem, quem haud dubiē experturus es, peccatorum occasiones repudiando, iniusta bona restituendo, læsos conciliando, damna præstando, itemq; voluptatibus tuis & desiderijs obluendo, eadēq; frangendo: quæ omnia sunt factu necessaria. *MI.* Tuam mi parer voluntatē bonam consiliūq; animaduerto: Deus tibi rependat: adhæc omnia me prout offero. Sed vbinam confessarium aliquem peritum in his reperiam? Hic namque sunt Lutherana doctrina passim infecta, & eruditissimi qui in cœnobijs erant confessionarij, sunt expulsi. Quādoquidem cū acriter aduersus illam nouam sectam concionabatur, ciuitate eis est interdictum. Dicam tamen, quod res est, nostris in scriptura & scientia valentiores Lutheranis concionatoribus erant.

Vti quis ex Lutheranismi hæresi ad sanam mentem reductus vitam moresq; conuertere debeat.

Caput XIX.

Monachus.

Quare iam non domum, Vlmam versus equitas? Ibi bonos & doctos in Dominicanorum monasterio à confessionibus patres inuenies. *MIL.* Nullum ad hanc rem Vlmæ locum inuenire potero. Senatores enim Dominicanis concionari confessionesq; audire vetuerunt. Præterea iisdem vllam domum introire in eadē ciuitate est prohibitum etiam, in omni circaditione ipsorum. *MON.* Quid ita? *MI.* Timebant, ne ab ipsis quispiam ad veram fidē conuerteretur. Etiā dictū est mihi eiusdem ciuitatis magistratū, communi decreuisse consilio, Dominicanos quidem vi non expellere, sed tantum angustiarum, & vexationum eis conficere, vt ipsimet cedere cogantur. Hæc ideo dixerim, vt causam scias, cur Vlmæ consolatum iri non possim, Mirifica equidem & rara penes me facinora confiteri habeo. Propterea cum & alia Coloniam proficiscendi causa mihi suppetat, ibidem confiteri volo: si quam notitiam illic habes, ad bonum confessarium me perducito. *MON.* Ciuitas ista doctis bonisq; confessarijs plena est in cœnobijs, & extra. *MIL.* Mallet in cucullum peccata mea euomere. *MO.* Perge igitur in Prædicatorum monasterium ad hæreticæ prauitatis inquisitorem, qui & ipse Vlmensis est. *MIL.* Ad Doctorem Conradum? *MON.* Etiam. *MIL.* Doctus & interger est, probē ipsum noui. Atqui iam mihi dicito quomodo post confessionem me gerere contra meam consuetudinem malam debeam, vt non denuo labascam, & quæ præcipuē vitare peccata me oporteat. *MO.* Post confessionem vt te gerere debeas peccata. *MIL.* Debeo Papæ vel illius parere mādatis? *MON.* Vtiq; in rebus licitis. *MI.* Ipse non est Ecclesia. *MON.* Christus ait: Si peccauerit in te frater tuus, vade Matt. 18.

Et corripere eum inter te & ipsum solum. Si autem te non audierit, adhibe tecum ad hoc vnum vel duos. Quod si non audierit eos, dic Ecclesie. Quam in ista causa Ecclesiam dictam esse resis? Opus ne erit, quoties corripere, vel corrigere aliquis velit proximum suum, qui vnus, vel duorum reprehensionem non curat, omnem Christianorum hominum ceterum conuincere, vt eidem significetur de isto homine se emendare nolente? MILES. Hoc mihi impossibile esse videtur. MON. Quid ei go facto opus est?

MILES. Id ego profecto nescio. MON. indicandum erit praelato, animarumq; curator, isq; eis qui peccauerunt & se emendare non curant hac in causa loco Ecclesie est, vt pote qui totius communitatis sibi subiectis & commissis personam sustinet. Quum igitur Papa totius sit Christiani gregis caput & antistes, æquum est, vt ei quilibet morem gerat, & qui ipsi non obtemperat, tanquam incredulus & Aethnicus haberi censet. q; debeat. Facile tibi ex veteri pariter & nouo testamento, tum etiam ratione testatum efficerem, in regimine siue iurisdictione spiritali vel Ecclesiastica præsidentem vnum esse oportere totius Ecclesie, vel omnium membrorum totius Ecclesie quem-

Deut. 17.

Adulterium
quam sit
immane
scelus.

Prover. 6.

Vt inter se
coniuges vi-
uere debeant.

Gala. 1.
Virtus vt et-
iam à ma-
lis honore-
tur.

admodum in veteri testamento vnus summus sacerdos constitutus erat, cui Deus parendum esse mandarat, etiam vitæ amittendæ supplicio. Sed nimis longum foret, & iam nunc affctus es, vt non opus sit hac de re tecum disputationem ingredi. Subditose obedientie præceptorum Ecclesie, tuiq; Parochi, quamdiu ipse in fide verus est Christianus, & te quod bonum est, docet. Ad peccandum autem neque ipsi, neq; vlli obedire debes. Secundo conjugalem fidem tuæ legitimæ seruabis vxori, & erga omnes alias fœminas castus eris factis, voluntate, & signis. memineris adulterium supra modum immanecrimen esse, quod nulla excusatione iuhnixum ex cordis inopia (vt in Proverbijs suis ait Sapiens) peruenit, & plerumq; etiam hic in mundo mala, Deo permittente, morte plectitur. Si tum ex Christianis, tum ex Aethnicis quoque historijs commemorare velim quantum calamitatis, quantæ hominum strages & cædes, quantum damni, quæ denique mala ex adulterio oriuntur, grande volumen conficiendum erit. MIL. Nihil est necesse, hoc ego me malo prorsus expediam. MO. Debes igitur cum vxore tua amice quoque & pie viuere, vt gaudio affici te ianuam introeunte possit. Cum se mariti tã seuerè & commodè gerunt, vt vxorum corda trepident, cum maritos suos domum redire conspiciunt, non bene se res habet. Quando verò coniuges in amore & fide consentiunt, & vnus sunt voluntatis, tum aduersos calus ist perpeti facile tolerabileq; existit. Quando etiam Deum præ oculis habent, & mutuo sese commonefaciunt, inuitant trahuntq; ad charitatem Dei & beneplacitum diuini exequendum, iam cum ipsis est Deus. MILES. Hac me spero ope diuina strenuè obseruaturum. Alia res est quæ mihi correctu est difficilis MONACHVS. Quænam ex ista? MIL. Potationibus & ebrietate vt abstinere potero? siquidem his mundus vult esse deditus, & qui secus agit, contemnitur. MON. Paulus ad Galatas inquit: Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem Hoc te æquo ferre animo decet. Si Deo gratiam cupias ducere vitam, nil tibi morandum erit, quid mundani de te homines existiment, aut loquantur. Et tamen veritas & virtutes etiam à malis hominibus honore afficiuntur. Quamuis enim id genus homines temperantiam aliasve virtut-

virtutes spernere videantur, attamen propria ipsorum conscientia pro rationis iudicio, secundum virtutes vivere utile, honestum salutiferumque esse testatur, ipsosque reprehendit, quod non itidem ipsi quoque viuunt.

Quando igitur firmiter status, quod potare, & plusquam naturalis necessitas exposcit, bibere nolis, omninoque propositum hoc vis obseruare, ad contrarium compellere quis te poterit? Tibi imprimis molestum, & alijs etiam insolitum esse videbitur, si te difficilem ad computandum conspiciant.

Ast ubi in tuo te proposito animo infracto perseverare animadvertent, & quod ab isto nemo te diuellere possit, imò etiam te hac in parte amicum offendere, quam contra Deum facere malle, non te inestabunt admodum nec

denuo idem abs te contendent, imò cum laude & præconio tua talis conuersio & salubris commutatio, deprecabitur ad exemplum aliorum hominum. Fit tamen interdum, ut in fine conuiuij amicitia causa cyathus ab unoquoque exhauriatur qui nemini obsit hunc tibi minimè prohibeo. Hocque in mensa in bibendo sis temperantior, ut huiusmodi obuiente occasione, citra noxam integra appetentia cyathum vnum sumere possis. Alioquin ad potandum inuitari te cogitque non sinas. Quod tux siti & naturæ, conueniens est, sumito & non ultra. Ita quoque Christus nos docet, ne nos grauemus crapula & ebrietate. De alio videlicet, de inebriando meum, est consilium.

MILES. Nunc hoc baptizare vocatur. *MONAC.* Quomodocunque licet vocetur, perniciofa quidem & noxia res est peccatum istud. In qua enim pericula miserisque calamitates sæpenumero homines quam plurimos ebrietas induxit. Quisquis igitur sponte sua ansam ebrietati præbet omnibus alienis propriisque peccatis hinc nascentibus est obnoxius. Quapropter consulo tibi, ne crebro ad conuiuia exeat, & ne ipse præter necessitatem conuiuij agites. Quandoquidè hinc multum pecuniae inutiliter consumitur, qua aliorum subleuari indigentia facile possit. *MILES.* Difficulus possum solus in mensa esse apud me aliquem habere conuiuiam oportet. *MONA.* Tuam uxorem & familiam habes cum his latus esto. *MILES.* Aliquis præterea mihi adsit oportet, qui non semper est mecum: & propter raritatem huiusmodi conuiuas amo. *MONACHVS.* Non omnia tibi conuiuia interdico. Est quoddam conuiuium, quod tibi etiam consulere non dubitem. Ad conuiuium tuum tales inuita hospites, quales te Christus vocare docet: Cui facis prædium, aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos neque cognatos neque vicinos diuites, ne forte te & ipsi reuertent, & fiat tibi retributio: Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & caecos, & beatus eris quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Isto pacto dilecte Georgi facito: inuitato honestos probosque pauperes, meretricare erubescentes, quod suam fateri inopiam eos pudeat, & hos cum decore propter amorem Dei exilarato: tum iidem consolantur, & tibi inde oblectatio erit, quod apud te aliquos habeas. *MILES.* Perplacet hoc mihi consilium. Si verò me bibendo præuaricari contingat, quomodo id expiabo? *MO.* Si notabiliter illud scienterque fiat, postero die ipse tibi multam constitues, ut eodem die vinum bibere nolis, aut aliud tibi delectabile subtrahas, quod alioqui tibi licitum esset, aut quinque orationes Dominicis orabis, aut speciali intentione pro isto peccato elemosinam largieris. *MIL.* Consultumne tibi videtur

Lucæ. 21.
Ebrietas quæ sit pernitiosa.

Cuiusmodi conuiuium licite agatur
Lucæ. 14.

Quo pacto multandum sit, si quid de linquamus.

VI VO-

vt voueam Deo, me non ad ebrietatem vsque bibiturum, & non me iuratum, vel execraturum? *MONA.* Nequaquam, nondum, ad id per votum te debes astringere, propter imbecillitatem tuam vt ne grauius delinquas. Hoc autem facies. Omnino apud te constitues tale te peccatum propter Deum fugiturum & omiffurum. Non ideo tamen tuo confides proposito, sed seruo Deum pro sua gratia auxilio implorabis in ista & omnibus alijs causis. Licet etiam tibi, & est vtile, si tecum & cum Deo pactum foedusq; pangas, vt si ebrietate, vel iuramento sis transgressus, hanc vel illam multam pro tui castigatione velis sustinere. Huiusmodi multae praescriptio commonebit te, ne tam crebro prauariceris, & quando tuum Deus pro virtutibus labore aspiciet, auxilio tibi cum maiori gratia obuiam veniet. Insuper consulo tibi, vt omnem lusum etiam chartarum qui fit pro pecunia, totis viribus postponas etiam quando contingit inter amicos ludi, quis vinum satisfaciat, aut satisfacere iuuet. In omnibus rebus negocijsque tuis veritatem & iustitiam constanter retine. Nullius ergo respectu iniuriam alicui inferri, si quo praepedire modo possis, patere. Misericors erga egenos esto, & ipsis iuxta facultatem tuam, sicut Tobias docet, impartire. Quotidie si potes, deuote missam auscultes. *MILLES.* Quid tum orabo? *MO.* Orationem illam, quam nos Christus docuit, Salutationem angelicam & Symbolum Apostolorum. *MILLES.* Quando tam crebro rem eandem oro, nauseabundus fio. *MONACH.* Est igitur consultum vt decem, aut quindecim articulos ex vita passionis Christi extractos singulos cur. Oratione vna Dominica offeras. Sic eorumdem inuocatione articulorum, tua se quoque inuocabit deuotio. *MILLES.* Istos mihi velim explices. *MO.* Orationem vnam Dominicam in honorem Incarnationis Christi dices, alteram in honorem Natiuitatis, tertiam in honorem suae gratiarum actionem suae Circumcisionis, quartam propter exilium suum, quod ab Herode persecutus in Aegyptum fugerit, aut alias sicut ipse maus. *MILLES.* Licetne orationem vnam Dominicam cum oblatione sanctorum trium Regum offerre? *MONA.* Licet plane, quod si voles, tuas tibi preces multis alijs articulis augere licebit. Aliquot saltem his exempli gratia proponam. Licet tibi vnam orationem Dominicam pro naturali passione sua offerre. Nimirum pro frigore, fame, siti, aestu, &c. pro concionibus suis, pro gratiosis suis miraculis, pro operatione, pro benigna sua & amica cum peccatoribus, quos conuertit, conuersatione, pro persecutionibus, quas a Iudaeis tolerauit. Item pro sua venditione, &c. pro corna sua, pro sua angustibus plena iuxta montem Oliueti precatione, pro sua captiuitate. Praeterea ad gratiarum actionem blasphemorum irrisoriorumque ab ipso perpefforum, pro falsis aduersus ipsum testimonijs, pro mendaci ipsius accusatione, & sic per oem suam passionem deinceps eundo ad finem vsque. *MILLES.* Haec me retinere non posse timeo. *MO.* Ab eo quod retinere potes, incipe aut in schedula tibi vel libello, quem tecum feras, conscribere, donec absque libello retinere possis: vel si non scias legere, signa tibi, quae quid significent intelligas, depinge. Quando tum ita coepisti, indices tibi alia atque alia incident, & maiorem erga haec amorem consequeris. Simili ratione rosarium quod vocant, orare poteris, si tibi quinquaginta articulos conscribas.

MI.

Quam sit vtile sibi ipsi pro excessibus multam imponere

Tob. 4.

Quo orationis genere vnam sit contra tadium.

MILES. Alias autem à Deo quid postulabo? *MONACH.* Ut tibi Deus tua peccata remittat, ut in suam gratiam tutelamq; te recipiat, ut tibi contritionem odiumq; peccatorum intundat, ut te meliorem faciat, vitamq; tuam instar suæ vitæ, & iuxta beneplacitum suum reddat, ut in omnibus tentationibus, & à sceleribus omnibus te protegat, ut omnia desideria mala in te perimat, ut cor mundum creet in te secundum beneplacitum suum, ut te sibi totum acceptum faciat, ut semper in te habitet teq; possideat, te tuosq; iuxta diuinam voluntatem suam moderetur. Item optabis, ut te diuina charitate sua repleat, ita ut ipsum super omnia, & in omnibus diligas, ipsum laudes, ipsiq; gratias agas. Eodem modo ipsum pro alijs quoque virtutibus precaberis. Si rectè eo te dedideris, ut Deo obsecundare piamq; vitam transigere velis, mox ab hominibus, à Satana, & à teipso, hoc est, à pristinis tuis conuentionibus & concupiscentijs impugnari te senties. Sed his reluctari oportebit. Tum tentatio & propria tua fragilitas (quam in tuo experieris spiritu) facile te docebit, quid flagitare debeas à Deo, quidq; necessarium tibi erit, cur in tua vota Deum te vocare oporteat. Si (quod auertat Deus) in mortiferum relapsus fueris crimen, non expecta donec in aliud ruas, sed cum primò cecidisti, confessarium adi, & ab ira Dei per contritionem confessionemq; & à compede diaboli te libera. Nihil enim tam efficaciter demonis vires enervat, tamq; subito hominem liberat, quam dolens, integra & sincera confessio. Nūq; indormiscere cubitūq; ire debes, qn tuā sic prius cū Deo conscientia cōposueris, ut securè emori possis. Idcirco si qd in corde reperis, q; te urgeat & angat, adeo ut in huiusmodi cordis tui cōditione ad mortē ire non ausis, corrige illud & abs te projice, ut bona cōscientia, securūq; erga Deū corde mortē sēper operiaris. Bonā illā animo reuolue doctrinā, q; (ut antea dixisti) te monachi docuerūt, ut eadē cordi tuo insculpas, & efficias, ut in te fructus ad æternā vitā proferat. Ad hæc te cōmonitū velum, ut p nostris omnibusq; principibus & pro temporali magistratu Deum ores, ut ipsos illuminare Deus commonereq; velit, ut ijs cordi sit Dei contemptus & animarum interitio, quæ per Lutheranam hæresim fit, quomodo cordi ijs futurum esset, si de eorum quis potestate, imperio, dignitate, ditione aliquid, aut passum vnum de agris ipsorum detraheret. *M.* Imò tum non hoc passuri essent, & magnum inde bellum oriretur. Pro fide autem, pro gloria Dei, pro animarū incolumitate nullus vult facere quidquam, nullius hæc referunt aliquid. *MO.* Pari ratione, ut in omnibus statibus abusus ita corrigantur, ut boni tantum status in suis institutis integri permaneant. *MIL.* Quilibet in vitia aliena declamitat, & suum ipse nemo vult respicere vitium, nedum corrigere, quantumlibet hinc etiam in mundum ærumnarum veniat: imò bonis simplicibusq; hominibus & probis monachis, qui nemin. nocere volunt, fit, quemadmodum ouicula illi, quæ ad riuulum quendam tranquilla inferne consistebat: supra vero lupus importunus omnem aquam perturbabat, ut contra ouem causam haberet: tum ouj impingebat, quod ipsa sibi aquam turbidam effecisset, ne superius bibere posset. Itaque in ouem culpa omnis collata est, & vellet nollet penas eam dare oportuit. *MON.* Sic nimirum accidit. Sed répus est, ut hinc ego ab eā Igitur Deo te cōmendo. *M.* Omnipotens Deus, tua sit merces, qui meā animam per te lucrificet. *MO.* Is te quoque nū Georgi in omni bono custodiat, & conseruet. *MILES.* Amen.

Deus quid
sit orandus.

Relapsus in
peccatum
lethale quid
gere de-
beat.

Ut Dei ho-
nor, & ani-
marum sa-
lus paucis
cordi sit.

IN D. IOANNIS IVSTI
LANSBERGII
 CARTHVSIANI PARE-
 NÆTICAS EPISTOLAS.
 PRÆFATIVNCVLA.

INTER alia, quæ dum adhuc in viuis esset, no-
 ster Ioannes Lansbergius elucubratus est pie
 Lector, Epistolas quoque diuersas ad diuersos
 scripsit: quæ quidem hæcenus apud nos delitue-
 runt, nec prælo commissæ sunt, non quod dignæ
 non essent, quæ in publicum emitterentur, sed quod nobis illas e-
 dendi commoda deesset occasio. Ea vero iam tandem nutu diui-
 no nobis oblata, nequaquam committere volumus, vt absque fru-
 ctu diutius apud nos hæerent: dedimusque operam vt cum cæte-
 ris illius scriptis ea, qua cernis forma excuderentur. Quibus ad-
 modum commendandis nihil nos immorari attinet, quando ipsæ
 se satis superque commendant, vt pleraque huius ipsius Autoris
 omnia. Quibus pietas sapit, quosque in Dei amore accendi &
 proficere iuuat, sentient se harum lectione Epistolarum non me-
 diocriter adiutos. In quibus displicebit fortasse nonnullis styli
 diuersitas, sed ea accidit partim quod ab autore diuerso tum tem-
 pore, tum studio conscriptæ sint, partim quod aliquot ab ipso qui-
 dem Germanicè conscriptæ, sed à diuersis Latinitate donatæ
 sint. Neque hoc moueat quenquam quod illas quoque certum est
 non omnes eodem orationis filo elaboratas, quas ipse Autor La-
 tinas composuit, cum idem etiam alijs sanctissimis atque doctis-
 simis viris vsuuenisse tam sit euidentis, vt probationem non requi-
 rat. Non enim semper idem studium quibuslibet scriptis nostris
 accommodamus, neque tanta opus est ingenij & eruditionis ad-
 hibi-

hibitione, cum simplicibus & indoctis, atque cum eruditis scri-
bimus. Verum licet dicto non sit ubique sui similis in his Lan-
spergij Epistolis, eundem tamen ubique spiritum comperiet,
quisquis non omnino Christi spiritu destitutus est. Nusquam
non pietatem respiciunt, nusquam non eo spectant, ut ad quos da-
te sunt, à vitijs retrahantur, ad virtutum studium prouocentur,
& qua ratione oporteat hominem Deo placere cupientem suam
& instituire & exigere vitam, perspicuè edoceant. Nihil hic
frivolū, nihil à Christiana gravitate alienū, nihil quod iactantiam
aut eruditionis ostentationem potius, quam lectoris utilitatem
redoleat, nihil denique scurrile aut impium, qualia iam prob do-
lor multi suis inserunt scriptis, quisquam offendet: sed quemad-
modum ignis ad se proprius accedentes pulso frigore sensim cale-
facit: ita etiam Lanspergius noster hoc agit literis suis, ut sicut
ipse diuini amoris igne iā probè incalueras, ita etiā alios ipse eodē
igni quoad fieri posset inflammaret. Atque hic fere omnium, ut iā
diximus, Epistolarum eius scopus est: quo nomine iure sanè &
poterunt & debebunt gratiores esse cunctis verè pijs, atque adeò
illis etiam, quos adhuc vitia tenent irretitos, si modo vitæ in me-
lius commutandæ pio quodam desiderio inflammari velint, cupi-
antq̃ ea duntaxat habere cognita, quæ animæ saluti conducunt,
non etiam aut nugas inanissimas, aut perniciosos errores, quibus
scatent hodie multorum opera, quæ nihilominus & avidissimè
& studiosissimè à quibusdam legantur. Sed ne prolixitate mo-
lesti sumus, ipse iam pie Lector ad ea quæ in tuā gratiam offeri-
mus, cognoscenda accingere, atque ubi senseris te nostro labore
fructum hand pœnitendum ex Lanspergij mellisuis & verè
Christianis Epistolis consecutum, nos tuis apud Deum precibus
commenda. Vale.

LANSBERGII
CARTHUSIANI, EPISŒOLARVM
PARÆNETICARVM AC MONALIVM QVAS
SCRIPSIT AD DIVERSORVM ORDINVM,
statuum, conditionumq; homines,

Liber I,

Trahi à Deo ad monasticen quanta sit gratia: quiq; is qui trahitur ad eam, suum institutum auspiciari, à quibus item sibi cauere, quomodo quoque vocationem diuinam attendere debeat.

Epistola I.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS,
suo familiari amico ad magisterium philosophiæ aspiranti, pacem, gratiam & salutem in Christo Iesu Domino nostro.

Quanta sit
gratia trahi
à Deo ad
monasticè.

Diabolus
quibus infe-
stior sit.

Vt spes in
Deum firma
gerenda sit.

SCis frater optime amicitiam nostram iam olim in seculo initiatam, & hucusque certam ac fideliter deductam: quam & modo non intermittendam duco, sed firmiori charitatis vinculo, utpote Domino Iesu nostro constringendam. Sed quid moror? Accepi te à Domino magna esse gratia obumbratum (& verè magna, quæ multis forsità nobis melioribus denegatur) ut contemptis omnibus huius seculi fastibus, post habitis honoribus Dominum tuum Iesum, quem tamèdium huc usq; offèdisse te piget, tibi in sponsum reconciliare cupias, abdicando propriam voluntatem, cum sponte, ipsius cruce apprehensa, viriliter sequendo, & q; lōgo quantumq; superiori temporis curriculo facere neglexisti, iam intrepidè breui speras, duce omnium nostro Salvatore, eiusq; gratia exuberantissimè emanante, adimpleturum. Cæterum quia antiquus hostis, & fidelium cordium indefessus impigerq; insidiator (qui his præsertim magis infensus est, quos sub ditione sua, ac dominio aliquantum vinctos tenuerit, cum vinculis dissolutis liberi ad pristinum redemptorem suum cursitant) pios conatus totis viribus solet impedire, possit & is tibi curiosas ac importunas ingerere molestias, iam Ordinis nostri rigorem, iam seculi opinatam gloriam, tum liberam vitam priorem præfigens, tum alia quæ te perturbatum redditura callet, quo facilius à animi tui sententia deducat, & gratiam, qua à Domino inuitaris amissam in ultionem aut obstinationem induratum tibi peruertat, ut eo cautior sis, fidelite admonitione excitabo. Priunum, inquam quo tibi summè opus est, timore omni malo eliso, spem in Domino firmam habeas, ut qui tibi id voluntatis dederit, & sua te etiam gratia exaudiens locum & tempus quo ei seruias cōstituturus sit. Nec vacilles si non cito exaudierit. Diutina enim & feruens oratio ac perseverans cum fiducia in maiore gratiam tibi posthac cedit. Solet enim Dominus plerunq; non tam cito ora-

ta præstare, vt his tandem post multos labores, & feruentes orationes adeptis, charius & cautius retineant. Gratis enim data & ea quæ occasione se offerunt, parui curantur, sed quæ laboribus parata sunt difficilius erogantur, cautius seruantur, ardentius denique amantur. Tum etiam Deus differt, vt orantis animum feruentius incendat & in petitione continua inardescat: & quod cum desiderio & ardore æstuanti acceperit, ingratus posthac ne rursus abijciat. At denique aliud est, vehementius quod Domini aures obturat, animi imbecillitas, fiduciæ paruitas, & spei pusillanimitas. Si enim cum dubio Dominum oraueris, de eius pietate ambiguus, quomodo te exaudiet? Nisi enim spem firmam in ipsum collocaueris, citra præsumptionem tamen, ac totum denique in ipsum te dederis cum fiducia (& si dilatus fuerit effectus orationis) te exaudiendum, nihil impetrabis. Audi illud ex epist. Iacobi quod nobis hodie legebatur, loquentis inter cætera de oratione: *Postulet autem in fide, nihil hesitans, quia qui hesitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & defertur. Nō ergo astimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis.* Hæc ille. Tuū itaque patienter voluntatem Dñi expectare, cui tuam conformem reddi depreceris. Assidua sit hæc breuiuscula tibi in ore petitio: Ad laudem & gloriam Domine mi suauissime Iesu Christe ordina statum meum, & quicquid à me requiris, tribue vt sciam, velim & te auxiliante sicut oportet, perficiam: & sine dubio exaudieris. Sed neque timore aliquo frater mi concutiaris, aut formidolosus nimium fragile huic oneri subeundum te iudices, Audi verba Christi: *Sine me nihil potestis facere.* Si tibi velle dederit, posse quo tibi magis opus erit, non recusat. Quid enim minimi sine eius præsidio speremus nos aggressuros? Quis adeo confidens qui sibi pōdus libræ gestatrum citra eius auxilium ausit polliceri? Quis adeo robustus aut fortis qui formicam præter eius assensum interimere præsumat? Sic quis adeo pusillanimis, qui in rigore huiusce Ordinis non speret sibi assuturum suum Dominum cuius crucem portat? Si enim inimicis suis, & gentibus benefacit, quanto magis seruis suis miserebitur. Non igitur in corde volutes (à tentatore nequissimo instructus) hæc sufferre nequeo, hæc aggredi metuo. Cogita futuram pro peccatis imminentem tibi penam, si hic non penas Christo dederis aut cum magna misericordia in purgatorio, aut etiam quod absit, gehennæ flamma cruciaberis: vbi sustinentæ penæ optio nulla dabitur, nec euadendæ spes erit. Compara temporalem quæ homini iusto solatiū est æternæ aut futuræ, an nunc instante pro Christo cum ipsius dulci continuè consolatione, an futuram sine vlla redimendi spe facilius toleraturum speres. *Eia expergiscere mi frater: ea quæ tu forsitā aliquando reputabas solatia, tunc in conuersione tibi sunt cogitandi tormenta, nedum faciendi.* Cogita peccata impunita non abire. Si enim Deus Pater propter vnum peccatum Adæ Filium suum morti tradidit, vt iustitiā tenendo peccatum inultum non abiret quomodo nos sine afflictione aut miseria nostra delebimus peccata? Alloquere igitur sic Dominum tuum Iesum dulcissimum: Sufficiat mihi Iesu dulcissime peccasse: satis erit me impiam bestiam te huc vsque meum redemptorem in cruce pro ludibrio habuisse. Ecce nunc ad te venio: quid timeam? Manus in cruce ad amplexandum me expandis. Caput ad suauissimum pacis, & veniæ, & reconciliationis osculū

Preces nostras vt Deus quandoque exaudire differat.

Quid faciat preces nostras difficilius à Domino exaudiri. Iacob 1.

Oratio sæpius iteranda piū aliquid iustituenti.

Iacob 5.

Matt. 5.

Penas peccatorum aut hic, aut in futuro lucendas

Iob. 24. Vt peccata non abeant impunita. Rom 8.

Precatio pro conuersione ad Deū.

prabendum. Impone mihi quicquid oneris vis tua gratia. Gaudeam sub cruce pro te despici, affligi, pati, quem tu pro me vilissima creatura sanguinem tuum fundens despici, conspui, lacerari, enervari, crucifigi non renuisti. Abscondam me in vulneribus tuis, fugam ex vulneribus tuis & latere tuo, sanguinem melliflui amoris tui. Impone bone Iesu iugum tuum suave & onus tuum leue. Quid timeam? cum mihi semper astes: Quem formidem, cum in vulneribus tuis abditus iaceam, cum in te sepeliar clamans cum Dauide: *Nā etsi ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala, quoniā tu mecum es.* Rursum cum Iob: *Si me occideris in te sperabo?* Ecce dulcissime Iesu qui ad eum remota à te fui separatus perditus filius, substantiam patris totam consumens, in tuos amplexus venio, in collum tuum benignissimum me complico. Hincque non recedam, donec non solum in seruum, sed & in sponsum tuum me receperis. O bone Iesu quis calumniatorum tunc diuortium inter nos fecisse se gaudebit, quis me eripere à te poterit, quis me à tua charitate separabit?

Rom. 8.

Huiusmodi itaque tibi forma cogitationes percharere frater & crucem Domini sponte apprehende, à qua nullus vnquam sanctorum liber aut immunus fuit. Non dicas: Timeo me non sublaturum, quasi in fragilitate tua confidens, nil impar tuis viribus de diuino auxilio non sperans arripere aut aggredi debeas. Vt enim de sua fortitudine presumens nimium sibi confidit: ita de fragilitate sua nemo sapiens desperat, sed omnia diuina prouidentia moderari sperat, ad cuius arbitrium se proijcit & offert, nec quicquam tam arduum quod eius gratia aggressurum desperet. Nouit enim ipse solus quid tibi desit, quo egeas, quid iuuet, quid urgeat, vbi asperitate, vbi lenitate, vbi correptione, vbi demum dulcissima nobis sua opus fuerit consolatione. Medicus hic sine deliberatione nobis prouidet, sine temporis dilacione medetur ac denique sine vlla nostra complexionis aut morbi perscrutatione sanat.

Ve nos totos diuinæ prouidentie committamus
Psal. 15.
Psal. 22.

Nostrium hoc solum erit nos ipsius gubernamini offerre totos, non vacillantes, non hæsitantes, sed firma omnino spe in ipsum iactos nos eius diuinæ commendare prouidentie. Vnde: *Prouidebam (inquit) Dominum in conspectu meo semper: quoniā à dextris est mihi ne commouear.* Et alibi idem: *Dominus regit me & nihil mihi deerit.* Sed de hoc hætenus. Quid aliud nunc faciendum ducis? Nēpe hoc solum nostrum est, Deo magnas gratias vtrunque possumus agere, & nos ex seculi teterrimis vanitatibus, ex perniciosis voluptatum simulachris, de manu Aegypti ad terram promissionis educere curat. Scquamur frater optime: habemus qui precessit, tutum est iter etsi laboriosum itineris certamen aliquantulum nobis videatur: hospitij paterni huius iucundissimi nobis preparati nō immemores sumus: recolamus requiem laboris nostri felicissimam & perpetuam. Nō obliuiscamur denique certaminis Domini nostri Iesu Christi pro nobis vt illam iuculentissimam nobis hæreditatem suo sanguine purissimo compararet, & ipsius iugum suave & onus leue nobis erit. Si enim eius in prælio comites fuerimus, in tropæo victorioso, in præliis confortes collocabimur. Gratiarum, inquam, agamus Domino Iesu nostro iudice: cum ipse ob primorum parentum peccatum offensas non iudicario functus officio, sed & pro peccatis ipse satisfacere voluit, quibus diuinam ipsius maiestatem laesam vltionem tribuere decuisset. Sed nec hoc tibi satis

Matt. 11.
Quanta clementia Dei erga nos.

pro

pro nobis videbatur factum vt ignosceret, nisi & proprium sanguinem in cruce pro nostris peccatis effudisset: vt peccatum cuius ipsi soli potestas vindicandi fuerat, nō inultū ipse moriens dilueret. En quanta saluatoris nostri benignitas quantus humani generis amor, quanta ad humanæ naturæ sanitatem & vilissimum stercus dilectio, vt potius quam nos lapsos resurgendi impotentes relinqueret, nostram culpam sibi imputans vt propriam dilueret. At nunc redempti quid agimus? Nunquid huic ipsius charitati diu noctuq; corpus macerando, gratias agendo, ipsi compatiendo in labore, & ipsius ardenti desiderio, feruenti amore, toto studio comparandos efficiemus? Sed aheu quod paulo ante ablutum gaudebamus, iam grauiore peracto omni momento redemptione pristina egemus, eius charitatem in nos conculcantes, terga cruce vertentes, ab ipso fugientes, solum cum sola matre pendere relinquimus, solum lachrymari, conspui, lacerari, in passione sine vlla requie (quasi hic nostra non vlla res agatur) conculcari. Eia bone Iesu quamdiu parcis, quantisper tibi exprobrantibus benefacis, odientes diligis, fugientes sequeris, obloquentibus dulciter blandiris? Quid aliud tibi nunc agendum foret, nisi momento vno omnes simul ad puteos infernales detrudere rapiendos? Sed hoc non admittit tua pietas, charitas prohibet, fugit dilectio. Errantem namque quem potius super humeros ponis, inter brachia amplecteris, in sinu vt filium pia mater foues, donec tuæ dulcedinis multitudine gustata qui prius vt hostem te spernendo insequeretur, familiaris iam extat amicus. Sed quid multis moror, quid diutius scribendo tuum aduentum differo? Vocatus mi frater à Domino es, arripe iter, festina cursum ad supernæ vocationis brauium, tende celerius, cœna parata est, excusatio nunc opus non est, ne cum his in Euangelio à cœna refuteris indignus. Nempe secunda forsitan est hæc pulsantis Domini vocatio, de qua Dominus dicit: *Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, & pulsauerit ianuam eius, inuenerit vigilantē.* *Si si in secunda & tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beatus est seruus ille.* Vocationum tria namque genera sunt: pueritiæ, quæ vigilia prima dicitur: iuuentutis siue adolescentiæ maturioris secunda, tertia imminētis est senij. Videamus nunc si libet frater charissime, qua vigilia nos vocemur, in secunda videlicet, Nam ad primam obdormiuimus, Domino pnsanti non respondimus verbum. Venit pius Iesus nunc in secunda vigilia. Eia frater age, age expergiscamur, *hora est iam nos de somno surgere.* Vigilemus, Domino respondentes ipsum introducamus ne forsitan nostram desidiam, prolixos somnos, pigramq; inertiam exofus, tertio non redeat. sed dormientes nos, in noctis silentio nobis sur inſidians continuè per fossa domo tunc opprimat. *Vale mi frater.*

Precatio ad Iesum Christum.

Luc. 15.

Phil. 9.

Matt. 22.

Luc. 14.

Luc. 11.

Vocationis diuina tria genera.

Rom. 15.

Marc. 13.

Luc. 12.

Amoris priuati qua incommoda, persecutionem omnem superandi pacemq; veram obtinendi qua sit ratio, p̄sca, cunctis quæ sit necessarium exerceri vexariq; ab alijs.

Epistola II.

F. IO.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS CARTHVS.

Amico suo familiari in seculo constituto & vehementer afflictio, gratiam & consolationem Spiritus sancti exoptat.

Charissime frater, & amice, cum humiliter consilium petas, quid pro animi tui tranquillitate faciendum sit, inter aduersitates & falsis amicis & iam illatas, & plures forsitan inferendas, quæ etsi nunquam eueniant, earum tamen metus & inamicabilis atque suspecta cohabitatio emulorum amaritudinem frigidam, magnumq; deuotionis præstat impedimentum. Discendum igitur ne sit ex domo alioqui benefica, gratiose patrefamilias contrarium humiliter rogante &c. petis consilium. Quod quamuis certus non sim, an possim dare salubre aut bonum, scio tamen me daturum fideliter, & quod existimem utile. Igitur charissime frater, ne succenses, quæso si liberius scribam. Ita enim puto charitati licere, hac uti libertate ad amicum. Principio igitur liquet omnibus, omnem animi nostri molestiam inter aduersa non tam ab externo hoste venire quam ab interno: hoc est, ab amore priuato: imò aut solum aut saltem magis à nobis lædi nos, quam ab alijs. Hic amor proprius, siue amor sui cum non admittat sui contemptum, cum recuset iniuriam pati, idq; vehementius, quo innocentior ipse nemini inferat iniuriam, unde nec sibi inferendam putat, proinde tanto maior excitatur ira, quanto maior creditur aduersitas, quantoq; indignè suscipitur. Tanti autem quisque suam facit aduersitatem, contemptum, contumeliam, & cætera id genus, quanti se æstimat, quantumq; amat.

Omnis animi molestia unde nascitur. Amor sui quantum homini nocet.

Persecutione in omnē superandi optima ratio. Psal 119. Psal 118. Rom 10.

Quisquis sibipsum hostis pessimus.

Quocirca qui persecutionem ad aduersarijs cupit intrepido animo, imperturbatèq; mente tolerare, quod seruum Dei omnem deceat, non foris pugnare, non fugere, non extra se ire, pro remedio debet: sed amorem illum sui mortificare, ut discat cum odientibus pacem esse pacificus, ut discat non respondere exprobrantibus sibi verbum, ut sciat inimicum suum sitientem porare, esurientem pascere, & carbones ignitos super caput eius ponere, hoc est, frigidum eius odium sua charitate calefacere, beneuolentia & patientia ex hoste amicum facere, iniuriam dissimulare, sui contemptum non intelligere, pro malis bona retribuere, nec mala ex manu hominis, sed Dei prouidentia, sibi missa acceptare, ad hominem in tranquillitate se seruare, ad diuinum beneplacitum respicere, seipsum contemnere, & pro Deo negligere.

Hæc est charissime frater victoria, qua vincitur aduersarius, quo non est maior, quam vnusquisque sibipsum. Si te viceris, si te contempseris, non curabis, quid alius dicat, sed arridebis ei quod ipse tecum sentiendo, te contemnat. Si te non viceris, non poteris aduersarium fugere: portabis tecum quocunque ieris, circumferes ubique immortificationem tuam. Aduersarium aut amulum extraneum quem fugis, non euades, sed mutabis: & pro vno, tres tibi diabolus suscitabit, ut qui semel te eiecit, deinde, utpote semel victum, facilius ex omni loco te eiciat. Nec enim difficile erit tentatori materiam inuenire temptationis, cum intra te videat hanc sufficientem, & tu homines ubique tolerabis ut inueneris.

Eam

Eam obrem, animi tui releuatio, molestia abolitio, tranquillitatis adeptio, hoc modo comparatur, vt te ipsum mortifices, te ipsum vincas. Nosti que modum David sanctus, tantus rex se ipsum vicerat, quam sublimiter prouidentiam diuinam contemplatus fuerat, quam denique perfectissime ad omnia tolleranda, se vsque ad sui eiectionem Deo resignauerat, dum fugiens filij sui persecutione, audiret Semei hominē vile maledicentem sibi, & contra se lapides mittentem: dicens ad eos, qui vindictam in Semei minabantur: *Dimittite eū, vt maledicat, Dominus enim precepit ei, vt malediceret David. Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? dimittite ergo vt maledicat iuxta preceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Vt igitur ad institutum respondeam charissime frater, confulo, vt maneat in loco, quem tibi Dominus prouidit, & necessaria pro corpore (sine cuius sustentatione anima non poterit Deo vacare in mortali vita) tibi donauit. Inspirauit enim bono domino tuo, vt Dei contemplatione, cuius te vider seruum, in domo sua te nutriat, atque adeo diligat, vt recedere gestientem blanditijs multisq; precibus secū te retinere contendat. Muneris planē diuini est hoc. Quod si contempseris, vereor, ne prouidentiam diuinam spreuisse videaris, & Dominum tentare, vt alibi aliterq; prouideat tibi, quam prouidit. Neque te satis poterit excusare, quod hic à familia non nihil passus sis, cum vbiq; vtpote seruus Dei, quem odire debet mundus, cui non pacem sed gladium mittere venit Dominus, pati habeas: & neque victoria, neque pax alia sit speciosior aut facilior, imò nec felicior quam vincere se ipsum. Accedit quod conuitia tanta non sint, vt dissimulando non magis honeste quam contrendendo aut stomachando dilui possint. Quæ etsi maiora forent, sufficeret semel Christi exemplo modestè contradicendo se purgasse, & de cætero perinde, ac si nihil fuisset improperatum, familiariter esse viuendum. Hoc vno (videlicet non remissioni iniuriam) non posse esse euidētius testimonium innocentia: adeo vt etiam si qua culpa interuenisset, aboleretur. tantum abest, vt macula iniquè impoſita inesse crederetur. Quid si Deus tibi dedit (quod omninò etiam credere debet) hunc aduersarium, qui te exerceat, qui purget, qui mortificet, id est, qui passionē tibi excitet, materiam impugnandi atque vincendi te ipsum exhibeat, occasionem proficiendi & coronam pareat? Necessarium est, vt vel aliquis sit qui te premat. Sit hic. Consenti, vt hic sit & esse debeat, qui te premat, qui te exerceat, quem aduersarium tolles, cui maledicenti taceas, cui superbienti te humilies, quem iratum places, cui stomachanti arrideas: & breuiter, vt simul omnia dicam, quem in omnibus contrarium æquanimiter pro Christi amore feras. Consenti vt hic sit: & ita suscipias, & non erit amodo tibi pressura.

Arbitror tamen, si te ceperis humiliare, & iuri tuo cedere, pro malo bonū reddere, & (quod omnium potentissimum est ad placandum hostem) familiariter, hilari, arridentisq; vultu, dulcibus gestibus & per occasiones quas fitas adlocari etiam, causa charitatis prouocandæ: si vel lapideum haberet cor, vincas eum, emollies, ad amicitiam trahes, & Christo iuxta ac te ipsum lucraberis. Verūm dices fortasse: Iam conatus sum inter nos componere pacem, per arbitros &c. & parum profuit manet enim rancor. Non fuit vera conciliatio

Sui mortificatio & abnegatio vnicā ad veram pacem via. 2. Reg. 16.

Vexationes hominum non esse fugiendas.

Matt. 10. Præcipua pax & victoria quæ sit.

Conuitia quò refellenda sint.

Piis vt sit necessarium exerceat siue diuexari.

Quibus modis possit inimicus placari.

liatio pacis, quandoquidem suspecta aduersario potuit esse, veluti non optata ex animo, scilicet, ad sui accusationem magis quaesita. Ita magis confulerē, vt omnis accusationibus excusationibusq; dimissis arbitris, reiecta omni mentione veteris illius dissidij, quasi omnem oblitus incipias, tibi vim ab initio faciens, ei colloqui & occasiones etiam fingere, quibus multum familiariter conuerferis cum eo, atque hilariter, vt praedixi. Crede mihi postquam ceperis ei dulciter loqui & ille tibi, & ioci charitatiui interuenerint, transibit etiā illa turbatio, peribunt suspitiones, recedent timores dissipabitur etiā illa pristina melancholia, aded vt etiam mireris, qui tanto tempore inutiliter in hac phantastica odij suspitione frustra te consumpseris. Aedificabuntur omnes videtes te iniuria immemorem, & ingrato amicitiam pro contumelia rependentem. Consolaberis tu in conscientia, cum aduersus proximum nulla te mordeat amaritudo. Glorificabitur Deus, cuius amore tibi vim feceris, humilians te, & pacem quaerens ad aduersario. Videbis quid melancholica mali valeat suspitio, quam turbam in corde malarum cogitationum distractionumq; suscitet, quam magnificat & malè pingat leuissimum quodque ab eo quem aduersarium aestimat, vel leuiter gestum. Et posthac magis cauebis charitatem tenacius complectens, & paruam rancoris scintillam (quae blando verbo initio possit extingui) haud fines in odij magnum crescere incendium.

Suspicio
quam sit
noxia.

Hæc accipe charissime non à consultore, sed aestimatore amico atque fratre, qui non ided hoc scripsi, vt doceam, sed infirmitatis propriae conscius, quia mihi hæc sana videantur & amplectenda in similibus quando occurrunt tentationibus, nunc tibi quoque duxi communia facienda. In quibus si quid utile tibi fuerit, haud dubito diu ante tibi fuisse cognitum & institutum. Vale frater charissime. Ex Carthuf.

Mors charorum quam sit discretè plangenda; morte bona defungi quam sit optabile: quanta post mortem felicem sequantur in cælis gaudia.

Epistola III.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.
magnifico viro domino & magistro Curia Brabannia. S. P.

NON possum non dolere magnifice domine tristitiam vestram, quam accidisse vobis propter coniugis vestrae mortem audio: nec debeo lectum vestrum, vt dicunt, irremediabilem simul & meum & vicius dissimulare, (amicorum quippe omnia sunt communia, & simul gaudere & simul tritari) quin praestantiae charitatiq; vestrae aliquid exhortationis scribam: in quo & si vos consolari vel non possum vel non sum dignus, affectum tamen consolandi, quem vobis magnopere impertior, ostendam, & vobis pariter amoris satisfaciam. Equidē à vobis deberem potius consolari, qui maiorem, hoc est, in plures diffusam videor habere tristitiam: quippe qui & vobiscum vestrum doleo casum (si tamen dolendus est & vestram lugeo tristitiam, aded, vt praeter hoc, quod vos, & ided etiam me simul contristat, mæreo, quia estis contristatus. Bis itaque

que tristitia præmor: nam propter quod vos doletis, & propter vos doleo. Longè autem rationabiliorem hunc censeo luctum, quem pro vobis contristato, quam quem vobiscum, id est, pro coninge vestra defuncta gero. Mortè quippe cuiusvis defuncti lugere, tametsi humanum, tamen infructuosum est. Amici verò tristitiam dolere calamitatemue non modo humanum, sed etiã pijsimum est. Huius etenim doloris fructus est, charitatis debitum exequi erga amicum, quem & consolatum esse, & ad animi tranquillitatem rediisse consolatio est. Illius verò luctus nullus fructus, nullum remedium. Semetipsum autem frustra affligere, miserabilis est ærumna: vbi neque defuncto neque superstiti ob amici mortem luctus prodest amico, dum hic non potest reuocare, & ille non potest, aut non desiderat regredi. Hoc intelligebat sanctus David propheta, qui dum pro filio ægroto, & vt metuebat, morituro deposita regali gloria, humiq; prostratus cilicio indutus, & orans Deum pro filij salute semetipsum ieiunio affligeret, nec acquiesceret sumere cibum, post septem dierum luctum mortuo infante, & seruis metuentibus illius mortem regi nuntiare, ne ob filij mortem se grauius affligeret, qui propter illius ægritudine ad eò se attriuerat, ne tristitiam illius geminarent. David ex eorum turbatione & mullitatione intellexit paruulum mortuum, & continuò surgens comedit. Seruis autem mirantibus & fiscitantibus cur puero viuente afflictus ieiunasset, & mortuo comedisset, respondit: *Propter infantem dum adhuc viueret ieiunauit & fleuit. Dicebã enim: Quis scit, si forte conet eũ mihi Dominus, & viuet infans? Nunc autem, quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vado magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me.* Optima, & viro sancto digna responsio. Quapropter præstantissime domine rogo, nõ vt tristitiam vestram omnino deponatis, sed in tristitiam, quæ secundum Deum est, & salutem operatur, commutetis. Hæc est enim tristitia, quæ facit animam sua peccata plangere, aliena lugere: dolere offensam Dei, gemere de miseria & incolatu huius ærumnosæ vitæ, & ad aliam beatam immortalemque vitam suspirare. Hæc est tristitia, quæ non plangit amicum, quia mortuus est, sed gaudet, quia ab huius vitæ calamitatibus absolutus est, & à qua ipsa gemebundis desiderijs cupit absolui & esse cum Christo. Hæc est, quæ nõ lugeat amicum discedentem, & ærumnosam hanc pro felicissima immortalique vita commutantem: sed se hic gemit relictum, & nondum sequentem. Proinde, vt excellentiam dominationis vestræ confidentius conuenire videar, quid noui insolite charitati vestræ accidit, si coniunx mortua est? Nõne *omnes morimur, & sicut aqua dilabimur?* Hoc semper fuisse & accedere omnibus constat, & legem naturæ nostræ esse indeclinabilem. Non est insolitum, quod antiquum est, non est nouum quod semper fuit, non est proprium quod omnibus tam commune est, quam necessarium: & (vt verbis diui vtat Augustini) hoc est debitum, quod nec sapientiã, nec virtus excusat, nec potestas, nec ipsi deniq; reges possunt declinare. Hoc futurum certissime nouistis, videlicet ab vxore vos per mortem separandum. Quid ultra querimus? Christus mortuus est Sancti mortui sunt. Aui & parentes nostri mortui sunt. Nos denique ipsi moriemur, & mirum, aut intolerabile censendum est coniugem aut amicum mori? Quid vestrum perdidistis? Deus à vobis non vestrum, sed suum repetiuit. Suum, inquam, quod condidit, quod præcio in-

Lugere mortuum vt sic infructuosum.

2. Reg. 12.

2. Cor. 7. Tristitia salutatis quæ fit.

Phil. 1.

Mors omnibus vna debetur. 2. Reg. 14.

August.

Mors vt nihil nobis nostrum auferat.

simabili redemit, quod non nisi ad breue tempus sibi certum & notum vobis accommodauit, iure sibi certissimo repetēdi, cum voluerit, immutabiliter seruato.

Quid præcipue animam irretiat.

Quid igitur nunc tristandum est, si Deus iure suo, lege sua, quam nemo subterfugit, vsus, mutuum repetijt, recepit depositum, quod sciebat repetendum? Præterea quam æquo animo ferenda est illius mors, quæ vobis ad salutem (si vultis) non mediocriter erit proficua? Nam si amor mundi præcipuum est, quod illaqueat animam & ab amore Dei restinguit, adeo vt nunquam conuenire possint, sed inualecente vno, alter tanto magis atteratur, quid vobis vltra cum mundo, postquam charissimum quod habuistis in mundo mors abstulit è mundo? Iam mundi amor & si non penitus extinctus, tamen infirmatus est. Quid vos amodò detinet, cum nihil æquè charum habeatis in mundo? Amorem vestrum illuc sequi necesse est, quo id, quod diligebatis receptum est Deus ad se recepit, quod amatis & amabatis: quo nunc amor vester, nisi ad illum mittendus est: quo animus vester, nisi ad illum recipiendus est? Iam non erit mundus vobis in laqueum, iam non detinebit vos per sui amorem captiuum, vbi totus affectus cum dilecta migrante, migravit ad Deum. Iam non erit mors formidabilis, sed optabilis: quæ & vos ad id perducet, quod diligitis: qua fiet, vt reperiat, quod existimatis amissum. Poterat certe mors fore & horrore & timore, si coniuge dilectissima superstita vobis migrandum esset è seculo, & illa qua diligeretis, post vos relinquere, iraq; ad incognita necdum satis desiderata oporteret, nunc verò mors poterit esse desiderio, vt & vos, quo vxorem rapuit, ferat, vt diligentes se denuò coniungat, qui nisi per mortem sociari aut sequi non potestis.

Mors vt sit optabilis.

Quo sit omnis affectus dirigendus.

Psa. 101.

Felicitas quanta ecclesis patris

Age nunc quid incommodi vobis aduehet mors quæ non solum ad vxorem defunctam quin etiam & ad Deum veniendi vehiculum est? quandoquidem & modo amor vester, spiritus vester, animus vester ibi est, vbi vxor vestra est, id est, apud Deum. Ad huc etenim affectus omnis dirigendus est, in illud finiendus, etiã per media aliqua trãseat. Verum dicitis vt opinor, Coniugis amor, aspectus, cõsuetudo, conuictus familiaris, &c. eiusmodi admodum mihi grata, quæ admodum fuere solatiofa. q̄ cū illa omnia mihi sublata sunt, factus sum sicut turtur gemens aut secundū scripturã, sicut passer solitarius in tecto. O charorum dulcissime, coniunx & cætera quæ recentis, non vobis ablata, sed translata sunt, id est, in melius commutata, & vobis seruata. Coniunx vestra à vobis non recessit, sed præcessit, non separata est sed paratur & ornatur denuò vobis coniungenda, non mortalis vt ante, non defectuosa, nõ corruptibilis, sed tota pulchra, absque ruga & macula, incorruptibilis, integra & perfecta. dummodo vos etiam paretis & ornetis, vt tali sponsa coniungi rursus mereamini & id castis, impollutis, diuinisq; amplexibus in illo regno, in illa curia, in illa patria, vbi nulla mors, nulla senectus, nulla anxietas, nullum tedium, nullus timor, nullus dolor, nulla tristitia, nulla tentatio, sed gaudium, pax, securitas, immortalitas, felicitas, beatitudo, perennitas, vbi nihil adest, quod possit contristare, vbi nihil abest, quod possit lætificare. Ecce nunc charissime, coniugem non amisistis, sed ad hanc curiam præmisistis, vt habeatis, qui vos illuc migrantem agnoscat, occurrat, excipiat, amplectatur, & in gaudia Domini sui introducat. Sanè iam liquet, si ad

huc

huc plangitis, si adhuc doletis, tam vobis quam illi facitis iniuriam: quia nec illius, nec vestram pensatis felicitatem, & Deo pro gratiarum actione referatis contumeliam. Quapropter deponite tristitiam, excutite mœrorem, expergiscimini & præparate vos ad iter, expectat vos sequentem: Sic currite, sic viuite, vt apprehendatis: certus quod perexigua mora est, & modica dilatio, donec iterum videatis eam Si ad regis Hispaniæ curiam esset profecta, & vobis necessarium esset sequi, num lugeretis? minimè. Quinimò si alioqui molestam esset, iam fieret optatum illuc pergere, vt hac occasione rursus dilectæ iungeremini. Ecce & hic simile. Dilectæ vestra ad superni & æterni regis curiam profecta est, ac vobis sequendum, & idè gaudendum est, non flendum: gaudete igitur, & properate. Si diligitis eam, gaudete quia ad meliora transiit. Si illi cupitis adherere, piè viuendo properate post eam, quia & ipsa hoc magnoperè desiderat. Melius enim est, vt sitis vbi ipsa est, hoc est vbi iperatur esse, quam vt sit illa, vbi vos estis. Satius est, inquam, vt cum beata sitis & ipse beatus, quam quod vobiscum rursus in hac calamitate sit & ipsa misera.

Tunc autem eritis, si in tumulto vxoris huius mundi voluptates sepelitis, si seculi amorem abdicatis, si gloriam & honorem terrenum (quibus pro merito vestro abundatis) non diligitis, si cum sancta Paula ita vos ad Deum conuertitis, vt vxoris mortem id est, coniugalis thori absolutionem etiam optasse videamini. Et reuera sic congruit, cum meliores vitæ vestrae dies (vt pace vestra dicam) transferunt, & vita ipsa ad occasum vergat, magisq; cogitandum sit & providendum vobis de mausoleo, quam de palatio. Hæc autè præstantissime domine vt magnificentia vestra scriberem, non me præsumptionis tumor, sed charitatis feruor adduxit. Quapropter ignoscite amanti, vt si verbosior fui, quam vel res exposulat, vel humilitatem meam deceat, non ex obliuione accidisse putetis vestrae excellentia, sed respectu magnæ erga vos confidentia. Pro coniuge autem vestra defuncta quotidie oro, vt debeat, & nuper cum Apostolicæ indulgentia haberem facultatem redimendi animam ex purgatorio per preces certas &c. quod pro huiusmodi negotio fieri debuit, feci, & pro anima eius liberanda Deo obtuli. Valetè magnificæ domine quam felicissimè in charitate consolationeq; Spiritus sancti.

Hominem qui beati efficit. Hieron. Quibus potissimum presentia sua despicienda.

Tendere in Deum quid sit, quomodoque quisque conueniat ad debeat, exercitijs cuiusmodi præcipue religiosus ac Prælati se occupare debeat.

Epistola IV.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS.
cuidam religioso Patri, spiritum gratia & consolationis.

Reuere[n]de Pater, quæ nuper exposueram loquendo omnino vestra paternitas desiderauit vt liceret vobis commendarem. Quæ vestram humilitatem confidens, admonet, nō superbus esse id est, non negare, sed obtemperando meam inscitiam prodere. Primum fuit, quid sit tendere in Deū: & placuit similitudo vo-

M 3

bis

Vt se habeat
peregrinus
cupiens re-
dire in pa-
triam.

his dicta. Interim tamen alia occurrit: accipite & illam. Est aliquis inter a-
lienos cupiens redire ad patriam atq; parentes. Assumpto itinere, accinctus
iam tendit in patriam seu ad parentes. Propterea vadit, ambulat, viaticum
portat aut mendicat, iter inuestigat, sudat, laborat, & vt simul dicam omnia
quicquid agit, ideo agit, vt ad patriam citius veniat. Interroganti quo ten-
dat, respondet, in patriam, vel ad parentes, vel aliud scilicet, quo animus eius
dirigit actus eius & operam, vt perueniat. Non edificat, non moratur in iti-
nere parum aut nihil de ijs quæ occurrunt in itinere se occupat: quæ itineris
sunt cuncta sibi aliena existimat. Si delectabilia videt, transiit, & vidisse sibi
fatis est. Breuiter, cuncta vitat ac præterit quæ sibi impedimentum aut mo-
ram generant in itinere. Nec tamen quod fatigatur, ad finem citius asseque-
dum duntaxat ordinat, sed etiam quod quiescit, & cursum suum interpola-
ta requie retinet. Ideo quiescit, ideo se continet, vt progrediatur, & citius
perueniat. Vt enim cursus eius immoderatione non prorsus prohibeatur,
quiescit aliquando vt resumptis viribus longius gradiatur. Non hic sepe te-
dit in patriam, sapissime actu etiam cogitando, ne seipsum impediatur, ne-
ve ab alio detineatur? Ille itaq; simili modo tendit in Deum, qui abiectis o-
mnibus quæ elongant aut impediunt, & assumptis quæ coniungunt, aut cõ-
iungere videntur Deo, ordinat sua singula ex generali primo suo instituto,
& etiam actualiter quotiescunque aliquid ordinandum occurrit singulari-
ter, ad inueniendum, semper cogitandum, amandum, sentiendum Deum,
ad placendum & inhzredum eidem stabiliter. Itaq; ille est finis & destinatio
animi sui, nõ quem semper attingit (imò sapius aberrat vel abducitur) sed
quo se dirigit, & pertingere ac stabilire se cupit. Hæc Reuerenda paternitas
vestra, melius puto iam capit, q̃ ego explanare possum.

Quis quo-
modonam
tendat in
Deum.
Finis boni
hominis
quis sit.

Vt sit cor
effundendū
quotidie co-
tam Deo.
Gratiarum
actio.
Oblatio
Deo quæna
quotidie fa-
cienda.

Alterum fuit de vltima effusione cordis ad Deum quotidie. Adorans cū
venia, gratias agat Deo pro omnibus & singulis beneficijs sibi, & cuiuscunq;
creaturæ collatis, quæ innumera sunt quæ singulis Deus fecit non cognoscē-
tibus, aut non gratias agentibus. In persona igitur omnium & singulorum
gratias agat pro singulis in vna summa. Offerat eidem omnia B. Mariæ &
Sanctorum omnium passiones ac merita, in vnione simul omnium merito-
rum vitæ ac passionis Christi &c. & rogetur ipse Christus, vt per suauissi-
mum cor suum, simul & sua, & in suis hæc omnia, tanquam vnum & suum
meritum Patri suo offerat, pro illo scilicet orante, & pro vniuerso mundo
.i. pro singulis: orans etiam post generalem illam oblationem, respiciat ad
suam inopiam, tanquam omnium maximam & egentissimam. ideo magis
ex humilitate, q̃ ex inclinatione præuata seipsum singulariter tanq̃ omniū
pauperimus petat p̃ se illa Patri per Christum offerri, in remissionem o-
mnium peccatorum, & suppletionem omnium negligentiarum suarum. Pe-
tat iterum à Christo sibi dimitti peccata sua & ingratitude nimiam. De-
inde petat contritionem intentissimam atque Deo gratissimam, qua in hac
vita ab omnibus mereatur & culpis pœnis expiari &c. Petat nem̃ emendati-
onem vitæ suæ, & imitationem vitæ Christi, secundum vltimum atq; perfe-
ctissimum beneplacitum eius. Petat item profundissimam perfectissimam-
q; à Christo acceptissimam humilitatem, cum sancto odio & displicentia
sui ipsius. Item perfectam patientiam, qua omnia de manu Domini desiderā-

Obsecratio
pro contri-
tione vera.

ter atque hilariter accipiat: inter quæcunque aduersa semper Deum laudet, gratias agat, & benedicat &c. Castitatem item, mitatem, charitatem ardentissimam, intensissimam, perfectissimam, fidelissimam atque perpetuam quæ in se omnem alium amorem à Deo alienum exurat, & medullitus eradicet: similiter omnem amaritudinem, lituorem, iram, & quicquid charitati aduersatur extinguat, & mortificet. Iterum, petat se impleri vulnerari, absorberi, atque vniri Deo perfectissima charitate vt dicendo verbi gratia, ad Deum: Ex toto corde, ex tota anima ex tota mente, & totis viribus, & ex omnibus medullis te diligam, te solum cogitem, te solum desiderem, tibi soli placere cupiã, tibi soli inhereã & omnes vires, omne tempus vitæ meæ, ac quicquid sum ac possum, in gloriam & beneplacitum tuum expendam. Deinde, resignet se in beneplacitum diuinum per omnia, petatq; sibi dari à Deo semper perfectissimam ac plenissimam sui abnegationem & resignationem in diuinum beneplacitum. Postremo, hæc omnia in vna summa petat & pro filijs suis spiritualibus, quos commendat Deo, vt eius filij sint, & ipse trahat eos in se, faciatq; in cordibus illorum locum sibi, vbi singulariter ipsum defectet habitare & manere. Oret simili modo pro confederatis, vt Deus illos sibi federe inuolabili coniungat, nec vnquam à se separari patiatur &c. Oret pro benefactoribus, vt illis pro te Deus retribuatur & benefaciat, intendens & optans omnia illis donari à Deo quæ pro seipso petiuit. Item pro singulariter se commendantibus, vt vnicuique secundum quod ipse nouit ad salutem cuiuscunque & ad gloriam & beneplacitum suum tribuat. Pro defunctis, vt sanguinis sui refrigerium in purgatorium stillare, imò manare faciat (& consolationem ac liberationem illis impendat) quo ardens pena extingatur. Et generaliter pro Ecclesia, aut occurrentibus causis, quibus vult. Hæc Reuerende Pater scripsi P. V. non aliqua temeritate, sed vera adductus charitate. Quæso ignoscatis, mihi, si liberior fui & oretis Deum pro me.

Matt. 22.
Luc. 10.

Resignatio
sui vera vt à
Deo peteda
sit.

Oret pro filijs
spiritualibus.

Pro confederatis vt
o-
ndusa sit.
pro benefactoribus vt
orandum.

Pro speciatim se
commendantibus
vt orandum
sit.

Pro defunctis vt sit
orandum.

Pro Ecclesia
vt sit orandum.

In seculo quot sint quæ à via salutis impediunt occasiones: monastici instituti encomium: mundum relinquere quid sit, quoque id pacto liceat.

Epistola V.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS. suo familiari amico Gerharo, diuitijs opinione, moribusque candidis ornato, Iesum Christum, qui cum diues esset propter nos pauper factus est: qui cum esset Rex regum & Dominus dominantium, filius voluit esse virginis pauperis, pauperis fabri alumnus, & velut nihil proprium habens in terris, adeo, vt in cruce non esset ei locus vbi caput reclinaret, factum pro te opprobrium hominum & abiectionem plebis, tanquam leprosum, iuxta verbum Esaie humiliatum & percussum à Deo cum esset filius Dei, in salutem.

Cor. 8.
Apoc. 19.
Luc. 12

Matt. 8.
Psal. 21.
Esa. 53.

Motum.

Morum tuorum probitas honestatisq; cādor aliquid denique (q; in me sentio) vehementis amoris erga te cogit me, mi Gerharde, vt benevolentiam animi mei verbis aut literis exprimam. Bene namque tibi volo, bonum tibi opto, non modo illud temporale, transitorium, mundanum, deceptorium (tameſti ne il-

A bono sumo vt pluri mi dehortentur.

Ioan 14.
Mat 8.
Luc 9.
Mat 5.
Luc 14.

Monastica abstractaq; vita institutum cur inuatum.

Gal 5.

1 Ioan 2.

Relinquer mundum quid sit.

lud quidem tibi quoad Deo consentiat, non deprecor) sed æternum, falsificum, verum, purum, opimum. Ab hoc bono multi dehortantur, modo ad bona quæ nihili sunt, & transitoria, cum & ipsi miser è decepti (contra Euāgelicam veritatem) putent se illa felicia sempiternaq; bona non minus imò iuxta, atque temporalia possituros nec opus fore temporalia & mundana relinquere, vt æterna & cœlestia possideantur: quasi neſciant Christum vitam & veritatem ad Patrem docuisse non tam verbo, quam exemplo, etiam monstrasse per humilitatem mansuetudinem, voluntariam paupertatem, contemptum, persecutionum tolerantiam ac iniuriarum, per sui abnegationem, charorum reſectionem &c. cœli regnum & regni cœlestis dominium promerendum. Quod cum inter ceteros homines ambiciosos, voluptuosos, impudicos atque mundi & carnis amatores, vt non profus impossibile, ita rursus non sit facile, quin potius difficillimum atque rarissimum ex Christi doctrina non omnes præcepta generatim, sed suasa, sancti Dei homines instituerunt monastica atque abstracta vitæ genus, vbi separatim à mundi tumultu, à scapdalo, à consortio prauo, à persuasionibus pestiferisq; exemplis tuti, soli, aut inter homines tantum eiusdem propositi Deo viuatur. Itaq; vbiunque viuatur, quocunq; viuendi genere quis delectetur, necessarium est (si saluum se cupiat) Christo viuatur. Necessarium, inquam est, vt totius vitæ humanæ scopus sit Christus. Cæterum inter pocula & cantica conuiuantium, compotantiumq; inter illicitos amores, inter alia, quæ secundum Apostolum opera & fructus carnis sunt & enumerare piget, quibus plenus vbiq; est mūdus, nō quaeritur Christus. Beati ergo q saluti suæ, cum non aut vix tuti aliter esse queant, fugiendo consulunt. Proinde Gerharde mi dulcissime, cum maior erga te sit mihi charitas, quam familiaritas metuo (cum maximè te securum putes) à diabolo tibi pericula, salutis æternæ perditionis retia ponenda. Equidem scio animi tui candorem quo si plus æquo (vt fieri assolet) fretus fueris, hoc est, nisi prudentissimè perspexeris, sollicitè metueris, sedulo vigilaueris, occasione (quas habes maximas) mūdo, carne, fortuna, ætate, diuitijs, decore, parentum gloria, fauoreq; & cæteris id genus innumeris (quæ mūdus miratur) in te confluentibus, te mutabunt, & carnalem, mundanum, cæcum atque stupidum efficiunt. O si meum aut verius non meum, sed Apostoli Ioannis consilium audias, dicentis: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Sed audio, multos qui dicunt se non diligere mundum. At quantum à verò distent, liquet, quod à mūdo nō possunt separari. Quod autem quis relinquere non vult, diligit. Quod est separari à mundo, aut relinquere mundum? honores aspernari, diuitias contempnere, curiosis non oblectari, societates mundanorum hominum, hoc est, eorum, qui mundana amant & mundana prædicant, fugere, delectationes sensuū, voluptatesq; carnis sibi interdicerere. Et (vt breuiter vno verbo dicam) quicquid transitorium*

rium

rium est, quicquid inane aut vanum est, quicquid in Deum non trahit animum, quicquid à virtute declinat, fastidire. Putabis forsitan solos monachos à me prædicandos quod mundum reliquerint. Inueniuntur etiam inter illos qui amant mundum, inueniuntur rursus è regione in vrbibus qui nō amant mundum. Hoc tamen addo: cui Deus hoc inspirauerit, qui ita instituerit, separari ab amore mundi, accedere ad Deum per eius amorem si in medio nationis prauæ manere voluerit, centum reperiet qui ipsum sint abstracturi, & teneram plantulam huius deuotionis dissuadendo, deridendo, persequendo, alliciendo & alijs innumeris modis eradicaturi.

In seculo
quenā quos
à Deo re-
trahant.

Expedit igitur ad societate bene institutæ vitæ accedere vbi in claustrum à mundanis corruptoribus, à peccandi occasionibus segregatus, multos habeat, qui ignorantem instruant, trepidatē confortent, rapidum exemplo prouocent, cadentem rursus erigant, tentatum orationibus iuuent, trahāt vrgeant compellantq; (si vias inferni iterum velit ambulare) ad æternam felicitatem. Hæc tibi, mi chare Gerharde, nō potui committere quin communicarem: tuum erit ex eis ea quæ tuæ salutis proficua videbuntur, exugere.

Vale.

Monasticum institutum auspiciaturus quenam obseruare debeat: nominis Carthusianus litera quid mystice innuant.

Epistola VI.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS CARTHVS.

Bernardo, Alberto & Ioanni adolescentibus eruditis ac pietate præstantibus, spiritum bonum & principalem.

NON vulgare hoc est adolescentes, ac filij charissimi, quo pater misericordiarum, & Deus consolationis vos cæpit sibi attrahere iam vocationis, atque filios hæredesque sui regni afficere. Videte enim quot hostes, quot infidias, quot laquei vobis sūt ex aduerso. è quibus tamen omnibus vos liberat Dominus. Blanditur ætas, arridet mundus, caro incitat, tentat diabolus, prauorum tam verba, quam exempla abducunt: postremo, fortuna, opes, forma irretire nituntur, Christumq; vobis tollere, ac vos Christo. At per Christū disruptis vinculis, nudatis technis omnibus, vos liberi euolatis ad crucem. Nunquā post hæc hæsitare potestis, quin à Christo Domino ac Deo nostro hæc vestra vocatio sit, cū tam multa (quorum ne vnum quidem sine Deo superare possitis) non queant vos illaqueare, quo minus pergatis ad illum.

2. Thef. 1.
Quot hostes
pijs infidie-
tur.

Pergite igitur & florete virentes rosæ, spirate Christo & angelis (quorum est immensum gaudium super vno peccatore penitentiam agente) odorem ex vobis ipsis suauissimum. Offerite illi vosipsas hostiam placentem, & sacrificium immaculatum Deo. Relinquit mundum eiusq; fœces, ac fetores porcis: quandoquidem non modo in gratiam, verum etiam in amicitiam suam vocat & expectat vos Christus. Contemptris itaque omnibus quæ extra Deū sunt, hic vobis vnus sit desideratus, maneatq; optatus semper inter quæcun-

Luc. 15.
Rom. 12.

N

que

Vt Christo
constanter
inter tenta-
tiones ad-
herendum.
Genesis
Martyr.

que aduersa aut tentamenta, quæ nitentur ab illo vos abstrahere. Dicatis cū sancto quodam Martyre, qui rerum suarum damna multa passus, inter omnia semper dicebat: Saltem Christum de corde mihi non auferatis. Dicatis cum S. Genesio: Pro Christo si etiam milies occidar, ipse mihi de corde non auferetur.

Vt omnia
accipiantur
ex manibus
Dei.

Itaque primū quod hortor filij dulcissimi, hoc est, aduertatis quid queritis, quid denique occurrere vobis possit. Dei vultis esse mancipia, Christi serui atque amici. Huc igitur omne studium vestrum expendatis, vt verè sitis serui Dei illi obtemperantes, non desiderijs vestris carnis ac sensualibus, non etiam tantummodo proprijs spiritualibus: sed quæcunque diuina prouidentia circa vos ordinauerit aut permisit ita de manu eius accipite, ac si Christum audiretis dicentem: Frater N. hoc volo te portare, donec ab humero tuo iterum tollam: hoc volo te pati. Noli conqueri, noli contristari, meus es tu. Et seruam necesse est perficere Domini sui voluntatem. Amicum oportet assimilari amico. Sequere igitur me. Hunc fratrem minus diligentem æquo ser animo? hunc hominem minus tibi fidelem dilige & mei amore beneficijs foue. Subtractionē voluntatis tuæ hic vltro elige. Dura verba & corporis malam valitudinem, incommodaq; ac aduersantia quæque patienter sustine: tentationibus ad peccandum, ne consentias perseueranter resiste. Tui consolationem & liberationem (quoniã abscondo me, ac quasi te non agnoscerem, aut tu mihi non placeres, dissimulo) ex me longanimiter ac fideliter præstolare. Non attendas ad homines: quia illi tibi non faciunt malum: sed attende ad me, attende meum consilium pro te, ac beneplacitum: quod est, vt tu modo hæc sustineas, & nemini impropere, sed gaudeas te occasionem inuenisse, qua mei amore aliquid sustinea, & tuum cor erga me fidele ostendas. Vt homo in te delinquat, vt te offendat, contristet, spernat, ego permitto in salutem tuam, cum prohibere possum, ided non irascaris illi, qui sine me aliter non potuit, & qui mea ordinatione tibi profectus ac vberioris gratiæ minister extitit. Quem etiam illico (vt ex ipso salutis tuæ causa data est) reuocabo ad seipsum, & cognitionem detestationemq; infundendo peccatorum, ad gratiam nihilo scius, ac si non peccasset, resuscitabo. Ided non iudices illum. Ita filij sit vobis hoc propositum, in via Dei quæcunque aduersa occurrerint, patienter velle sustinere, desideranterque amplecti.

Vt in affli-
ctionibus
gaudeatis.

Nemo regum tam potens, aut felix, qui non varijs crucietur curis, timoribus, tristitijs, incommodis & cæteris id genus calamitatibus: idque plerumque, imò fere semper pro inani gloria, pro caduco regno, pro delectatione vnius momenti. Quid ergo seruis Dei patiendum pro regno æterno, pro felicitate perpetua?

Vt nemo sit
a cruce im-
munis.

Animo quo
nam euicta
sint perfici-
enda.

Alterum est quod hortor, vt propter quod mundum relinquitis, instanter quaratis, agatis, & perseueretis. Quicquid igitur agendum in Ordine, vbiunque obtemperandum, id facite libenter, hilariter, fideliter, seruentur atque humiliter, non subterfugietis, sed ad maiora etiam vos semper alacriter offerendo. Dicatis tristitiæ obmurmuranti: Propterea huc veni: faciã igitur, & te ex cruciabo.

Malo um
exempla nō
imitanda.

Tertium, ne imitari velitis, si quid perperam videritis ab aliquo fieri, scientes quod non homines & exempla vobis sunt data pro regula ad imitan-
dum

dum. Non dicetur vobis, facite semper, vt hic homo aut frater: sed facite quod Christus per se, per Apostolos, & sanctos Patres Ordinis docuit, acque instituit. Si ceteri bene fecerint, opera eorum bona vos nō coronabunt. Si male, prauitas eorum imitationem vestram non excusabit. Aemulamini igitur semper meliora quæ cernitis: quæ si nulla etiam videretis, scitote quia Dominus dedit vobis lumen rationis, dedit eruditionem, dedit præcepta & instituta: hæc seruate & ambulate in eis. Quartum, vt cogitationes, tentationes, atque animi vestri instituta ad vnum omnia patri vestro spirituali, siue magistro reueletis, tentationes, & animi sollicitudines nudè aperiat, consilijs acquiescat securè & securissimè, ne decipiat vos diabolus, qui homines omnibus viribus nititur ad displicentiam boni status, aut mutationem vocationis diuinæ perducere. Si aliter non potest, machinatur hoc malum sub specie pietatis, quasi cellæ incolæ nihil proficiat hic, sed tantum comedat & bibat, nulli proficit. Item, si foris esset, faceret eiusmodi, & eiusmodi: velut sanctam vitam agere omnibus exemplarem, & multos possit conuertere &c. Hoc agit sollicitans, non quod salutem animarum quærat (qui nititur cuncta perdere) sed vt cogitandum, & hæsitantem monachum no- uitium euertat, elidat, eiiciat de loco bono, de paradiso claustrali, de statu salutari: & eiecto, non suadeat iam vitam bonam, vltimū dum esset adhuc in monasterio, sed mutatis tentationibus, in vitia omnia versipellis ille præcipitet eiectum monachum, & iam infirmum ad resistendum, vt pote, qui semel diabolo succubuit, semel victus fuit.

Gal. 4.

Vt cogitationes patri spirituali detegantur.

Vt sub specie pietatis fallat quosdā diabolus.

Itaque quando senseritis tentationes de displicentia status, mox intelligite & diaboli fraudem, & status vestri laudem. Ab hoc enim statu haudquaquā retraheret diabolus, nisi quia videt & inuidet vobis hunc salutarem. Cordis vestri igitur secreta aperite, & semper acquiescite.

Quintum, puritati cordis maximè operam date, abijciendo quæ aduersantur profectui vestro, frangendo passionem, desideria abnegando propria, cogendo vos ipsos ad salutaria. In quibus deuotionem sensibilem etiam si nō habueritis, Deo nihilominus manetote fideles, & per bonam voluntatem agite, vt quod contra Deum est, non diligatis, non eligatis, non ex animo proposito voluntario teneatis. Quod etiam licet inuiti senseritis, non consentiatis: quia non secundum quod in sensu percipitis & sentitis, sed secundum quod per rationem eligitis iudicabimini.

Cordis puritati vt studendum.

Sentire malum absque consensu nihil officit.

Hæc festinato ad candelam filij, ne vestræ salutis non sim particeps. Valet. Et capita subiecta quasi ex literis primis hoc nomen CARTHUSIANVS exprimentia legite in ædificationem, Orateq; pro me Deum. Iterum Valet.

LEGITE IN SEQUENTIBVS CAPITIBVS PRIMAS LITERAS:

Quis consarcinatis habetis nomen Carthusianus

Quid agere debeat Carthusianus.

Contemnere debet carnis voluptates, mundi delicias, & honores, omnem curiositatem & vanitatem: debet tamen sumere vitæ necessaria tanquam necessaria, non vt oblectamenta.

Carthusianus cuiusmodi esse debeat.

N 2

Amare debeat.

- A** Amare debet sui contemptum, vt velit nesciri & vilis reputari. Non debet tamen propterea perperam quid agere, nec scandalizare quenquam, sed potius ædificare.
- R** Reuerentiam Deo debet in omni loco exhibere, eiusque præsentiam semper & vbiq; cogitare, ad eius beneplacitum semper paratus atque accinctus stare, & in laudem atque gloriam Dei se totum velle libenter exponere.
- T** Tentationes aduertere, ad Deum semper recurrere, & eius præsidium invocare: nihilominus patri spirituali nudè illas, atque omnia secreta sua bona & mala (quia multa videntur bona, quæ non sunt bona) reuelare, consilia libenter amplecti & securè exequi.
- H** Humilitatem amare & inquirere diligentissimè, id est, iactantiam & ostentationem detestari, laudabilia cælare, & timere laudari, & præferri: vilia & contemptibilia (quæ dedignantur cæteri) desideranter amplecti, de honore oblato erubescere, & se inferiorem atque viliozem omnibus semper credere.
- V** Vitia sua & prauas inclinationes obseruare & persequi.
- S** Solitudinem & omnia exercitia atque instituta ordinis amare, diligenter obseruare, atque omnes transgressiones & negligentias, tanquam grauis peccata, horrere & vitare.
- I** Intentionem suam in omnibus agendis & omittendis ad Deum (vt illi placeat) dirigere, & in Deum cor suum totum & vires suas omnes collectim figere, atque implicare.
- A** Amorem priuatum in seipso persequi & occidere, seipsum non querere familiaritates etiam & singulares amores ad aliquas singulares personas fugere nec admittere (quia suspitiones & alia mala sequuntur) sed omnes vna vera charitate diligere.
- N** Neminem spernere, neminem iudicare, neminem velle lædere, nemini detrahere, neminem etiam malè aut negligenter agentem debet velle imitari. Actus aliorum & corda nolle discutere. Secreta aliena nolle explorare, inò malle nescire.
- V** Vniuersa, id est, læta & tristitia vnanimiter de manu Domini suscipere, prouidentiam eius in omnibus & singulis intelligere ac diligere, eidemq; cõfidenter se credere, resignare, relinquere ac offerre.
- S** Silentium oris diligenter obseruare, maximè statuto tempore. Silentium mentis diligentissimè querere, vt nulli creaturæ, sed Deo intus soli loquatur, hoc est: vt mentem habere studeat exoccupatam, liberam, nulli creaturæ in hærentem, sed à phantasmatis, & imaginibus nudam ac puram, soli Deo vacantem, soli Deo loquentem ac audientem: cæteris omnibus, id est, mundo & carni & c. tacentem & silentem: propter eiusmodi tamen quietem & silentium cum Deo spirituale, nihil debet omittere in inntum aut debitum. Alioquin talis quies non in gloriam, sed in contumeliam esset creatoris. Valere filij charissimi, vestrumq; iustum apud Deum orationibus iuuare.

Secreta cur
Patri spirita-
li reuelanda

Familiari-
tas singula-
ris cur fugi-
enda.

Silentium
cordis & o-
ris vt seruā-
dum.

Vt is qui ex voragine peccatorum, præcipuo Dei munere vocatur ad monasticum institutum, debeat suam auferre vitam.

Epistola VII.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.
filio suo spiritali Arnolde, in Christi militia nouo tyroni, salutem.

Fili mi prædilecte, incipis iam Christo viuere, qui hucusque diabolo pessimo tuo inimico seruiebas. Persequetur te hostis ille versutus technis varijs, olim captiuam sibi reducerenitetur animam. Contra quas omnes insidias eius generale propugnaculum sit, confugiũ & oratio ad Deum. Ora igitur humilis, vt peccator & emendare se cupiens, vt placere desiderans, vt diligere & obedire gestiens: ac varijs nunc gemitibus, nunc aspirationibus clama ad Deum: veniam sumendo ad te dicit:

Remedium generale contra diaboli insidias quod sit.

Precatio peccatoris cum Deo in gratiam redire cupientis.

Adoro te creator omnipotens, amabilissime, benignissime, clementissime, dulcissime, fidelissime, mitissime, misericordissime Domine Deus meus. Adoro te, vt nefandus, miser atque miserabilis peccator creatorem suum, quem offendit. Pijsime, suauissime Domine, amabilissime pater quoties offendi te, meam & alias innumeras animas tibi abstrahendo & occidendo. O Iesu bone, da mihi iugem, veram, humillimam & tibi gratissimam pro peccatis meis contritionem & emendationem vitæ meæ, imitationem vitæ tuæ secundum beneplacitum tuum dulcis Domine Iesu Christe. Libera me & custodi ab omni peccato & ab omni malo. Cupio tibi placere Domine Deus meus: doce & dirige me in omne beneplacitum tuum. Equæ me ab omnibus quæ tibi displicent, & reple me omnibus, quæ tibi placent: maxime ardentissima atque perpetua charitate, qua te in omnibus & super omnia ex toto corde meo diligam, & omnem proximum sicut dedeo, & sicuti tu vis: tibi autem inseparabiliter & semper totus inhæream. Da mihi purissimam atque abyssalem meipsum abnegationem. Largire mihi deuotissimam, fidelissimam, purissimam, obedientissimam atque discretissimam strenuitatem in seruitio tuo, vt mei contemptum & tuam gloriam & honorem semper ficiam, & omne beneplacitum tuum semper perficiam. O vtinam omnes vires animæ & corporis, o vtinam omne tempus vitæ meæ, o vtinam totum quod sum & possum, in laudem & amorem & in beneplacitum tuum expendam benedicte Domine Deus meus.

Oblatio meritorum Christi.

Benignissime Iesu, nihil habeo quod offeram tibi pro peccatis meis, aut quo gratias agam tibi pro beneficijs tuis, nisi merita & virtutes sanctissime vitæ ac passionis tuæ. Hæc offero tibi in vnione illius charitatis, qua temetipsum obtulisti in cruce: in cuius oblationis vnione meipsum totum tibi offero, & atque resigno in omne beneplacitum tuum, ad gloriam tuam. Dulcis Iesu, da mihi perfectissimam veram atque totalem resignationem.

nem & abnegationem meipsum, vt totus meipsum exeam, & totum me in te proijciam, omnia de manu tua accipiens, & cum gratiarum actione te semper laudans ac benedicens in aeternum.

Precatio ad Beatam Virginem Mariam.

*Comendatio
sui & obse-
cratio ad
Virginem
Matrem.*

SPes mea vnica post Deum beata virgo Maria mater dulcissima atque gloriosissima, offero tibi, commendo & resigno me ad pedes tuos. Suscipe me in filium. Esto mihi pia mater. Impetra mihi, vt vitam tuam & eas virtutes, quibus tu filio tuo placuisti, pro modulo aliquo (quantum Deo placuerit) imitari merear. Adesto mihi in omni tentatione. Custodi & dirige me, vt in omni bono & in omni virtute semper proficiam, & in Dei atque tuo seruitio pariter ac amore nunquam deficiam.

Precatinacula ad Angelum custodem.

Sperne ciuis, angelice spiritus, qui ad custodiam fragilis vitæ meæ deputatus es, gratias tibi ago de fideli custodia, qua me ab infantia custodire dignatus es. Tu es enim amantissimus atque dulcissimus Dominus meus, & meum est omni hora te prosequi, & amplecti tuam dulcissimam sanctitatem. O candidum & immarcescibile liliū cælestis paradisi, fidus rutilans superioris firmamenti, viua coronæ cælestis regis gemma. Mi Domine indulge mihi, quicquid vnquam in conspectu tuo deliqui, & veniam mihi peccatorum posse à Domino. Insidiantes mihi hostes reprime, in periculo animæ & corporis mihi assiste, orationes meas adiuua, vt sint acceptabiles in conspectu Domini, & omnem vitam meam Deo meo commenda & impetra mihi à Domino, vt felix & rationabilis & modestus fiat exitus meus, & suscipe animam meam, & presenta eam in vitam aeternam. Amen.

Tyro in ordine Carthusiano quinam sese in solitudine cella per dies singulos iuxta externum & internum gerere debeat hominem.

Epistola VIII.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS.
suo charissimo spirituali filio scriptori perpetuam felicitatem.

FILI charissime, votis tuis morem gerere, & tibi necessarium & mihi apprimè est desideratum. Experis enim legem à me tibi præscribendam hoc temporis curriculo, quo in cella vitam agens communibus monasterij vtilitatibus scribendo inseruias, vsque dum eam nobiscum amplectaris legem, qua monachus & dicaris & sis Carthusianus. Trutinatis igitur omnibus, quæ vel ob aratis tuæ teneritudinem, vel ob naturalium conditionem pensanda sunt, hic modus tibi seruandus est.

*Quod pri-
mum magis
expergitur
exercitium
eius debet.*

Principio, vt te diluculo surgente, corporis tui mēbris, sensibus, studijs, & affectibus quod primum occurrat exercitium, sit, te totum & omnia ad Deum conuertere. Primum quod ex ore tuo egreditur verbum, primum quod cogitas, quod desideras, quod agis, sic Deus, aut huiusmodi aliquid, quod in Dei beneplacitum referatur. Nihil cor tuum præueniat, nihil linguam tuam

occu-

occupet, nusquam manus admoueat operi, nec gradiatur pes, nisi Christo priori omnia consecraris. Antequam igitur quicquam accipias aliud, anteq̄ egrediaris cubiculum, mox vt de lecto surrexeris, prociens in terram Deum adora, commendans te humiliter custodia pijsimæ matris Iesu simul ac tuæ. Ad pedes eius locum tibi elige. Item in cor Iesu te offeras, atq̄ commendes. Deinde lectis alijs orationibus, scilicet sanctæ Brigittæ, in quibus pietatis stimulum sentis atque deuotionis, ad scribenda rationaria admoueas manum. Audiens ad sacra Christi, quæ missas priuatas vocamus, pulsari, quantocius ad ministerium altaris cum sacerdote peragendum aduola, maximò te munere à Deo honoratum existimans, qui tanti sacrificij sis minister ac adiutor. Quocirca quanta potes ueneratione, timore, vigilantia, modestia ac pietate sacerdoti sacrificanti assistas, certissimus eum esse præsto ibi corporaliter in Sacramento, à quo aut æternæ felicitatis præmia, aut gehennæ incendia sis accepturus. Inter ministrandum caput matris Dei ferto roseo quinquaginta salutationum uenustes, interserens filij eius passionem, & varijs commemorationibus, atque aspirationibus flammigeris, virtutes eiusdem in passione explicitas intrudi tibi pariterq̄ ad imitationem sui animū tuum trahi à Christo flagites.

Rediens ad cellam vt alias semper, ad imaginem beatæ Mariæ quæ ceu custos iuxta fores cellæ tuæ uigilat, paulisper sustite, aut si festinatò intrandum est, interea dum clauis referas ostium, ora matrem Dei vt te quoque adoptet, teneat, possideatq̄ in filium dicens:

Salue dulcis & formosa.

Mater Dei gloriosa.

Adopta, me in filium.

Cellam ingressus, semper ante ad orationem genua flectas, quā aliud facias quicquam. Salutationem igitur beatæ offerens, ora vt tibi impetret, ea, quibus ipsa quam maxime placuit sanctæ Trinitati, scilicet gratiam profundissimam atq̄ perfectissimam humilitatis gratiā, purissimam castitatis gratiam ardentissimam, perfectissimamq̄ charitatis. Facta oratione, ex aliquo libello ad pietatem extimulante legas caput vnum atque alterum. Deinde lectum componas, & si quid aliud in cella purgandam, agendum ve sit, perficias. Si nihil familiare aliud agendum occurrit, in officina nonnihil operis fabrilis poteris agere. Deinde prandium scribēdo præstolari. Porro ante hoc ipsum prandium conuenit aliquantisper oratorium ingredi, atq̄ dominicæ matris gaudia temporalia commemorare, item mortem Christi in cruce, ad eius honorem orationem dominicam dicere, aut illam orationem quæ morientis Iesu condiciones explicat, *Precor te amantissime.*

Precatio ad Christum cruci affixum.

Precor te amantissime Domine Iesu Christe propter illam eximiam charitatem qua humanum genus dilexisti, quando tu cælestis rex pendebas in ara crucis cum diuina charitate, cum mirissima anima, cum tristissimo gestu, cum conturbatis sensibus, cum transfixo corde, cum perstreptibus membris, cum transfuerberato corpore, cum sanguineis vulneribus, cum defluentibus riuibus, cum expansis brachijs, cum confixis pedibus cum ex-

Vt ad missæ seruicium sit propediendum.

Vt missæ sacrificio sit assistendū.

B. Maria uide potissimum placuerit Deo.

Sub prandij inuicū quid agendum.

rensis venis, cum clamoroso ore, cum rauca voce, cum pallida facie, cum mortali colore, cum lachrymofis oculis, cum vertigine cerebri, cum ardenti amore, cum gemebundo gutture, cum fitibundis desiderijs, cum amaro gustu aceti & fellis, cum inclinato capite morte obuiante cum diuisione terrerimi corporis & defice animæ, cum aperto latere scum origine viuentis fontis. In ea charitate precor te pijsime Domine Iesu Chrifte qua cor tuum amorosum icindebatur: vt sis mihi placabilis super multitudinem peccatorum meorum, & compleas in bonis desiderium meum, ac bonum sanctumq; finem vitæ meæ, nec non gloriosam lætamq; resurrectionem mihi propter tuam largissimam misericordiam tribuere digneris. Qui viuis & regnas &c.

Cibum dum infers ad mensam, ora pro omnibus quorum elemosyna, largitione, opera denique & cura hic tibi cibus donatus paratusq; est. Pro illis dicere posses vnum *Pater noster*, & poscere à Deo beatæ retributionis æternam eis donari mercedem.

Alterum inferendo ferculum, itidem pro tentatis omnibus pauperibus, & quibuslibet afflictis ora vnum *Pater noster*: qui mereantur consolari, refocillariq;. Tertiam offeres Dominicam orationem Deo, pro anima in purgatorio magis afflictâ, idq; consummato prandio, ceu elemosynam spiritualem erogaturus. Postremo Deo optimo maximo pro tui refectione ac cæteris eius beneficijs onsaibus in te collatis, gratias age.

Gratiæ vt
sint agenda
Deo.

Primo
pro donis
naturæ Vir-
ginis matris
collatis.

Cæterum, ne vsquam tua te capiat matris obliuio (beatissimam Mariam loquor) gratias age pro ea atque cū ea pariter Deo. Initio pro omnibus donis naturæ præstantissimis eidem collatis, scilicet quod ipsam nobilissimam, venustissimam, amabilissimamq; creauerit Deus. Hoc loco ora Dominum filium eius, qui te commendat custodia, curæ, amorique matris regendum & possidendum. Ora & matrem, ne aspernetur in filium te suscipere, sed tenere, possidere, gubernare, atque dirigere in omnia quæ beneplacita Deo sunt, perinde ac se ipsam dum in hac vita mortali esset, gubernauit, vt nunquam offenderet, nulliusq; culpæ fieret obnoxia.

II. Pro donis
gratiæ.

Iterum age gratias Deo pro omnibus gratiarum donorum spiritualium virtutumque insignijs quibus plena ac perfectissime donata fuit. Ora Deum vt in eius meritis donet tibi atque infundat, quicquid sibi placeat: quicquid displiceat, amoueat. Ora matrem quoque impetret vt in cunctis inueniaris atque sis in oculis Dei, qualem ipse velit, hoc est, semper voluntati eius conformis atque placens.

III Pro do-
nis gloriæ.
Qua ratio-
ne sit opera
manuaria,
exercenda.

Tertio, gratias age pro gloria qua matrem suam omnibus cæli genis prælatam illustrauit. Et ora vt talem vitam agas, ita purgatus mortaris q; hanc mortalitatem exuens, ilico ad requiem perducaris æternam.

Ad labores hinc manuales te conferas, interim non omnino recedens à Deo. Inter operandum, Hymnos, Sequentias, Antiphonas & huiusmodi cantica spiritualia sub silentio modulando, spiritum tuum recrees. Interrūpas opera crebris aspirationibus, orationibus breuibus & flammigeris, desiderijs item ignitis, colloquij denique tum mentalibus, tum vocalibus ad Deum. Tempus quod inter prandium & vespas agit, partim operibus manuum, scribendisq; rationarijs, & lectioni parum accommodes. Post quartam horam ab externis operibus omnique strepitu abstineas. Refectione,

aut

aut dum fuerit ieiunandum (quod aiunt) collationem sumpturus, librum explicata ante oculos sub refectione legendum. Deinde ad pulsum Completorii vsque scribere potes: hinc lectione breui spirituali recreatus, oratorium mox ingrediaris: quid hac die contra leges Dei, quid contra sanctum institutum tuum deliqueris in examen adducas. Veniam à Deo delictorum petas propositum bonum restaures: & fusa oratione ad Deum pro directione atq; custodia tui, matri tuæ beatæ Mariæ te commendes: & postremo horam nõ excedendo ad quietem somnumq; te recipias. Vale.

Quid sub lecti ingressu sit agendum.

Quibusnam technis præcipuis nitatur diabolus subuertere Christi in religione monastica tyronē, utq; sola obedientia simplex per abnegationem mortificationemq; omnium propria voluntatis, propriorum consilij intellectus, iudicij sensusq; sit spes spiritualis profectus, ac demq; via directa ad æternam beatitudinem.

Epistola IX.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.
ad eundem filium charissimum donatum ordinis amictu, & in nouitium constitutum monachum.

FILII charissime, suscepi te hodie in filium, & tu me suscepisti qualēcunq; in patrem. *Quos Deus coniunxit, homo non separat.* Insi diabitur nobis diabolus, & vtriusque salutē inuidēbit: meo studio, tuo profectui: meæ vigilantia, tuæ obedientia. Et totis niteretur viribus, ut diuortium displicentiaq; inter filium & patrem exuscitet, sciēs quantum boni per hoc impedire, quantum rursus mali hoc dissidio possit parere: Vigilemus igitur contra aduersarium salutis nostræ: & tu me talem cogita, qui licet imperfectus, licet peccator, & multis, ut cæteri homines defectibus obnoxius, tamen salutē tuā fidelissimē conlulet: cui si acquieueris, in virum Deo acceptum euades. Equidem obedientem filium (crede mihi) possum imperfectus ipse, perfectum reddere, diuina gratia, non secundum mea opera, sed secundum tuæ humilitatis obedientiam in te operante.

Matt. 19.

Quocirca quicquid dixerō, quicquid tibi persuasero, non aliter accipias, atque à Domino Iesu, qui per peccatorem, ut olim per Caiphā, & per asinum dictam Balaam, te erudit. Si igitur ita senseris, impossibile est, quin ad omnia tibi asserat Deus ductor & saluator. Si aliter senseris, non ductor tibi ipse eris, sed deceptor & deceptus: seducens & seductus: cæcus & ignarus. Quicquid faciendum sit, hilari animo occurre, quia tristis non placet Domino suo seruus. Tristitia namque inuitum animum prodit. Tristitia gratiam non meretur: quia nemo acceptum fert, quicquid inuito collatum fuerit animo. Itaque sic age, ut tu lætitiā in corde de bono opere & gratiam inuenias apud Deum ex bona voluntate. Quicquid agendum est, quocunq; eundem, non differas: Mora omnis, aut ignauium, aut non voluntarium animum ostendit. Studeas ubique primus esse, non vltimus. Tu alios expecta, nemo te. Tu primus in choro Christum suos milites præstolantem saluta primus, gratiam eius pete. Sancta utaris superbia, ut dolor tibi sit verecundia & feruens quædam æmulatio, si quispiam te in bono præuenierit. Quicquid tibi fuerit mandatum

Ut superiorum dicta tanquam Dei accipienda sint. Ioan. 11. Nu. 22. Tristitia mala, gratiam non meretur.

Sancta quædam superbia, ut sit vltimum.

datum

datum quicquid exequendum, fideliter agas, secundum imperantis aut instituentis animum: ut operis tui fructus iuxta ac premium non pereat. Bona ac feruens voluntas tibi insit necesse est, ac propria deuotio ad omnia quae iubentur imponuntur, & quae ipse cognoscis tum Deo, tum proximo propter Deum beneplacita: ut cognita Dei aut proximi licita voluntate, currat ad obsequendum animus, nec propria voluntas, proprius amor, aut respectus circa temetipsum quouis pacto te retrahat, impediat aut moretur: quin omnibus posthabitis, quae Dei sunt primo, id est potissimum queras, teque & tua propter ipsum contemnas. Porro ubi proximo obsecundas non fauoris aut commodi temporalis gratia captandi id facias, sed Dei contemplatione hoc est, ut Deo placeas, proximo studeas placere & morem gerere. Idem in his quae illicita sunt & contra Deum, ut Deo nemo potest placere, ita nemo debet proximo obsecundare. Neque enim fas est ut placere velis proximo in eo quod displicet Deo.

Quo animo proximo sit inferuendum
Feruorem bonae voluntatis roborare debet humilitas, nihil sibi sed Deo omnia tribuens, quae scias nihil te posse, nihil scire, nihil habere nisi à Deo, & per Deum. In te ergo, id est, in quantalibet feruida voluntate non confidas, sed in miseratione Dei, in adiutorio & protectione altissimi. Multi ceciderunt vel deuotissimi sine hac humilitate, per praesumptionem spiritus, existimantis se aliquid esse, aut posse, quod non fuerunt, nec nisi per Deum aut

Bona voluntas humilitate firmada
Psal. 90.
Phil. 2.
in Deo potuerunt. Placeat Deo feruor voluntatis, sed humilis, puta qui sibi, id est, homini non innititur: sed soli Deo. Hic namque qui dat velle, dabit etiam perficere: aut coronabit bonam voluntatem (ubi facultas adest perficiendi) perinde ac opus consummatum. Proinde ad eandem humilitatem

Proprijs neque viribus neque consilijs fidendum.
Prou. 14.
Cur diabolus hortetur ad bonum.
pertinet, non modo ne viribus, verum etiam ne consilijs proprijs fidat. Est via, inquit scriptura, quae videtur homini recta & nouissima eius ducunt ad interitum. Quae bona sunt non omnia à Deo suggeruntur. Suggestit etiam diabolus non nihil interdum boni, quo fallat perniciosius: quandoquidem malum dum bonum creditur, defenditur: tantum adest, ut profundatur. Ad vitandum hoc periculum, humilis omnia sua consilia ante ad trutinam offert magistri sui, quam eat in opus, illius consilio & credens, & obtemperans.

Indiscretio ut imponat feruentibus.
Vnde fit ut in bono semper proficiat, deficiat nunquam. Tutior etiam fit à nimietatis (quam indiscretionem vocant) periculo, quae feruentibus spiritu infidari solet: interponente etiam versipelle illo hoste nostro suas fraudes quibus bona voluntate feruentem non sinit quiescere: sed agit ad opera, studia, exercitiaque semper plura, & magis ardua: non quo meliorem efficiat, sed ut precipitet ad pericula inextricabilia, feruoremque tandem nimietate omnem extinguat, atque ad eam deuotioni aduersantia inducat, ut satius foret bona studia intermisisse, quam se adeo inutile sibi & omnibus grauem facisse per indiscretionem.

Exercitia spiritualia consilio assumentia.
Cauendum igitur magnopere tibi fili à praesumptione spiritus: & exercitia neque assumenda iuxta feruoris impetum, neque pro spiritus inopia remittenda: sed omnia incipienda moderandaque sunt secundum patris spiritualis consilium: quo fiet ut inter utramque partem recta eas via, ne quid minus, ne etiam quid nimis agas. In Collationibus Patrum caeterisque sanctis historijs legimus, & oculis nostris conspeximus, quanta mala siue nimia remissio, siue feruoris immoderatio pariat, cum illi vix maneant Christiani.

hi autē efficiantur deliri: aut post omnem præsumptionem quasi ad vomitū redeuntēs, solis carnis consolationibus (ne quid interim cœdius dicam) cōperiantur deditissimi Beatus feruor deuotionis, quē moderatur obediētia. Beatissima humilitas quæ nulli capiūt laquei, nullæ decipiunt insidiæ inimici. Itaq; esto feruens ad omnia, quæ Deo placent: exequendo autem feruorem, esto humilis, nihil de te præsumens, nihil de te confidens, nil tibi ipsi credens, sed in Deo solo sperans, & humano magisterio propter Deum perfectè te subijciens. Hæc est regula, hæc via qua sancti omnes olim monachi & anachor: etæ ad sanctitatem perfectissimam peruenerunt. Per hanc tentationes, diaboli laqueos, pericula denique omnia euaserunt. Ad hanc Patrum fuit prima institutio, præcipuèq; uolentibus Deo in monasterio seruire tradita. Hæc basis atque fundamentum anhelantibus ad perfectionem, ut relicta exutaq; omni proprietate sensus, consiliorum, uoluntatis, iudiciorum, opinionum & huiusmodi ducantur in omne beneplacitum Dei. Ad quæ, ut maiori accendaris desiderio, & ut imitandi conatus feruorisq; studium nunquam tibi delit, operæpretium est dicta sanctorum patrum nonnulla hic tibi adducere, quibus extimulatus proprietatem internam cordis, ut derestabilem pestem, maximeq; noxium impedimentum spiritalis profectus semper auerferis.

Non putes tamen quod multorum sanctorum Patrum sententias huc citandas congregare uoluerim, sed nonnullas tantum, quo ad uertas ex paucis generatim, aliorum quoque diffinitiones & sententias. Dicit enim (ut ab ipso deuotissimo spiritalis profectus æmulatore exordiar) sanctus Bonauentura. Totæ religionis profectio, in uoluntatis propriæ abdicatione consistit. Item: Quicquid uice præcipit homo, quod non sit certum displicere Deo, hoc omnino sic accipiendum est, quasi præcipiat Deus. Eadem penè uerba dicit deuotissimus Bernardus. Bonauentura iterum: Sanctæ obediētiæ holocausto nihil Deo exhibetur gratius. Idem: Nemo ad perfectionis semitam currendam magis expeditus, quàm uerus obediens.

Cuiusmodi uerò debeat exhiberi obediētia, non tacet idem, dicens: Bonus obediens uerbum non expectat, ubi de superioris sibi confiterit uoluntate. Pari modo, uerius quoque eadem affirmat Bernardus.

Porro beatus Hieronymus sanctam Paulum simplicem Antonij Magni discipulum commendans, quam multo fuerit exercitio ad obediētiā eruditus atque consummatus, inquit, quod Antonius eum obediētiā simplicem docere uolens, multa solitus fuerit ei præcipere, quæ neque ratio, neque causa aliqua poscebat, quibus ad obediendum eum in simplicitate exerceret. Proinde eum haurire aquam ex puteo iussit tota die, iterumq; eandem in terram effundere: contextasq; sportas denuo soluere, iterumq; retexere: uestimenta iterum snere, atque iterum soluere: alia quoque multa, quæ contra humanam sapientiam (quæ prudentia carnis uocatur) stulta uidebantur, eidem præcepit, ut in plenam sui ipsius abnegationem, atque in perfectam perduceret obediētiā. Faciebat hoc ideo Antonius, quo doceret, eam qui uellet ad perfectionem celeriter uenire, non sibi ipsi fieri magistrū, nec proprijs uoluntatibus obedire, quamuis rectum sanumq; uideatur, quod uelit.

Quantum noccat tum nimia laxitas, tum immoderatus feruor.

Humilitas à laqueis tuta.

Quid præcipue ad perfectionē aspiranti. Fundamentum acquirenda perfectionis.

Proprietas cordis quæ exitiosa.

Bonauent. Obediētiæ mira præconi.

Bernard. Bonauent.

Obediētia ut sit exhibenda.

Bernard. Hieron.

Rom 8. 1. Cor 1.

Celeriter perfectionē obinere uolenti, quid faciendum.

- velit, sed mandatum Saluatoris obseruare debere, iuxta quod vnusquisque, qui post illum vult venire, abnegare debet semetipsum: hoc est, relinquere, frangereque debet voluntatem propriam & alienam propter Deum sequi etiam bonam, licet ex conditione aliqua fortasse imperfectiorem, propter sui tamen abnegationem optimam. Hoc namque & Christus fecit. *Ego veni (inquiens) non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me.* Et certissimum est, Christi non potuisse contrariam esse voluntatem Patris voluntati: dicit tamen se suam non fecisse, ne qui obedientiam docere venerat, inobediens inueniretur.
- Matt 16.** Abnegare seic quid sit.
- Ioan. 6.**
- Simplex obedientia ad quantam perfectionem cuexerit Paulum simplicem.**
- Quanto igitur igitur nos iudicabimur non obedientes, si proprias fecerimus voluntates? Per hanc enim simplicitatem Paulus in tantum spiritualium gratiarum culmen est euectus, vt multo plures ac perfectiores per ipsum Dominus virtutes faceret, quam per sanctum Antonium. Quamobrem iussit illum sanctus Antonius in interiori eremo commorari, vt quos curare ipse non posset, ad Paulum mitteret sanandos.
- Vincent.**
- Vincentius sanctus Ordinis Prædicatorum, sciendum inquit, quod homo facilius & in breuiore tempore possit ad perfectionem pertingere, si instructorem habeat, cuius regimine ducatur, cuiusque obedientiam in omnibus actibus paruis & magnis sequatur totaliter: quam aliquis possit seipsum perficere, quantumcunque vigeat lumine intellectus & libros habeat, in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam. Imò plus dico, quod nunquam Dominus Iesus Christus suam gratiam ministrabit (sine qua nil possumus) si homo habet à quo possit instrui & deduci, & negligit, vel non curat alterius ducatum amplecti, credens se posse sibi sufficere, & per se inuestigare ac inuenire, quæ sunt vtilia ad salutem.
- Gratiam suam Deus cui non partiatur.**
- Abbas Moyses.**
- Abbas Moyses in Collationibus Patrum: Sciendum inquit, neminem definitionibus suis posse, vel iudicio proprio confidentem perfectionis culmen aliquomodo conscendere, sed nec diaboli pernitiōsa quidem illusione non decipi. Item: Humilitatis hæc erit prima probatio, si vniuersa, non solum quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur seniorum referuentur examini: vt nihil suo quis iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat: vt quod bonum vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ institutio per veram non solum discretionis viam iuuenem recto tramite docebit incedere, verum etiam à cunctis fraudibus, & insidiis inimici seruetur illæsum.
- Humilitatis argumenti.**
- A fraudibus diaboli quis immunis sit Gregor.**
- Nullatenus enim decipi poterit, quisquis non suo iudicio, sed maiorum viuit exemplo, nec valebit ignorationi eius callidus hostis illudere, qui vniuersas cogitationes in corde nascentes pernitiōsa verecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seniorum vel reprobat, vel admittit. Diuus Gregorius quoque ait: Ne curre ad hominem viuum: Deum in homine consule: aperi impedimentum, & quære medicamentum. Ausculta non hominem de se mendacem, sed per hominem Deum veracem, respondentem, docentem, consolantem, & hortantem: & disce diligenter, ne sensu proprio pro tollendo impedimento, tali forsitan vtaris remedio, vnde postmodum maioris impedimenti occasio oriatur. Bernar. ad Ogerium scribens, qui dimisit curam pastoralis officium, & cum potuisset sui iuris mansisse, subiecit se suo abbati, ita ait: Pastoralis vinculo solutus, sicut alijs dominari renueras, sic tibi quoque præesse timuisti, quique vt magister
- Bernar.**

ut magister esses aliorum, minus te iudicabas idoneum, nec te quidem tibi credens, tuus fieri discipulus contempnisti. Et merito: quia qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit. Et quidem quid alij de se sentiant, ignoro: ego de me expertus sum, quod dico: & facilius imperare, & securius possum præesse alijs multis, quam soli mihi. Prudens ergo humilitas, humilisq; prudentia fuit, quod nequaquam credens ad salutem te posse sufficere tibi, alieno potius arbitrio deinceps vivere proposuisti.

Dixit item Syncretice: quæ congregatione cuiuslibet conuersanti magis obedientiã, quam continentiam proponimus: quoniam continentia arrogantiam habet, obedientia autem humilitatem congruam pollicetur. Dicebant senes in vitis patrum: Si quis habet in aliquo fidem, & tradiderit se ei ad subiectionem, nõ debet intendere in mandata Dei, sed patri suo spirituali omnẽ suam voluntatem committere, quia per omnia obediens non incurrit peccatum apud Deum. Item dicebant. Nihil hic quarit Deus ab his, qui habent primitias conuersationis. Quando aliquis cum innocentia & simplicitate dimittit se in manibus alterius, ex tunc non dat locum maligno contra seipsum. Item: Animæ fictæ & apparenter subiectæ non prodest obedientia. Diuus Ioannes in Climachus: Obedientia est nauigatio sine damno, & est ire per viam dormiendo. Item: Quidam monachi portabant tabulas ad cingulum, in quibus suas describebant cogitationes, & reuelabant abbati. Ille qui prodit serpentem pro glato suo, id est, tentationes, ostendit fidem efficacem ad eum, sed qui celat, ambulat in tenebris. Qui patribus non obsequitur, Deo non obsequitur. Dicit enim Dominus: *Qui vos spernit, me spernit.* Qui ergo contemnit Apostolos, contemnit Christum. Qui contemnit patrem, contemnit Christum. Hoc dico, quia hæc in vobis summa & sola est virtus obedientiæ. Si ieiunaueris diebus & noctibus, orationemq; feceris, si in sacco & cinere fueris, si aliud nihil feceris, nisi quodcumque præceptum est in lege, & tibi visus fueris quasi sapiens, & obediens patri non fueris, omnes virtutes perdidisti. Vna obedientia plus quam omnes aliæ virtutes valet. Debemus eam, quam professi sumus, obedientiam & virtute & opere custodire. Quod tunc agimus, cum eum qui nobis præest, pro amore Dei honoramus atque diligimus, & quicquid nobis ab eo præcipitur, tanquam ab ipso cœlesti Domino fuerit imperatum, libenter implere festinamus, Prælatum enim Christi vices agit in monasterio. Unde ipse suis pastoribus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Sicut enim gaudere debent & magnum à Domino expectare præmium, qui libenter obediunt: quia quod ipsi maiorum iussu faciunt, hoc ipsi auctori Deo impendunt: sic nimirum magnum timere & expectare iudicium debent, qui prælatorum suorum iussa despiciunt: quia cum prælati contemnitur, non ipse, sed is, cuius loco positus est, contemptui habetur. Nec potest Deus à nobis sine magno fructu honorari, nec despici sine magno detrimento. Debet enim esse obedientia sine mora: non cum murmure, neque cum tristitia animi, sed cum gaudio & hilaritate. *Hic autem enim d. storem diligit Deus.* Bonus autem quod cum tristitia fit, Deo non est acceptabile: quia ipse magis est inspector cordis, quam corporis.

Debet autem obedientia esse vsque ad mortem quia vsque ad mortem patri suo propter nos obediuit Christus. Ad hoc sanctum præceptum ipse suo

Prudens humilitas & humilis prudentia in st.

Syncretice.

Obedientia ficta nihil prodest. Climach.

Luc. 10. Virtutes omnes vt percant sine obedientia.

Luc. 10.

Obedientia sic sine mora. 2. Cor. 9.

Sit obedientia pericue-

rans vsque
ad mortem.
Philip. a.
Matt. 11.
Gen. 2.

exemplo noster redemptor nos admonet, dicens: *Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Non potuit Deus perfectius demonstrare, quantum bonum sit obedientia, nisi cum prohibuisset ab ea re, quæ non erat mala: in qua obedientia palmam tenet, sola ibi inobedientia inuenit poenam.

Ioan. Casi.

Volebam hic ex Casiano plura citare: ar tanta se scribendarum sententiarum copia obtulit, vt horrerem. Legatur totus liber de renunciantium institutis: qui nouis religiosis necessarius est iuxta ac vtilissimas, veramq; sui abnegationem perfectè docet. Bernardus denique aded multa de obedientia differt laude, tamq; multa in detestationem propriæ voluntatis, propriæ sensus aut consilij vt nimis foret laboriosum huc omnia eius dicta præclara congerere. Requiritur in Indice in omnia eius opera collecto, quid de obedientia sentiat.

Orationes
debent vt fiat
soluendæ.

Postremo fili hortandus es, vt ea quæ orare debes aut soluere vocaliter, absoluas non perfunctoriè, festinanter, & quasi aliud interea mente agens, sed strenuè cum cæremonijs integris, & diligenter, vt quotiescunque te euagari senseris mente, mox ad attentionem te reuoces. Obserua ne in choro stas neque cantes, neque legas, sed aut aded somniculosus, aut aded distractus sis, vt putes te omnia cum conuentu soluisse, cum ad integros, aut medios Psalmos quandoque ne os quidem moueris. Si animam tuam non vis periculo

Repetenda
vt fiat quæ
non soluantur
debent in
precibus Ec-
clesiasticis.

exponi, obserua diligenter ac vigilanter, ne quid à te prætermisum aut male solutum non reperas. Omnia enim quæ non soluis cum conuentu, solus postea teneris legere, aut cum socio. Necessè est enim vt semel integrè soluas, idq; quotidie, quæcunque debes. Itaque fili quæcunque legis aut canis deuotissime cura vt cantes vel legas & si quid neglectum per te fuerit in choro, postea recupera. Studium enim tibi esse debet indefessum deuotè attentèq; soluendi officium diuinum, vt si plus illo nihil feceris boni, saltem hoc ipsum quod debes, bene per te fiat.

Vt tyro Christi in monastica militia nouellus sese in externis obseruantijs ordinis, & internis exercitijs institutisq; verere debeat.

Epistola X.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS CARTHVS.

Fratri Henrico Cantuariensi, nouitio Carthusiano ex Vuesalia nato, filio prædilecto salutem.

Morales
quædam in-
stitutiones.
Oculi vt sint
seruandi.

Charissime fili, quantum exteriorem hominem concernit modestia regularis nonnulla in statutis nostris docetur, quæ à magistro tuo, vt cætera omnia, tibi dicentur. Hic quædam, vt in mentem venerint, generalia scribam.

Oculos vbiq; maxime in contentu & inter alios constitutus contineas, euagationem visus & curiositatem explorandi arcendo, vt præter necessaria nil videre gestias. Loquens etiam alicui, aut audiens, oculis demissis & capite paulatim humiliato, religiosam mentem exterioribus moribus ostendas.

Manus vt
sint reuocæ

Manus pendulas & brachia cadentia, seu volentia nunquam teneas: sed stans, loquens ambulansq; manus ante pectus habe compositas.

Inter

OVI
16

Inter loquendum nullum aliud membrum, quam linguam moueas. Ca-
chinnum reprimas. Rîsus sit modestus, non hianti ore effusus.

In loquendo
ve fit disci-
plina tenen-
da.

Loquendo non sis nimis sonorus, nunquam contentiosus. Nullius sermo-
nem interrompas. Si tuus fuerit ab alio interruptus sermo, taceas tu, & des
locum loquenti &c. Nihil pertinaciter affirmes, sed opinatiuè &c. quæ vera
nostri, proferas.

Reuerentiam omnibus facias, humiliando, & nudando caput aliquantu-
lum. Cum præsentibus tamen aut magistro loquens, torum nudes caput,
donec aliter iussus fueris.

Reuerentiã
quibus præ-
standa.

Ambulans non circumspectas, nec quid retro fiat, girato capite explores.
Non accedas ad videndum, quid ibi, vel ibi agatur, struatur, aut tractetur, ni-
si iussus aut vocatus. Nusquam quod te non attinet, aut te non ædificat, ani-
mum applices.

Stans in choro, pedes iunctos habeas, non cancellatos, non crura diuatica-
ta: non pendeas in stallo, veluti sedere cupiens: non ponas caput ad parietem,
quasi locum dormiendi quærens. Et quando stas versa facie ad altare, non ita
incumbas brachijs & cubitis super vno poste, vt posteriora dorsi retro per
diametrum curues sed erectus & alacer stes &c.

In choro vt
fit disciplina
in oram ser-
uanda.

Quotiescunque nudamus capita, non innitimus, siue ad conuentum, siue
ad altare faciem vertamus.

Munditiam in vestibus & omnibus alijs serues, cum simplicitate rusticita-
teq; sancta.

Cum occurrentibus signa leuitatis, & quasi specialis familiaritatis non fa-
cias: sed maturum te exhibeas: vultum tamen floridum, amicabilem, atque
serenum ad omnes habeas.

Leuitas mo-
rum fugien-
da.

Fratribus libenter seruias, nec seruiendo tristitiam exhibeas, ne pœniteat
alium aut erubeat, quod te molestauerit.

Sacriflam libenter iuues: & quicquid alij operari nolunt, tu amplectere:
eredens tibi ad eò hoc seruatum ex singulari eius amicitia, prouidentis tibi
occafionem suam gratiam cumulatiùs obrinendi.

Pro interiori homine quedam institutio.

Primo omnium charissime fili, necessaria sunt tibi feruor & deuotio,
quibus voluntarius, promptusq; sis ad omnia, quæ ad honorem & be-
neplacitum Dei sunt, atque (quantum hunc feruorem attinet) fit immé-
fitas tibi bonæ voluntatis, id est, nulla mensura, nullus modus, nullus finis.
Porro, quantum ad exercitia, effectus & operationes spectat, huius feruoris
bonæ voluntatis atque deuotionis fit moderatio per discretionem: quam tu
non debes præfigere tibi, sed prior, aut magister tuus. Si cum tepiditate cœpe-
ris & leuitate, nunquam eris bonus monachus, nec postea teporem exnere
poteris vnquam. Nihil tamen singulare facias, nihil attentes nisi consultum
aut iussum aut permissum à priore vel magistro. Nolle libro, nulli deuotio-
ni, non moribus, non ingenio credas, sed imitari Priorem & magistrum, & ar-
tillorum vel alterius eorum, cuncta referas: omnia reuelas proposita tua, cõ-
filia, tentamenta &c. vt si possibile sit, ne illis quidē vnā cogitationē cales.
Vt alius sis & scitis, nihil discernas: hoc solū tibi bonū videatur, quicquid
Priori aut magistro bonum videbitur: nec aliud velle, sapere, videri, sentire
habeas.

Feruor bo-
næ volunta-
tis quærens
absque mo-
do, atque et-
iam mode-
rat. esse
debet.
Superiorum
confitio
standum.

Deus per superiores loquitur.

habeas, quam ipsorum: nihil proprii consilij, nihil in proprio sensu &c. atque adeo quicquid dixerint tibi, credas à Deo tibi dictum. Et verè ita est: Deus tibi per illos respondebit, tuamq; obedientiam illis tanquam sibi impensam perinde remunerabit. Talem te in vultu, gestibus, verbis, & factis exhibeas erga magistrum & Priorem, vt audeant tibi dicenda dicere, faciendaq; iniungere. Caue ne ita impatiens aut pusillanimis fias, vt nemo tibi aliquem defectum tuum audeat indicare: Ita enim fieret, vt non emendareris, & dispendium patereris animæ atque spiritualis profectus. Diabolus nititur seminare displicentiam inter prælatum & subditum, magistrum & discipulum. Vigila ibi, & caue ne malas cogitationes in cor recipias, ne despicias, ne magistrum errare credas, & amodò non consulendum illum statuas. Ita etiam magis de priore fiat. Nunquam credas, nec tibi persuaderi permittas, quod te non diligant, aut quod bonum tuum non quærant. Malum exemplum non imiteris, neque tu aliquem iudices aut contemnas: sed credas semper peccanti aliquam in esse causam vel necessitatem, qua excusetur apud Deum: tibi verò non esse eandem, ideoq; non licere imitari.

Vt diabolus inter superiores & subditos nitatur excitare displicentiam.

Silentium strictissimè teneas, nec vno verbo illud frangas. Neque enim aliter, quam pro verè necessarijs, duo vel tria licet verba loqui. Si aliter vides ab alijs, noli imitari, sed committe Deo & superioribus.

Ita etiam de custodia cellæ quam nunquam ex eas nisi ad chorum, conuentum, & obedientiam.

Dei mater vt sit honoranda & invocanda.

Quotiescumque intras cellam tuam, primum omnium fit, quod B. Mariam salutes humiliter & flexis genibus: eamq; pro matre habeas, te illi committas, roges vt custodiat te ab omni malo, omni peccato, atque periculo, & dirigat, atq; regat ad perficiendum omne beneplacitum Dei.

Sæpius petas à Deo propter merita matris, virtutes eiusdem, quibus emicans singulariter placuit Deo scilicet humilitatem, castitatem, charitatem, mititatem, obedientiam, patientiam. Has B. Virginis virtutes, sæpius Christo pro te offeras: tunc maxime, quando excessisse te deprehenderit in aliqua harum. Nihilominus certo etiam tempore in die in suppletionem & emendationem defectuum tuorum, Christo offeras virtutes & merita matris.

In cor Iesu vt se quis offerre debeat

Sæpius in die offeras te in cor fidelissimum ac suavissimum. Domini nostri Iesu Christi, obsecrans per amorem eius, vt te suscipias, teneat, possideat, custodiat, regat, conuertat in gloriam suam, secundùm omne beneplacitum suum in æternum: nec vnquam te dimittat, sed ipse possideat semper.

Item, vt amorem seculi in te faciat penitus emori, amorem quoque proprium atque omnem alium, qui est extra illum, à te auferat & extinguat roges Deum, vt cor tuum amore sui charitateq; intensissima repleat.

Item ores Christum, vt vitam suam virtuosissimam & passionem cordi suo indelebiter imprimat, & te aliquo modulo secundum beneplacitum suum sibi conformet, ac imitatore sui faciat.

Sancti vt sint honorandi.

Ad sanctos aliquos piè tibi dilectos, certo tempore cor conuertas, nec longa vocali oratione, sed pio aliquo venerentia affectu, suspirio, aut mentali desiderio, aut genuflexione, aut aliquo osculo, etiam in nudum parietem (si imaginem illius sancti non habeas) honores nunc hunc, nunc alium, certa tamen regula ad illos seruata, ne semper fluctues & instabilis sis.

Discas

Discas meditari, & mentaliter orare: quia nobilior est hæc oratio longèq; fructuosior vocali tantum. Quæ tamen ex debito dici debent, perfoluas diligenter, & attentè (quantum potes) id est, scienter aut voluntariè non tractes in corde alia, quam quæ leguntur, aut cantantur, & reuerenter.

Mentis potius quam oris precibus vacandum. Ut erga corpus propriu caste esse quis gerere debeat.

Ita castè te habeas in visu, tactu, &c. erga corpus tuum solus, ac si Prior adesset, exceptis quæ sunt necessaria & inuitabilia: Hocq; propter reuerentiam diuinæ præsentia, & ob venerationem B. virginis Mariæ matris tuæ ac sponsæ. Cogita eam, scilicet Mariam matrem tuam, & multum humiliter cogites te indignum filium eius, quia te posuit in domum suam. Non audeas petere, sed affectes seruenti desiderio, humiliter tamen, vt talem amorem ad se ac fidelitatem tibi impeteret à Deo, quo dignetur te sponsum suum facere, vt præ amore eius cunctas phantasias de mulieribus, atque omnibus terrenis rebus detesteris. Idcirco aliquod speciale obsequium quotidie ei offeras: secundum tamen permissum magistri tui. Non facias aliquid, nisi cum consilio prioris aut magistri tui. Multi loquium, specialem familiaritatem ad hunc, vel illum fratrem vites, quia tentationes inde generantur magnæ. Omnes charitate vna diligas: magis autem Priorem & magistrum tuum. Leuitatem fugias. Serenitatem in vultu teneas. Et siue triste aliquid tibi exhibeatur, siue amicum, ostendas te semper gratum habere, quasi modicum subridendo erga illum, vt charitatem in te & alijs foueas. Nunquam otiosus existas. Inter occupationes hæc magis tibi placeant, quæ afferunt aliquem fructum animæ & meritum, &c. Eiusmodi sunt, quæ non ex propria voluntate suggeruntur, sed quæ ex obedientia, aut charitate fraterna imperantur, item quæ pro communitate sunt, priuatis præferendæ sunt. Item semper curam habeas, vt quantum in te est, in solitudine & silentio viuas. Quando tamen est generale colloquium, non sis singularis, sed esto cum fratribus, præsertim ad aliquantum temporis.

Specialis familiaritas vitanda.

Occupationes quænam præferendæ.

Singularitas fugienda.

Assuecas nolle audire de alijs defectibus: & si non audeas loquentem reprehendere, ostendas triste vultum, vt te inuitum sentiat auditorem, aut introducas aliam materiam, interrogando aut ostendendo aliquid &c. Tutidem de absentibus statuas tibi non loquendum, vt detractiorem vitare, & pacem cum fratribus seruare queas.

Quando est comedendum, bibendum, dormiendum, surgendum, nihil aliud eo tempore facias, neglecto eo quod facere teneris, ne gratiam Dei (quæ datur humilibus atque obedientibus) perdas. Omnia tua ad obedientiam, & secundum obedientiam dirige, & obedientiam ad Dei honorem, id est, vt Deo placeas, exequaris.

Omnia suo facienda tempore.

Vbiunque es inter fratres, in his quæ non sunt contra Deum, contra Statuta, contra obedientiam, semper facias potius voluntatem alienam, quam propriam. Quid enim nocet tibi proprium sensum etiam si melior videatur, relinquere, & alienum sequi, quando longè maxima utilitas ex huiusmodi abnegatione comparatur, & pax, charitas, humilitas, quies, cordis tranquillitas seruetur? At contra ex contentionibus contradictionibus atque voluntatis propriæ defensione contentiones oriuntur, charitas læditur, & cætera multa mala eueniunt.

Abnegatio proprii sensus quantum proficit.

Quando ergo agnoscis voluntatem fratris tui (exempli gratia) vt librum tu exponas, reponas, ita vel ita lucernam ponas hoc vel illud facias, sine cordis

dis murmure & incunctanter facias. Ita tu habebis pacem, & ille erga te habebit charitatem. Melius est vt tu illi, quam ille tibi obediat. Ignauus mercator est, qui alteri lucrum ostendit, & ipse negligit. Sic tu fili quantum potes mereri, aut proficere in virtute, non negligas.

Nullum librum legas prorsus, nisi consultum à priore aut magistro, & ea quæ legis secundum interpretationem & moderationem eorum discas intelligere. Idem facias in cæteris rebus, vt nihil ex proprio, sed superiorum consilio cuncta facias.

Offensus vt sit reconciliandus.

Si aliquem per te offensum intelligis, ad petitionem veniæ te humiliter & fratrem iratum reconcilies. Si quispiam reprehenderit te, humiliter respondeas dicendo culpam tuam, & quod libenter te vis emendare. Si tamen aliquis reprehenderet te de obseruantia, obedientia, disciplina, quam fortassis non omnes æque seruarent, noli contendere, sed consule priorem aut magistrum tuum quid faciendum sit, an pro aliorum pace aliquid dimittendum sit quod bonum est, ne singularis appareas. Si consuluerint à bono non desistendum (puta quia debet ita fieri) acquiesce illis etiã si derisum vel displicentiam propterea sustineres: quia duplicem ita faciendo mereberis coronam, pro bono opere vnã, alteram quia aliquid aduersi propter Deum, hoc est propter virtutem, sustines. Dabit etiam Dominus, vt contradicentes postea ædificentur, & vel inuiti probabunt bonum.

Singularitas quam vitanda sit.

Alia singularitas est in his, quæ non oportet: & illa est vitanda in publico. Hæc sufficiunt rudimenta pro initio spiritualis vitæ. Cætera post hæc ex lectione libellorum deuotorum: præcipuè autem ex eruditione patris Prioris & magistri tui discas.

Moneo te postremò fili charissime, & per misericordiam Domini nostri Iesu Christi obsecro, vt ita simplicem, tractabilem, humilem, resignatum, obedientem, deuotum, pacificum, obsequiosum, & in officio diuino strenuum te exhibeas, vt Deo honor, animæ tuæ salus, fratribus consolatio, mihi deus gaudium sit, non verecundia in Domino nostro Iesu Christo, Vale.

Homini exteriori, interiori, reformando quam sint necessaria. Lectio tyroni commoda quam sit accommodata, libri auctores que quam illi sint frequentandi, lectio cuius quis debeat fore scopus: orationis mentalis quanta vtilitas necessitasque sit.

Epistola XI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS CARTHVS.

Dilecto filio suo Godefrido, nouitio feruentet incipere, strenuè conari, feliciterque consummare.

Exteriori atque interiori homini reformando quæ sint necessaria. Lectio quam sit utilis.

Fili Dilecte quemadmodum circa hominis exterioris custodiam necessaria sunt, quam vtilia silentium & solitudo: ita circa interiorem ad superna euehendum, oportet summopere, vt lectio, præsertim in principio conuersionis, & oratio mentalis, seu meditatio assint. Lectio, vt discas quid vera sit virtus, quodue vitium: quid denique agendum, quo tendendum, vbiue finiendum sit, quomodoque quodcumque egeris, in Deum sit ordinandum. Præterea necessaria est, vt discas Dei beneplacitum, quidque honestum, quidve turpe, aut illicitum sit. postremo, ad hoc

OVI
115

hoc necessaria lectio est, ut ea quæ didiceris Deo accepta, eadem etiam suadeat faciatq; tibi lectio commendata, administret compunctionem, deuotionem excitet, promoueat, inflammetq; affectionem.

Eam ob rem hi tibi sunt libri necessarii, non qui eloquentiam, sed qui deuotionis silentium doceant. Hi, inquam, libri tibi sunt necessarii, qui tibi vitia & infirmitates tuas ostendant, qui tentationum & demonum fraudes aperiant, qui denique remedia doceant, atque modum viuendi. Hi etiam libri sunt necessarii, qui beneficia Creatoris & Redemptoris tui tibi ostendant, qui ad amorem stimulent, qui deuotionem excitent & ad extremum, qui mundi fastidium Deiq; amorem prouocent.

Qui libri
sunt nouo
Christi ty-
roni legendi

Itaque fili, nihil tibi iam, quando monasterium, imò quando eremum intrasti, commune sit cum eorum studijs, qui hoc etiam tempore linguis discendis in solitudine vacant, nec ijs qui Philosophorum argumenta aut Theologorum quaestiones nodosas peruestigant. Tu ea quære, ea lege, ea tibi commenda, quæ te faciant lecta meliorem. Cura ut ex deuotorum libris ediscas, non tam quomodo describatur, sed quid sit & quomodo sentiatur, quomodo denique comparetur compunctio, Dei amor, odium peccati, & studium virtutis. Lege eos libros, ex quorum lectione castior, timorator, discretior, prudentior, erga Deum, affectuosior, hoc est, deuotior inueniaris.

Quæ studia
parum con-
ueniant mo-
nacho.

Nihil quo tibi aut nomina aut verba scientiæ arroges, legendum in manus sumas. Nihil tibi commendes, quo alius doctior videaris. Solum Dei amor, & interdum proximi (si consulendum sit ei, aut instruendus) te ad lectionem inuitet.

Ad lectionem
quid inuita-
re nos de-
beat.

Delectatio in legendo, aut in libris fit tibi casta, ut non lectio propter scientiam te delectet (quod curiositatis, & sensuale est vitium) sed quia te ad Dei amorem tuisq; sanctum odium prouocat.

Sine ut alij varia, raræq; ex lectione sua citent, ut omnium studiosissimi doctiq; maximè videantur. Tu Deum discere, Deum desiderare, Deum quære. Tu lege potius, ut intus sis in anima illuminatus, quo timeas Deum, paucas ad huius offensam, sollicitus sis ne quicquam agas aut negligas, quo offendas illum, nihil denique prætermittas, quo maiorem tibi eiusdem gratiam conciliare potuisses.

Hoc sit studium tuum, hæc scientia tua, omni hora & momento scire, amareq; quo beneplacitum sit Deo affici præterea virtuti, vitia odire, & in Dei beneplacita strenuissimè te extendere. Itaque libros qui te hæc doceant, qui suadeant, qui inuitent quoque & trahant, lege.

Studium
monachi
quale esse
debeat.

Quæris, cuiusmodi illi libri sint? Thomam Kempis de Imitatione Christi, atque eiusdem similia opuscula semper in manibus habere totum enim interiore hominem informant suauiter ac quodam modo pungunt. Sunt item alij libri: Horologium æternæ sapientiæ, quod Amandus, ideinque Henricus Subordinis Prædicatorum composuit. Cuius quoque vita lecta plena compunctio est. Sunt D. Bonauenturæ multi libelli proficenti accommodati. Sunt Dionysij Carthusiensis Scala, Heptalogus: & in Tomis nonnulla inserta opuscula valdè vtilia. Item Vitæ & Collationes Sanctorum Patrum, Stimulus diuini amoris, Speculum spiritualium, Mapheus Vegius de

Libri legen-
di quoniam
conueniant
Christi ty-
roni.

perseuerantia: Directorium Herpij. Nonnulla denique ex D. Ioannis Rusbrochij: & quædam in tertia parte Ioannis Gersonis opuscula deuotioni & monastica eruditioni accommodata, lectu sunt utilia. Profectus religiosorum item, tam de exteriori, quam interiori homine, Alphabetum diuini amoris, Pharetra quoque diuini amoris cum Epistola Iesu Christi ad fidelem animam, valde congruunt, hisq; similia comperies multa. Liber quoque, qui dicitur Malogranatum. Item tractatus Augustini, præsertim in Psalterium, eiusque sermones optimi sunt. Pari modo dialogorum libri, atque in Iob D. Gregorij.

Circa vel ante sacerdotium lege Gabrielem Byel super Canonem Missæ. Vbi non solum Missæ canonem videbis illustratum, sed omnem ferè etiam scientiam sacerdoti necessariam pariter hauries. Inde leges opera Bernardi, & Speculum historiale Vincentij, vtpote sanctorum gesta obijciens ad compunctionem Familiarem quoque tibi habeas Summam aliquam vt vel Syluestrinam, vel Angelicam, ex qua dubia tua tibi resoluas circa ea, quæ sunt monacho necessaria: vt de confessionum audientia, horarum persolutione, de censuris, excommunicatione & irregularitate, & similibus, quæ oportet monachum non ignorare.

Et vt summam dicam. Quicquid legeris, eo animo legas, quia aut scitu est necessarium, aut quia compunctioni & deuotioni congruum. Itaque Dei gloriam in omnibus tibi finem constitue, ne semel quidè cogitans de te, quod ex studio doctior habearis, aut quod aliquod caducum, puta honorem, officium, opinionem, aliudve quo te ipsum quæras, intendas aut desideres. Nudè igitur, id est, ob hoc solum leges, vt proficias in Dei cognitione atque amore: vt quoque eius beneficia, eius monita consiliatq; ac beneplacita sint tibi manifesta: vt denique quid virtus, vel quid vitium sit, atque postremò, si opus fuerit, vt vel ex obedientia palam omnibus prædices aut secreto consilium salutare præbeas afflicto.

Cæterum familiarior tibi multò esse debet oratio, atque quam lectio suauior. vtpote cuius gratia lectio incumbis. Leges enim, vt ores. Idè inter legendum semper referas eleuesq; animum ad Deum, & in affectum, aut gratiarum actiones pro eius beneficijs, aut in supplicationem pro virtutibus aut donis, aut in gemitu pro tuis delictis & erratis prorumpas. Lectio tua sit cõfians & breuis, vt nõ ex cariositate, nec ceu fastidiosus, nũc ex hoc, tunc ex illo libro, & iam quidè in principio, paulò post in fine libri legas, sed certis temporibus, quibus à magis necessarijs vacare potes, vni alterive libro insistas, quousq; totum perlegeris. Non aut opus est, vt memoriæ commendes verba, sed eruditionem tibi imbibe atq; sententiã rerine. Potes etiã, idè consultum est, libellum tibi paratũ ex nuda papiro habere, vt vbi gratũ vtilene quid legeris, in tuum illum librũ quasi registrum signes: Verbi gratia, si quid de humilitate pulchri in Augustino in tractatibus super Psalteriũ, alibiue legeris, signa ad registrum tuum in titulo de humilitate, ad hoc parato, in hunc modũ: Augustinus hoc aut hoc in loco, quomodo sit comparanda humilitas tractat. Item Ioannes Chrysostomus in hoc libro de laude humilitatis, & in hoc folio seu capite. Item: Vide in illo libro de duplici humilitate, ibi aut ibi. Hoc itaque modo Locos communes tibi facies, singula commendatu digna assignando, vt quum tibi necessaria fuerint, scias reperire quæ olim legisse

recor-

Monachus
quæ ignora-
re nõ debeat.

Lectio
quis debeat
esse mona-
cho si opus.

Oratio quã
debeat Chri-
sti: vni fo-
re familiaris

Qua sit ra-
tio lectio-
ni vacandũ.

Loci com-
munes vt
sunt digere-
di.

D. VI
L. 6

recordaris: præsertim cum aliam ubi legeris, non habeas memoriam, nisi ex Locis tuis communibus. Hoc modo pariter in meditatione orationeue utaris, ut si quando affectuosum suauitque quid in modo petendi vel humiliandi occurrerit tibi oranti, signes illud ad libellum aptum, quia cras fortasse simili modo cupientem uti, tenebit obliuio, & induocio impedit ut nisi scripseris, non recuperes. Porro de oratione, quia occasio datur, dicendam orationem mentalem longè meliorem sola oratione vocali. Vocalis enim patitur distractionem, ut vnum ore loquens, aliud mente cogitem. Mentalis verò non admittit, quamdiu ipsa durat, distractionem. Nam si aliud admittit, iam oratio non est. Neque enim diuersa potest quis mente versare: sed vno intus recepto, mens illo occupata, aliud recipere non potest. Quod si reciperet, quod ibi ante versabatur, euanesceret. Pro mentali oratione potes aliorum libellos, orationes, & meditationes legere, mente tamè non ore leges, donec assuescas ex aliorum orandi modis, simulque ex teipso discas, utpote videns tuam indigentiam, infirmitatem atque impossibilitatem, ad Deum preces supplicationesque dirigere. Crede mi fili, si lectionis castus, simplex, deuotusque cultor, & si conscientia tua obseruator sedulus fueris, tam multa reperies tibi necessaria atque quia aliud non potes à Deo petenda, ut non sit opus tibi librum alienum circumferre, ex quo aliorum orationes legas: quia cor tuum proficendi item desiderium, emendandique studium tot ac tanta administrabunt petenda, ut tempus vix sufficiat pro illis petendis, quibus indies cognoscis te indigere, atque nondum tibi adesse, sed à Deo solo, non tamen intermittendo, conatum, industriam, laborem ac proprium studium, nec in eisdem etià sperando impetranda ac expetenda esse. Pro hac mentali iuuanda oratione, scripsi exercitia varia, & diuini amoris pharetram. Iuuat autem maximè ex vita Christi ob oculos mentis ponere atque in mente versari, quo orantis desiderium & instituat & exerceatur. De hoc poteris legere, quod seculari cuidam diuiti, sed Deo deuoto nuper scripsi. Cæterum quicquid in laudem mentalis orationis dicitur aut dici potest, intelligi ita debet, ut orationes debitas, puta ab Ecclesia institutas, ut sunt orationes pro penitentia in iustis, orationes horæve Canonice, & huiusmodi alia, ad quæ status noster aut Ecclesia obligat, non mentaliter, sed vocaliter persoluamus. Vale fili, & Iesum tuumque matrem præ omnibus ama.

Is qui se tradidit monastico instituto, ut à Dei timore incipiat: quantoque studio & deuotione preces quas vocant horarias, persoluerit: quomodo beatissima V. Maria gaudio venerat: quanto denique celo solitudinem silentiumque excolere debeat.

Epistola XII.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.

Fratri Petro nouello Christi tyroni pacem, gratiam, virtutumque quotidianum incrementum exoptat.

Primum ac præcipuum tibi sit fili, quod summopere est obseruandum, ut semper Deum timeas offendere: semper metuas, ne aliquid agas omissaue quo Dei gratiam amittas, quo minus gratiam Dei recipias,

P 3

quo

Mentalis oratio ut præstet vocali.

Orationem mentalem quid efficiat vel adiuuet.

Vide XV. meditationes in appedice ad Pharetram diuini amoris quæ inscripta est D. Hardearadt. Orationes debite ut sint vocaliter persoluedæ.

Timor Dei ut sit fundamentum loco assumentis

quo præpedias, quo indignum te Deo efficias. Semper ergo sollicitus esto, ne offendas Deum, ad eò ut pro nulla re mundi velis scilicet offendere Deum. Hoc fundamento iactò, videlicet, timore Domini, alia faciliter sequuntur. Inter quæ hoc in omnibus constitutum esse debet, ut quicquid faciendum, quicquid orandum est, nihil negligenter, nihil inuitè, nihil perfunctoriè, sed strenuè, alacriter, seruentè, fideliter huiusmodi officias omnia, atq; id illicò q̄ cū potes, ne vbi debueras Deum placare atq; mereri, inde ppter negligentiam, infidelitatem aut dilationem incidas in peccata perdisq; & laborem & operam.

Ut debita ante omnia sint persolueda.

Contanda quinam sint omnia laudes.

In quibus aliena potius quam propria sit obsequendi voluntati. Gaudia B. Mariæ, vna que quò & quando recolenda sint.

Fac igitur quò pote, ut quicquid orare, aut legere, aut operari debet, vnumquodq; facias in tempore suo cum ex remonij & cæteris conditionib. quomodocunq; melius potes & deuotus. Ita fiet, ut opere, aut oratione consummata, conscientia gaudium, non merorem, nec amaritudinem consequaris, meritum q̄ tibi & corona pro bono opo reponatur iusticia, nõ delictum aut supplicium pro negligentia, seu transgressione. Excitatus confestim surgas, maximè cauet tunc morari in lectio: quia ex vna huiusmodi negligentia, cæcæ alia postea oriuntur. In choro non parces voci, sed alacriter donum, quo præditus es, ad Dei laudem conuertas. Discas non ex aliorum ore carere, sed aut sis certus memoriter canendo, aut accipias librum. Leuitates, signa, euagationes oculorum, inordinatos motus corporis, atq; oem præsertim irregularitatem, quæ disciplinæ aduersatur, cohibeas violenter. In cætu cõformes te cætorum, cauens maximè, ne occasionem pbeas festinandi, aut diuinas laudes abbreviandi. In choro & vbiq; in conuento, in ijs quæ possunt sic vel sic fieri sine culpa, studeas magis alienam, q̄ propriam facere voluntatem, & habebis pacem magnam & fructum atq; meritum propter mortificationem propriæ voluntatis. Ante horam quam liber B. Mariæ offeras vnum Ave Maria, eidem præter hoc quod solito more premititur in commemorationem vnius gaudiorum temporalium, & post horam vnum Ave Maria in memoriam vnius gaudiorum æternorum. Ita commemorabis septem eius gaudia duplici cætra tædium ad septem horas. In fine subiunge collectam.

Oremus.

Ut tuam Domine misericordiam consequamur, fac nos per intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ matris tuæ & omnium Sanctorum tuorum toto corde tibi semper esse deuotos, humiles, castos, mites atq; benignos. Amen. Cum sponso matre & prole pia benedicimus õ piissimam Virgo Maria. Pro commemoratione gaudiorum eius lege si meliora nescis, rituumos, qui traduntur in subiectis.

Gaudere dulcis pater Christi, virgo Deum concepisti, Gabriele nuntio à peccatis abstinere, Deo fac nos inhxere, corde sincerrissimo.

Gaude quia Deo plena, peperisti sine pœna, cum pudoris lilio. Nostra quaeso tu sis mater, regat nos cœlestis pater, placeamus filio.

Gaude quia venientes, nato reges offerentes, cernis tria munera Fidem, spem, humilitatem, castitatem, charitatem, nobis dulcis impetra.

Gaude quia tui nati, quem videbas mortem pati, fulget resurrectio. Nobis da contritionis, fletumq; compunctionis, mundus sit fastidio.

Gaude videns tuum natum, ascendentem & stipatum, sanctis cum tripudio. Iesum fac nos imitari, cœlo mente conuersari, mites in exilio.

Gaude

Gaude suos quod descendit, replet, firmat & accendit, mundatq; Paraclitus.

Illo fac nos illustrari, regi, pasci, roborari, vngi, rari, rapi coelitus.

Gaude quæ post Christum scandis, & est honor tibi grandis, in cœlesti curia.

Virgo, mater pietatis, cunctis munda nos peccatis, duc ad cœli gaudia.

Ad chorum & vbiq; ad conuentum non tardus venias. Tu præstolare ceteros, nemo te. In ministrando altari sis sollicitus, sacerdotem altareq; diligenter obseruans, ne moram faciendo aut negligentiam, ne etiam strepitum insolitum admittendo, aut sibilos in orando, turbes sacerdotem. Redeundo ex choro, plana via reuertaris ad cellam, non fabulandi, non insinuandi, non aliquid noui percipiendi, non curiosè obseruandi admittens occasionem aliquam, non in itinere hic ibiq; subsistas: non retrospicias: sed aliquid in itinere ores, vnde occupata mente deuotus ad cellam venias. Semper & quoties intraueris cellam ad genua cadens, facito orationem, ad minus vnum Ave Maria dicendo. Deinde si qd ex debito psoluendum est, ante omnia perficias.

Cauē dū horas persoluis, interim aliqd agere, reuoluere, querere, tractare, obseruare, aut attentè respicere, q; sit ab illo quod legere habes, alienum. Nam hæc omnino, scilicet querere, reuoluere, &c. iam dicta, requirunt attentionē. Quicqd autē ab extra agis, aut sensus tuos quandocunq; spōtè cōuertis ad externa, quæ interim legis sine attentione soluis. Verbi gratia: Si legendo horam canonicam, interim oculis directis ad picturā discernis, expendis, & inuestigas, qd quomodo ve magister pinxerit, aut si per fenestram respicis, animaduertens ad auiculas, aut araneas aspicias quomodo muscas capiant, aut tibi ipsi vngues abscindis, aut aliquid simile agis quod attentionem ad se trahit, quicquid interim legis nihil soluis, & repetere teneris, quia fecisti ab extra rem, quæ non admittit secum attentionem ad alia. Neque enim ad diuersa potes attendere, vt simul in libro aliqd requiras, vel colloquentes auferul-

tes, & ad sensum verborū, quæ legis, interim attendas. Atq; idē Ecclesie præceptum transgredieris (quæ de exterioribus tantum iudicat) in exteriorib. tēpore orationis sic te habēs velut is qui nolit attendere ad orationem. Admittis enim occupationem aliam, quæ mentis abstrahit attentionem ab oratione, & ad se trahit. Facis (in q) rem externā, q non patitur secum at tentionē ad orationem. Idē si vis mortale peccatum euadere, omnia teneris à nouo legere, qcqd hoc mō sciētè & spōtè soluis. Si verò intrus duntaxat distraheris, nulla data interim occasione foris, per quam impediaris, ne possis attendere, peccas quidem, sed tamen hoc modo negligentè soluta nō teneris repetere, sed de negligentia pōnitere. Et hæc iam dicta intelligenda sunt de orationibus Ecclesie statutis, vt sunt hora canonica, vigilia mortuorum, & huiusmodi debita, vt de ijs qui ad huiusmodi ex beneficio aut statuto suo obligantur. Simili modo per somnolentiam quicquid neglexeris, teneris repetere.

Cauē subtrahere vocem in choro, vt fortasē ex amarulentia, aut sub specie zeli vindicando te nolis cantare, propterea q; reprehensus obiurgatusue sit, aut iuxta tuā voluntatem aliqd factum nō sit. Cauē, caue, in q, huiusmodi vindictæ genus, quo Deo subtrahas tui debiti famulatum, subtrahasq; tibi eius gratiam, facias deniq; iniuriam benefactoribus defunctis quorum elemosinam comedens cum reliquis fratribus, non pro ijsdem æquè laboras.

Postre-

Alia vt sit
interuendū

Horarie
preces at
sunt soluendæ.

Repetere
quatenus
preces
debitas se-
mel lectas.

Ecclesie
præceptum
quod violat
preces ho-
rarias solu-
do.

Vox vt non
sit subtra-
hēda in Dei
laudibus.

Postremo contra charitatem agis, non adiuuans conuentum, cuius es, sicut in vno corpore multa sunt, membrum. Cùm igitur in corpore conuentus alij sint senes, alij infirmi, alij non habentes voces, alij circa alia pro vtilitate cõuentus sibi commissa occupati & absentes, quare in choro diuino officio & cantui suppetias ferre nullas possint, tu verò cùm possis subtrahis etiam auxilium tuum, & stas ibi stomachando aut dormitando mutus, aut legens sub silentio aut fortasse ita cantans tenuiter & non iuxta vires, vt nihil iuues cõuentum. quid putas à Domino recipies? Quantum obiurgaberis? Quod tibi damnum, quam iram tibi thesaurizas? Caue igitur omnino hoc modo subtrahere vocem, caue hoc genus vindictæ, ne quod debes intermittas, aut infideliter negligenterq; illud agas: vt cùm propterea nihil solitum Deo subtraxeris, merearis à Domino illuminari, ad pacem restitui, & à tentationibus liberari. De silentio fortasse interrogas, quomodo illud obserues post professionem quandoquidem nonnullos vides leuiter illud negligere: qui quantum proficiant in vita spiritali etiam vides. Modo fili in nouiciatu & silentium & omnia discas alia per iugem assuetudinem, quomodo post professionem velis inueniri. De silentio igitur discendo, mitto te ad quendam fratrem, quem exempli causa, vt quomodo ipse sibi regulam, quam statuerat seruauit, tu quoque si placet, serues nunc describo. In decem annis hoc est, donec ad officium positus est, in quo cogebatur sæpè loqui nunquam fregit silentium ex certa scientia: aut sponte. Ter quaterue nec multo plus illi acciuit, vt ex inaduertentia & subreptione loqueretur aliqua verba, quæ licet loqui nollet subito erumperent. Et bis vbi putabat tria verba se ex necessitate loqui tanquam licite, postquam ea dixerat, videbatur non fuisse necessarium, vt ea proferret. Alias nunquam (vt dixi) in decem annis fregit silentium. In his annis nunquam petiuit licentiã aliquem visitandi nisi semel, vt apud fratrem quendam disceret, oculisque videret per diem, quomodo certi quidam colores efficerentur. Licet autem neminem visitaret ipse, nulliusq; peteret adiutorium aut visitationem, sæpè tamen rogatus ab alijs, quando licentiã habuerunt, adiuuit eos in horto, in scribendis terra lignis, in lauandisq; vestibus &c. Libentius tamen alijs in sua lauit cella. Vnde rara fuit hebdomada, qua non ter sæpiusq; lauaret alijs: nec modicas vestes simul lauit. Ea quæ infra hebdomadam illi inciderunt interroganda, percunctanda, afferenda, petenda, portanda in cellam, accommodanda, aut loquenda, ad petram signauit pro memoria, continens se vsque ad proximum colloquium conuentuale: tunc reuisa petra, in qua scripserat differenda, omnia tunc expediuit. Ex quo non subito, propter singularitatem recessit: sed modicum ibi manens, donec ea, quæ in colloquium generale distulerat expediret: postea clanculum se subtraxit. Aliquando tamen deceptus, maximè in spaciamento diutius mansit, sed maximam semper tristitiam amaritudinemq; ac desolationem postea rediens, in se inuenit. Sub illo tempore toto chorum exiens ad cellam redijt absque mora, nisi portare secum debuisset aquam aut rem aliquam, vt libram accommodaret, aut accommodatum restitueret. Tunc enim si fratri al. cui habuit aliquam rem restituere iam dudum sibi accommodatam, exiturus ad vespertas, eandem rem posuit iuxta cellæ ostium intra cellam, & ex vespertis rediens ostio resecato,

Silentium
vt sit obser-
uandum.

Ipsè Lansper-
gius fuit.
Lanspergius
quam religi-
ose in cel-
la vixerit.

antequam ingrederetur, apprehendit rem ibi studiosè ante positam, reddiditq; confestim fratri sub silentio. Hoc modo non egebat licentijs quas peteret, quæ causa multarum fabulationum atque perditionis temporis sibi fuissent. Nunquam pro exeundo cellam licentiam quæsiuit, nisi quando lauit, afferenda aqua puteali. Quam alij fratres confluebant ad cellam, vel circa personam præsentis post exitum chori, aut ad operarios, & ad structuram, pictorum artificumq; aliorum nouitatumq; opera videnda, nunquam accessit, cogitans se adhuc benè eadem visurum consummata, & tempore congruo. Iuit igitur semper plana via ad cellam nisi per præsentem aut per alium ex licentia impetrata alicubi vocatus. Vide fili, quoniam non omnia omnib; similiter conueniunt. Consule magistrum tuum, & quicquid tibi præscripserit, hilari corde amplectere. Nihil enim præsumas, nisi ex consilio tui magistri tibi præscriptum, aut per eundem ante benè discussum atque laudatum. Idcirco omnia quæ tibi etiam bona videntur, si rara, aut noua sunt, aut tibi inexperta, ad examen iudicium voluntatemq; tui magistri referas, ad eiusdem consilium vel tenendum, vel abiiciendum. Caue quæso tempus nobile tam inutiliter (ut quidam solent) amittere, per colloquutiones prorsus inutiles, ad quas sæpè etiam dant operam obtinendas. Nonnulli etiã non absq; periculo eiusmodi quærent & salutaria interea negligunt, debitaq; intereã defunctorum propterea prorogant, aut in alium differunt diem soluenda. Inter laborandum ad quoduis quartale horæ recurre ad iaculatoriam, hoc est, breuem aliquam orationem siue mentalem, siue vocalem suspirando ad Deum, gemendo pro defectibus tuis, aut orando pro virtute, pro diuino amore pro eius gratia &c. cuiusmodi oratione, suspiriaq; multa inuenies in Pharetra. Potes etenim rosarium tuum ita diuidendo per tempus legere, ut ex vita & passione Dñi articulum aliquem, labores alios interrumpendo, tractes. Verum iam dicta sufficiant. Tu mi fili benè Vale.

Armis quibusnam spiritui instabili tu in assumpto vite monastica instituto resistendum sit.

Epistola XIII.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS.
suo Bernardo charissimo filio, S.

IAm susceptus es fili charissime, gratias age Deo quod obtinuisti id, quod meliores te complures non obtinuerunt. Iam propositum tuum ita super Christum firma, ut nullas vnquam cogitationes vel motus etiam leuissimos velis admittere, illis auscultare aut cum eis disputare sed penitus execrari, quæ nituntur ad displicentiam tui status, aut ad commendationem alieni status te inducere. Hoc enim molitur figmento tibi diabolus imponere, suadens & laudans ea quæ foris sunt ut instabilem te faciat, ingratam diuinæ vocationi constituat, atque ad poenitentiam assumptæ religionis inducat. Inde ad seculum te reducat, & grauioribus quam ante peccatis (utpote quem semel iam vicerit) innectat, fiantq; nouissima tua peiora prioribus. Itaque *omni custodia serua cor tuum ne mundus recogitetur, ne peccata placeant iterum, ne falsa promissio melioris vitæ atq; vberioris frugis,* Luc. 11. Prou. 4.

sanctio.

Nihil absq; consilio attemptandum.

Temporis amissio quæ sit cauenda in colloquutionibus. Labores manutij ignitis preculis subinde interrumpendi.

Ut respon-
dendum te-
tationibus a
sancto insti-
tuto reuocā-
tibus.

Ut semper
disideant a
Christo spi-
ritus mundi
& diaboli.

Oratio cōn-
tra instabili-
tatem.

Quae multi
sentimus vt
nihil nobis
noceant.

Inimici ho-
minis qui
sunt
Psal. 142.

sanctiorisue status te fallat omnia suspecta habens, cuncta tanquam pestife-
ra abiciens, quaecumq; tibi vel mundum, vel alium statum praedicant, ad vi-
tuperationem tui status, ad quem diuina te vocauit prouidentia. Ita facies
omnia efficiantur tibi leuia, portabilia atq; iucunda, quae videbantur ante mo-
lestia. Hoc igitur modo loquere tibi ipsi. Christus me huc vocauit, diabolus
me non auocabit. Christus hunc in locum me constituit, neq; propter homines
nec utilitatem propriam hinc recedam. Si alius mihi foret siue status, siue lo-
cus utilior feliciorq; non huc, sed illuc me Christus misisset. Nihil enim ho-
rum, quae circa me acta sunt, vt mundo, parentib; amicis, libertate, volupta-
te, atq; omnib; extra Christum posthabitis ad monasterium hoc concederet,
vt cupiris olim atq; delectabilib; carere vellem, bonis ac salutaribus moniti-
credere, meq; subderem, diabolus mundusue suggerere potuit, cum pugnaret
aduersus Christum, atq; ab eius spiritu prorsus aliena suadeant. Semper enim
inter se dissident spiritus mundanus & diuinus, diabolus ac Christus, caro &
spiritus. Instinctus etiam humanus non potest persuadere, vt carnem suam
quis affligat, mundum relinquat, libertate se abdicet, nisi operetur intus spi-
ritus, qui ex Deo est. Hic fatit interno instinctu, vt externa consilia, si qua
secundum Deum administrantur, videantur bona, placeant, acceptentur. Ita-
taq; domine Deus meus, nolo recedere a te, nolo ingratus esse tanto benefi-
cio tuo, nolo vocationis tuae gratiam negligere, sed omni virtute acedia atq;
teporem detestabilem cordis mei per auxilium gratiae tuae superare. Quae-
cumq; fuerunt hucusq; aut fore possunt molesta, propter te nunc, & ob tui amore
dulcis Iesu, erunt mihi non modo tolerabilia, sed etiam suauia. Quicquid infi-
pidum fuit, posthac erit dulce, saltem secundum rationem & voluntate. qd
gratiam tuam nihil fugiam eorum, quae aduersa videntur, aut quae etiam ten-
sualitatem meam grauant, qd tu es Deus meus qui infirmitatem meam cōfide-
deras, & adiuuas. Nec me iudicabis secundum ea qd inuitus sentio, sed secundum
ea quae eligo & libenter volo, atq; vt dulcia etiam forent praeter tui amore desi-
dero. Amantissime Iesu, quicquid tibi placet fac vt mihi etiam propter te pla-
ceat, nec vnquam displicere possit. Benignissime Iesu hoc pactum etiam facio,
quod escumq; mihi obsceni aliquid aut mundani, aut qd secundum carnem
desidero, inciderit, quoties aduersitatis aliquid horreo, aut torpeo, quies mun-
dum cogito toties te laudo bndicoq; & gratias ago: qd creasti me, & ad hunc
locum conuersionis meae vocasti me. Adiuua igitur me Dñe Deus meus. *Eripe
me de inimicis meis, id est, peccatis, vitijs, concupiscentijs, aq; diaboli insidijs.*
*Domine Deus ad te confugi, quia nihil in me est virium, qd possim euadere: docet
me facere, non modo scire, sed & velle & facere voluntatem tuam, quia Deus me-
us es in ego verò plasma tuum & creatura tua. Et tu quidem semper facis qd Dei
est, benignitatem, misericordiam, beneficentiam, gratiam, amorem exhibē-
do erga me: ego verò non facio quod creatura tua debet, non exhibeo me ser-
uum tuum, sed vilissimum, ingratisimum peccatorem, & peruersum tuo-
rum beneplacitorum transgressorem.* O Deus meus conuerte me. Suscipe me
in gratiam tuam, tene me, rege me, posside me, conuerte me totum in laudem
tuam, in amorem & omne beneplacitum tuum, Amen. Amabilissime Iesu fi-
at in me, per me, & de me semper omne beneplacitum tuum. Da mihi Deus
meus, vt placeam tibi totus & semper. Vale.

D. VI
16

Ad Christum si quis vult venire, in eam in qua nunc est gloria, necesse est ea via, qua Christum præcessit ambulet, hæc autem est omnimoda propria voluntatis abnegatio.

Epistola XIV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
suo Bernardo charissimo filio, S.

Sola abnegatio fili mi sui, ducit ad Christum, ipso dicente: *Si quis post me vult venire abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quid ducat ad Christum. Sine perfecta abnegatione sui, nulla perficitur obedientia perfecta. Luc. 9. Ad obedientiam, ad sui abnegationem, ad sui relictionem (quæ nobilissima & utilissima spiritualis vitæ sunt instrumenta) spectat, præcipua vitæ spiritualis instrumenta quæ sunt. propriam voluntatem omnino relinquere, proprium sensum contemnere, consilium proprium abijcere, nihil nisi quod superior tuus præscribit aut definit æstimare, de eius cõsilio nihil hæsitare, eius voluntati nihil præferre, contra eius iudicium nunquam disputare, eius iussa non discutere, mandatorum eius rationem non expetere, in obedientia non discernere, id est, ubi velis, ubi non velis obedire, non eligere, utilitatem præcepti non discutere, sed obedientiæ meritum attendere, voluntatem iubentis etiam præuenire, quod causam habeat rationabilem iubens non ambigere. Itaque fili satage voluntatem propriam penitus abdicare. Cura vñ semper sub obedientia inueniaris. Nihil ex propria voluntate, sed quidd superioris arbitrio fuerit iustum, eligas, ita enim fiet, vt à peccato semper liber, in conscientia tranquillus, mundus, pacificus, & hilaris inueniaris. Ita exhibeas te magistro tuo, prælato & præfidenti, vt non timeant, sed audeant tibi dicere, quæ dicenda sunt: iubere quæ iubenda sunt: arguere, quæ arguenda sunt. Absit vt meritum & proficiendi occasionem tibi furripias, & eruditionis fructu te priues, ostēdes te impatientem, iracundum &c. vnde oporteat eruditorem tuum gere- re ea, ex quibus melior fieri debueras, ne efficiaris deterior. Vale.

Vt is qui monasticum institutum concepit animo, opere per feruentem orationem ad Deum & suam operam perficere possit.

Epistola XV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
Filio suo prædilecto Ioanni, Iesu Christi amicitiam exoptat.

Charissime fili, interea dum conuentus congregatus tractat, de tui receptione consultans, tu ad pedes Domini in abscondito loco te prosternas, orans Iesum per viscera misericordiæ suæ, vt quod per gratiæ suæ instinctum in te seminavit ad salutarem frugem perducatur. Hoc est, quemadmodum inspiravit tibi seruiendi sibi propositum, & vocavit ad hunc viuendi ordinem, animum tuum inclinando: ita tribuat suæ gratiæ, suæ vocationis tui desiderij & tuæ expecta- tionis

Q 2

Ut cum Deo
pañum inc
undum fit
mundum
relicturo.

tionis effectum. Roga eum, vt tecum dignetur inire pactum, & tu similiter non tuæ virtuti, sed gratiæ eius innitens, eligas ferire cum eo pactum, vt ipse sit Dominus Deus tuus, tu verò seruulus eius, detq; tibi omnia ad sui amorem, cultum atque reuerentiam necessaria atq; vtilia: dirigat, regat, possideatq; te in æternum: nec vnquam finat te aliud aliter aut agere, aut velle, quàm suæ beneplacitæ maiestati.

Phil 2.

Facias tunc propositum ex toto animo & corde Deum velle, diligere, & eius beneplacitum nunquam negligere, ad omnia hilariter obedire, & propriam voluntatem radicitus mortificare ad gloriam & beneplacitum eius, qui pro te humiliavit semetipsum factus obediens vique ad mortem. Vale fili dulcis.

In ingressu monastica Religionis quisnam scopus ob oculos constituendus: quomodo quoque mores mutare tyro canobita debet.

Epistola XVI.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.
F. Hupertio filio charissimo S.

Quo animo
monasticū
fit ample
ctendum
institutum.
Cur vestes
mutent mo
nasticen
subitici.
Vt mutari
debeant qui
mundo va
lesfaciunt.

Proprietates
omnis repu
dianda.

Fili mi dilectissime, ad Ordinem hunc venis, vt ad Deum toto corde conuertaris. Si aliud quæris, consultius extra Ordinem manes, quam intrare. Neque enim fieri potest, vt ordinatè viuas in Ordine, si non benè ordifata intras intentione. Hic est ergo intentionis tuæ scopus, vt toto corde conuertaris ad Deum. Propterea mutas vestes in huius Ordinis ingressu, quo tu ipse semper admoneris vitam & animum mutare. Vide ergo, qui à Deo alienus fueris, vt mutatus, atq; ià ad Deum conuersus, alius nunc fias. Hactenus itaque gauisus fuisti in peccatis: posthac non debes sine gemitu recordari peccati. Hactenus carni mollia atque delicata qua fisti: modo aspera & amara debes ex desiderio amplecti. Hactenus pro Christo nihil, & omnia voluisti agere ac pati pro mundo: nunc mundum: & omnia quæ mundi sunt debes contemnere, & Christi amicitiam ex toto corde quærere. Hactenus propriam voluntatem, proprium sensum & desideria tua sensualia conatus es defendere, atque statuere: nunc omnem debes nauare operam, quomodo propriam in te voluntatem mortifices, quomodo priuato amore exuaris, & quomodo ab omni proprietate liber efficiaris, & sit Deus in te, & tibi omnia. Hactenus laudes, fauores, hominumq; amicitias desiderasti: nunc soli Deo appetas placere, & proximis caueas offendiculum præbere, aut scandalum. Hactenus pulchra, pretiosa quæq; & multa quæsiuisti habere: iam viliora atque abiectiora debes, quantum in te est eligere, & paucis qua ceteri fastidiunt contentus esse. Hactenus maluisti imperare, quam subesse: nunc debes te ipsum abnegare, & propter Deum omnibus te subicere. Hactenus voluisti abundare: nunc debes penuriã pati. Hactenus voluisti habere superflua: nunc debes pro Deo amare, vt etiam tibi desint necessaria. Hactenus nemo audebat tibi conuitium irrogare: modo debes velle ab omnibus argui, despici & conculcari. Hactenus si quispiam tibi non faucebat, volebas, vlcisci: posthac eum qui te persequitur debes æstimare amicū, & vt benefacto-

rem

sem amplecti. Hactenus voluisti deridere & iniurias irrogare: modo debes iniurias pati, & nihilominus ut reum te accusare, ac omnibus malis dignum te estimare. Adhæc igitur præpara te, quia hæc queris, si ex toto ad Deum corde conuerti cupis. Vale.

Quid querat
qui ad Deum
toto corde
conuertitur.

Stipendia præcipua militum Christi quæ sunt: Infirmities corporum cur permittantur à Deo: mali homines quam sint bonis & Deo electis necessary & frugiferi.

Epistola XVII.

F. IOANNES IVSTVS LANSBERGIUS CARTHVS.
filius suo charissimo Iohanni, nouello Carthusiano.

Charissime fili accepi grauissimam in firmitate laborasse. Compaciebar quidem tibi pro molestia corporis, verum de animæ tuæ profectu exultabam: quoniam quidem vel inde intelligo te charioribus Dei amicis (si modo ipse volueris) ascribendum, qui in primo militiæ, tum Christianæ, tum Carthusianæ aggressu signa & stipendia, quæ præcipuis donantur amicis, à Christo Iesu rege & ductore tuo suscepisti. Quæ sunt hæc inquis? Ea ipsa haud dubium, quæ ipse (dum hic pro nobis militaret, aut militiam doceret in terris) in se portauit, aduersa multa, molesta, dura, & omni fariam amara &c. Percurre vitam eius, & vide exactius singula examinando, quanta sustinuit in fame, siti, penuria, contemptu, laboribus, fatigationibus, tentationibus, exilio, fuga, persecutionibus, iniurijs, contumelijs, angustijs, passionibus, adoloribus, verberibus, vulneribus: signominiosissima tandem morte vitam suam conclusit, his amicos suos, quanto fuerint præcipui, quanto chariores, tanto copiosius condonauit. Ita quoque nunc meo Iohanni in initio mox suæ conuersionis (non ante conuersionem, ne militiam suscipere recusaret) dura usque ad mortem propinauit, volens illum sibi conformari, quando & ipse suæ passionis tempore instante, usque ad mortem tristitiam suscepit. Matt. 26.

Est tamen mihi ô prædilecte fili, & alia spes (nisi me fallas ipse) ex infirmitate tua, qua conuersionis tuæ initia Deus sibi dedicauit, videlicet ut inde mundi amaritudinem, iuuentutis & omnis ætatis instabilitatem, voluptatum persequentium fraudem, vitæ incertitudinem, omniumque quæ extra Deum sunt, accipias fastidium & obliuionem: acta præterita tua vehementius tibi displiceant, conuersio & nouæ vitæ assumptio dulcius placeat, & mundum perfectius deseras, Christum feruentius veluti in extrema necessitate constitutus, quæras. Ita fili mi & tu quoque sentias velim, ut propterea infirmitate te donauerit Christus, ut conuersionem tuam feruentius incipias, mundum & quæ in eo sunt ex animo relinquant. Quis olim dum hosti tuo fertiebas, Christum contemnebas, seruauit te sanum? Scio quem respondebis. Ille idem & modo qui te fecit amicum seruare potuit, nisi aliter expeisset. Ad tuam utilitatem tibi ex amore aduersitatem largitus est, & sapius forsan subinde largietur, si modo tu in ipsum speraueris, si Deo innixus fueris, si de ipso in simplicitate ac bonitate cordis senseris, & ea quæ tibi miserit, utilia feceris. Sap. 6.

Tunc autem senties de Domino in bonitate, si cuncta quæ tibi eueniunt, non aliter ac de manu eius suscipis, si in omnibus bonitatem eius intelligis & laudas. Sentire de Domino in laudas.

bonitate
quid sit.
Quo pacto
facile meri-
tis quis di-
ues fiat.

landas, qui nil tibi accidere permittit, nisi quod ad tuam spectet salutem vtilitatemq;. Quicquid ergo tibi acciderit, siue triste siue dulce sit illud, dic tibi ipse. Hæc misit mihi Deus, vt inde aliquid proficiam, aliquid lucrer. O si ita faceres, ex omnibus quærendo, quomodo ad lucrum animæ tuæ, (veluti auarus mercator) aliquid colligas, cito fieres diues, & non displicebit aut minus displicebit, si quispiam iniuriam fecerit, cum tu meritorum tuorum & profectus augmentum inde sentias: nec illi indignaberis iniurianti, quia intelligis Deo ordinante ita tibi missum, ac si Deus tibi diceret: Ioannes hæc sustine propter me. Sed reclamatione adhuc immortificata superbia, Vellem pati à Deo, sed quid illi fratri incumbit vexare me? Non respicias aut penſes quis tibi intulit, sed cogita quia ad tuam vtilitatem tibi iniuriam aut contemptum intulit, & illi potius gratias age, qui dat tibi merendi occasionem, & fabricat coronam. Cogita quibus Deus illum iusserit aut non prohibuerit, vt aliquid triste tu patereris, & propter tuam patientiam te coronaret: ipsum verò etiam si male fecit, à peccato liberabit, & per humilitatem pœnitentiæ saluabit, ac proficere faciet: quia ad tuam vtilitatem dispensatiue ipsum excedere permittit.

Cur bonis
mali adiuu-
ti sunt.

Et hæc est ratio, quare Deus bonis semper malos aut defectuosos coniungit, & tamen quandoque vtrosque saluat: illos per bonam vitam & patientiam, hos per pœnitentiam. Necessarij sunt mali & defectuosi bonis, tanquàm instrumentum profectus nostri ad exercitium à Deo nobis ordinati. Cur ergo indignaberis instrumento, quo bonus efficeris? Forſan dices: Ego bonus non efficio, sed malus: Certe mali facere non possunt te malum, sed probate & ostendere, quia malus es, qui mala, hoc est, aduersa ferre recusas.

Mali vt non
faciant nos
malos sed
ostendant.

Vndecunque igitur tibi contraria adueniant, cura tantum, vt ad peccata non declines, & cogita quia nisi Deus permitteret, nil tibi euenisset. Non potest autem malum esse, id est, ad malum finem, quod Deus permittit. Et tu quis es, qui putas resistendum ordinationi diuinæ? Si nullum tu fructum intelligis prouenire ex patientia tua, quamuis hic vnus sufficientissimus est, vt voluntati ac Dei ordinationi non repugnes, sed subiectus obedias, nihilominus, te etiam nesciente, Deus ad mille fructus animæ tuæ patientiam tuam ordinabit, & quæ ante putabantur impedimenta profectus, inuenies sapientissimam Dei prouidentiam ita ordinata, vt fiant vtilissima ad bonum tuum inducentia. Sed his paucis fili charissime bene vale, & constans esto,

Gloria vana, animi distractionibus quomodo resistendum: passiones naturales vt differenter vel sentiantur vel non sentiantur: exercitijs interna vita quatenus insistendum: quæq; interna vita studioso sint cauenda.

Epistola XVIII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS CARTHVS.
Filio suo N. secundum spiritum charissimo S.

Prima tua quærimonia est fili mi, quod importunitate multarum cogitationum vndecunque ingruentium & distrahentium prægranaris.

Dein-

Deinde etiam vana gloria te pulsari penè ad omnia sentis. Si prudenter quīs aduertere vellet, secunda tentatio curari posset per primā. Intelligēs enim se vanis cogitationibus occupatum, alienum & distractum à Deo, gloriæ cupidum & superbum, quid aut vnde gloriari potest? Cum enim Deo nihil placeat, quod superbia est infectum, qualis confusio est, velle se in iudicio hominum esse magnum, quando in oculis Dei scæter? ludicare igitur se superbum, & propterea se contemnere, remedium vanæ gloriæ est, ipsaq; vana gloria tunc fit instrumentum interimendi seipsam. Lege Bernardum de pugna David contra Goliath. Est aliud remedium leuius pro exercitatis præsertim & Deum timentibus: scilicet vt pactum seu propositum firmum cum Deo faciant, nihil velle propter gloriam humanam vel laudem facere, sed propter Dei honorem, vel propter suam & proximorum salutem ac consolationem cuncta facere. Si postmodum (vt assolet) vanitas se interponit, contemnendo debes eam exhibere, id est, non curare: sed mox vbi primam cogitationem sentitur, sine disputatione aut examinatione quasi indignam auditu abijcere, nec propter illam bonum opus ceptum intermittere, exemplo B. Bernardi qui in huiusmodi casu respondit vanæ gloriæ: propter te non incepti, propter te non dimittam. De distractionibus vitandis, aut potius minuendis forsitan alio tempore diutius tecum loquar, aut scribam. Interim quando stas in diuino officio, & vbicunq; fueris cogita te esse in præsentia & intuitu diuinæ maiestatis: & hæc contemplatio incutiat tibi reuerentiam, dicendo tibi ipsi: Deus videt, scilicet, quomodo stas? quid cogitas? quomodo alienas te à Deo: Initio igitur studeas vocali attentioni summa diligentia, vt scias quid legas & soluas & omnia debita tua distinctè, perfectè, strenuè ac fideliter tempore debito persoluas. Hac assuefactione facta, poteris ad aliam attentionem, scilicet sensuum, verborum & eliciendorum affectuum confurgendo in Deum, te exercere, ad quæ multum valet & necessarium est, discere meditari, mentaliter orare, & coram Deo se effundere per aspirationes breues.

Dubitas, vtrum tibi conueniat magis ad spiritualem, internam atque abstractam vitam te applicare, an manere vt dici solet, bonus rundarius, latus ac socialis cum fratribus &c. quia, vt dicis, sentis meliorem pacem aut charitatem ad fratres, conuersando cum eisdem in exterioribus, confabulando, adiocando & cætera: Dando vero te ad interiora & sectando spiritualia, sentis amaritudines iræ cæterarumque passionum frequentes motus. Ego huic quæstioni sic respondendum putarem. Quantum vires capitis tui sustinent, & quantum discretio admittit, omnino deste ad spiritualem vitam & internam. Nec terrearis, si magis eo tempore impatientiæ motus huiusmodi ve aliquid videaris sentire: quia interna conuersatio aut vita spiritualis, non generat nec causat hæc vitia, nisi forsitan ex accidenti, pura vt admiscente se superbia, quæ occasionaliter oriatur ex spirituali profectu, gignantur alia quoque vitia ex eadem superbia. Nunquam enim sola est (vbicunq; est) superbia, sed alia habet secum vitia multa. Spiritualis igitur & interna vita, ex se non habet vitia, sed potius eadem vitia commoustrat, mortificat, ligat & frangat. Quod autem in exterioribus occupatus aut effusus, non sentis passionem, non idè est, quod tunc non habeas, vel quod omnia sint

Gloriæ vanæ
quod sit re-
medium.

Remedium
contra ani-
mi distracti-
onēs.

Cur non sit
deserenda
vita interna
studium ob-
insurgentes
tentationes
Superbia
nunquam
est sola.
Cur externis
dediri non
sentiant pas-
siones suas
sint

sunt mortificata vitia: imo magis tunc habes, sed non sentis, vtpote circa externa & crassiora occupatus, & quasi in nebula ambulans, quæ intus aguntur non aduertis. Putas enim non esse ea, quæ tibi abscondita sunt. Erumpunt autem habita occasione, & multo periculosius, ac cum maiori excessu vsque in peccata & exteriora delicta. Hoc vides in huiusmodi hominibus externis, quomodo vsque ad contumelias excedant, qui aliàs non habita occasione mites valde putabantur. Manifestum tunc fit, vitia hæc in eis, propterea quod non sentiebantur absente occasione, non fuisse mortificata, sed latuisse tantum, vt grauius aliquando prorumperent. Contra verò quæ circa spiritum sunt vigiles, continuum quidem bellum gerunt contra vitia, & crebriores impulsus sentiunt, rarius tamen & minus delinquant: quia sui semper curam habentes quanto certius se passionatos experiuntur, tanto diligentius sentiant delinquant, muniunt. Sæpe autem sentiendo, & sæpe reprimendo vitia, tandem fiet, vt minus, aut omnino non sentiant, aut leuissima auersione & sine labore huiusmodi motibus imperent.

Vt vitiorum impugnationes elidantur.

Sentire vitia non est malum.

Sicut enim sæpe consentiendo vitium habituatur, ita sæpe dissentiendo, debilitatur: quanto autem receditur à vitio, tanto ad virtutem appropinquatur. Non est ergo malum signum, vitia aut passionem sentire, modo non consenseris: quoniam etiam in homine imperfecto signum est alicuius profectus sentire & detestari, & magis expedit eadem sentire impugnare, quàm non sentire, & tamen habere. Quod nisi foret, seculares multi magnique peccatores essent meliores viris deuotis, & Deum valde timentibus: quia isti magnis peccatis obruti, quid vitium, quid passio, quid mali affectus, quid motus illiciti sint, omnino nesciunt: hi verò à peccatis liberati, & oculis spiritualibus interiorem hominem contemplantes, maxime & sciunt & sentiunt.

Sanctorum facta nec omnia, nec omnibus imitanda.

Inuenimus autem ex lectione sacra nonnullos patres occasionem quæ fuisse, & iuisse (licet non omnibus id expediat imitari, præcipue incipientibus, & nondum in sancto proposito firmis) vbi excitarètur eis passionem, vt haberet occasionem pugnandi, comprimendi, mortificandi & extirpandi: quæ scilicet mortificatio & extirpatione non fit nisi sæpe contradicendo, comprimendo, negando, aut contrarium vitij agendo. Vnde legitur de quibusdam, qui sponte se ingesserunt vbi audirent confusiva, despectiua aut iniuriosa verba &c. vt sic superbiam, si qua surgeret, retunderent, sæpe retundendo extinguerent, sæpe extinguendo efficerent, vt aut omnino periret, aut leuissimè ac debiliter sentiretur. Sicq; in breui tempore de vno vitio pacem sibi facerent, deinde aliud impugnarent. Vbi bene intelligis, melius fuisse crebro sensisse motus vitiorum, & per crebras abnegationes mortificationesq; funditus vincere, quam rarius sentire, & vsque in finem vitæ nunquam ea vincere aut extirpare. Vides etiam propter effusionem sui ad socialem conuersationem, & ad exteriora affabilitatis & leuitatis exercitia non sentire motus insurgentes passionum, non est vitia vincere, nec vitij carere, sed abscondere, & ad tempus illorū excessum in peccata continendo, in alios defectus se precipitare, donec occasio fuerit sic latentibus vitij, vt non solum insurgant, sed etiam miserabiliter vincant. Consulo igitur ad internam & spiritualem vitam, studeas à leuitatibus multiloquijs, iocis, ab hominum familiaritate temperare, constantem infatigabiliter continuum contra vitia exercere, donec debilitentur

Motus vitiorum sensisse, quam non sentisse vt magis proficiat.

Vix interne studio que cauenda.

aut

aut vincantur: quia tam ipsa pugna, quã deuotio sensibilis ac Dei amor (quæ exercetur per spiritualia exercitia) multum faciunt ad debilitationem vitiatorum & exercitationem virtutum. Amando enim Deum amantur virtutes, & quicquid Deo est placitum: vitia etiam & peccata inde magis fiunt detestabilia. Sed nunc bene vale.

Par vera quantopere in omnibus sit querenda, amicitia humana non magnificianda: quo pacto item Deo confidendum sit.

Epistola XIX.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
Filio suo N. charissimo salutem.

Consulo tibi fili, vt in omnibus Deum syncerum quæras, eius voluntatem omni alteri affectui præferendo. Ita fiet vt nihil contristet te, nihil fiat contra voluntatem tuam, quæ semper nititur se regulare secundum Deum, & omnia de eius manu accipere.

Vt in omnibus liceat pace perfrui.

Qui in cunctis optat voluntatem Dei, huius nunquam Deus contraria agit voluntati.

Non debes sollicitudinem habere circa futura, vt propterea declines à sinceritate: nec quæras habere amicos, aut assistentes vel adiutores, etiam in bono, sed quære in primis Deum. Et si eius voluntati cõgruit vt ad hoc ad quod cupis, amicos habeas homines, bene fiet. Si verò non placet illi, aut si non est desiderium ac conatus tuus ex Deo frustra disponis ad hoc amicos, & vana est sollicitudo tua, & (si non sincerè procedis) impia. Non debes velle, quanto minus procurare hoc, quod Deus avertatur. Quod autem Deus voluerit, non potes melius impetrare, quam Deum quærendo, ei vacando, prouidentia eius confidendo & committendo, & nihilominus operam tuam cum sincera intentione & adione eidem rei applicando. Verbi gratia: Nonnulli vt promoueant nouiciandum, (quæ res bona in se est) multa agunt non sincerè factis, & interdum certant, rixantur, amaricantur &c. veluti non confiderent Deo, qui melius sine vitijs & impuritatibus huiusmodi disponderet, si sibi committeretur, & nihil (nisi quod cum eius amicitia fieri posset) fieret. Quod si displicet Deo, vt talis promotio fortiatum effectum, male agitur, voluntati Dei renitendo. Si autem placet Deo, propter eius voluntatem promouendã, non oportet per media illicita & offensiuã ambulare. Ita est in similibus. Qui haret semper Deo, & purè quærit Deum, & confidit ei, huius studia semper diriguntur ad opratum finem absque grandi cura.

Amicitia humana non esse ambiendam.

Vt Deus dirigat conatus omnes, ipsi confidendum.

Quidam ita certant pro nouiciandis recipiendis, aut similibus bonis studijs, atque contendunt, vt omnino iuste putent se zelari pro Deo, cum tamen pro sua voluntate zelentur. Hoc liquet inde. Si eandem personam alius promouere moliretur, aut si crederent promouendum non sibi familiarem futurum, aut alterius discipulum fieri, & similia, non ita zelarentur: fit etiam vt contradicentibus aliquibus co vehementius insistant, ne voluntas propria, sed aduersantium potius succumbat. Ergo non propter Deum laborant, sed pro seipsis. Tu hæc & id genus vitia caue fili, & vale.

Vt in monastica religione quis constitutus præcipuè quinque obseruare, modo velis sua vocationi satisfacere, debeat.

Epistola XX.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
Filio & fratri suo N. charissimo, bene incipere, ceptaque grauitè
prosequi ac feliciter consummare.

Quæris à me fili & frater charissime, quæ debeas prima vitæ re-
ctius instituendæ collocare fundamenta, quibus deinceps vir-
tutes omnes possis superstruere. Placet mihi, quod eiusmodi
potius percontaris, quam à tuo proposito aliena. Quod faciunt
plerique, immemores semel suscepti institui, & à pristino seruo-
re in teporem & ignauiam prolapsi. Itaque vt tuæ fiat inquisitioni satis, vi-
deris mihi commodè admodum facturus, si quinque has præceptiunculas,
quas præsentis epistola commemorabo, tanquam fundamenta quædam bonæ
vitæ iacias, in ijs que te diligenter & constanter exerceas, donec in consuetu-
dinem & habitum vertantur.

Propositi-
um non delin-
quendi quæ
forte statue-
dum.
Horologiū
mysticum
conficiendū
quale.

Primò igitur, obfirmato animi proposito statuas nunquam in peccatum
consentire atq; velut tribunal quoddam tibi constituas intra temetipsum,
eòq; quoties audieris signum horologii, sensus, cogitationes, verba, opera &
affectus tuos reuoces & adducas, videasq; si in aliquo deliqueris, si vel erga
Deum vel proximum infideliter quippiam aut egeris, aut cogitaueris. Dem-
de inuocato Dei auxilio, rursus propositum renoues, atque emendandi &
cautius agendi firmam instaures voluntatem. Nec frangaris animo, neque
immoderatè turberis, si te videris crebro relabi. Tantum perseuera in hoc
resurgendi studio, & paulatim magis ac magis in bono confirmaberis & sta-
bilieris.

Humilitatis
obtinendæ
modus opti-
mus quis.

Secundò, conatim omnem hoc dimidio anno conferas ad obtinendam
veram & profundam humilitatem, sine qua nec obtineri virtus vlla potest,
nec si sit adepta, retineri. Eam ob rem humiliationis exercitia libenter & cū
ingenti desiderio amplectaris, te ipsum postponendo, abijciendo, viliora eli-
gendo, abiectissima & quæ ceteri inuitè faciunt operando, laudabilia ce-
lando, alios honorando & execrando laudes & honores, tanquam rem vani-
simam & indignam quæ appetantur, secretum eligendo & solitudinem vbi
tanto liberius quæ, ito securius te cum Deo occupes & deuotioni vaces: deni-
que optando vilem te haberi, & in aliorum cordibus nihilipendi: absque ta-
men tuo vitio. Nec hac in parte quasi sub specie ædificationis admittas tui
commendationem quocunque modo, nisi certus sis ad veram te humilita-
tem pertigisse. Id verò persuasum tibi esse, atque sentire te humilem, grandis
profectò superbia fuerit. Semper igitur superbum te existimes, & superbiæ
pestem in te perpetuo persequaris. Absit vt putes te superbiæ expugnasse, &
ad pugnandum aduersus eam has remissior, quia pestis hæc in magnis virtutibus
sæpe infestior est, & acrius impugnat. Quæ si animum hominis superet,
illius

Superbia pe-
riculosa quæ
sit.

illiq; dominetur, quanto is pluribus fuit ornatus virtutibus, tanto deinde fit deterior & in malis obstinatio, licet superbiæ morbo eum occupante putet à se culpam aut errorem omnem procul abesse, alios verò potius errare aut culpæ esse obnoxios. Huic iam remedium nullum adhiberi potest ob mentis cœcitatē, quam superbia efficit, ex cœcans cordis obtutus, ut nequeant cernere verum. O quam multi hic funditus perierunt, & ex magno sanctitatis culmine in vitiorum profunda corruerunt, quod ex donis Dei, vnde debuerant humiliores effici, animis inflabantur, putabantq; se aliquid esse, cum vtiq; nihil essent. Quod ne tibi vnquam eueniat, in tutissimo humilitatis portu stabilis perseuera, tanto potioribus Dei donis, largioribusq; sancti Spiritus charissimatis augendus, quanto fueris humilior, & tu opte iudicio indignior ac abiectior. Lege gesta & vitas sanctorum omnium, videbis eos nulla re alia perinde placuisse Deo, eiusq; gratiam sibi conciliasse, quam humilitate sincera. Eos tu quoque fac imiteris, & per tui humiliationem adipisci coneris firmam & immotam humilitatem.

Tertio, vide ne animum tuum moribus, verbis & factis aliorum vnquam occupari sinas, nec vsquam te admisceas vel intromittas, nisi ut omnia in bonam partem quoad fieri poterit, candida & simplici mente interpreteris. Sit hoc vnicum tibi studium, & cura perpetua, ut tu recte beneq; agas, officio tuo vbique bene fungaris, nemini præstes offenculum, neminem iudicare audeas, nemini detrahas, nulli detractori aures accommodes, nec malum vllum aut quacunq; aliorum negligentiam velis imitari. Quicquid agant alij, sis memor ipse tui. Non poteris vera cordis pace gaudere nec Christi gratiam promereri, si rebus te non pertinentibus, si dictis factisq; aliorum vel obseruandis, vel curiosè perscrutandis te implicueris. Habes abundè quod tecum agas: non est opus ut in alios oculos intendas, aut aliena tractes. Stultissimum est hominum genus, qui se ipsos negligunt, & in aliorum actus moresq; inquirunt: & cum sint erga se ipsos admodum benigni & propitij, velintq; sua etiam vera mala dissimulari ab alijs, ipsi alios fenerè etiam pro minimis reprehendunt, nihil differentes ab hypocritis, qui alienam volunt festucam ex proximorum oculis educere, ipsi trabem suis in oculis non vident. Absit hoc procul à te. Indignum te credas, qui alios iudices. Inuigila salutis tuæ, & animæ tuæ: aliena non solum non inquiras, sed nec scire velis: quæ autem forte animo oculisque occurrunt, ea aut penitus rejicias, aut optimè interpreteris. Fallimur plerumque iudicijs nostris, nec tutum est aliena velle discutere, qui in proprijs cœcutimus ac hallucinamur. Magnæ est sapientiæ inducia humana quam sint incerta.

Quarto, summopere sensibus, præsertim oculis frenandis conatum adhibeas. Hæ sunt enim fenestræ quædam animæ, quæ nisi diligenti cura custodiantur, per eas mors in animam irrepit, & quicquid intus gratiæ inuenit, penitus

Humilitas facta ut plurimos decipiat ac precipitet.

Galat. 6. sancti quoque ut per humilitatem, solum Deo placuerint.

Aliorum defectus & errata non esse curiosè obseruanda.

Matt. 7. Luca. 6.

judicia humana quam sint incerta.

Sensibus
qualis custo-
dia adhiben-
da
Hier 9.
Gen 3.
Tuten. 3.
Cor quam
caute custo-
dicandum sit.

penitus extinguit. Scis tu ipse quod tunc perditionis nostrae causa praecipua fuerit, quod Eva incaute intendit oculos in lignum veritum, cuius delectata pulchritudine, citius illecta est ad carpandos edendosque fructus eius. Inde etiam est illa lamentabilis Prophetae vox: *Oculus meus depraedatus est animam meam.* Aures quoque & reliqui sensus debent in officio contineri, ut ad eos tantum vius accommodetur, qui apertae salutis conferat. Porro cor ipsum in primis studiosissime seruandum est, ne inutilia, maxime vero ne noxia cogitet. Huc non parum confert perpetim animo affixa retinere verba haec Dominus videt. Ob cuius praesentiam & intuitum in omnibus semper & ubique etiam quando solus es, sis timoratus, maturus, innocens, pudicus, & corde purus, atque erga illum reuerenter te geras. Siquidem oculi eius penetrant medullas intentionum cordis tui.

Orationi ut
iugiter infi-
stendum.

Quinto, orationi continue vacare discas, assuefaciendo te ad breues flammigerasque preces, te & alios commendando & resignando in diuinum beneplacitum, atque ad ipsum aspirando. Haec quinque ob honorem quinque valuerunt Christi obserua, & Deus illuminabit te, ducetque ad maiora. Vale frater & fili charissime, Deumque pro me exora.

*Orationis continue vsus qui obtineri possit, & quam septem in Christi vita passio-
neg, meditanda & obseruanda sint.*

Epistola XXI.

F. IOANNES IUSTVS LANSPERGIUS CARTHVS.

N. suo praedilecto confratri salutem dicit.

Luc. 18.
1. Thes. 5.
Vt quis sem-
per oret.
Luc. 12.

Dominus noster Iesus Christus confrater charissime, admonet nos semper orare, & non deficere, Apostolus quoque *sine intermissione* inquit, *orate.* Hoc quidem possit impleri, tamen si non continue quis ore preces ad Deum fundat. (Neque enim quomodo litera sonat sacra scriptura, aut in sensu quem verba faciunt, sed in sensu in quo fiunt debet intelligi.) Impletur autem dum sic viuendo vniuersisque satagit, ut suis sanctis orationibus, suis postulationibus, mors sui non contradicant. Verbi gratia. Orans pro paupertate spiritus, si non cupiat thesaurizare super terram, sed in Deum diues fieri: licet ei quoque temporales diuitiae non desint iuste acquisitae, hic semper orat, quamdiu huius sanctae beatitudinis in eo desiderium perseverat. Pari modo sentiendum de cunctis alijs virtutibus: quarum quamdiu desiderium in homine perseverat tam diu etiam pro illis ad Deum eius oratio perseverat. Potest tamen, fateor, homo per studium aspirandi ad Deum ad hoc assuescere, ut quotidie orans mente, vel pro se, vel pro alijs ad Deum, nunc quidem gemendo, nunc optando, nunc gratias agendo, nunc se commendando, nunc sese offerendo aut resignando, nunc etiam malum deprecando. aliquando Deo & sanctis, aut etiam proximis coram Deo gratulando, item miseris compatiendo, & suas vel alienas arumnas coram Deo exponendo, modisque huiusmodi innumeris ad Deum mente ac spiritu loquendo, tandem ad tantum orationis, praesertim mentalis, usum consuetudinemque veniat, ut cum Deo omni in loco non aliter quam cum homine loquatur, nihil secum solo, sed omnia cum Deo

Quo pacto
possit quis
semper cum
Deo consue-
tudinem as-
sequi.

Deo, id est, quicquid agendum actumue sit, pertractans. Ad hoc mentale orandi exercitium summopere hortandi sunt pii ac Deo deuoti homines, propterea quod magna virtus, fructusque multi proficientis vitæ in eo contineantur. Neque enim oratio mentalis distractionem cordis, vt vocalis, sustinet. Et qui mentaliter orat, totus orat. At qui vocaliter orat, aliud potest proferre, aliud mente cogitare.

Mentalis oratio quantas habeat comoditates.

Itaque optimum orandi genus est, se ad mentalia desideria exercere, sancta cogitare, meditarique actus, virtutes, passionestque vitæ Domini nostri Iesu Christi. Quæ vt breuiter licet multa complectamur, consideranda est Christi vita, in qua septem contingit meditari.

Optimum orandi genus quod sit

Primum, incommoda eiusdem corporalia propter nos suscepta, vcluti sunt, fames, sitis, æstus, frigus, corporis fatigatio ex itineribus & laboribus prædicandi, atque huiusmodi alia. Quæ homo meditari solitus, aut seipsum cogitur reprehendere, aut cor rectiorem vitam instituire, aut gemere pro sua multitudinis comparata erga Christi vitam, aut Christo agere gratias, aut frequentioribus desiderijs æstuantioribusque pro gratia imitandi conformandique se Christo supplicare. Vnde fit continua iugisque oratio.

I Septem in Christi vita meditanda.

Alterum est, eius fides & charitas ad animarum salutem, qua nihil eorum omisit, quo vel animam vnam conuerteret. Inde fuit, quod nulli labori pepercit, nulli fatigationi, orans, per noctem vigilans, per mundum discurrens, prædicans, affabilem se præbens, & manducans cum peccatoribus, curans infirmos, atque miraculis suæ prædicationis veritatem comprobans. Demum cum esset ex hoc mundo discessurus sacramentum in quo est vsque ad finem consummationemque seculi nobiscum mansurus, in cibum ac potum ministrans, atque nouissimè omnium post tam dira supplicia passionum, post crucis poenas & dolores, nudum, vulneratum, ac inter latrones suspensum sese Patri per ignominiosam atque durissimam mortem pro nobis in præteritum nostræ redemptionis offerens. Hæc bene ac sæpius meditata, necesse est vt verecundiam ingrætitudinis suæ homini ingerant, feruoremque ac deuotionem, vnde multi gemitus, multa suspiria, multa desideria, aspirationes, ac cordis preces generantur ad Deum.

II

Tertium est, quæ meditanda sunt virtutes actionesque Christi, quam spiritum pauper, quam humilis, quam mitis, quam benignus ac misericors, quam denique iniuriarum patiens, delictorum immemor, atque omnium ad se accedentium poenitentium non aliter atque pater occurrit & susceptor fuerit. Quibus omnibus se præbuit nobis in exemplum, instituens nos, quomodo oporteat Christianum viuere. Siquidem qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eam ob rem excitentur oportet in corde meditantis desideria de conformandi Christo indeque gemitus quod post tam frequentes lapsus, post toties iteratum propositum, post multiplices conatus, post denique inuocationem diuini adiutorij, tam crebro solitam est experitus & experitur quotidie infirmitatem, instabilitatem, negligentiam, concupiscentiam suam fallacem. Experitur quoque, quam prorsus nihil sit. Idem conqueri habet & rixari secum, & aduersus se, id est non secum solo, sed coram Domino, per modum colloquutionis & verecundæ humiliationis sui vt hæc rixa non desperationem vel pusillanimitatem generet, sed maiorem fiduciam.

III

Quid Christus nos docuerit vitæ suæ. I. Ioan. 2.

Vt homo de se coram Deo conqueri debeat.

ciam, quo non in aliquo suo proposito, vel merito habet vbi confidat aut quiescat, sed in nuda solaq; Dei miseratione & pietate.

IV

Quartum est, multiformitas opprobriorum, detractionum, ignominiarum, despectionum, contradictionum, iniquarum accusationum, contumeliarum, blasphemiarum, confusionumque, quam propter te sustinuit. Vnde vocatur filius fabri & Mariæ per contemptum: Item auiticus peccatorum publicanorumq; vorax, potator vini, insanus, daemon habens, Samaritanus, seductor populi, legis transgressor, blasphemus, & alia id genus multa. Nudatur, conspuitur, palmis cæditur, latronibus sociatur, immò latro illi præfertur, puta Barrabas, cui pessimo licet vita à Iudæis redimitur, dum Iesus innocens ad crucem postulatur. Denique qui forma fuerat speciosus præ filijs hominum, tam vilis tamq; efficitur turpis, utpote cuius facies illita erat sanguine, sputis, & liuore atq; tumore ex alapis & verberibus susceptis, ut neque humana species, neque decor esset in eo. Vnde *vilimus* (inquunt) *eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, tanquam leprosum & percussum à Deo, ac humiliatum.* Quapropter autem cum Iesus ita deformis esset ex passione, educendus ad Caluariam, suis reinduitur vestibus, Iudæis id procurantibus, quo vel inde cognosceretur à populo & despiceretur, quasi qui mendax & seductor latronumq; princeps, utpote in medio suspensus foret inuentus.

V

Quintum est, varietas pœnarum, dolorum passionumq; quam pertulit ab hostibus. Quippe qui colaphis, alapis, flagellis, spinisq; cruciatus, post multas tandem pœnas alias crucifixus, tribus horis tribusq; clavis in alto suspensus, & interna consolatione paternâ destitutus, atque humanæ infirmitati derelictus, sub aridissima siti, cui nemo erat qui pauxillum aquæ præberet, acerbissimam mortem sustinuit.

Psal. 68.

Ioan. 19.

VI

Dolores

Christi in-

tenti.

Sextum est interiorum dolorum & tristitiarum enormitas. Siquidem pro omnium & singulorum peccatis doluit, præ compassione nostri aliquoties fleuit, instante passione omnia quæ sibi erant futura ac sustinenda per immanitatem Iudæorum singulatim in corde præiudicis, tractauit, atq; suo modo animo præsensit, dolens tantam passionem, tam paucis, quæ pro omnibus sufficiebat, ob ingratitudinem ipsorum pro futuram: doluit dānandorum impietatem & cæcitatem: doluit Patris sui irreuerentiam ex peccatis hominum: doluit quoq; tam grande enormeq; peccatum futurum, quo filij Dei mundus erat occisurus: postremò pro matre sua doluit in anima vulnerata: item pro corpore suo mystico, id est, Ecclesia, cuius membra electa multa pro suo nomine erant passura. Doluit autem & tristabatur, quia voluit. Neque enim sufficiebat lux ad nos charitati exterior passio in corpore ab alijs sibi illata, sed voluit etiam intus torqueri: quia voluit nos non potestate, sed iustitia redimere. Idem licet vna alapa aut sanguinis gutta pro nobis suffusa, propter diuinitatis suæ maiestatem atque excellentissimam dignitatem ad nostri redemptionem sufficeret, non tamen hoc modo redimere nos voluit, sed æquitate æquiualentiaq; passionū internarū & externarū peccatis omnibus vniuersi mundi commensurata ac debita, perinde ac si omnia peccata mundi in vna lance statera posita fuissent, in aliam lancem tot pœnas à se tollerandas ponere voluis, quantas & quot peccata illa diluenda exigerent secundum iustitiam & æquitatem.

Car Domi-
nus Iesus in
ternos vo-
luit dolores
perpeti.

Septi-

Septimū est, vulnerum multiplicatio, & pretiosissimi sanguinis sui effusio. Ad eum enim repletus est vulneribus, ut à planta pedis vsque ad verticem capitis non foret in eo sanitas: sed per totum corpus aut liuor, aut plaga tumens, aut vulnus erat. Sanguinem etiam ad eum abundanter effudit, ut cruce[m] terramq[ue] rigaret, & vbiq[ue] iuisset, vestigia post se cruenta reliquerat. Hæc diligenter omnia meditata, compunctionem generant cordis, compassionem excitant, desideria eliciunt se Christo conformandi. Ex his multiplicitas occurrit mentalium orationum, vnde paululum quis exercitatus affuecet, ut vita eius nihil aliud sit, quam iugis oratio. Hæc breuiter collegi & in vnum contraxi, quandoquidem alijs estis etiam occupatus, licet sperem aliquando futurum ut reiectis omnibus temporalibus curis in alios, vacetis orationi & lectioni tantum, omne tempus beneplacito Dei ad eiusdem gloriam locantes. Potestis has septem meditationes quotidie, quasi pro septem horis canonicis frequentare, & mentis renouare deuotionem. Quam si sensibilem etiam non recipitis, nihilo minus ab exercitio vestro non desinat. Neque enim in sentimentis huiusmodi æstimatur perfectio deuotionis, sed in prompta voluntate, quæ se tradit in Dei cultum & honorem, parata etiam omni sentimento carere, & nihilo minus vel sicco aridoq[ue] corde Deo seruire, quam diu sic Deo placet. quandoquidem nihil potest homo habere, nisi quicquid dederit Dominus. Patienter longanimiterg[ue] ipsum debet expectare, resignando, committendo, atque credendo se diuinę providentię, eiusq[ue] beneplacito plena confidentia: fiat, fiat.

Et ob deuotionis sensibilibus inopiã non sint bona exercitia deferenda.

Ut ad solennem professionem monasticam, is qui à se mundum abdicauit, preparare, seq[ue]nti Deo viuere, instar sponsi & sponse: seculo, sibi ipsi quoque mori debeat.

Epistola XXII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.

filio suo charissimo N. quotidianum in spiritualibus profectum.

Fili charissime sub missa conuentuali, qua es professionem facturus, quantis potes gemitibus & desiderijs te ipsum excita cupiens, ut virgo desponsanda mundus atque deuotus inueniri in oculis sponsi, cupiens amari à sponso, cupiens eidem placere, cupiens non sperni ab eodem aut proijci, sed in eius oculis inuenire gratiã & acceptari. Iuxta hæc formes tibi varias aspirationes ad Deum, puta huiusmodi: O Domine Deus meus, utinam dignus per te fiam hodie tibi considerari atque desponsari. Complaceat tibi quæso in me nudo, paupere, sordido, misero & miserabili: quia cõplacet mihi in te optimo, nobilissimo & amabilissimo, & ex toto corde desidero te. Dulcis Iesu quis est qui meas mihi auferat sordes, qui mundet me, qui dignū me faciat tibi ut coniungar, nisi gratia tua? Quid nos fateor Dñe vilitatē meã, fateor q[ue]q[ue] magnitudinē, altitudinē, omnipotentia[m] & efficit nobilitatē tuã, sed cõfiteor nihilo minus laudo, prædico & extollo benignitatē & misericordia[m] tuam, qua non spernis preces pauperum, qua facis mundum de immundo conceptum semine, qua peccata non improperas, qua lob 14. ficut

ficut pijsſimus clementiſſimusq; pater expanſis brachijs me prodigum licet & facinoroſum, filium tamen tuum agnoſcis, recipis & peccata condonas. Pater miſericordiarum haecenus iniquè egi: ſufficiat deliquiſſe: ſufficiat cheu pater clementiſſime te ad iram toties à me prouocatum eſſe. Sit quoſo finis ſuperbiæ meæ, ſit finis contentu mei, quo te ò vnicum bonum, quo te ò ſalus infinita ſpreui. Amodd tibi ſoli ſeruire cupio, te ſolum amare, tibi ſoli placere, tibi ſoli inhærere. Deinceps Chriſte Jeſu miſericordiſſime in omnibus tibi non ſolum ſeruire cupio, ſed etiam me ita tibi offerre, ita donare, ita me tibi obligare, vt aliud poſt hac non poſſim, quam tibi ſeruire. Dulciſſime Jeſu reſpice hanc voluntatem meam, quam tu dediſti. Cur enim dediſti, niſi vt perficias etiam in me hoc, ad quod dediſti? Sit igitur miſericordiſſime Jeſu ſplendor gratiæ tuæ ſuper me. Effundatur exuberantia tuæ bonitatis in me, vt ſcedere perpetuo, pacto indiſſolubili tibi ſoli adhæream, tibi deuotiſſimus ſeruitam. Domine Deus meus multiplica in me dona gratiarum tuarum: da mihi ornamenta ac veſtes virtutum, vt decenter ad te veniam, vt inſeparabiliter tibi coniungar, vt nihil ſit, quod vnquam à te ſeparare me poſſit. Ecce venio, ecce occurro: Deus meus, miſerere mei, & adiuua infirmitatem meam. Da mihi dona gratiarum & virtutum, quibus perpetuo tibi inhæream, quibus tibi ſoli totus perfectiſſimèq; ſemper placeam, tuq; mihi ſolus placeas. Tu ſolus mihi ſis omnia in omnibus.

Quid cogitare debeat proficiens monaſtica facturus.

Ezech. 18. &
3.
Luc 15.
Ecl. 49.

Matt. 9.
Luc. 19.
Luc. 7.
Joan. 8.
Luc. 5.
Luc. 14.
Matt. 26.
Luc. 23.

Huiusmodi deſideria multa atq; aspirationes breues, quibus exciteris ad Deum ex te ipſo vt naſcantur tete exerceas. Cum iturus es ad cantandum verſum, *Suſcipe me Domine* &c. Videatur tibi cœlum eſſe apertum, totamq; ſanctam Trinitatem cum beata Virgine Maria vniuerſoq; cœlorum exercitu expectantem atq; paratam ad te tuamq; promiſſionem, ſeu tu deſolationem acceptandam. Atq; idè quali Deum videres, quali ante Jeſum corporaliter ſtares, incipe atq; deſiderio vehementiſſimo clama: *Suſcipe me Domine*. Quali diceres: *Suſcipe me, te enim ſolū deſidero, te ſolum concupiſco: tuus eſſe, de familia tua eſſe & haberi cupio: tibi ſoli ſeruire opto. Suſcipe me, niſi enim ſuſceperis, fruſtra eſt omnis conatus meus. Secundum eloquium tuum, & vitam. Eloquium .ed eſt, tuum pijsſime Deus: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & vitam. Item: Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore penitentiam agente. Item: Numquid mater poteſt obliuiſci infantem vteri ſui? Et ſi illa obliuiſcit, ego tamen tuum non obliuiſcar.*

Suſcipe me ſecundum &c non ſolum ſecundum eloquium tuum, ſed etiam ſecundum exemplum tuum, quo docuiſti nos tibi conſidere, ſecundum ingentem pietatem tuam, qua Mattheo, Zachæo, Mariæ Magdalene, mulieri adulteræ, hominibus paralytico & hydroptico, Petro, latroni, cunctisq; ad te clamantibus miſeratus es, peccata donaviſti, atque tibi eos fideles amicos conſtituiſti. Et non confundas me ab expectatione mea. Expectatio mea tu es. Te expedo. à te recipi ſpero, tibi coniungi opto, pactum perpetuum tecum inire cupio: ſcedere perpetuo me tibi in ſeruitutem ſubiicere volo: tibi inſeparabiliter imò & inauertibiliter vniri ex toto corde, ex omnibus medullis meis rogo: Non confundas me ab hac expectatione mea. Credo enim, & iam quali certus atque ſecurus expecto te ſuſcipientem, te attrahentem, te illuſtrantem, te protegentem, teque mihi dantem, & me inter amoroſiſſima brachia

tua

DVI
16

tua super peccatus tuum diuinum circumplectentem.

Quando circumis ad orandum, pete humiliato corde atque verecundo, vt preces aliorum tibi profint, dignumq; te efficiant hac tui desponsatione cum Deo, & cætera.

Exuens cappam, puta te relinquere tibiq; abstrahi omnem tuam veterem conuersationem, quæ non fuit secundum Deum: petens hoc idem fieri in te, Domino id agente. Pari modo cum indueris alba & benedicta veste, ora iterum vestes tibi dari virtutum hoc rege cui cupis desponsari dignas, &c.

Lecturus professionem ante recollige mentem, atque vniuersum propositum tuum, quo te totum liberè sicut legis ore, ita & mente tradas resignesque Deo.

Crucem subscribens sigillum salutiferæ redemptionis tuæ, sigillum scilicet, sponsi tui te puta appendere. (Hoc enim commune habes cum sponso) quod hanc tui oblationem desponsationemque fideliter obseruare intendas.

Sub oratione prostratus, quando benediceris, diligenter ausculta, & mente orans pete, vt eadem in te fiant, quæ petuntur.

Ad communionem, sicut sponsa ad thalamum procede. Ante enim tu in professione tradidisti te Deo, iam in Sacramento se tibi tradet Deus. Propterea ora, vt nexu indissolubili eidem merearis coniungi. Credendum enim valde est, præ omnibus alijs sumptionibus Eucharistiæ singulari se gratiarum exuberantia donare Deum ei, qui toto se corde dedicauit & strinxitq; Deo. Vale, & ora Deum pro me, charissime fili.

Christus cui se singulariter donet in Eucharistia.

Vt is qui relicto seculo, sese monastico instituto dedit, vnicè post Deum debeat venerari, inuocareq; beatissimam virginem Mariam: & quasnam petitiones decem porrigere illi ipsi debeat.

Epistola XXIII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
filio suo prædilecto in Christo plurimam salutem, per merita consequi beatae Mariæ.

Placent mihi permulta in te, quæ idèd laudo vt tenacius fili mi eadem custodias: non ex hac laude mea eleuandus, neque negligenter, sed feruētior futurus: quanto scilicet, agnoscis te ab eo à quo scis te amari haud quaquam aliter, atq; in Christo commendatum, quem & tu quotq; post Deum singulariter in terra amans, cupis tua bona conuersatione & omni obedientiæ obseruatione lætificare. Placent itaq; mihi (quæ arctius tibi semper commendauit) simplicitas tua tranquilla atque pacifica in bono, castitas verecunda, virginea integritas, obedientia ad chorum, & cætera quæq; aut officia, aut ad genus Ordinis debita, maturitas, & lacrimas, & festinans deuotio: & inter alia affectio feruens & casta ad amorem Dei genitricis virginis Mariæ. Quod cum nuper exhortatione, qua potui, in te roborarem, & exercitium ad tam nobilissimam pijsimamq; dominam, spirituale tibi demonstrarem, petisti scriptum tibi assignari. Placet quod

S oras.

Quam fit
frugiferum
amare ac
venerari
Dei matrē.

oras. Hortor etiam fili, vt dominam nostram magis ames.

Nam si pericula multa euadere, si vis tentationibus non succumbere, si in aduersitatibus cōsolari, si tristitia inordinata cupis non obrui, si denique Christo desideras coniungi, venerare, ama, imitare castissimam, amabilissimam eius matrem, dulcissimam, fidelissimam, gratiosissimam, potentissimam quoque, & tui (si eam & eius amorem optas) amantissimam, vtpote humilissimam, quæ neminem spernit: misericordissimam, quæ inuocantem neminem derelinquit, & cui thesaurus diuinæ misericordiæ, erogandi quoque facultas, atque peccatorum, præcipue autem illam amantium, cura à Deo commissa est.

Quor perditos mater Dei saluti restituit.

Quam qui amauerit, castus est, qui amplexatus fuerit, mundus est: qui veneratus fuerit, deuotus est: qui imitatus fuerit, sanctus est. Nemo illam amans, non est ab ea redamatus: nemo illi deuotus, periit: nemo qui illam fuit imitatus, non est saluatus. Quor desperantes, quor obstinatos, quor flagitiosos, qui tamen spem atque refugium ad suum misericordissimum patrociniū habuerunt, ipsa ad pietatis finem recepit, & quasi sibi relictos (vtpote quibus nulla spes alia, aut via ad conuersionem veniendi persuaderi potuit) fouit, filio reconciliauit, & ex diaboli faucibus, atque ad eam ipsa voragine inferni ereptos, paradiso cœlesti restituit.

Quantum fit Dei donū pie affici erga matrem ipsius.

Hanc illi filius gratiam donauit, hanc prærogatiuam, hoc officium ei commisit, vt qui amarent illam, ad pœnitentiam qui deuoci essent, ad gratiam qui imitarentur, ad cœlestem perducerentur gloriam.

Quapropter gratia magna est, & pro dono magno à Deo habendum est, ad beatissimam illam Virginem deuotionem habere, illam venerari, illi se committere, per eam spem suam in Deo ponere, ipsam imitari cupere.

Quod cum in te dulcissime fili credam, quod à me rogasti, vt scriptum tibi traderem, quod docueram te sermone, Ecce hic habes.

Exercitium ad beatam Virginem Mariam.

Exercitium ad beatissimā Dei matrem.

ELige certum tempus (nam quicquid certo tempore non statuitur, differendo aut in obliuionē tradendo tandem prætermittitur) quo ante beatiss. hanc Virginem, Dei matrem electissimam, nobilissimam atque pulcherrimam, dominam gloriosissimam, cœli reginam, atque tuam vnicam, gaudiosam, amabilissimam (post Christum) consolationem, te prosternas humiliter. Ora ipsam per omnia dona beneficia, & gratias, quæ contulit illi Deus (quæ magna utiq; sunt & innumera) item per omnia beneficia, quæ & contulit humano generi per ipsam.

Petitio ad B. virginē I.

Prima petitio, pete ab ipsa, vt dignetur te in suam curam, in custodiam maternam, in gratiam suam & in amorem suum suscipere, atque perpetuo fouere, regere & perducere in omne beneplacitum filij sui Dei & Domini nostri Iesu Christi.

II

Secundò, pete ab ipsa, vt faciat te de illorum numero, qui præcipue atque singulariter sunt sibi impignorati, atque prædilecti.

III

Tertiò, pete ad ipsa, vt rursus impetret & donet (quia eius velle est impetrare, & eius impetrare est donare) tibi sui amorem ardentissimum, deuotissimum, castissimum, fidelissimum & perpetuum.

Quartò,

D. VI
L. 6

Quartò, pete ab ipsa, vt faciat te de illorum numero, qui sibi præcipuè at- que singulariter sunt deuoti: qui ei seruiunt, ipsam amant, venerantur, & i- mitantur perfectissimè.

IV

Quintò, pete ab ipsa, vt impetret tibi illas virtutes infundi & perfici, qui- bus Deo ipsa placuit quam maximè.

V

Sextò, pete ab ipsa, vt impetret tibi profundissimam atque perfectissimã humilitatem: qua omnia genera superbix atque inanis gloriæ in te extin- guantur & moriantur, vt nihil sis in oculis tuis, & nihil velis esse in oculis a- lienis.

VI

Septimò, pete ab ipsa, purissimam mentis & corporis castitatem, qua abo- mineris omnem illicitam voluptatem, & quicquid Deo displicet.

VII

Octauò, pete ab ipsa fidelissimam, perfectissimam, ardentissimam, perpetuamq; charitatem in Deum, qua ab omni, quicquid illi displicet, abstineas, quicquid ei placet diligas & obserues: ipsum autem in omnibus & super om- nia: item in proximum quoq; qua illum sicut debet, & sicut ipse vult Deus optimus, sincerissimè diligas, cum omnium aliarum virtutum exhibitione & effectu secundum beneplacitum Dei.

VIII

Nondò, pete ab ipsa, vt impetret tibi felicem mortem, vt scilicet hic per me- rita eius, maximè autem Christi filij eius purgatus ab omni culpa & pœna peccati, post hanc vitam temporalem, immediatè, hoc est, sine dilatione reci- piaris eius gratia & interuentione, ad æternam.

IX

Hic humiliter (quod fortassè non congruit petere) o- rta, vt dignus effici merearis (quia multi pro Christo filio eius vitam posuerunt) vitam tuam pro tam dulcissima dignissimamq; matre, aut pro eius amore ponere ad laudè & gloriam filij eius Iesu Christi.

Posses etiam patronos singulares inuocare, vt gloriosissimam dominam accedant, & pro te rogent, vt has petitiones tuas dignetur exaudire atque im- plere, simulq; cum illis patronis ad Cor Domini Iesu Christi filij sui (quod est Decima petitio) vulneratum atque apertum te perducere filium rogare, vt cor tuum, in d. ipsum totum, id est, omnes cogitatus & affectus, vires & po- tentias omnes, quicquid es & potes, intra cor suum dignetur recipere, possi- dere, abso- bere, atque inseparabiliter sibi vnire: tibi quoque dona & gratias cordis sui infundere, vt per gratiam suam vnum simul cum ipso efficiaris & maneat perpetuo.

X
Ad cor Iesu
exercitium.

En habes dilectissime fili petitiones in denarium numerum (quod ipse desiderasti) distinctas. Incipe igitur & exerce te, orans pro me, scilicet vt in me pariter impleatur, quod tibi donari flagitas. Præscripsi tibi quid ores, & orandi modum. Porro non tradidi orationes iam ordinatas, vt sciens quid peteredebeas, non ex libro, sed ex proprio corde quod fructuosissimum est genus orandi, haurias offerasq; desideria tua & preces, tanto vtique fer- uentius, tantoq; attentius, quanto iam quoties oraueris quali ex corde, toties quæ ores renascuntur, nec alienas factiti- asq; sed proprias habeas orationes.

Corde orate
quã sit fru-
ctuosum.

Vale.

S. 2

VII

Et vocatus ad monasticam religionem & vestitus in eadem, debeat agnoscere et flare q̄ spiritum instabilitatis suam vitam institueret: denique quibus inditus prebetur nouitiorum in monasterijs defectio, sine profectio spiritualis.

Epistola XXIV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
filio suo N. charissimo in Christo Iesu vtriusque hominis sospita-
tem.

Charissime fili, diabolus odit te, inuidens tibi felicitatem. Ideo omnibus viribus suis machinatur, vt ad seculum te reducat. Immittit tibi suspiciones, timores, melancholias, grandia mala, & tristes calamitates, desolationesq̄ futuras prognosticando, quibus aut ad horrorem displicentiamq̄ Ordinis, aut ad melancholiam deliramentaq̄ capitis te inducat. Ideo furtiuas vigiliis, orationes, lachrymas tempore minus congruo persuadet: non quod talia illi placeant, sed vt saltem per apparentia bona te seducat, qui per manifesta mala non potuit. Homo namque deuotus per exercitia deuota, in quibus se palliat interdum diabolus presertim quando sine consilio, propria presumptione assumuntur, aut quod deterius est contra obedientiam aut charitatem, facilius seducitur. Et nihil refert apud hostem nostrum, vtum per manifesta mala, aut bona apparentia fallat. Ideo cautiones quasdam subijciam, tibi congruas pro tempore hoc, te periclitaris, in tentationibus capiaris, illaqueeris perdaris.

Diabolus
quantopere
pijs insidiat.
ur.

Diabolus
vni per ma-
nifesta ma-
la, vel si
mulata bo-
na fallat.
Discretio,
qui obtine-
ant.

Præcipuum
diaboli stu-
dium quod
fit ad euer-
tendum Chri-
sti tyronem.

Matt. 6.

Suspiciones
& timores
suos quam
contemnere
debeant.

Omne bonum, omne exercitium aut instrumentum virtutis si nimium fit, si indiscretè fiat, vitium aut periculum est. Hanc discretionem secundum SS. Patrum diffinitionem non aliter obtinebis, quam humili obedientia quæ exhibeas patri tuo spirituali à Deo tibi in directionem tui deputato. Cuius diu tibi manifestum peccatum non imperat, obedias propter Deum, non attendens scientiæ literaturam, aut conuersationem (si in his minus fortalè perfectus fuerit) sed ordinationem & prouidentiam diuinam: qui hunc tibi deputauit, per hunc tibi respondebit.

Præcipuum studium est diaboli (quod sentis) vt non reueles tentationes tuas patri tuo: item exercitia, studia, & cætera huiusmodi non secundum illius, sed iuxta proprium consilium assumes, quo facilius te decipiat, vt ipse ductor tuus sit: sciens quod omnes insidias suas per humilem confessionem & obedientiam denudantur & conteruntur.

Non occupes te circa tristitia, sed lætus exhilarantia obiecta suscipias secundum spiritum, cantando spiritualia cantica, curas, suspiciones, & de futuris (quæ nunquam futura sunt) aut si futura essent, sufficeret tamen diei malitia sua, id est, non oportet inde nos vexari, antequam adueniant, solo metu & sollicitudines inanes, metus superstitiosos abijciedo, & contra oem pusillanimitatem te confortando. Compunctio ex meditatione discreta passionis est salubris & hilaris tristitia bona. Cum suspitionibus & timoribus tuis (quibus ad delirationem tandem peruenires, si non acquieueris consilij) non li disputare. Quippe quæ validius insurgunt hominibus talibus & fixis

raui.

radicantur, perplexius implicant. Sed statim, vt sentis, abijcias, derideas, atque ad alia te conuertas.

Non oportet bellum inire cum talibus sibilis disputando, argumentando, &c. hoc enim modo diabolus multos illaqueat, vt non inueniant exitum, sed melius per contemptum vincuntur, quo quis dedignatur se cum phantasijs eiusmodi occupare. Ad tales incidentias dic: Stulticia est, phantasia est: & ne trades voluendo in corde &c. Summum diligentissime recipias, nihil muniendo, sed plus etiam addendo, id est, anticipando tempus dormitionis: quia diabolus tibi infidiatur, vbi maxime tibi esset periculum. Nescit naturalia: vbi infirmior es, ibi sternit laqueum.

Vbi diabolus
positissimum
fraudem
struat.

Tentationem igitur quam habes ex suspitione, scilicet quod fratres non afficiantur tibi, quod non recipiaris ad professionem, quod multa passurus ab eis sis omnino vana frivolaque (quod certissimo constat mihi) iudices: & ea quando incidunt, mox vt carnales cogitationes abijcias. Sunt tibi periculosiores eiusmodi phantastica suspitiones atque timores, quam carnales.

Surgens de lecto, primam vocem emittas ad inuocationem & laudem dominam, Adora Dominum, & in cor dulcissimum eius te illi commenda & offer, petens vt te in gratiam suam recipiat, regat & dirigat, &c. Similiter ad pedes B. Mariæ te prosternens, facias.

Surgens de lecto
quid agere
debeat.

Finitis Matutinis de domina, potes te conuerte ad meditationem dominicæ passionis per articulos in rosario nostro continuando vbi heri demiseras, vsque dum datur signum in choro, ad III. Pater noster ante matutinas.

Ne subtrahas vocem cantando, sed pro viribus canta. Ita regas te, ita curam tui habeas, vt in diuino officio & in omnium obedientia sufficiens inueniaris, ne cogaris debita negligenter soluere, aut imperfectè. Non recipias malum exemplum à tepidè & negligenter soluentibus diuinum officium: quia graue iudicium ijs est, qui non soluunt Deo laudes suas alacriter, ore & corde.

Quam periculosum sit
negligenter
debita
soluere.

Væ illis, qui suas voces subtrahunt Deo & conuentui: quia sicut magnum præmium expectat eos, qui vocem laudis Deo sacrificant & infirmiores fratres supportando ac pro illis cantando, etiam pro illis Deum laudant: ita qui Deo talentum vocis furantur, & ministerium quod membrum corpori debet (hoc est, monachus conuentui) subtrahunt, Deum cultu suo spoliant, animas defunctorum suffragio, magna pœna manet eos post mortem. Lege libellos deuotioni accommodos.

Firmum sit tibi propositum perseverandi in ordine, adeo vt etiam iustus nolis exire: hoc est, vt extra domum nolis ire deserendo Ordinem, nisi vim patiens cogaris vestes exuere. Hoc valet multum in tentationibus. Alioquin si tantam atque vacillantem te inuenerit diabolus, validissimis, donec expugnet castrum tuum, aggreditur machinis.

Resigna te Deo ad patiendum quicquid ille super te venire permiserit, scilicet certissime, quoniam illi est cura de te, nec permittet super te venire, nisi quantum poteris sustinere. Caue quicquid illum offendit, paruum vel magnum. Nunquam paruum aut leue æstimabis, quicquid Deum offendit si verus eius amator fueris.

Deo vt nos
resignare
debeamus.
1. Pet. 5.
1. Cor. 10.
Humilitas vt
sit compa-
randa.

Ad humilitatem studia & exercitia humiliationis assume: ab alijs imposi-

ta libenter sustine, sciens humilitate non posse obtineri nisi humiliatio precedat. Non erumpat motus impatientie, irae, aut superbiae, in verbo, opere, & signo, nec quicquam in exteriori homine tuo videatur, vnde aliquis scandalizatur. Omnes defectus tuos, errores, negligentias, ignorantias, offensiones stude per humiliationem tui ac veniae petitionem expiare. Nullam amaritudinem finas in te quiescere. Vbiq; vigila, nihil non suspectum sit de diaboli laqueis. Infidiae non pauciores sunt diaboli ad bona studia corrumpenda aut impedienda, quam mala promouenda. Machinatur (si bonum non potest impedire) boni intentionem corrumpere, scilicet ne ad Dei honorem, sed propriam gloriam, aut pro temporali commodo fiat. Nicitur modum, mensuram, tempus, conditionemq; bonae actionis inuertere, vt nimietate fatigationem, intemp. & iuitate inuitatem inducat. Teneas omnes diaboli, quibus fallit nos & tentationum laqueos. vidit S. Antonius, & audiuit humilitatem solam esse, quae illos posset euadere. Humilitatem, inquam, quae nihil in se, sed in Deo confidit, quae se nil aestimat, sibi non sufficere se credit, erroribus & lapsibus expositam propriam infirmitatem intelligit, proprio consilio & ingenio diffidit, iudicium alienum suo praefert, aliorum opera & consilia magni, sua nihili aestimat: ideo imperio patris se subijcit, duci gaudet, sequitur praecceptorem, voluntate propria (qua sola peccatur) non viuit, omnem abdicat proprietatem, hoc est, sensum, consilium, voluntatem, iudicium sentire, afficere, velle proprium.

Quismodi
sunt diaboli
ma. nina-
meata.

Quae humi-
litas technas
omnes dia-
boli eludat.

Quid diabo-
lus pertame-
scat.

Hae humilitas (quae vt propriam ignorat voluntatem, ita peccatum nescit) obedientiae mater, patientiae columna, charitatis pabulum, non modo euadit, verum etiam conterit omnes laqueos diaboli. Neque enim abstinentiam, ieiunia, vigilias, &c. id genus corporalia exercitia metuit diabolus, sed humilitatem, obedientiam. Ieiunare scit, & vigilare, & si quae huiusmodi virtutum instrumenta sunt diabolus: verum humilis esse & obedire non potest. Humilitas itaque & obedientia humilitatis alumna vires diaboli eneruant, laqueos rumpunt & omnes infidias eius euadunt. Humilis igitur esto & obediens, & facile omnes tentationes superabis. Quare vt dixi fili charissime de te praebere cunctis bonum exemplum spemq; bonam, quod futurus eris bonus monachus.

Signa quaedam vnde possit vtcumque conijci, qualem Nouitij in caenobijs de se promittant spem perfectionis caenobiticae.

Nouitius sui
capitis
Nouitius
qualis ser-
mone esse
debeat
Nouitius
contentio-
sus.
Nouitius
caelans res
suas.

Nouitius sui capitis, qui suam sententiam praefert sententiae magistri, nunquam bonus erit monachus, quia deest ei humilitas, & inuitur super suum sentire.

Nouitius linguosus valde refrenandus est. Sit hilaris corde, & vultu serenus: sed sermone pudicus, verecundus, modestus & parcus.

Nouitius si contentiosus fuerit, quando arguitur aut docetur, pessimum habet signum: quia nisi emendauerit, corruet in peiora.

Nouitius si tentationes suas non reuelauerit, si consilia sua non subiecerit examini, & iudicio ac voluntati magistri aut prioris, decipietur a diabolo, quia ambulat in superbia & praesumptione spiritus, aut in verecundia pernicio.

D.VI
16

niciosa, quæ oritur ex superbia.

Novitius qui studet excusare, fallere, & cælare magistrum, à vitis non curabitur, sed corruet in mala peiora.

Novitius
subdolos.

Novitius quem timere habet magister, vel cui non audet dicere magister dicenda, non audet eum arguere, corripere, defectus indicare &c. manebit infirmus, onerosus, & tandem periclitabitur.

Novitius
impatiens.

Novitius qui satagit omnia inquirere, & sibi non proficua appetit scire, gaudet visitatione secularium aut leuium personarum & cætera signum habet euidentis, quod animo nondum est religiosus: & quamdiu ita manet, modica speratur in eo deuotio.

Novitius
mundo de-
ditus.

Novitius tardus ad officia sua, negligens in operibus suis, non præuidens per se agenda aut cantanda, sine timore, sine sollicitudine, sine verecundia, nunquam bonus erit monachus, sed pane etiam indignus.

Novitius
negligens.

Novitius tristis ilico fiet & acediosus, & ponit nidum diabolo. Vale fili charissime.

Novitius
tristis.

Fundamentum spirituale ingressus religionem, cuiusmodi iacere, quæq; huic superstruere debeat.

Epistola XXV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.

Henrico filio charissimo Ordinem Prædicatorum ingressuro.

Fili charissime, vt satisfaciam crebris petitionibus tuis non nihil scribendo, quod instituto tuo accommodum sit, hæc pauca asigno, quibus te præmoneam, Prædicatorum Ordinem ingressurum.

Fundamen-
tum mona-
sticum susce-
pturo quod
esse debeat.

Fundamentum tuum sit Christus, vt pro huius amore seculum relin-
quas, & quicquid in via Dei impedit, missum facias: quicquid ar-
dui tibi imponitur libenter, & hilariter feras. memor semper quod homini-
bus non seruis, sed Deo, nec ab hominibus remunerationem (puta aliquid
laudis, gloriæ, temporalisue commodi) quæris, sed à Deo expectas. Super
hoc fundamento sit ædificatio tua, vt quicquid faciendum, quicquid omit-
tendum, quicquid tollerandum quicquid fuerit dicendum, purè & verè fa-
cias propter Deum, hoc est, vt illi placeas, vt eius gratiam merearis habere, vt
illi fidelis inueniaris, vt in oculis eius fias illi acceptior, vt illi magis semper
accedas & propius, vt magis illum ames fortiusq; eidem in hæreas, &c.

Vt omnia
nostra refe-
tamus in
Deum.

Si hoc perfectè cor tuum ita impleuerit (vt scilicet in omnibus quæras
Deum) parum mouebit te, si opera bona tua ac studia (de quibus testimoni-
um habes bonum conscientia, & superioris tui) cæteri homines derideant.
Si tamen fieri potest, quantum in te est, nulli hominum occasionem præstes
deridendi (intellige iustam) odiendi, despiciendi, calumniandi, peccandi, sed
potius diligendi, ædificandi &c. ita tamen, quod te ipsum non quæras in hoc,
sed Deum, scilicet ne quis turbetur, ne quis peccet, ne quis pacem suam amit-
tat, ne quis Deum offendat.

Hoc debet fieri quantum in te est, bona faciendo, mala tolerando, iram
aut malevolentiam alienam dissimulando, & bona etiam quandoque, quæ
necessa-

Ut nunquam
fit Deus of-
fendendus
pro pace a-
liorum.

In quibus
non sit ob-
sequium
superioribus

Ut in cere-
monijs ani-
mus ad Deum
etigendus sit

Lectio mo-
nachi quali-
tate debet.

Conciona-
tor quis non
ad modum
profit.

Studium or-
ationis
quod sit.

necessaria non sunt aut singularia ad tempus omittendo (scilicet propter charitatem fraternam, aut inuidiam sedandam) seu celando, item informando, & rationem reddendo. Nunquam tamen pro pace aliorum debes transgredi Dei, aut Ordinis atque superiorum voluntatem, sed potius odia & incommoda pati pro honore & beneplacito Dei seruando.

Ne autem in iudicio talium erres, & ne nimium tuo sensui fidas, habes Prælatum, quem ut Deum debes consulere, & eius iudicium in cunctis approbare & exequi. In dubijs (quicquid tibi etiam videatur) non potes tu errare, sequendo Prælati iudicium. Nam etiam si ipse erraret, immunis tu eris à peccato: In manifestis autem quæ illicita sunt, ubi non hæstas, ibi non oportet interrogare, aut errorem alienum sequi. Si Prælatus iuberet ut mendacium diceres, non oportet obedire. Si non potes accessum habere ad Prælatum (forsan occupatum) habeas aliquem alium Deum timentem, qui honorem Dei, tuam salutem atque profectum zeletur, quem interroges, & ductorem atque directorem sequaris & cætera. In occulto siue in publico in societate & in solitudine serues obedientiam tuam: quia Deus tuus quem solum metuis, diligis, colis, veneraris, & propter quem omnia agis ut illi placeas, videt & obseruat te vbique.

Cerimonias igitur omnes & obseruantias secundum obedientiam facias diligenter ac strenuè pro loco, tempore, & modo, ut debes, sisq; semper filius obedientie. Id autem facias cum intentione actuali, quantum fieri potest, aut saltem habituali, ut huiusmodi abnegatione tuæ voluntatis, & mortificatione interioris & exterioris hominis Deum colas, eidemq; placeas. Assuescas huiusmodi ceremonijs & obseruationibus vitale aliquid infundere, puta, cuncta faciendo cum eleuatione & directione mentis interim in Deum, atque exteriora opera conuertendo in orationem. Ita enim fiet, ut quæcunque feceris, non mortua, non sterilia, non ex consuetudine, nec (ut fatui somniant) ex Iudaismo prodeant: sed iugis ea ipsa oratio, iugis cultus, & indeficiens alloquitio ad Deum sint.

Lectio tua sit, ut te ipsum cognoscas, ut Deum sapias, eius amore traharis, eius beneplacitum cognoscas, accendaris ad exequendum, discas quæ sint virtutes, quæ vitia, quid sequendum, quid fugiendum, quid amandum, quid detestandum, quid desiderandum, quid mortificandum, quid tibi desit, quid male adsit. Eiusmodi libros, qui talibus congruunt studijs studiosè legas. Nisi enim hoc fundamentum, boni scilicet Monachi, prius iactatur, non erit bonus monachus.

Intende summo studio cordis puritati, affectibus vitijs mortificandis, vitijsq; exterminandis & proderit tibi plus, hoc est, maiorem illuminationem recipies ex vna lectione, quam alij, qui ambulant in vanitate & curiositate cordis sui, triginta lectionibus. Non est utilis prædicator, nisi magis prædicet illuminatus, quam doctus, id est, nisi plus habeat de spiritu, quam littera. magis sapiat, quam sciatur: amet quam disputet. Doctorum qui deuotionem carent spiritus, verba non accendunt. Beatus ille est, cuius mentem & possidet eruditio, & irrorat sancta affectio. Primum ergo stude tibi, deinde ceteris. Primum discere ut virtus tibi sapiat, ut in hæreat: deinde stude, quomodo magistraliter de ea disputes & diffinias quomodoq; doceas alios.

Iner

Inter fratres vbique gratam quandam præ te feras verecundiam, humili-
tatem obsequiosam, serenitatem in vultu maturam, taciturnitatem non a-
maram, non stomachantem, sed dulcem, vt vultum habeas quasi omnibus
(citra leuitatem) arridentem. Quando alij adiocantur, quando etiam pun-
gunt, aut scommata iaciunt in te, perinde subrideas modicum, vt qui bono
corde ac simplici omnia intelligas, atque accipias. Item & stomachum si sen-
tis, ora claudas, ne aliquid exeat malignum, & vim tibi faciens, cogas te ad a-
llicitatem, ac quasi nihil tibi factum sit, aut non intellexeris, sed vt ante se-
renum & amicabilem te exhibeas.

Contentiones nunquam recipias, sed cedas aliorum opinionibus, maxi-
mum inde lucrum pacis & tranquillitatis recepturus. In licitis semper vo-
luntatem alterius tuæ præferas, & habebis magnam pacem & charitatem. A-
liorum defectus, secreta, occupationes, & prorsus quicquid te non ædificat,
quicquid ad te non pertinet, non scruteris, non velis audire nec scire, sed po-
tius nescire studeas (ne charitas in te fraterna lædatur) & quæ vides, multa vi-
dendo non videas, interpretando in meliorem partem omnia, & charitate
cooperiando. Nunquam tamen debet malum placere: etiam non debes leui-
ter malum iudicare, sed excusare, aut generaliter nihil intronittere te dea-
lienens, nunquam velle iudicare.

Si patres tui voluerint vt studio Philosophiæ incumbas, obedias eis ex a-
nimo, & conare illud studium ad Deum dirigere, vt scilicet proficit futuro
tempore tibi ad Theologiam ita similia omnia in Deum ordines. Nihilomi-
nus habeas (exemplo Sancti Thomæ, qui cum studijs speculatiuis & disputa-
tiuis fuisse fatigatus, reuocabat animam ad deuotionem, & spiritum colli-
gebat in lectione Collationum patrum &c.) lectiones crebras, sed breues (ve-
luti memorialia quædam sancta atque furtiua) ex libris deuotissimis effe-
ctum insiammantibus, ne spiritu inter Philosophica sola versatus, frige-
scas. Si aliquem offenderis, mox profunda tui humiliationis & petitione ve-
nix ipsum places atque reconcilies. Si tamen iratum aut auersum tibi ali-
quem sine causa, puta ex displicentia aut inuidia aliqua, deprehenderis, fac
quasi nescias, & eo magis obsequiosum, affabilem, humilemque illi exhi-
deas, vt sic occulte animum eius lenias, lucrerisque Christo animam eius. Hæc
paucæ ne te contempseris, videar, scribo. Nam ex lectione librorum spiritua-
lium reliqua plenissime hauries. Sunt autem opuscula multa, quæ legere de-
bes, scilicet Bonauenturæ Seraphici doctoris, quæ in secunda parte opuscu-
lorum eius impressa inuenies &c. Item formulam honestæ vitæ quæ alias no-
minatur spectaculum &c. Reuera tamē eius Autor est idem, qui est libri profectus
Religiosorum, scilicet David de Bauaria ordinis S. Francisci, valdè utilis pro
Nouitijs S. Vincentius Ordinis Prædicatorum de vitali spiritali. Et Albertus
Magnus de adhaerendo Deo eiusdem Ordinis. Humbertus etiam Ordinis e-
iusdem de eruditione Claustralium seu Religiosorum. Albertus quoque quæ-
dam librum scripsit de veris & falsis virtutibus discernendis. Directorium
Contemplatiuorum, præsertim de XII mortificationibus, Viginti memora-
lia, & viginti quinque passus virtutum, qui ascribuntur tamen Bonauentu-
ræ, Confessionale S. Thomæ, vel de puritate conscientiæ. Stimulum amoris
diuini. Vitas Patrum, Collationes Patrum, cum cæteris à Ioanne Cassiano

T

scriptis.

Vt erga alios
monachos
se gerat.

Alienorum
vt debeamus
esse incu-
tiosi.

Studium
philosophiæ
quo retor-
quendum.
Modus stu-
den di S.
Thomæ A-
quinatis quis
Erga iracun-
dum ac in-
uidum quo-
modo quis
se gerat.

Qui libri fa-
ciant ad pie-
tatem.

Henricus Su-
fo vbinam
sepultus sit.

scriptis. Horologium æternæ Sapientiæ ab Amando, alias dicto Henrico Sufone Prædicatorij Ordinis in Vlma sepulto. Sunt alij libri multi, quos experientia comperies deuotos, id est, inflammariuos. Omnia hæc referas ad consilium tui magistri, & secundum eius iudicium agas viriliter, age & confortare in Domino, cui me tuis precibus commendes & bene vale.

Beatissima virgo Maria, & cor Iesu Christi suauissimum quanta in ueneratione deuotioneq; haberi debeant ab his, qui vitam suam corrigere volunt.

Epistola XXVI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
suo charissimo filio, iuxta angulum cœmiterij habitanti, deuotionis augmentum.

Charissime fili, hortor moneoq; te studiosius quo possum, vt imaginem B. Mariæ iuxta cellam tuam nunquam sine reuerentia pretereas. Saluta eam cuius est imago, dicens. *Salve dulcis & formosa, mater Dei gloriosa, adopta me in filium.* Interim feruentissimo desiderio optes à te quicquid illius oculis displicet, in te auferri, quicquid placet, per eam tibi à Deo impetrari. Veneratione sedula sis Beatae Mariæ deuotus, quia sanctissimi omnes leguntur, & ex scriptis suis cognoscuntur eam singulari affectione dilexisse. Innumeri peccatores per eam conuertuntur atque Christo reducti, & quotidie reducuntur, qui primo ad Bearam Mariam accedere non trepidant vt pote clementissimam omnibusq; benignissimam.

B. Mariam vt
sancti om-
nes venerati
sint.

Cor D. Iesu
vt sit colen-
dum.

Cor Domini Iesu, apertum tibi magna deuotione introeas illud sedulo venerando, per hoc petenda postulando per hoc exercitia tua offerendo: quia charismatum omnium est apoteca & ostium, per quod nos ad Deum & ipsi ad nos accedit. Itaque figuram aliquam dominici cordis, aut quinque vulnerum, aut cruentati Iesu, vulneribus ac liuore faucij ponas in loco aliquo quæ sepius transire habeas, quo scilicet sepius ob exercitij tui & amoris excitandis in Deum admonearis. Hanc intuens, memor sis exilij tui, miseræq; captiuitatis in peccatis. Proinde gemebundis suspirijs desiderioq; feruenti cor tuum erigas ad Deum, & mente duntaxat sine strepitu oris aut etiam verbis, si hæc te iuuant, ad illum clama, desiderans cor tuum mundari, atque cum Christi corde, id est, cum diuino beneplacito tuam voluntatem vniri. Posses etiam, urgente deuotione interna, figuram hanc, id est, cor Domini Iesu osculari, & animo tuo persuadere, quasi verum deificum cor Domini Iesu sub labijs habeas osculandum, in quod cor tuum imprimere gestas, atque spirituum tuum immergere absorberiq;. Aut desideres videarisq; tibi ex gratioso corde ipsius, attrahere in cor tuum spiritum eius, gratiam quoque eius & virtutes, ac prorsus quicquid fuerit ibi (quod mensuram excedit) salutare. His enim omnibus cor Iesu exuberantissime icatet. Expedi autem, & valde pium est cor Domini Iesu deuotè honorari: ad quod in omni necessitate confugas, vnde consolationem quoque & omne consilium haurias. Nam vbi cuncto- rum te mortalium corda deseruerint, vbi imposuerint tibi, securus esto, hoc fidelissimum cor te non decipiet, nec derelinquet.

Cor D. Iesu
honorare
quam sit
conducibile.

Oratio ad cor Iesu suauissimum.

O Cor nobilissimum, piissimum, atque suauissimum fidelissimi amoris mei Iesu Christi Dei & Domini mei, trahe atque absorbe quæso cor meum, omnes cogitatus ac affectus meos, omnes denique vires animæ & corporis mei, & quicquid in me est, quicquid sum aut possum in te ad gloriam & sanctissimum beneplacitum tuum.

Oratio ad cor Iesu.

O misericordissime Domine Iesu Christi, in cor tuum commendo atque regno me ipsum totum. Oro etiam te benignissime Deus, aufer à me cor meum prauum, impium & ingratum, & da mihi Deificum cor tuum: aut fac cor meum secundum cor tuum, & secundum perfectissimum beneplacitum tuum.

Ah Domine Deus saluator ac redemptor meus, aufer à me peccata mea, & quicquid tibi displicet in me: quicquid verò tibi placet, ex sanctissimo corde tuo infunde mihi. Conuerte me, & posside me totum in sanctissimum beneplacitum tuum, & in tui amorem fac ut vniatur cor meum cordi tuo, voluntas mea voluntati tuæ, ut nunquam aliud velim, nunquam aliter velle possim, quam quæ tu vis & tibi placent. Diligam te dulcis Iesu Deus meus ex toto corde meo in omnibus, & super omnia.

Ad B. Mariam cum corde Iesu.

Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Ah sancta Maria vtinam eius gratia, & tua semper sit mecum, & cor meum semper vobiscum. Benedicta tu in mulieribus. O piissima mater Dei, fac me totum secundum beneplacitum filij tui. Atque vtinam ego totus tuus, & tu tota mea sis. Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus pro me crucifixus & mortuus. Eia benignissime Iesu, benedictum sit etiam piissimum cor tuum pro cunctis miseracionibus ac beneficijs ad nos inde manantibus. Tibi sit laus, honor, gloria, & gratiarum actio ex me & à singulis creatoris tuis, pro tua immensa ad nos charitate. Dulcis Iesu miserere nostri, & præcipue mei infertissimi peccatoris, qui me omnium vilissimum atque tibi ingraticissimum feci. Fac ut diligam te ex toto corde meo, atque ut placeam in hæreamq; tibi totus perpetuo & inauertibiliter. Ah Domine Deus meus: atque vtinam ego verè sim totus tuus, & tu totus meus.

Beata Maria vt sit cum corde Iesu salutanda.

Hoc (qui sic oras) ita intellige: Tunc est totus Dei, quando nihil in te est, quod displicet Deo: totus verò Deus est tuus, quando tu nihil amas, nihil desideras, nisi Deum, quando nihil tibi placet, extra Deum. Sed nunc vale in Christo frater charissime.

Vt quis totus sit Dei & Deus totus illius sit.

Vti nouellus Caribustanus feliciter incepta prosequi, à quibus sibi summo pericula, ad quem denique scopum omnia sua exercitia destinare debeat.

Epistola XXVII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS

Filio suo charissimo, in arrepto, monastico instituto quotidianum spirituale incrementum exoptat.

A Næ omnia non obliuiscaris fili charissime, propter quid parentes, socios & alia (quæ dilexisti in mundo) reliqueris, & quare monasterium intraueris. Cura ut attingas finem, quem tibi proposuisti. Vis emenda-

Virtutes ac quæ ut oporteat.

T 2

re vi-

Ratio vt in
omnibus
consultenda.

Confilij
bonorum v
ti quam sic
gratum Deo.

Ioannes
Cassian.

Quis sit acti-
onum præ-
stitendus fi-
nis.
A seculo
immaculati
quis se custo-
diat
Animam re-
ligiosi quæ-
sam inqui-
rent.

Virtutibus
vt ornentur
quid facien-
dum.

Ab sine hu-
miliatione
frustra spe-
ratur humi-
litas.

re vitam tuam? vis Deo placere? vis immaculatum te custodire ab hoc seculo? vis virtutibus ornari? Necessè est vt studia & labores, patientiæ, passiõis humiliatiõisq; & alia huiusmodi ardua media præcedant. Cupis emendare vitam? Noli rursus amplexari, quæ deseruisti, aut quæ deserere & odire debuisti. Vbiq; caue, ne Deum, quem omnibus præferre debes, offendas. Interroga rationem tuam ante omnia agenda, si illud quod cupis, offendet Deum siue illi placeat. Si dixerit tibi ratio aut conscientia: hoc displicet Deo, responde tu. Ergo ego nullo modo faciam. Sin autem placuerit: tu dic: Ergo ego faciam. In hoc tamen non debes tuum examen tuumve iudicium sequi, vbi ambiguitas occurrit, aut vbi indifferentia, id est, quod aliquid possit fieri aut non fieri, sed potius Prælati aut magistri tui consilium, vt propter obedientiam & discretionem cui tu per humilitatē te submittis, duplicetur merces & corona operis tui. Valdè enim placet Deo (vt etiam sanctæ Gertrudi reuelatū est) consiliorum inquisitio, ac sui omnimoda humilis subiectio. Eliditur etiā per hoc omnis astuta machinatio diaboli, vt in Collationibus Patrum pulchrè differitur. Obedientiæ nihil præponas, quantumlibet illud videatur sanctū, solo peccato excluso. In incertis obediendo non potes peccare. Ad hoc valent exempla SS. Patrū, & lectio librorum D. Ioannis Cassiani, Ioannis Climachi, Ioannis Gerfonis opusculorumq; (præsertim in speculo disciplinæ) Bonauenturæ &c. D. Bernardi &c.

In omnibus operibus tuis hunc adhibe finem, vt si interrogareris immediatè vel per aliqua media, tandem tamen & semper responderes: Ego facio propter Deum, id est, quia Deo placet hoc, vel vt Deo placeam per hoc. Vnde deinde immaculatum te custodire à seculo. Sicut peccata deseruisti, ita modo occasiones peccatorum fugias. Vide vnde periclitetur conscientia tua. Certumores de seculo, quæ rimonias contra fratres (quos tamen tu non potes meliores facere: nisi bono exemplo) detractiones contra Prælatum, & huiusmodi murmuraciones, item carnalia, mundana cæteraq; id genus innumera audiens, non potes immaculatus abire: siquidē paulatim tepescet feruor propositi tui, & sub specie zeli charitas & bona opinio de proximo minuitur: hinc amaritudo, elatio, aspernatioq; aliorum subintrat. Postremò, vis ornari virtutibus: labores, & conatus præcedant, labores inquam, non manuum aut corporis, sed animi, hoc est studium mortificationis vitiorum, passiõnū malarum affectionum abnegatio, sensualium desideriorum, contemptus tui ipsius, subiectio & resignatio propriæ voluntatis, propriiq; sensus. Oportet insuper, vt contra te ipsum eas, contra te ipsum pugnes. Nō quod velis, sed quod quandoq; nolis, (scilicet secundum sensuale appetitum) facias. Verbi gratia non poteris fieri humilis, si refugas humiliari. Si virga recta fieri debet curua, necesse est vt curuitatem præcedat curuatio. Ita humilitatem præcedat oportet humiliatio. Non poteris patientiæ virtutem adipisci, si omne quod molestum est, tenaueris declinare aut amouere. Patiendo fies patiens, & obediendo obediens, & diligendo diligens.

Quapropter creberrimè (quoties offert se occasio) si aliquid sustinendū est, dicas in animo: hoc volo propter Deū sustinere, quatenus Deus det mihi maiorem gratiā deinceps patientiæ. En duplex hic finis est benè regulatæ intentiõnis. Si aliquid in gratiā fuerit fratris exhibendū, dicas: hoc faciā illi fratri propter

propter Deū, vt Dominus det mihi gratiā syncerioris & maioris charitatis. Ad hoc valet exempla recollere ex vitis Sanctōrū Patrū, ex vitis aliorum Sāctorum, & alijs historijs sanctis, vnde homo confundatur in se, quod tantum à virtutibus illorum adhuc distet.

Deinde sicut alias monui, si quippiam videris, quod te non ædificat, non sumas occasionem similiter faciendi aut imitādi: quia & si alius labitur, forsā excusationem habet, quam tu non haberes: & fortasse non est lapsus, sed tu malè indicas: aut si lapsus est, tu tamen ita grauius iudicando, id est, contemnendo personam siue malè sentiendo laberis deterius, quam ille qui peccat.

Neminem igitur iudices aut contemas: aliqñ absq̃ dubio Deus permittet te in eundē, aut similem, aut maiorem defectum labi: aut permittet te euanescere in cogitationibus tuis, quasi aliquid sis, cum nihil sis. Quicquid debes seu teneris facere, omnem adhibe curam, vt debitè & perfectè (perfectè dico, non secundū commendationem hominum, sed secundū acceptionem Dei) facias. Deinde opera charitatis (si quid rogaris) alijs operibus arbitrarijs præpone, quia plus habet meriti, quicquid ratione fit charitatis aut obedientiæ, quam ea quæ ex propriæ delectu voluntatis fiunt. Nunquam tamen sis otiosus, nec ita vagus aut mutabilis in exercitijs, vt necesse habeas tractare aut deliberare, qd̃ modo, quid postea faciendū incipias; sed certā, habeas regulā etiā in spiritualib; qd̃ illo vel illo tēpore velis orare, qd̃ & quō illa & illa velis à Deo petere, quādo & quantū, & cui lectioni velis vacare. Et hoc quādo obedientiæ aut charitas quandoque fraterna ab alia te non vocat: quia propter obedientiam debes alia exercitia tua libenter dimittere, & voluntati superiorum inservire. Similiter etiam, quando ratio charitatis aut fraternæ necessitatis, id ex postulat, exēplo cuiusdā sanctæ mulieris (vt puto Elizabeth) quæ consolationem & allocutionem siue à Dño, siue ab angelo sancto accipiens, dum interea infirmum audiret se vocantem, statim dimissa contemplatione sua, dimissa delectatione & suauitate, quam cum Deo habebat, dimisso deniq; Deo cui colloquebatur, ad infirmum cucurrit: sed reuera non dimisit Deum, quin potius illum pro charitate fraterna (qua necessitatem infirmi suæ delectationi spiritali præposuit) perfectius inuenit. Nec Deus hoc ægrè tulit, qd̃ se quasi relicto, ad hominē infirmum cucurrerit, sed gratissimum hoc opus accepit & remuneravit: quia illuc fuerat currendū vbi maior erat necessitas.

Vnde quidam sanctus pater Ordinis nostri dixit. Oporteret quandoq; Deū dimittere propter Deum, id est, spiritualia dimittere vt corporalibus proximi necessitatibus subueniatur. Et hic intellige illa spiritualia, quæ non sunt de necessitate salutis. Ita enim fit, vt non negligantur, sed potius per aliam lucrandi viam, & alio modo multiplicentur: & si illud non hic, quantum ad suauitatis gustum, tamen ad futuram remunerationis gloriam percipies. Alias verò noli consueta exercitia faciliter immutare, vt nunc hoc, cras aliud eligas & sic in nullo proficias.

De corporalibus etiam aliquid certum habeas, ad quod cūrras, quādo aliud magis pium aut necessarium non occurrit. Si quispiā à te laborem, aut aliud exposulauerit, ita voluntarium (si acquiescere eius petitioni licet) te exhibeas, hilarem & serenum in vultu, vt ex te ædificetur, consoletur, & non confunda-

Neminem esse temerè iudicandū. Galat. 6.

Opera charitatis vt exercenda sint vt certa sint assumenda exercitia.

Exercitia propria cur quandoque intermittēda.

Deum quādoque propter Deum dimitti.

fundatur, nec poeniteat, quod te inuitum rogauerit.
 Amare & amari ut quis studere debeat. Secreta cur, quibusq; reuelanda.

Studeas semper fratres diligere, & quantum in te est, ab omnibus diligere, generali charitate, non inuicem speciali familiaritate, si à multis tentationibus uolueris te praemunire. Ad priorem tamen, & ad eum qui curam habet animarum tuarum, specialem habere debes confidentiam, securum recursum, & liberè omnia secreta tua illis reuelare, causa consilij petendi, & examinandi, siue probandi causa, quia non omnia sunt bona, quae nobis (propter nimiam inclinationem & tractum uehementem proprii affectus) uidentur bona.

Ut nihil sine superiorum consilio faciendum.

Caue ne quando aliquid praesumas sine magistri aut prioris consilio, quumcumq; uideatur tibi quod securus sis ex refectione librorum, aut propter imitationem priorum Sanctorum. Si suatum tibi fuerit, ut aliquid facias occultum per cogitationem propriam, aut per hominè, idq; abscondas patri tuo, certo teneas, qd hoc facit diabolus, uel ordinante diabolo fit ut corrumpas, ut tentationibus inuoluaris inextricabilibus, ut denique decipiaris & capiaris: Vult Deus ut homo se humiliet homini atq; subijciat. Hoc per multa scripturarum exempla probari potest. Qui sine ductore uult incedere, uel putat quod nemo sit, qui possit se ducere uel instruere, Deo permitte, cadet propter superbiam ac praesumptionem suam. Non est quod possis allegare, si forsan simplex, indoctus, inexperus aut durus sit magister tuus: quia non homini, sed Deo commissus es, qui hominem vicarium pro se tibi dedit, qui non humana industria, sed diuina inspiratione & prouidentia te gubernet.

Quam sit periculosum sine duce uelle uitam spiritalem uiuere.

Crede igitur quod certissima (si tu credideris, & diuina prouidentia non resisteris) Dei ordinatio te fiet, ut tibi humiliter propter Deum resignato, nec proprium consilium, nec propriam uoluntatem habere uolenti, dicatur à magistro, quicquid tibi fuerit uilissimum, licet hoc tibi non appareat, ex alia tamen parte, quam tu non consideras, fructus tibi orietur.

Quantum pro sit humilis submisso sui.

Si artem mechanicam discere deberes, necessario esset eligendus peritissimus magister. Quare quia secundum humanam industriam, experientiam, scientiamq; te haberet docere. Indoctus enim perfecte nescit docere. Iam uero magister animae tibi sumendus est, qui à Deo tibi per priorem constituitur, hic tamen (quamuis experientia & industria etiam multum iuuent) parum doctus fuerit, aut ipsemet imperfectus, propter tamen humilitatem tuam & desiderium cordis tui, dabit & supplebit ei Deus, quicquid tibi deest, ut respondeat tibi ea, quae alias ex se non haberet, hoc est, ut det tibi sana consilia & uilia. Et hoc firmiter tene, & securus ei acquiesce, reiiciendo omnia dubia & scrupulos in contrarium surgentes. Si tamen sine haesitatione certus es de malitia magistri, qui aliquid suaderet, quod contra Deum esset, & ad peccata hortaretur, ibi nullo modo debes obedire: sed Priori dicere ut animae tuae melius prouideat. Ex suspicionibus tamen non debes sentire malum de magistro tuo: quia est callidissima tentatio inimici, ut seminet inter magistrum & discipulum discordiam aut displicentiam, ut huius profectum, & illius meritum impediat: ut magister nihil discipulo praedicet, aut si praedicauerit, discipulus ob displicentiam suspicionemq; ad magistrum se non recipiat, aut se non reuellet, & sic in adiuentionibus suis ambulet & pereat. Cavendum igitur summo opere ne inter magistrum tuum & te eius discipulum displicentia interueniat. Cavendum praeterea, ne displicentia status proprii aut poenitudo accepti propositi

Diaboli
 quae sit
 diabolica
 tentatio.

D. VI
16

positi perturber animum tuū. Hanc enim diabolus inducit sub specie emulatio-
 tionis alterius status veluti melioris, quem proponens laudat, & omnia illic
 sancta tranquillaeq; praedicat. Deinde in hoc, quo es statu, periculosa, inutilia
 esse cuncta cauillatur, vt ad instabilitatem, ad insipiditatem, ad indeuotionē,
 & ad nauisam tandem animam fantasiantis perducatur, quod à te auertat Chri-
 stus Iesus, Amen. Vale fili charissime.

Vt proprii
 status displi-
 centia sit ca-
 uenda.

Qui scopus, quibus religionis sit finis ab eo, qui monachum cupit fieri, quaerendus.

Epistola XXVIII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.

suo charissimo filio, exuere veterem hominem cum actibus suis, &
 nouum induere, qui secundum Deum creatus est, cupienti.

Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur tibi. Psal. 44.
 Legimus B. V. Mariam (cuius hodie est solemnis festiuatq; dies ob-
 latam à parentib; seq; ipsam Deo obtulisse in templum, haud du-
 bium, non aliam ob rem, nisi vt à mundi strepitu, à temporalium
 turbine segregata, Deo seruiret deuota, casto quoque ac puro cor-
 de illum amaret solū, cōtinuē eidem adhærens. Vixit aut nullius rei tēpo-
 ralis curam habens aut administrans, utpote pauper spiritu, vixit sub obedi-
 ētia pōtificis, vixitq; cum proposito perpetuo seruandæ virginittatis, q̄diu ex
 Deo aliud nō iuberetur. Hāc tibi fili opto hortorq; q̄rope possum fieri patro-
 nam ac matrem, q̄ veneratione deuota colas, cui studia tua, honorēq; & ob-
 sequia impēdas, q̄ post Christum potissimē studeas imitari & diligas. Idcir-
 co ab ea exordior, eā tibi, imō te illi cōmendans. Hāc namq; eius in tēplū illa-
 tio siue oblatio (q̄ praesentationē vocamus) desiderio certē huic tuo nō parū
 arridet fili charissime. Quid n. nunc aliud petis, q̄ in templum recipi, Deo of-
 ferri, Deo dedicari, q̄ renunciatis omnibus quæ seculi sunt, relictis quibusuis
 negocijs, atq; ad eod posthabitis curis, vnum hoc agas, q̄ tibi desiderio & cordi
 est, vt à cunctis in quib; Dei honor nō quaeritur, his abstractus, & vni optimo
 bono (hoc est, Deo tuo) viuas & vaces. Hic est enim fili situs religionis, scopus
 & finis quem nunc quaeris (si tamen nobiscum synerum habes propositum
 viuendi) quem semper ante oculos habere debes. Neq; enim q̄ q̄t hic sumus, sit
 propterea hic sumus, vt hoc vel illo genere, colore aut modo vestiamur, nec
 vt hoc cibos vitemus, illosq; sumamus: quamuis & hac postq̄ ita receperis
 nostrum institutum, necessaria fiant vt obserues, tum propter corporis casti-
 gationem, cuius adstrictio hęc corporalium exercitiorum (vt sunt vigilia, ieu-
 niā, abstinentiæ & huiusmodi) necessaria est, vt caro domata spiritu obediat:
 tum propter charitatem fraternam q̄ seruat vniformitas, difformitas diui-
 dit, tum deniq; q̄ vbi per annum cuncta, hoc est, & quæ tibi subeunda sunt, &
 vires tuas fueris exptus, promittes, ne semper animi instabilitate tēteris) ea-
 dē reseruat. Cuius promissionis vōiq; solennis nunquam penitere li-
 cebit, nisi voti transgressor coram Deo malueris inueniri. Hęc itaque o-
 mnia quamuis ea tibi post professionem maximē obseruanda sint, non
 tamen (quod dixi) finis aut scopus propter quē huc venimus, sed instrumē-
 ta sunt

Matt. 7.

Religionis
 scopus quis
 sit

Rom. 6.

Finis religi-
onis cuiuslibet
monasticen-
professio an-
te oculos
habendus
quis sit.
Deut. 10.
Mat. 22.
Mar. 10.
Luc. 12.

Labor & af-
flictio spiri-
tus que sint.
Gala. 6.
Eccles. 1.

Puritas
cordis quomodo
annuntietur
& in quo si-
ta sit.

Pax vera ubi
sit quaerenda.

Tyro Car-
thusianus
ut volunta-
tem suam
abnegare
debeat.

ta sunt tantum & adminicula quaedam ad finem, hoc est, ad puritatem seruientia cordis, quae tamē puritas necdū vltimus est finis, sed in Deum adhuc vltra referendus, vt propterea etiam pacem mundiciamque cordis quæras, quo Deū super omnia diligens, toto eidem corde, tota anima totisque viribus inheras. Hoc fili in animo sit tibi constitutum, vt si coram Deo, si in ipsa cōsciētia tua, sine in penetralibus tuis, quare monasterium sis ingressus, fueris interrogatus, nihil in te inuestigando reperire queas aliud, quam hoc, vt ab omnibus abstractus, vbi Deus non inuenitur, toto corde eidē soli inhæreas Deo. Pro hoc autē sine non illud tantum erit necessarium, vt mundi flagitia, operaque carnis externa fugias: verū oportet etiam te impedimenta spiritus euitare, pscindere atque occasiones tollere. Quod per exercitia efficies ordinis, puta per mortificationes carnis, & abnegationem spiritus: leue est enim ferre ieiunia, solitudinē pati, tolerare silentium, abstinere ab elu carnium: at verò sensum relinquere proprium, suā damnare voluntatem, alieno subdī imperio, hocque solum quod Prælato bonum estimatur (modo cōtra Deum nihil iubeatur) amplecti, duosque vt interdum sit aliorum sufferre aspectus, importunos odiososque tecum habitantium tolerare mores, atque demū aliorum portare onera ibi erit labor & afflictio spiritus. Hic certē suadere te oportet fili, & teipsum continere, vt propter Christum humilis, patiens, mitis, fraternitatis ornatus charitate semper inueniaris. Vides ne iā fili, quā necessaria sit monacho puritas cordis, si id velit, propter quod vocatur monachus, assequi? Propterea namque cordis, multo maximē erit tibi necessaria puritas, vt discas semper que assuecas tranquillitatem & pacem habere in animo. Ad quam nunquā peruenire nupotes desiderijs tuis obtemperando, quasi tunc molestia carueris, vbi illis satisfeceris, sed eadem desideria in te persequendo, frangendo, mortificando, teipsum totum vbiunque te senseris teipsum non Deum querere, abnegando. Hæc autem puritas, hæc tranquillitas, hæc pax cordis non in hoc sita est, vt nihil aduersi patiaris, nemo tibi contradicat, nemo arguat, nemo despiciat, nemo denique tuam sententiam aut voluntatem impugnet, nemo impediatur, sed vt ad hæc omnia resignatus, libenter ea recipias: nec inde turberis, aut contristeris. Pacem itaque intus, id est, intra teipsum querere debes in corde tuo, vt tu teipsum abnegare, perfectē relinquere, atque propter Deum scias exire.

Neque etiam pacem tuam ponere debes, in ore aut corde aliorum, vt ad hoc velis respicere aut frustra niti, quo ceteri tuam voluntatem, aut tibi placentia agant, aut loquantur: nequaquam fili, sed potius non absque tristitia magna, id ferre deberes, vt alijs humiliando tibi seruiant, acquiescant aut obediunt, propterea quod humilitatis & fructum & meritum hoc modo, quæ tu tibi comparare debueras, ipsi præcipiant.

Cogita semper etiam in leuissimis rebus, quæ tamen contra statuta aut obedientiam & contra Deum non sunt. Ego nolo habere propriam voluntatem, nec volo, quod ex me alioqui ego velem, sed quod ceteri volunt: melius est, vt faciam voluntatem alterius fratris, quam ipse meam. Quid enim nocet mihi, vt faciam quod ille, aut ille vult, relicto consilio proprio? Satis est me fructum obedientiæ ac abnegationis meritum colligere, quam alijs relinquere. Sic faciendo fili, habebis Pacem multam.

Hæc tamen omnia intelligi debent de sui abnegatione (quod prædixi) in rebus,

rebus, quæ licitæ sunt, & quæ sine discrimine aut fieri aut non fieri possunt: ut ipsæ quæ neque diuina, neque humana sunt lege prohibita. Alioquin dicendum foret, si quispiam nos contra Deum, contra legem statutorum, aut contra iussionem Prælati ad transgrediendum inuitaret: *Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.* Quia in huiusmodi haudquaquam cedendum aut acquiescendum est cuius importunitati, sed potius sustinendum quicquid occurrerit, ne contra conscientiam agatur, aut ne peccetur, & offendatur Deus.

Ita filii, mortificando propria desideria, siue cum alijs, siue soli fuerimus, cunctisque in quibus Dei non respicitur honor, abiectis, si tunc quæcumque sunt aliena, hoc est, si ea quæ conscientiam nostram non vrgent, non discutimus, sed à corde proijcimus, si nulli creaturæ per amorem inhaeremus, ad puritatem peruenire possumus cordis, quam quærendam, sectandam, tenendam, ut nobilissimum instrumentum perfectæ charitatis, omnibus modis tibi commendo ac suadeo, exemplo beatissimæ ac pudicissimæ virginis Mariæ cuius cor purissimum ut habuerit B. virgo Maria

Ocium inutile quantum opere fugiendum: Christi vitæ uti monachus sese conformare, propriasque concupiscentias abnegare debeat.

Epistola XXIX.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
suis charissimis fratribus ac filijs, Iesu vitæ imitationem exoptat.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. *Matt. 3.* Quum studiosos bonorum operum nos esse velit Deus, fratres charissimi, quamque feruentes atque sollicitos, ne tempus nostrum ociosi atque inutiles transigamus, reddi nos cupiat, nemo est vestrum, qui non intelligat. Neque enim mala tantum opera vetat, sed desidiam, ocium, acediam, fœcordiam atque negligentiam quoque prohibet, quando dicit: *Omnis arbor quæ non facit, &c.* Quid faciam iuquis, ne ocij sterilitatis ve arguat? Christum debes sequi. *Si quis (inquit) vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Non monachis hoc solis locutus est Christus, sed omnibus qui Christi nomen sibi vendicant, hoc est, qui Christiani & esse, & dici volunt. Certè negocium tibi hic propositum est negociosissimum, & opus omni studio ac labore plenum. Quod si verè amplecti volueris, non præteribit tempus quod ignavia absumat. *Si quis (inquit) vult post me venire. Quis est quæso qui non velit post Christum venire? Omnes quotquot Christiani sumus: in baptismo ad hoc instituti sumus, in hanc militiam iurauimus oēs, ut sequamur Dñm Iesum.* *Colof. 3.* Quid igitur nobis est agendum? *Abnega te metipsum.* Exue veterem hominē. Delectat otiosi, utgarisue delectat, forsalsè etiã proximo detrahere. Abnega te metipsū.

Tob. 4.
Matt. 7.

Concinens esto linguæ tuæ. Memor esto illius verbi: *Quod tibi oderis fieri, alteri ne feceris.* Vide quomodo alteri irascaris de te malum loquenti. Hoc modo quoq; irascere tibi, quando de altero te sentis malè loqui. Abnega te ipsum, idq; facito non propter timorem hominum, nec propter honestatem tantum, sed propter verbum Christi. Abnega te ipsum, Christus sit tibi in corde, cuius amore abstineas malè loqui. Volebas ire ad iniuriam faciendam proximo, volebas ire ad adulterium, delectabat te mentiri, fallereq; simplicem, in animoq; habuisti, quoduis peccatum aliud agere, quia delectabat: sed occurrit aduersarius in itinere tibi hoc prohibens puta verbum Christi. Consenti igitur aduersario tuo quodiu es in via, ne accuset te apud iudicem, & iudex te tradat in carcerem, &c. Abnega igitur te ipsum, & concupiscentiæ tuæ adhibe frenum. Frenum hoc Christi sit amor, qui te detineat ne facias, quod alioqui facere voluisti. fastidius cibum viliorem, concupiscis delicata, vis feruire concupiscentiæ: ac ventrem tuum tibi facere Deum: Ambis honores, sed recole Christum dicentem: *Disce à me, quia mitis sum & humilis corde.* Animaduerte, quia pro peccatis tuis Christus fel acetumq; gustauit:

Matt. 5.

Frenum cuiusmodi concupiscentiis iniiciendū.
Mat. 11.
Ma. 27.

Dicis fortasse: Quid commodi Christus habet, si ego à delicatis abstinuerō, si ieiunauerō, si desideria mea & concupiscentias, quæ oblectant, mihi interdixerō? Iam mihi salus parata est: iam pro delictis meis satisfactum est à Christo: vltra quid ego me torqueam? Non propterea te abnegabis, non propterea desideria praua vanè in te mortificabis, quod inde commodi quod offeras Deo. (Nec enim tuis studiis efficias aut operibus, ut ditior honoratiorve atq; semper & fuit & est, fiat Deus, nec tuis operibus, absq; Deo, vel peccata redimes, vel comparabis salutem) omnino satisfactione Christi egēs, sine qua nulla tibi est salus. At vide ne hanc à te facias alienā. Christus pro te esurit & sitit, Christus non solum Patri, sed tortoribus quoq; obediuit, Christus semetipsum in omnibus abnegauit, Christus pro te amarissima quæq; passus est. Nunquid idē hæc omnia egit, ut quæcunq; tu agas, iam sis saluus atq; securus? An nescis quid tibi præceperit? quid interdixerit? Non potest tibi esse salus, quantalibet pro te Christus sustinuerit, si eiusdem contrarièris præceptis, nec humili penitentiā id reuocaueris. Verbum Dei, vniuersamq; sacram scripturam perlege, & vide quid tibi mandatum, quid prohibitum sit: ijs obtempera & fiet ut Christi sit tibi salutifera satisfactio. *Tolle crucem tuam*, aduersa videlicet quæcunq; patienter amplectere pro Iesu amore. Quæ aduersa sunt, quæcunq; molesta sunt, quæcunq; inuoluntaria tibi alioqui sunt, propter Christum fiant chara & voluntaria, ut inde illi placeas: non quia pateris, sed quia eius amore pateris. *Tolle crucem tuam*, inquit Christus, id est, quæcunq; angunt, voluntarie sustine, ac si ego tibi imponens eadem dicerem. Hæc sustine propter me. Noli vindictam cogitare. Noli pro malo malum reddere, sed dilige potius inimicos tuos, benefac ijs qui oderunt te & ora pro persequentibus & calumniantibus te. Sequere me, quomodo ego ambulauit (si vis Christi esse) oportet & te ambulare. Vitam meam intueri, qui tibi viuendi exemplar factus sum. *Disce à me, quia mitis sum & humilis corde.* Opera nouisti misericordiæ & alia quæ tibi præcepi: hæc non sciendo, legendo ve, sed operando implentur. Redinque contentiones de operum meritis, & an opera sint bona necessaria ad salutem. Quomodo præcepta mea implebis, absque operibus? Sed non eo studio

Satisfactio Christi quæ fiat homini salutifera.
Mat. 16.

Rom. 12.
Luc. 6.

1. Ioan. 2.

Mat. 11.
Mat. 8.

do operari debes, quasi cœlum à me velis mercari. Nec trutinari, quid merueris debes, nec grandia æstimare quæ facis. Nihil felicitate dignum absque me agere potes, quihuiusmodi opera omnia tibi tecumq̄ operor. Ego meritum officio ac tibi dono. Tu ergo pro solo amore & ad obtemperandum meo beneplacito, atque vt placeas mihi, opera bona fac. Arbitrare te profus nihil egisse (quia reuera tua sunt opera nulla) & ex misericordia sola mea salutem tibi emendica, non tamen vt segnior propterea in bene agendo aut tepidior sis, sed vt tibi quæcumq̄ poteris effeceris, dicas: Seruus inutilis sum. Et non in aliquo opere, sed in sola mea bonitate nitaris atq̄ confidas. Hæc imprime tibi, & fiet vt arbor sis, non sterilis, & absque fructu. Quod nobis omnibus Deus concedat qui est super omnia benedictus in secula, Amen.

Opera bona
quo animo
perficienda.
Esaï 26.

Luc. 17.

Vti is qui in monastica religione per solenne votum sese constrinxit, vitam suam auspiciari, iuxtaq̄, sua vocationis normam viuere debeat, quæq̄, ea sint quæ eum ab eiusmodi viuendi genere auocare possint: quomodo uem illi eadem vitanda sint.

Epistola XXX.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
confratri suo charissimo Iohanni Iuliacensi nouiter professo salutem,
& iugem suæ professionis memoriam.

EX singulari charissime frater, quem ad vos habeo, charitatis affectu, & quia magister vester idem ipse & meus ad hoc me monuit, de creui dilectioni vestræ scribere per pauca, non quasi aliquid vos docens, sed vt id, quod mihi, quotidie exhortans memetipsum, propono, etiam vestræ charitati non abnuam communicare. Arbitror enim, si quispiam hæc obseruando receperit, nec fructu careat, nec laboris pœniteat.

Ex hac epistola liquet qualis auctor hic fuit etiã in iuuenilibus annis.

Memor esto ô frater (meipsum alloquor vobiscum) professionis tuæ, vocationis tuæ, & primæ intentionis, quare huc venisti: non ad delicias, non ad otium, non ad fabulationes, non ad somnolentiam & voluptatem carnis, non ad sectandam propriam voluntatem, sed ad faciendam pœnitentiam pro peccatis præteritis diluendis, & futuris cauendis. Hæc autem pœnitentia non in hoc consistit, vt omnia habeas ad nutum, vt nihil sit molestum, nihil graue, nihil durum, nihil asperum: quia sic, non esset pœnitentia, id est, satisfactio pro peccatis præteritis. In omni ergo aduersitate vel molestia, dic tibi ipsi. Ecce frater, hoc est, propter quod venisti, hoc est, quod elegisti. Si voluisses habere voluntatem tuam, non huc venisses. Fac ergo, quod te facturum promisti.

Vt suæ intentionis, cur in cœnobium venisset, memor esse debeat Monachus.

Aliud est tamen perfectius, propter quod venisti, & magis præcipuum, vt non solum ad faciendam pœnitentiam, sed ad cognoscendam & faciendam Dei beneplacitam voluntatem venisses te memineris.

Voluntas Dei beneplacita quæ sit.

Est autem voluntas Dei, vt ultra communia præcepta cunctis ad salutem necessaria, obserues, etiam illa siue præcepta, siue monita, siue consilia, quæ Patres tui Spiritu sancto illustrati statuerunt, & ad quorum obseruantiam te sponte mancipasti.

V 2

Non

Non attendas, si aliquis vel aliqui ex commilitonibus tuis in obseruantia pigrescant, si obliuio professionis lux, retrocedantur, sequentes consolaculculas carnales, spiritū extinguentes, in transgressionibus statutorum proni, ad exteriora exercitia diffusi, ad obedientiam tardi, sub correctione ceruicofifi: quia si illorum opera indebita fueris imitatus, nō eris ab illorum praemio exors, aut immunis. Quid ad te, si alius quod promissit aut debet, non obseruat? Negligentia ipsius te non excusat: nihil propterea remanes minus obligatus, sicuti etiam si benē fecerit, tu nihil inde eris remuneratus.

Sit igitur tibi firmum propositum, sit omne studium, sit totus conatus tuus, vt viuas secundū statuta tua, iuxta interpretationem & *πρωτη* superiorum tuorum & aliorum honorum Deum timentium.

Debita vt
sint Deo
soluenda.

Per solue Deo debita sua loco, tempore, & modo sicut oportet.

Distingue tempora secundū instituta Patrum. Quando orandum fuerit, ora: quando comedendum, comede: quando dormiendum, requiesce: & sic de ceteris.

Nam sic faciens, propter obedientiam semper mereberis, etiam vbi operi illi de genere suo aliās non esset meritum: imō vbi etiam alij ex propria voluntate hoc idem facientes, frequenter peccarent, non ratione operis, sed ratione corruptae intentionis, quā vbiq; se miscet, vbi obedientia deest.

Vt non possit proficere qui abiecit decreta maiorum.

Difficile est, imō vt verius loquar, impossibile aliquem proficere, qui ordinationes Patrum paruipendit, socialem conuersationem turbat & cōfundit, tempus dissipat, ipse sibi magister & legislator est. Orat quando vult, dormit quando vult, laborat quando vult: perueruens ordinem diabolo insurgente, vt semper id faciat eo tempore, quo fieri statuta prohibent: & quando licet facere, occupatur circa alia sibi placita: & sic non solum euacuat à se omne meritum, sed etiam incurrit indies magnum animae detrimentum, & religionis dispendium. Tu verò ordina cuncta opera tua ad obedientiam, secundū obedientiam, & propter obedientiam ad placendum summo & optimo Deo.

Diuina presentia semper attendenda.

Vbicunq; fueris cum alijs, aut solus, semper habe oculos tuos ad diuinam presentiam, quā te obseruat, cunctas cogitationes intuetur, intentiones disquirat, & omnes motus tuos, animiq; affectus diiudicat: Non audeat solus facere, quod non auderes Priore presente vel magistro: quia maior tibi necessitas incumbit reuerentiam praestare Deo & angelo tuo, qui semper tecum sunt, & vident te ab intra & extra, quam cuiuslibet hominum.

Verecundia vbiq; seruanda.

Quantumcunq; fueris solus, semper habeas te verecundē, in lecto, dormiendo, surgendo, exuendo, necessitates corporis faciendo, & vbiq; fueris, ac si videreris ab hominibus, propter angelos & propter conspectum Dei. Legitur de quadam sacra virgine, quā nunquam etiam pedes suos nudos conspexit per multos annos, quanto minus cetera membra, ex verecundia & amore castitatis: Similia de sanctis plura leguntur, qui proprium corpus nudum nunquam praesumpserunt aspiciere.

Tempus vt fructuose expendatur.

Cum feceris in cella, quā ex debito vel ex speciali obedientia teneris facere, studeas tempus reliquum fructuose expendere: faciendo tibi consuetudines, vt quid quolibet tempore faciendum scias, & non ducaris curiositate, instabilitateq; mentis, eligendo nunc hoc, nunc aliud &c.

Exer-

Exercitia tua distinguè discretè, vt inter spiritualia interpolatim admittas corporalia: & ita admittas, vt spiritui tuo seruiant, non deuotionem extinguant: vt ipsa te fortiores reddant ad spiritualia, non pigriorem: ita illis inhæreas, vt possis dimittere, quando libet. Ordina exteriora exercitia semper ad spiritualia, vt conuenientius illis possis & alacrius intendere.

Quod si contrarium feceris, peruersus fit ordo.

Non incumbas alicui exercitio etiam spirituali eorum quæ sunt supererogationis vsque ad fastidium, vt tædeat redire: sed etiam spiritualia propter iucunditatem mentis & reuelationem naturæ studeas alternare.

Lectio tua sit ad compunctionem inueniendam ad inflammandum affectum, ad illuminandum intellectum, vt scias quid te oporteat facere, vt diligas diligenda, & odias odienda. Non legas ad ostentationem, vt habeas quod possis allegare, & sciens videri: nec ad curiositatem, sicut qui omnes libros respiciunt, & in nullo proficiunt. Satis est illis vidisse. Legeret seculares historias, & seculi audire rumores nescio vtrum illorum plus noceat: neutrum enim decet Monachum.

Diffinitionibus Prælati & magistri tui plus innitaris, quàm tuæ lectioni: eo quod doctores non poterunt respicere ad omnes circumstantias, quæ ferè in singulis actibus variantur: nec est tam generalis regula, quam non conuenit pro loco & tempore variari. Idcirco in omnibus dubijs non innitaris prudentiæ tuæ, sed consilij eorum quibus te commisisti. In omni dubio securus esse potes, & sine peccato, si acquieueris consilio Prælati, magistri vel confessoris discreti: quia & si illi errarent, tibi tamen huiusmodi error non pro peccato, sed pro merito scilicet, humilitatis & obedientiæ à Deo imputatur: & hoc in dubijs, & in scrupulis. Nam in manifestis nulla est dubitatio.

Noli esse extra disciplinam & curam magistri tui, sed quamdiu vixeris, habeas illum in reuerentia: tractans cum eo omnia consilia tua, & secundum iudicium illius dirigens omnia opera tua. Caue ne vnquam tibi sapiens videaris, & sensu proprio ducaris. Nam vt S. Vincentius & reliqui sancti experti testantur, nunquam Deus alicui gratiam suam dabit proficiendi, quæ quanticumque etiam sit ingenij, quanticumque literaturæ, quoscumque etiam habuerit libros, si habuerit aliquem, qui se potuit instruere, & negligit vel contemnit existimans se sibi sufficere. Deus enim vult, vt se subijciat homo homini. Propterea magnum Paulum per seipsum noluit instruere, sed misit eum ad Ananiam, dicens: *Vade ad Ananiam, & ille dicet tibi, quid te oporteat facere.* Propterea sancti patres in Aegypto & Thebayde ad summam perfectionem (quia sub obedientia etiam vsque ad impossibilia persistebant) cito perueniunt. Multa habes in Vitis Patrum & in Collationibus: & in quotidianis experimentis cernitur, quanta pericula incidant, qui sine rectore incedunt: & quam expediti sint in spirituali profectu, qui diffinitionibus sui Prælati vel magistri se humiliter submitunt, & confidenter acquiescunt.

Secreta tua noli omnibus communicare: sed tam virtutes, quam defectus tuos (præterquam Priori, confessori & magistro quibus te plenè & nudè manifestes) studeas zelare. Nam licet de se humilitatis sit, proprios defectus manifestare vel dicere fratribus (sicut in Vitis Patrum plerique leguntur fecisse) tamen his temporibus, quando omnes proni sumus ad scandalum, inexplerti,

Exercitia externa vt sint admittenda.

Exercitia vt sint alternanda.

Lectio cuiusmodi c. t.

In dubijs vt quis securus sit.

Sensus proprius proculcandus.

Acto 9.

Secreta non omnibus aetegenda. Defectus proprii non passim omnibus aperiendi.

perti, suspiciosi, amari, superbi, &c. non expedit, nisi cognosceret quis, & quibus loquitur, & sciret sibi hoc profuturum. Stude semper pacem habere in corde tuo. Hæc autem pax non consistit in non sentiendo aduersa, sed in patienter tolerando. Nec tunc pacem habere te putes dum nemo te arguit, premit, despicit, deridet &c. sed dum hæc & similia aduersa æquanimitèr & sine mentis perturbatione susceperis. Nemo potest te lædere, nemo potest te inquietare, nemo potest pacem tuam tollere, nisi tu ipse. Molestia quæ venit ab extra, non est quæ grauat te: sed superbia tua, immortalitas tua, propria voluntas, proprius amor faciunt tibi grauamen. Si enim te contemneres, ipse non doleres, contemni ab alio. Multum iuuat ad pacem & quietem, parum, raro & non nisi necessaria loqui. Silentium tuum fit cum aliqua serenitate vultus conditum: ne abij parent te ex amaritudine tacere. Si aliquis te pungat deridet, aut si familiariter alloquitur, semper ostende vultum serenum, quasi subridendo, & caue à multiloquio. Sicut in facie serenitatè, ita in corde dulcedinem, in moribus maturitatem, in gestu honestatem, in opere & in omni conuersatione studeas exhibere humilitatem. Quantum in te est, cura ab omnibus diligi, & omnes diligere, fuge contentiones, vanas disputaciones & cetera huiusmodi, quæ charitatem vulnerant. Charitas ad omnes habenda est, sed familiaritas singularis ad aliquos abijcienda: quia generat frequentes graues tentaciones & suspiciones ex parte sui, alterius & cæterorum. Quotidie habeas certas qualdam petitiones pro virtutibus acquirèdis, & vitijs extirpandis. Facias tibi memoralia, vt in illo loco, in illo tempore, in illa hora, ante hoc & illud opus, velis hoc & hoc à Domino petere: pro illo & pro illo gratias agere. sic & sic te commendare, illius & illius Sancti memoriam agere, quid orare & in quo animum tuum occupare habeas. Bonas consuetudines & exercitia solita noli postponere nec faciliter variare, nisi vel propter obedientiam, vel ob discretionem: & tunc fiat cum consilio tui magistri, vel patris spiritualis. Facias tibi propositum, quomodo te velis habere in choro, in colloquio, in illo tempore, & in illo, item pro illa virtute, & illa conquerenda & quoties illud propositum transgressus fueris, petita misericordia à Deo, à nouo propone. Noli desistere à proposito bono & conatu etiam si cecideris vno die, donec Dominus laborem tuum respexerit, & auxilium miserit. Singularitatem inter fratres fuge, in ijs quæ fieri possunt vel omitti. Nihil insolitum vel nouum attempta sine consilio. Si tibi insolitum quid in anima vel corpore euenerit, quæ otius indicare studeas illi, qui tui curam habet, sicut magistro vel Priori. Cogitationes de habendo, vel vt esses in alio statu, aut loco, sicut cogitationes fornicationis in principio abijcias: quia grauius imæ tentaciones & inquietudines oriuntur inde illis, qui non curant easdem in principio rejicere. Statum domus & conscientias fratrum studeas potius nescire, quàm scire: alioquin non habebis pacem. Ad cauendū detractio- nis vitium, consultissimum est remedium, de absentibus omninò non loqui. Noli quempiam accusare, aut leuiter reprehendere, nisi sit tale quod accusatione foret dignum, quod vergeret in scandalum ordinis, personarum, vel in ipsius peccantis periculum sicut quando esset mortale, vel inducens ad mortale, & quando speratur emendatio illius qui admonetur.

Hæc charissime frater charitati vestræ volui communicare: non quia ego

Pax cordis
in quo ita
fit.

Nemo lædi
tut nisi a se-
ipso.

Loquendum
uam sit di-
serete

In facie, cor-
de, moribus,
gestu, opere,
& conuersatio-
ne vt se mo-
nachus ex-
hibere de-
beat.

Propositum
bonum ob-
crebros lap-
sus non di-
mittendum.
Singularitas
quæ fugien-
da sit.

Detractio vt
caueatur.

2 VI
16

ita facio, sed facere vna vobiscum propono, & vos mecum ad faciendum in-
uito. Obsecro autem vos per viscera Iesu Christi, vt pro me oretis, vt cuius
gratia hæc potui scribere, illius merear & adimplere, ne mihi impropere-
tur illud Evangelicnm: *Medice, cura teipsum.* Arbitror tamen quod & si vita dif-
cordat à doctrina & mihi obijciatur, quod aliud doceam, aliudq; faciam, cõ-
fusio hæc poterit mihi fore salutaris. Valet, & Dominus faciat vos spiritu
crescere sine defectu. Si animum applicaueritis & bonam voluntatem ad De-
um, ambulando sub obedientia, & non declinando ad dexteram neque fini-
stram, *docebit vos vnctio eius de omnibus.* Opto autem vobis charissime frater
(quod in principio debueram) vt in pinguedine terræ, hoc est, in dulcedine
deuotionis, in promptitudine bonæ voluntatis, in fertilitateq; bonorum o-
perum, & in rore cœli desuper, id est, in consolatione Spiritus sancti, in afflu-
entia denique omnium gratiarum & charismatum sit benedictio & vestra &
mea, Amen.

Luc. 4.

1. Ioan. 2.1
Vnctio fan-
cti Spiritus
quos doceat.
Gen.: 7.

*Vt nemo ex leuibus signis de culpa internis facile vel temerè iudicandus sit, quicq; alio-
rum facta sint in saniozem sententiam trahenda.*

Epistola XXXI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
Fratri N. charitatem fraternam, & bene sentire de proximo.

Charissime frater, quoniam in proximo huius diei colloquio ex
singulari (vt credo) ad me, quam habes, confidentia denudasti
cor tuum mihi circa quandam, quæ te mouet, turbationem.
Molestum nanque tibi est, quia ille frater (quem nosti) per vul-
tus tristitiam te pro quibusdam defectibus reprehendit: vt, super
silentij fractione, & huiusmodi: & in hoc (vt tu existimas) te iudicat, cum ip-
se peior sit per temerarium iudicium, & per superbiam, qua seipsum tibi præ-
fert seruantem statuta, & te quasi negligentem contemnit, quam tu, qui licet
in paruis transgrediens, tamè temetipsum humiliter recognoscis, & alios nõ
iudicas. Optima & vera sententia: Nam reuera qui alium iudicat aut cõtem-
nit pro aliquo defectu, plerumq; suo iudicio plus peccat, licet sibi innocẽs vi-
deatur, & deterior efficitur apud Deum, quàm alius quem cõtemnit: Verùm
sustine modicum charisime, & noli nimis cito tibi, quasi benè sentienti & iu-
stè commoto, ex verbis meis blandiri. Ostendam enim tibi, quia ex ore pro-
prio teipsum iudicas, & hæc sententia tua non minus te, quam alium, ne di-
cam plus, damnat. Ecce stas cum aliquo fratre (verbi gratia) loqueris, & tem-
pore etiam forsitan & loco suspecto: præterit nescio quis, tristem ostendens
vultum, & quasi faciem indignantis præ se ferens, vel postera & sequentibus
diebus vix tibi loquitur. Murmurat in corde, & diuersi tibi occurrunt suspi-
cionũ aculei, quod scilicet te iudicauerit tanquam silentij fractorẽ, cū potue-
rit & debuerit hoc in meliorẽ partẽ interpretari, & non pronus fuisse ad ma-
le sentiendũ de proximo, & quod ipse festucã in oculo tuo tã cito indignabũ-
dus viderit, habens & non sentiens trabẽ superbiz & iudicij temerarij in suo.
Ecce aduerte quid cogitas, quid sentis, quod tu scilicet minus peccasti loquẽ-
do, & ille grauius iudicãdo: & ideo nõ debuit se extollere, nõ debuit te repre-
hendere.

Alium iudi-
cans temerè
vt peccet.

Luc. 6.

hendere. Aduerte quando tu talia cogitas, talia sentis, nunquid non & tu illum iudicas, & magis quidem temerariè, quàm ille te? Esto quod ille te iudicauerit fractorem silentij, & negligentem, & huiusmodi. De exterioribus te iudicauit, quæ vidit & audiuit. Nonne Apostolus sibi dicit, non prohiberi de exterioribus iudicare? Sed dicis: Possunt ista, quæ à me videt, in bonum interpretari. Possunt equidem dico, nec abnuo quin etiam debent, vbi non aduenerit de mala intentione certitudo. Sed vide: si ipse malè facit te iudicans de exterioribus, quanto amplius tu peccas, cum defectibus tuis hanc etiam tibi eandem iudicandi præsumptionem vsurpans? Et ille quidem (si tamen ita est) iudicat te vt prædixi, de exterioribus paruis defectibus: tu verò iudicas eum de interioribus, quæ soli Deo possunt esse cognita, & de quibus nec Prælato licet iudicare, tanquam humilitatis & charitatis desertorem, & alienorum defectuum discussorem, temerariumque iudicem. Vnde tu potes scire, quod ipse te iudicat? Quomodo potes scire quæ ipse cogitat? Si dicis. Ipse me reprehendit: Et ego dico: & tu sentias, quod benè & iustè. An omnis qui reprehendit aliorum vitia, etiam quos reprehendit putas contemnit. Minime. Potest enim reprehendere ex zelo pro tuo profectu, pro aliorum scandalo euitando, & pro præcepto Evangelico de correptione fraterna adimplendo, & demum pro disciplina Ordinis conseruanda. Sed iterum dicis: Ipse facit mihi iniuriam, & innocentem reprehendit. Audi: Quomodo tu vis alium de te bene sentire, sic debes & tu de illo. Reprehendit innocentem. Et ego dico, non vt prius, quod bene, sed eo melius tibi scilicet, quia innocens es, & tamen debes cogitare, quod error est ex charitate procedens alioquin si aliter sentis, temerarium ipsum iudicantem similiter condemnas.

Sed non desinis obijcere, quia turbatum & tristem indignantis animi vultum ostendit, aut fortè non reprehendens longo tempore quasi mutus te præterijt, ergo te contemnit aut odit. Ecce quia tu iudicas & de interioribus, & grauioribus, quàm ipse te: & tanto grauius etiam peccas quam ille, quanto grauius est hoc in quo eum iudicas, quam illud in quo ipse te. Ipse te iudicauit (vt dicis) negligentem in quibusdam & transgredientem statuta humana, licet vtilissima, & à Spiritu sancto dictata: tu verò iudicas eum superbum, contemptorem proximi, iudicantem ante tempus temerarium & presumptuosum: & hoc vide quomodo grauius est peccatum, quia contra diuinum præceptum. Sequitur ergo, quod tu habens illos defectus humanos, etiam habes illud iudicandi vitium & detestabilius quàm ille, quod tamen putas te ad eum abominari. Tunc autem non habes, si sentis pie & simpliciter, quod ex zelo te monet & ex charitate, & quod tristis vel taceos est ex alia causa quàm tu putas. Fortè ad euitandam leuitatem, zelans in seipso grauitatem monastici status, vt sit maturus in gestu & continens linguæ.

Hoc crede mihi, inter omnia est etiam mihi vnum de præcipuis de quo me reprehendo, & emendare propono, vt leuitatem omnis deuotionis dissipatricem & timoris Dei euacuatricem à me abijciam sed non preualeo: Quando enim sum inter fratres, tunc quasi sub intuitu affabilitatis vel charitatis & c. me torum effando. Et si tunc post hoc emendare incipio, tacens & dolens de excessu, nonne alij forsitan & me non incongruè possent iudicare tanquàm mutabilem vel simulatorem grauitatis, vel habentem aliquid amaritudinis quem

Tim. 5.

De internis
culpis alioquin
nulli iudicare
licet.

Matt. 18.

Vt quidem
alios iudicet,
ipsi magis
teci.Vt aliorum
facta sint pie
interpretanda.Leuitas quæ
fit perniciosa.

quem pauld ante viderunt tam promptulum ad loquendum & iocandum &c. Ostenditur tamen etiam à quibusdam alijs tristior vultus, non ex animi amaritudine, sed ex discretione, corripiendo per ostensionem vultus illos, quos non audent vel non possent verbo corripere, vel quos non sperant posse æquanimiter verba sua tollerare, vt ex vultu, sic & repræhendentium animum, & suum vbi deliquerunt defectum agnoscant. Sentiant alij, quicquid transgressionem à quibuscunque æquanimiter portat, & in corde non vulturatur. Damno amarum iudicantis animum erga fratrem, sed laudo dolentis & zelantis pro religione syncerum (vbi fuerit) affectum.

Hæc breuiter pro exhortatione tibi scripsi, vt errorem deponas, amaras suspiciones non admittas, iudicare alium, sicut tu non vis iudicari, non consentias: sed sicut de te, ita & de alijs bene sentire posse credas. Ignosce mihi, si in ostendendo tibi vitium tuum, quod in te non videras, & carpebas in alio, forsitan te læsi, & crede etiam me non iudicantis erga te, sed distantis, prædicantis, & exhortantis animum habuisse, qui quasi pro multis loquens nescit quem tangit, & cum omnes repræhendit, omnes damnat. Forsitan nemo est in turba, quem quasi conscientia reum pungit. Vale, & hæc tibi pro memoriali ad postem, seu ad superliminare cordis tui inscribe: Si vis amari, amari non vis iudicari, non iudica. Ama nesciri, & ab omnibus vilis reputari. Omnes cogita fragiles, sed neminem æstimes te fragiliorem. Vale frater charissime, & ora Deum pro me.

Bonus monachus vt habendus non sit qui non habeat zelum Ordinis sui.

Sententia memorabilis.

Vt canobita sua vocationis obliuiscens pœnitensq; reuocari possit ad sanam mentem: occasione quam ad instabilitatem præbeant: quantaq; mala vel sola immortificatio adferat.

Epistola XXXII.

FIOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.

Fratri Nicolao Carthusiano tyroni, Iesum Christum, suæque sponsonis solennis iugiter memoriam & exequutionem precatur.

Lectis frater charissime charitatis vestræ literis, nescio vtrum infipientiæ vestræ, an infirmitati magis sit compatiendū. Iuuenis estis in Ordine & cui iam frena magis quàm calcaria vltro iam ad omnia currenti adhibenda forent. Quod cum aliter vobis vsu veniat, perspicite quæso, quid in causa sit. Non solum non currere vultis, sed ne ambulare quidem in via Domini. Quo igitur diuertetis? Ad seculum? Et hoc vobis aded non salubre, aded perniciosum, vt impetrare sit impossibile, nisi verbotenus fortassis ad damnationem vestram. Charissime frater, quis aded infirmus, vt pro remedio quærat mortem? Et si reperiat forsan quispiam vesanae mentis huiusmodi, vt mori semel malit, quàm ærumnose viuere, vobiscum aliud agitur. Neque enim de temporali morte, quæ paucis interdum horis superatur, sed de æterna animæ vestræ damnatione vitanda, consultatur. Ad seculum vobis redire impossibile est, nisi cum animæ vestræ damnatione, cum æterno interitu: quandoquidem gehennæ vos præuari-

Dispensatio
de deferenda
vita mona-
stica vtrum
valeat.

Vt quidam
per menda-
cium obtri-
neant dispē-
sationem
Suorum Pō-
tificis.

Quæ sit via
ad vitam
Actor. 14.
Luc. 14.
Gregor.

Matt. 7.

Quæ sit vni-
ca salutis
consequen-
tæ spes.

Prædestina-
tio diuina vt
per certa
media com-
pletur.

uaricando immergetis: Nihil charissime mi Nicolae opponatis bullas apo-
stolicas, per te tuosq; fortasse, vt allegatis impetrandas? Non cognoscit eas in
hoc negotio Christus: non metuit diabolus: decipietur pauper frater meus
Nicolaus & sicut præuaricator in ollam æneam sulphure & pice plenam per-
petuo cruciandus damnabitur. Dispensatio hæc solum in iudicio Ecclesie sus-
cipitur, scilicet ne quis (si eam etiam impetraretis) tanquam apostatae vobis
molestus sit: at aliter in iudicio Dei agitur. Examinabitur Nicolaus filius me-
us, quare impetrauerit, & ibi duplici sententia punietur: vna quod solennit
votū præuaricatus: altera etiam q̄ iudici Ecclesie imposuerit, id est, quod fe-
fellerit allegando non causam pro causa Non poterit ille iudex excusationi-
bus placari, nec astutijs falli. Cor vestrum (quod ne vobis quidem reor hoc
tempore sit satis notum) & omnes cogitationum atque intentionum medul-
las discutiet. Non inuenietur causa à solenni voto præuaricandi, aut dispen-
satione recedendi: quod in proposito vestro idem est. Dicitis: Infirmus sum,
non possum onera Ordinis portare: quia delicatam habeo naturam. Charis-
sime frater nescitis hanc, & non aliam viam esse ad vitam: Nonne per multas tri-
bulationes intrare oportet in regnū Dei? Nōne oportebat Christum pati, & ita intrare
in gloriam non alienam, sed suam? Si sine flagello exire mundum non potuit,
qui sine peccato venit, quomodo sine flagello impurgatus & pollutus frater
meus Nicolaus intrabit in regnum alienum, qui semper in peccatis vixit?
Quomodo coronabitur, qui pugnare noluit? Quomodo consolabitur, qui in-
firmus esse recusauit. *Aræ est via* (inquit Christus) *quæ ducit ad vitam, & ego le-*
uitudinem quæram: Charissime frater Nicolae in errore estis magno, cui me-
ritò est condolendum. Si cupitis saluari, non alia spes erit, quàm eo pacto &
modo, quo Christus docuit verbo & exemplo, & Sancti omnes vixerunt.
Non fuerunt dicitis, Carthusienses. Verum est, sed fuerunt omnes patientes,
humiles, resignati Deo, & Ecclesie, & Prælati obedientes. Quod cum vos ce-
peritis esse, peribit omnis tentatio vestra. Non erit quod absolutionem ab
Ordine petatis. Multas gratias agetis, quod susceptus estis: preces offeretis, ut
Ordo aliquando vos proiciat. Quia dulcissime frater, non est hæc causa pe-
titionis vestrae, quod estis infirmus aut indispositus: sed (ignoscat mihi chari-
tas vestra) quod estis aridus, acediosus, ab amore Dei vacuus, & in passioni-
bus vitiosis immortificatus. Hæc sunt quæ generant vobis molestiam & in-
firmitatem. His extirpandis insistat animus vester, & contra vosipsum totum
vos erigite. Occurret vobis Dominus illicò, & quod molestum erat faciet pri-
mo vobis tollerabile, tandem etiam dulce. Credite mihi, si de numero estis
(quod spero firmiter) filiorum Dei, si pertinetis ad regnum eius, non euade-
tis eius flagella: quia prædestinatio vestra vt finem suum fortiatur, oportebit
etiam media per quæ prædestinatio implebitur compleri. Vtraque præde-
stinata sunt, & finis, & media ad finem: hoc est prædestinatum est quod de-
betis saluari, prædestinatum est etiam, quod tali & tali modo, & talibus me-
dijs deberis saltuari.

A Deo vocatus estis in talem statum, in quo salutem vestram operemini.
Quid vocationi Dei resistitis? imò quod vobis Deus tam misericorditer de-
dit abijcitis? An vestrum consilium præferendum est diuino? An sapientior
estis Deo? Si alius foret status, qui vobis commodior foret, qui salutaris esset
mā

VI
16

magis vobis (vobis inquam, quia alia alijs conducunt) Deus (à quo est om-
ne donum optimum & perfectum) illuc vos vocasset. Qui voluit vos salua-
re, sciebat vbi, & quomodo potuistis saluari.

Iacob.

Ut quid Domini providentiam circa vos non intelligitis? Quis persuasif-
set vobis mundum relinquere, monasticum hocce institutum arripere, nisi
Deus tetigisset cor vestrum? Quare modo eius tractui ingratus efficiimini?
Fortasse dicitis. Mala intentione intraui Ordinem: ergo Deus non vocavit. Si
mala tunc fuit, cum essetis liber, modo fiat bona, quando necessitas vobis im-
posita est, ut sitis bonus.

Felix est hæc necessitas, quæ ad meliora compellit. Nec propterea sine Deo
actus est, si fortasse impura intentione estis ingressus. Claret ibi sapiëntia Dei, q
ex obsequio scit vobis facere rectum: & quod nõ amore Dei suscepistis, amore
Dei retineatis. Quid si ad eod duræ cervicis estis, ut ad salutem vestram oportebat
vos à Deo circumveniri? *Seducisti me Domine* (inquit Propheta) *& seductus sum,*
fortior fuisti & multasti. O seductio beata. Seduc me Domine, & seducar. Was
schat wider hiesi in den yesser kempt. Iam vbi estis, ibi gaudetis: & gratias a-
gatis Deo, qui ignoranti & invito benefecit. Sciebat vos nisi ligatum in suo
servitio non posse stabiliri. Ecce ligatus estis & ab eo recedere vobis non li-
cet, & tamen conquerimini & nitimini eius manum evadere. Quid faceretis,
si liber essetis in illa carnali libertate vobis relicta? Quocumque venietis, im-
mortificati & acediosum Nicolaum portabitis vobiscum, dulcissime fra-
ter, & sustinere vos oportebit quæ modo non vultis sustinere, eadem scili-
cet aut alia quæ liber grauiora. Vbi que inuenietis molestias, vbi que tentatio-
nes, vbi que diabolos, quia vbi que circumfertis vosmetipsum.

Que sit felix
necessitas.

Hier. 20.

Ut quibus-
dam proste
esse ligatos.

Immortifi-
cati ut ubiq;
habeant vn-
de vexentur.

Si molestia carere vultis, non queratis alia loca, alios homines, alios viuē-
di modos: mutetis fratrem Nicolaum vestrum, ut ille aliter sit non alibi, &
habebitis pacem. Verè si Dei regnum queritis, querite. Sed scitote, quod soli
violenti, non ignari rapiunt illud. Mi frater Nicolae, si tantos sudores pro
virtutibus, tantos labores pro regno suo consequendo à seruis suis Carthusi-
ensibus exquirat Deus, quid faciet à secularibus?

Matt. 11.

Si difficultas vobis est iam separato à tentationibus multis, vbi lectiones,
& correptiones, & exempla, & monita, & impulsionis fiunt ad bonum, quan-
ta difficultate bonitatem apprehenderetis, vbi centum ad malum sunt insti-
gatores, centum pericula, sexcentæ peccandi occasiones (à quibus iam liber
estis) & nescio si non vbi que penè mala exempla? si ad focum, si ad flammam
ignis non calefcitis, quomodo ad pruinam & glaciem calefcetis.

Cur difficile
quis possit in
mundo sal-
uus fieri.

Hæc dico, quod vana est illusio diaboli suadentis, quod alibi magis possi-
tis Deo seruire & facilius. Hæc verus ille machinatur, ut huiusmodi fucis
ad seculum vos retrahat sub specie boni. Vituperat vobis Ordinem, vilificat
Prælatos, condemnat fratres, mentitur non esse charitatem apud cohabitantes,
ut ad displicentiam vos perducat status vestri. Scit quàm perniciofa sit
hæc displicentia, qua fit ut insipida fiant omnia, omnia plena fastidio, & ad
desperationem fiat iter, seu ad vniuersalem omnis boni contemptum.

Displicentia
quænam ad-
modum per-
nitiosa.

Ad extremum ut callidius vehementiusq; fallat, facit opinari quod nihil
vobis conueniat in Ordine, cibi sint contrarij, solitudo naturæ destru-



Quis nidus
diaboli, ubi
omnium
tentationū
oua excubat.

Luc. 15.

Quāta Chri-
sti erga ho-
mines chari-
tas.

Iob 21.

Monachus
vt non pos-
sit saluari
nisi mona-
chus sit.
Optima cō-
tra instabili-
tatem teme-
ritas.

ciua, infirmitas stomachi nimia, & cætera id genus innumera. Vnam infirmitatem tacet: qua cognita si illi medeatur, cætera omnia sanarentur. Hac est immortificatio, cupiditas, ariditas interioris hominis, atque indeuotio. Illam tacet: quia in illa nidum facit, ubi omnium tentationum oua excubat.

Frater mi charissime, si vestra est infirmitas, si vestra impossibilitas, Ordo potest vobiscum dispensare in ijs, quæ ferre vobis impossibile est, seruatis cæteris. Nihil opus est propterea in seculum redire, vomitum resumere, & omnia bona dimittere. Iterum dico: si cupitis esse de numero saluandorum, non oportet fugere, quod oportet omnes qui de numero sunt saluandorum & saluari volunt sustinere. Quid ergo refert in hoc, an in alio loco sustinetis: cum non possitis euadere, nisi de illorum velitis esse grege, qui bona repperunt in vita sua? Hoc itaque vnicum & præcipuum consilium est, animum vestrum Deo in suum beneplacitum resignare, cum eo in cruce mori velle, quicquid super vos ponit aut permittit, de manu eius sponte atque lubenter recipere, cogitare quanto vos dilexerit amore, quanta ipse vestri amore passus sit.

Non ita vilis ei fuit anima Nicolai mei, vt sibi parceret, & illam irredemptam dimitteret. De cruce noluit descendere de hostium manibus noluit subducere, vsque ad minimam guttam sanguinem suum voluit effundere, in corpore suo ne minimam quidem partem voluit non vulneratam esse, vt vestram mi Nicolae posset emere animam.

O pretiosa anima, quanto es pretio comparata! O pretiosa anima quam immenso es à Domino creatore tuo amore dilecta! Non pudet te aliquid laboris velle subterfugere, quando Dominus tuus tui causa languet præ dolore, moritur præ amore? Mi frater Nicolae hæc ad cor sumite. Cogitate, si iam dispensationem haberetis, & restitutus essetis carni & sanguini in iudicio hominum, quanto hoc duraret tempore. Breuissimo certè: quod sequitur, æternum est & sine carebit.

Gaudeatis ad sonitum tympani, ducatis in bonis dies vestros, & in puncto ad inferna descendite. Quid conferunt damnatis gaudia sua? Quid obsunt modo tribulatis & cruciatis tormenta sua olim in seculo recepta? Hi modo sine fine gaudebunt, perpetuo securi & felices: illi sine fine torquebuntur perpetuo miseri atque maledicti. Eligatis quod securius est.

Bono estis in statu, à quo nemo nisi Deus per mortem vos absoluet. Facite libenter aut saltem patienter, quod iam necesse est fieri: quia antequam effectus Monachus, non Monachus potuisset saluari. Porro iam Monachus factus, Deo estis oblatas, Deo proprius factus (quanta dignitas vestra quanta gratia Dei.) Aut saluabimini Monachus, aut nō saluabimini. Iterum moneo, iterum rogo, iterum obsecro charissime frater Nicolae per sanguinem Iesu Christi quo vos redemit, vt nouum propositum faciatis à nouo, quasi professionem faciatis Deo: offeratis ei vos in omne beneplacitum suum ad agendum & sustinendum, amorem proprium extirpando, odium sanctum erga vosipsum inducendo, & quia brevis est via nostra forsitan cras finienda, vos consolando, ad Deum continuè pro consilio & auxilio, pro illuminatione & directione, pro confortatione & conformatione, pro inflammatione & vitione vestri spiritus aspirando.

Hæc

VI
16

Hæc scripsi iustus à venerabili patre nostro nimis occupato: scripsi tamen velocissime prout incidit. Si quid durius audieritis, ignoscite charitati. Si sensero vos inde emolui aut aliquid proficere, scribam vobis alia vice eo lubentius, quo fructuosius. Vale charissime frater.

Mentes à Deo auersas renocandi modus insignis: pæne infernales quàm inexplicabiles: vii & gaudia superna ineffabilia.

Epistola XXXIII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
fratri c. adam pusillanimi, & in afflictione, mentisq; fluctuatione constituto, Iesu Christi gratiam reditumq; ad ipsum velocem exoptat.

Solent imperiti varia plerunque medicamentorum genera morbis apponere, vt si quid hoc minus salutis infirmo contulerit, aliud applicatur. Sic ego medendorum animorum prærudis, cum meas ipse vlcerosas mentis strumas sanare nequeo, in alijs sæpius crebras ac varias medelas applicando, morborum genera discens & causas, eo tutius mihi ipsi subuenturum eodem quo alijs remedio sperem. Noui namque (vt tua pace dixerò) saxum cor tuum ac immobile: vel (vt commodius loquar) concheum, quod quouis ventorum turbine agitatur, atque illuc se vertit, quo aura tempestuosè flatibus propellitur. Sed de hoc potius quàm loquar, tacendum esse duco, ne cum more pruriginis æstuantis (quæ quanto magis scalpitur, æstuat ardentius) animum excitare putem ego tuum, ad iracundiam te trahens odiosam, litus me arasse conquerar.

Cogita frater mi dulcissime, si te præsentis seculi oblectat voluptas, quid post mortem futurum decernas. Peregrinos enim nos esse non ignoras omnes, neque in itinere nobis aliquid oblatum fictæ suauitatis à cepto itinere, quin viriliter strenueq; ad felicem nostræ hæreditatis patriam contendamus, differre debet. Omnes namque iam in itinere constituti sumus, ac longo quidem ac dispari calle seiungimur, quibus sine pastore errantibus haud dissimiles, quarum ad præsepia quæuis sibi iucunda quærit pascua, donec edax solam iam hic & illic lupus errantem videns, ipsam truci rapit ore, rapidaq; fauce deglutit. Sic nobis antiquus lupinusq; hostis diuersos ad iucunda amcenatq; prærata calles sollicitus præfigit, dum incauti hostilibus insidijs intercepti, hoc est, voluptatibus mundanis illaqueati, delitijs terrenis implicati, & tenebrarum cæcitatib; caligine obscurati, recti itineris diuerticulum ignorantes, ad æternos rapimur, mergimur & cruciamur sulphureos lacus, ardetes puteos. Illic cheu in pingui seculi & diuitiarum aruo nimia scabie ac contagio macri cernimur esse facti: tunc epularum saturitas, fames: potus dulcoris auditas, ardentissima sitis: diuitiarum opulentia, miserima æternæ hæreditatis egestas: corporis ornata pulchritudo, teterrima sanies: fucata iam facies rugosa, squamosa, immundissimis, virulentis decoratur faculis, putridissima colluie caro, æternisq; ac quam miserabilibus lachrymis, sletibus vultus iam alacris nimium irrigatur, dentiumq; demum stridore concutitur.

Ad contemptum mundi quæ inueniunt.

1 Pa. 29.

1 Sal. 38.

3 Reg. 22.

1 Pet. 2.

Vt nobis demones imponant.

Cruciatu inferorum.

Matt. 3.

- Virgil. tur. Sed quid pœnarum minimas excogitare putem, nedum enumerare si Aeneæ Virgiliano id impossibile videbatur, qui prius quod enumerare non potuit iam sufferre cogitur.
- Desperatio damnatorum quam cruciabilis. Psal. 43. Caterùm mi frater, vt mihi & tibi ante oculos statuam aliquantulum harum memoriam, cogitemus quantum desperatio ipsos torquebit. Sciunt enim se in æternum huc colligatos, & æterna cum ipsis mors est & viuacissimi pœnarum infligendarum sensus. Hoc probè prædixit Dauidicus sermo: *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Sed qui recto illo breui gradiuntur itinere, quibus luctus in gaudium, mors in vitam, ærumna in diuitia, opprobria in gloriam vertuntur: qui seminabant in lachrymis, in exultatione metent: *Qui euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* His *auferget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: non luctus erit cum illis, nec clamor vllus, quoniam prostrati fuerunt,* quibus dicitur: *Venite omnes qui operati estis, & ego reficiam vos. Ecce Venite benedicti Patri mei, &c.*
- Psa. 125. Illi, inq̄ beati, qui scopulos transilierunt imos, vt æternos fugiant: calamitates breues, ne æternas incidant, patienter sustulerunt: procellas tempestuosi maris transnatantes, æterna amicitate fruuntur. Horum merces copiosa: quia talenta sua cum foeneratione patri familias reddiderunt. Horum nuptiæ perpetuæ: quia sponsum media nocte venientem expectantes, ardentibus facibus, quippe amoris, ad sponsum suum Iesum introcuntes, secuti sunt: qui patre & matre, terrenis vt pote & ambitiosis fastibus, cæterisq̄ opibatis delictijs relictis, super sedes duodecim sedebunt, in secula seculorum gauisuri se, vt pote retia inextricabilia, lacus leonum, abyffus profundos, igneos lebetes, & tortores euasisse impatientissimos & truculentos.
- Apo 21. Videamus nunc frater optime, in itinere simul gradientes metam respiciendo, quid hospiti nobis inflat. Via namq̄ plana ad interitum: scopulosa patienter progressa, vt dixi, ad vitam deducit. Eligamus frater per chare breuem hic viam aliquantulum duram inspectu, non tamen sine magna consolatione à Deo sperantibus apprehensam, vt perpetuis decoremur triumphis: Sumus iam pusillanimes: ascendentes fortiter primum saxum transiliamus, & quam iucundum illud post tergum posuisse, quam etiam dulcescit videbimus: quam leue cæteros tunc scopulos scandere, donec iam desiderantes vt ceruus ad fontes aquarum, ciuitatem illam in montis vertice sitam omni iucunditate dotatam, securitate munitam, tranquillitate vallatam, gaudijsq̄ fulgentem inenarrabilibus paululum per spem adoptionis concernimus, vt omnis aduersitatis immemores cuncta dulcia putemus, ne detrudamur rursus, casu labore ascendentes de fatigati, quibus tunc casus infelicio, tum miserabilior, tum grauior foret, quo labor fuerit difficilior. Hunc fastigiosum montem iam nos miseri in luto adhuc infimo prouoluti circumrepentes, in profundo celsitudinem & ascendendi difficultatem pensantes, per timorè primo eleuemur ex cœno ne demergamur, tantisper dum fontium aliorum lymphiditas nos iam eleuatos allicit. Ad quem certè timorem hoc dictum Athanasij in simbolo non incongruum erit nobis: *Et qui bona egerunt (loquens de futuro iudicio inquit) ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.*
- Matt 5. Ibidem. Ibidem. Mat. 19. Via blanda ad mortem, aspera ad vitam ducit. Mat. 7. Timor vt nos viget debeat ad vitam emendationem. Athanas.

Conf-

VI
16

Consideremus frater charissime, quid æternum sit. Verbum quidem incomprehensibile tempus significat inenarrabile. Quid putas frater mi, si hoc dictum semper ante oculos præfixum haberes, anne præsentia gaudia amaritæ vndiq; oppleta fierent? An timorẽ tibi semper ingererent, aduentientia incuterent formidinem? Pro breui enim gaudio, quod nec sine stimulo rationem pungente nutritur, infinitam (quia in infinitum bonum peccasti) sumpturos es pœnam. Heu amarum verbum. Heu infelix, heu iniucundum & dolore referatum. In ignem æternum ite vos maledicti: ð pœnam omni spe redemptionis carentem. O flammam inextinguibilem. O miseriam omni consolatione exhereditatam, ð carcerem tenebrosam, serpentinum, perpetuo obditum pessulo. O stridorem dentium frigore concussam, nec tamen calore non æstuantem.

Breue gaudium pœna sempiterna luendum. Mat. 25.

O frater mi, si quidem tunc eligendi optio daretur commutandi in temporalem pœnam æternam, quis non mille millenos, & milies ter denos, & centenos mille sibi deligeret annos etiam in acerbissimis pœnis victurum, vt vel consors æterno dehinc potiretur gaudio, vel saltem spe militaret fluctuanti, vt æternam enataret ignem. Nec inter hæc tempora inenarrabilia finita tamen, & æterna, comparatio tanta possit fieri, quanta minimæ guttæ ad totum mare, & totum orbem si in aquam versus esset. Finitum enim semper finito compararetur: sed in prima similitudine pœnarum infinito confertur finitum, cuius nullam in philosophia didicistis esse proportionem.

Finitum ad infinitum nulla proportio.

Vide frater mi, quanta pœna nos manet, quid præmij nobis in peccato perseverantibus impendat, quid peccatoribus interminatur, quid iustis promittitur. Heu cœcitatem nostram, duram pertinaciam, ceruicosam ignorantiam, & errorem tenacem. Pati nos certum est, non vtrobique delicias habere certum, non vtrobique gaudere certum, nec flere nos vtrobique certum est. Quærimus stultam, fictam, fucatam, momentaneam gaudiorum imaginem, & æternis luctibus malumus illaqueari: pro breui æterna amittimus gaudia, æternam nobis hæreditatem promissam, hostiq; animam miseram pro parua consolatione vendimus. Comparamus opinatam gloriam, vt æternis sordeamus vituperijs. Hosti seruimus, vt nos torqueat: blandimur ei, vt nos cruciet.

Cæcitas & infamia hominum quanta.

Amatorem nostrum Christum sua misericordia & bonitate continuo nos sequentem fugimus, promissa spernimus, beneficia obliuione conculcamus, diligentem odimus, & pro nobis patientem quantum in nobis est, interficimus: En quam peruersa mens, malus animus, amara & infecta voluntas. Clamat post nos, fugimus: sequitur, terga damus: reuocat, nutanti capite contumeliam rependimus. Audiamus quam suaviter, dulciter misericorditer clamat, errantem reuocans animam: *Reuertere* (inquit) *Su-* *nantini: reuertere reuertere vt intueamur te*: Peccauimus, respiscamus: pro-

Ingratitudo peccatoris erga Deum quanta.

Ca. vii.

Ioel. 2.

Inter spem & metum constantem progredendum esse.

Gene. 19.

nec?

nec cum vxore Lor respiciendo, progrediamur. Scriberem plura mi frater, sed intelligenti pauca sufficiunt. Vale in Christo.

Infirmitas corporalis vti accipienda sit: quàm patientissimè Sancti quiq; in hoc seculo passi sint: vt anima proficiat infirmitas corporis: afflictiones vt sint refrigeria: locum vt exultatione aut agritudine non sit mutandus.

Epistola XXXIV.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS.
fratri Engelberto Carthusiæ Treuericæ alumno, socium fieri Christi consolationum, sicut & passionum.

ACcepi literas tuas, dilecte frater Engelberte, quibus & corporis & spiritus tui afflictionem satis intellexi, & condolui. cogitas tamen quod infirmitas ista non est tibi ad mortem, sed incedere faciens per viam, qua omnes qui Deo placuerunt similiter præcesserunt, & per angustam quæ ante te est portam intrare compelles de illorū te arbitratus sum numero, quibus in Apocal. Dominus dicit: *Ego quos amo arguo & castigo.* Quapropter dilecte frater vt infirmitas tua tolerata videatur facilior: meminisse semper debes diuinæ prædestinationis & prouidentia, sine qua ne vnus passer cadit in terram, quæ absque dubio circa te geritur, disponeus tibi, quæ salutis tuæ vtiliora sunt & viciniora, castigans & consolans te, quando & quantum expedit, non quantum placet. Vnde & quidam senex (quem in vitis Patrum habes) dixisse legitur: Si te occupauerit infirmitas corporis, noli pusillanimis fieri: quia si te Dominus Deus vult corpore debilem fieri, quis es qui sic molestè suscipias? Nonne ipse pro te cogitat de omnibus: Nunquid sine ipso viuus?

Iudit. 3.
Matt. 7.
Luc. 1.

Apo. 17.
Matt. 19.

Infirmitas
corporis vt
sit accipienda

Sancti quā
libenter cor-
poris egro-
tationem
tulerint.
2. Cor. 12.
Gregor.

Quantum
probit ani-
ma corpo-
ris languo-
res.

Electi oēs
vt affligan-
tur.
Iudit. 8.

Patenter ergo fer, & roga eum, vt donet tibi quæ expedit: hoc est, quod voluntas ipsius est, facias. Hinc alius quidam consueta se cernens infirmitate non visitari, pauens à Deo se querulabatur derelictum. Sciebat enim per experientiam illud Apostolicum, Virtutem scilicet, infirmitate perfici. Propterea etiam Gregorius dicit de Salomone, quod ipsius cor idcirco sapientiam deseruit, quoniam eum nulla exterius disciplina custodiuat. Hoc non ignorabat magnus ille eremita Ioannes in Aegypto: qui fratri cuidam febre tertiana grauissimè vexato, vt eum curaret rogatus, sic fertur respondisse: Rem tibi necessariam cupis abijcere. Vt enim corpora nitro, vel alijs huiusmodi lineamentis abluuntur à sordibus, ita animæ languoribus alijs huiusmodi castigationibus purificantur. Hinc laudatur alius quidam: qui dum precibus sanitatem, vt petijt, intercessione sancti Martyris obtinuerat, contra diuinam prouidentiam quid postulasse se metuens, orauit, si infirmitas sibi pristina foret expediens, eiusdem Martyris merito vt fuerat, reueteretur. Quod & factum est.

Accedit autem ad consolationem tuam quod non solum multi, sed omnes qui ad regnum Dei peruenerunt, in camino tribulationis probati per iterationis & passionis transferunt. Quod castissima Iudith intelligens, filios Israel ad patientiam & fidē, cum essent ab inimicis obsessi, adponebat, dicens post

post multa: Pater noster Abraham tentatus, & per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus est. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Quos etiam ille, qui in infirmitatibus suis gloriabatur, eo quod tunc potens erat, quibus non solum ligari sed & mori paratus erat pro nomine Iesu commendans, dum quæ passi fuerant recensisset, quosdam commemorans sectos, quosdam lapidatos, alios occisos gladio, alios fame & angustia cruciatos, demum concludit: *Quibus dignus non erat mundus.* Unde beatus Gregorius in tertio moralium, Deus (inquit) foras usque ad despecta deiecit, quos intus usque ad incorruptibilia perducit. Et alibi: quanto quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit, quod durius portet: quia cum à presenti seculo, mentis nostræ delectatio deficit, eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim, quod plerisque cernimus & bona agere, & tamen sub graui tribulationum saepe desudare. Terrena namque desideria fugiunt, & tamen flagellis durioribus fatigantur: sed cum patienter & humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur.

Si quis ergo appetit plenè vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare: ut tanto post ad iudicem mundior veniat, quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. *Exemplum* (inquit Iacobus Apostolus) accipite fratres, laboris & patientiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Sed veniat quæro tibi in mentem afflictio Alius Seruuli & beatæ Romulæ (de quibus habes Gregorium in homelijs) & beati Francisci, qui durissimis anxietatis doloribus angustias suas non pœnarum, sed sororum nomine appellabat: quibus etiam dum quadum vice grauius solito vrgeretur, licet totus esset languoris prolixitate attritus, proiciens se in terram debilia ossa duro casu collisit, & deosculans humum: Gratias, inquit, ago tibi Domine Deus de omnibus doloribus meis, te quæ mi Domine rogo, ut centuplum (si tibi placuerit) addas, cum tuæ sanctæ voluntatis adimpletio sit mihi consolatio super plena.

Non credo etiam te ignorare de beatissimo patre nostro Dominico patris nostri & domini vestri monacho, quantis tentationum & infirmitatibus angustijs purgatus, quantas etiam postmodum secundum multitudinem dolorum tuorum susceperit consolationes. Legitur quoque de beatissima Catharina Senensium excellentissimæ sanctitatis virgine, quod dum quadam vice à Domino fortitudinis donum sibi dari instantius postularet, volens eam Dominus exaudire, tali prius informatione commonuit. Filia, inquit, si vis virtutem fortitudinis acquirere oportet te me imitari. Ego enim licet possem virtute diuina potestates aereas annihilare nedum superare, & aliam viam tenere vincendi, tamen per humanos actus meos volens exemplum dare, non nisi per viam crucis volui ipsas vincere: ut vos factitio sermone docerem, quod si fortes vultis esse ad vincendum omnem potestatem hostilem, crucem accipiat pro refrigerio vestro, sicut & ego feci: qui secundum Apostolum meum Paulum, *proposito mihi gaudio, sustinui crucem, confusione conuicta.* Oportet ergo passiones & afflictiones non solum patienter portare, sed pro refrigerio amplectari & optare. Et verè refrigeria sunt, quia quanto

Y

magis

Vitia vt plenissime extinguantur. Iacob, 5.

Gregor. Mira B. Francisci patientia.

D. Dominicus Cathar. Psal 93. S. Catharina Senensis.

Cur per crucis viam Christus diabolum vincere voluerit. Heb. 12.

Afflictiones
vt sint refri-
geria.
Rom. 8.

Afflictos
quid conso-
lectus.

Esaï. 59.

Vt morbis
humana
sint remedia
adhibeada.

S. Enclyctice
memoran-
da sententia.

magis patimini pro me, tanto magis conformes mihi efficiemini. Et quanto magis mihi conformamini in passionibus, tanto magis (secundum doctrinam Apostoli mei Pauli) mihi in gratia & gloria eritis conformes. Accipite igitur filia, amara pro dulcibus, & dulcia pro amaribus propter me, nec quicquam dubites, quia contra omnia fortis eris. Quod illa non surda aure percipiens, ex tunc in mente sua fortiter fixit in tribulationibus delectari. Et prout testante eius confessore, qui vitam illius innocentissimæ virginis scripsit, in confessione secreto reuelauit, nulla res exterior eam tantum in hac vita refrigerabat, quantum tribulationes & passionibus, sine quibus impatientissimè steterat in corpore, sed propter has sustinendas lubenter portabat celestis coronæ dilationem quia sciebat quod per illas continuè augebatur in cælis. Hæc pauca dulcissime frater, non quasi docendo, sed legenti & scienti talia commemorando potius inserui, vt alijs similibus, quibus omnes scripturæ plenæ sunt, confortatus, non sis nimium pusillanimis circa prouidentiam Dei, quasi manus illius abbreviata sit, vt in loco ab æterno tibi præordinato, & ad quem sola eius bonitas vocauit & confirmauit, non possit (si voluerit) te sanare.

Admiror valde, quò in hanc tentationem corruistis, vt propter exiguum spem incertæ sanitatis, logum vestrum (vbi stabilitatem, & perseverantiam tam solenni professione promissistis) cupiatis dimittere, simul & perseverantiæ fructum perdere. Requirenda sunt certè remedia infirmitatis, & humana (ne Deus tentari videatur) auxilia admittenda, sed quæ cum cuiusq; status conditio & professio (quæ decet non obliuisci) congruenter admittit, & quantum sine aliorum scandalo fieri potest. Quomodo quæso talis mutatio non credit in scandalum & ruinam multorum, qui de te murmurantes (& forsitan sceleris iuste) instabilitatis & impatientiæ te arguent? Quæ quidem instabilitas etiam alijs, licet minori vrgeantur necessitate, animum præstabit & exemplum se transferendi ad id quod nesciunt, amittentes certum fructum perseverantiæ, qui seruabatur illis in cælis, pro incertæ sanitatis consolatiuncula, de qua adhuc dubitatur in terris. Audiatis sanctam Enclyctycen: quæ licet fuerit mulier corpore, cor tamen gerebat virile: audiatis, quid dixerit. Si in monasterio cum alijs conuersaris, non mutes locum. Læderis enim omnino, si facias hoc. Etenim si gallina dereliquerit oua sua fota, sine pullis ea exire faciet, ita monachus vel virgo frigescit & mortificatur in fide de loco ad locum traieundo. Allegas saniozem seu puriorem aerem nobiscum, & cetera huiusmodi quæ si dilecte mi, te iuuarent, quomodo non & nostros iuuarent monachos, quorum pene media pars infirmatur? Nec desunt nobis, qui eadem laborant tentatione, qua & tu, sub alio boni prætextu cupientes alibi se transferri. Sed Physicis tandem corporum consilia medicorum animæ præferentes, manum Domini patienter expectant. Crediderunt enim consilio antiquorum philosophorum (sanctos in Aegypto & Thebaidibus loquor) qui inter cetera de remedijs tentationum disputantes, hoc quoque nobis reliquisse scribuntur, quod & tu vtinam audiendo credas: Si (inquunt) tibi contigerit tentatio in loco in quo habitas, non deseras locum in tempore tentationis: quod si deserueris, quocumque perrexeris, ante inuenies quod fugiebas: sed patiens esto donec tentatio transeat, ne discessio tua

3. VI
16

alijs scandalum fiat, & ne forte alijs qui circa ipsum locum habitant tribulationem ingerat. Simile aliquid dicit Seneca: Si vis ista quibus vrgeris effugere, oportet non vt alibi sis, sed alius. Propterea, dilectissime Engelberte, resignes te in manus omnipotentis Dei, cui absque dubio cura est de te: nam ipse solus laborem & dolorem vestrum considerat, qui & omnibus iuxta est qui tribulato sunt corde: ipse vobiscum faciet quod expediet. Si utilis est sanitas tibi, perseuera in loco in quem Dominus te posuit, & propter perseuerantiam ac longanimitatem tuam indubiè Dominus te curabit. Quod si curari tibi non expedit, frustra est quocunque pergis, nec vt sic etiam desideranda est sanitas.

Vt ex tentatione non fit locus mutandus. Seneca. Sapi. 6. 1. Pet. 5. Psal. 6. Psal. 33.

Dico iterum, dilecte frater, si Domino placet vt sanitate gaudeatis, ipse vos liberabit. Si non placet, nec locus, nec aer, nec physicorum quorumcunque peritiam te curabit. Scribit Gerson singulariter monachos debere diuinæ inniti prouidentia, eo quod humanis plus auxilijs & proprijs voluntatibus destituti, quasi omnia quæ circa ipsos geruntur ex diuina ordinatione vel superiorum voluntate procedentia suscipere habent. Nihilominus tamen etiam humana debes interim suscipere remedia, quæ ex consilio & voluntate Patris tui in domo tua licitè admitti possunt. Finem verò illorum & effectum sine fructum Deo committere, aliudq; nihil nisi Dei voluntatem in omnibus & desiderare & expectare: quoniam reuera licet ex negligentia tua vel aeris intemperie infirmitas hæc tua tibi acciderit, non tamen sine prouidentia Dei quæ illum locum & loci aerisq; dispositionem ab æterno cognouit & tuam complexionem. Iniuriam igitur tibi fecisse videretur, si ad impossibile vel ad periculum, quod præcisset, te vocasset. Nihil itaque restat, nisi vt modo de necessitate facias virtutem, & Dominus consolabitur tristitiam tuam. Optote semper benè valere in Domino charissime frater.

Ioannes Gerson.

In omnibus Dei sustinenda voluntas.

Quo pacto Deo in monastico instituto seruiturus, ab abnegatione propria voluntatis, & proprijs sensus captiuatione, per spiritus discretum seruorem incipere debeat.

Epistola XXXV.

E. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS, cuidam probo adolescenti in ordine regularium nouiter professo, pacem optat & monastica religionis quotidianum incrementum.

Charissime fili, ex tuis literis iam comperi in monasterio te non fuisse ociosum. Quippe qui cum virtute literas optimè cõiunxisti. Proinde nihil tibi aliud puto commendandum, quam vt in seruore hoc perseueres, bonis inijtjs optimos semper profectus adijtcs Exercitia tua, iuxta consiliũ viri timentis Deũ, salutemq; tuam zelantis moderare, nihil innitens capiti tuo aut sensui, quãdoquidẽ id maximè vult Deus, vt intellectum nostrum captiuemus in obsequium suũ, per puram nostri abnegationem. Feruor tuus mihi perplacet, modo absit discretio, quæ haud melius, imò non aliter ac humilitate, atque obedientia conquiritur. Eundem finem fortiuntur plerumq; indiscretio & ignauia, siue expiditas. Atque idem periculum adducunt aut nihil, aut nimium habuisse

Intellectus noster captiuanus per subiectionẽ. 2. Cor. 10.

feruoris.

Feruor discretus quā
si necessarius
ternat.

feruoris. Vt enim (diuo Bernardo teste) discretio sine feruore iacet, ita feruor sine discretione præcipitat. Ita ergo desiderandus est Deus, ita amādus. Ita bonæ voluntatis est feruor dilatandus, ac si hoc duntaxat die foret viuendum. Atque huius charitatis, huius feruoris exercitia operatq̄ secundum vires vniuscuiusque metienda sunt, temperandaq̄, vt si semper esset viuendum, & robur & animus ad omnia sufficiant, atque vigeant. Sit itaq̄ desiderium Deo placendi sine mensura, extendatur vsque ad infinitum. Opera tamen & studia, quibus hic feruor exercetur, fiant ita, ne quid nimis. Hæc obiter charissime, laudans feruorem, atque simul commonefaciens te discretionis, oro mei sis memor tuis in orationibus. Vale.

Congratulatur fratri è mortis periculo erepto, atque inde occasione sumpta, hortatur eum ad constantiam & obedientiam.

Epistola XXXVI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
filio suo charissimo Henrico, è mortis discrimine diuino munere erepto.

Lucæ. 15.

Lucæ. 12.

Vt à proposito lapsus idem reuocare debeat.

Mat. 12.

O Portuit & me gaudere, quia filius meus mortuus erat, & reuincit perierat & inuentus est. Misertus tui Deus, fili charissime, misertus Prioris patris tui ac confratrum tuorum, misertus denique maximè est mei qui oēs de interitu tuo tristitiam super tristitiam habuissemus. Verùm si iuxta veritatis testimonium ne vnus quidem passer cadit in terram absque prouidentia Dei, quanto minus dulcissimus filius meus Henricus, neq̄ fortuito, neq̄ citra Dei prouidentiam cadens in flumen submersusq̄ in vita seruatur, aut iam fere mortuus vitæ restituitur? Num Deus ipse, qui in periculum te cadere permisit & rursus à periculo, fili mi, te sua magis, quam humana ope eripuit, non potuisset facere, vt ad hoc periculum, non venisses? Potuisset profectò. At si te præseruasset alioqui casurum & mergendum vt non caderes, quis quæso beneficium huius præseruationis diuinæ tibi indicasset? Quis benignitatem Dei super te (quandoquidem periculum nescires) vigilasse nunciaret? Aut quā tu ei pro huiusmodi præseruationis beneficio gratias ageres, q̄ quod in piculo fuisses & à Deo præmittitus, ante casum præseruatusq̄ nescires? Permisit igitur te mortis periculo incidere, & tamen eripuit, vt ex beneficio ereptionis (qui præseruationem nescire potuisses) eius bonitatem prouidentiamq̄ disceres. Age igitur fili mi, nouam vitam inchoaturus quæ spiritualis foret, hoc facto edoctus es carnalem relinquere, veterique vitæ emori. Mortuus es enim, aut inter mortuos tamen computatus es in aquis, vt in nouitate vitæ resuscitatus ambulares. Secundus baptesmus hic tuus fuit, in quo à memoria omnium præteritorum phantasiarum abluerentur. Neminem itaque ex præterita vita patrem fratrem, amicum, dominum &c. deinceps agnosce secundum carnem, nisi qui secundum nouum hominem in Christo pater, frater, amicus aut Dominus sit. In cælo quidem vnum patrem habes Christum Deum matrem dominam tuam Mariam, cuius pietatem credas tibi in periculo pro-

profuisse, & vt fidelis de cætero ei inueniaris, ad futura te seruatum. In terris pater est tibi Prior tuus, confratres & domini tui cum quibus habitas. Hos diligere, ac venerari debes, & eis, obsequi atque seruire, omniumq; aliarum personarum familiaritatem pristinam (nisi quatenus ad Deum promouent) obliuisci, nouam non contrahere. Metuo hanc tentationem futurarum fuisse aliarum præludium, compluresq; diabolica machinatione tibi intentandas. Verùm super firma petra perseuerantiæ, id est, firmo proposito permanendi cum Christo vsque ad exhalationem spiritus, tu pedes tuos firmes, nec terrearis, quia erit patientiæ & fortitudini tuæ corona: fidem & spem in Deo & beata Maria matre tua colles, ipsos indefinenter pro tui custodia & directione inuoces: nihil patrem tuum Priorem prorsus quantum libet exiguum celes, vt diaboli technas omnes confessione secretorum tuorum confundas & elidas (quia sentio te multum diligi à patre: quod etsi secus esset, nihilominus prouidentia diuina eius ore & consilio te reget & proteget) Eius voluntatem igitur sequaris absque scrupulo, nihil hæsitans, nihil plus interrogans, in bona semper simplicitate & humilitate hoc solum bonum æstimans, quod Prior consulit: fratres vt alias monui, cunctos diligas, non singulares familiaritates facies ad aliquos, cæteris exclusis, sed singulis (quicquid cum Deo fieri potest) morem geras, in seruiam obtemperes, conformeris, concordēs, & eorum beneplacita tuis præferas: nunquam tamen (vt præmonui) ad peccatum declinando. Tuum casum atque præcipitium in flumen (dum audirem) in mentem venit Eufraxiæ, cuius vitam legas in Vitis Patrum, & obedientiæ, humilitati, cæterisq; virtutibus eius te conformes, pro modulo tuo, excepta abstinentia, quæ ad testimonium sanctitatis ei à Domino concessa est mirabiliter, quàm nolo vt frustra stultetq; imitari coneris. Comedas & bibas cum timore Domini & gratiarum actione iuxta consilium Prioris, & stude vt ilis esse communitati in choro & alijs. His paucis vale fili mi in Domino Iesu.

Vt propositum sanctum vsque ad vitæ finem perducendum.

S. Eufraxiæ vita mirabilis.

Contra instabilitatem mentis cordisq; distractionem inter Dei laudes remedium.

Epistola XXXVII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS,
charissimo suo filio Hugoni Carthusiæ Coloniensis tyroni S.D.

VNa ferè est omnium fili dilectissime, quærimonia sub diuinis laudibus, his potissimum, quæ vocaliter offeruntur, mentis patii instabilitatem, distrahi ad euagationes cordis, aliudq; sæpenu-mero cum Deo loqui, aliud cogitare. Hac infirmitate quamuis ipse mirum in modum grauer, non deesset tamen remedium, si forem atque sum siue diligentior, siue deuotior, quo huic vitio occurrerem. Tu igitur fili, qui feliciter hoc vti potes remedio, vt potè maiori seruens pietate, id ipsum, in exercitium tibi commendo. Itaque iturus ad orationem seu laudes diuinas post studiosam mentis recollectionem, post intentionem suam ac certam, qua cõstitues attentè ac deuotè psallere siue orare, principio pollicem manus digito admoueas, quem ad singulos psalmi versus articulatum, hoc est, de artu in artum, & subinde de digito in digitum mutes, dans singulis digitorum artibus versus singulos, perinde ac si eisdem velis numerare,

Attentione quam iuuent sub diuinis.

re, donec finiatur psalmus. Vbi hoc fueris assuetus modo, potes præterea singulorum versus literas capitales obseruare, & in superlatiuo al. quo, qui in eadem litera incipiat, cuiusmodi est litera capitalis versus illius, aspirando in Deum sursum ferri. Verbi gratia: Primus psalmus hoc modo incipit: *Beatus vir, qui &c.* Huius primi versus capitalis littera est B. Quando igitur hic versus incipitur, pollice ad primum digiti artum posito, mentaliter cogita: O benignissime Iesu, seu: O benedicte aut, beatissime. Quando secundum audis verbum: *Sed in lege Domini &c.* qui incipit ab S. superlatiuo quoque tunc utere, ab incipiente S, videlicet: O sapientissime suauissime aut sanctissime. Hoc modo utere in omnibus singulisq; versibus psalmi, vt quando cuiq; versus aliquis incipitur, considerata litera capitali, habeas confestim superlatiuum eidem literæ respondentem.

Atque idem iuuat ad singulas habere litteras, superlatiuos laudis, affectiuosq; ad manum præparatos: Vt si ab A versus incipitur, occurrant subito, Altissime, amabilissime, amantissime. Si à B. Benignissime, beatissime, benedictissime, bone. Si à C. Clementissime, charissime, castissime. Si à D. Dulcissime, dilectissime. Si ab E. electissime, elegantissime. Si ab F. fidelissime, felicissime. Si à G. Gratiouissime, gloriosissime, gaudiosissime. Si ab H. Humillime. Si ab I. Inuictissime, innocensissime. Si ab L. Laudabilissime, liberalissime, laudatissime. Si ab M. Mitissime, mansuetissime, misericordissime. Si ab N. Nobilissime. Si ab O. Omnipotens: vel omnipotentissime, obedientissime. Si à P. Piissime, patientissime, potentissime. Si à Q. Quietissime. Si ab R. Reuerentissime. Si ab S. Sanctissime, suauissime. Si à T. Tranquillissime, tristissime, (intellige de eius passione) Si ab V. Veracissime, venustissime, venerabilissime, &c. Vbi itaque huius exercitij & modum & vsum fueris assequutus, ad id vt iam citra negotium & absque labore superlatiuo occurrant, potes vel sine admodum de superlatiuo iam dixi aspirationem quoque quamuis conformem respondentemq; applices literæ capitali versus. Eam ob re per vniuersum alphabetum pro singulis literis aspirationem habeas, seu petitionem necessesse est, in quibus id quod præcipuum in ea fuerit aspiratione, incipiat à litera versus capitali. Hoc igitur modo vbi versus incipitur ab A. ad manum habeas aspirationem pro abnegatione tui perfecta, pro amoris privati extirpatione, seu pro amoris diuini ardore tibi cœlitus donando, qua videlicet mente suspirans ad Deum, optes huiusmodi: Vtinam amabilissime Iesu amor omnis priuatus in me pereat. Aut ita: Amorem proprium in me extingue amabilissime Iesu. Aut: Abnegationem perfectissimam amabilis esu mihi tribue. Item: Amore vtinam castissimo diligam te Deus meus & omnia: hoc est, te diligam qui es Deus meus & qui mihi es omnia, utpote extra quem nihil cupiā &c. Huiusmodi multas sibi ipsi vnusquisque præformare potest aspirationes pro abnegatione, pro privati amoris extirpatione, aut pro amoris diuini inflammatione oraturus, quarum vel aliqua occurrat, tunc, vbi versus psalmi ab A. inceperit. Quomodo autem de A. litera iam dixi, ita dicendum est quoque de reliquis omnibus literis. Quod tamen vt facilius ab omnibus capiatur, exempli causa de singulis literis scribam. Ad literam A. iam dixi pertinere amorem priuatum, abnegationem perfectam, amorem Dei, pro quibus supplicari Deo potest per aspirationis modum, O vtinam aut, O si. Possunt item applicari

VI
16

carum quæcunque alia, vt sunt abstracta vita (quæ est conuersatio interna) petenda, aut ambitio detestanda. In litera B. potest aspirari ad Deum pro benignitate, pro beatitudine æterna, aut pro aliqua beatitudine ex octo beatitudinibus à Christo prædicatis. Aut certè benedic Deum pro beneficijs eius multis, quibus hæctenus ingratus nimis fuisti. Dic igitur mente, vbi literam B. innueris capitalem: Benignissime Iesu da mihi benignitatem erga omnes homines, vt sim mitis & humilis corde. Item. Benedico te Domine Deus meus ex toto corde meo, quia solus es bonus, & miserationes tuæ infinitæ. Item: Vtinam pijsime Deus vel primam beatitudinem obtineam, qua docuisti, vt verè sim pauper spiritu. Vbi literam innueris C. aut charitatem feruentissimam, aut castitatem, aut cordis puritatem, aut certè cordis stabilitatem contra euagationes à Domino Deo petas. Vbi D. literam receperis capitalem, dic: Vtinam desiderabilissime Iesu, tu solus omnia desideria mea in te rapias & stabilias, in te absorbeas, & tibi vnias. Aut, pete discretionem in omni actione ac virtute. Potes præterea petere deuotionem veram, quæ est animum habere paratum atque feruentem in omne beneplacitum Dei. Dilectio denique inimicorum, & te actusq; tuos calumniantium iuste petenda est. Porro si E. fuerit in versu litera capitalis, recolens quàm multiplices sint gemitus quàm varix lachrymæ afflictorum, quot calamitates & ærumnæ, offer omnium filiorum Ecclesiæ gemitus & vota in cor apertum Iesu, orans vt vnique iuxta suum beneplacitum, & pro sui nominis gloria tribuat, quod illi expedierit. Quod ipse quoque libenter vult, scit & potest. Vbi F. capitalem deprehenderit literam, postula orando fidem seu fidelitatem, qua boni malique discernuntur serui. Si enim omnia facere potest iniquus quæ facit bonus, præterquam quod suo domino fidelis esse non potest, quomodo non maxime optandum est, vt nobis detur tam fides, qua nos credamus Deo, quàm fidelitas ipsa qua non ipsos nos, sed Deum purè quæramus in omnibus, contendamusq; nos exhibere eos, quibus se credere dignetur Deus, vt potè amantibus se? Quando G. litera occurrit, toto corde gratiam Dei maxime tibi, (sine qua nihil est) necessariam, opta. Ideo hanc petas tibi indeficientem, iugem atque perpetuam. Aspirando item potes optare, vt in nulla creatura, sed in Deo solo gaudeas. Item, vt gloriam omnem mundi detesteris ex animo. Ad literam H. capitalem, ora pro humilitate profundissima tibi donanda. Si litera occurrerit I. pete intentionem castissimam simplicissimam deiformem, omniaq; in Deum referentem, qua videlicet eius gloria & beneplacitum solum purè & feruentissime quæras. Si L. fuerit capitalis litera, linguæ pete continentiam. Ora linguam tibi frenari timore diuino, ne in otiosa, ne in perniciosa, ne in scurrilia desinas. Aut vt laudes diuinas attentè ac deuotè offerre tibi concedatur, aspirando pete. Vbi M. fuerit prima litera versus, aspirando à Deo pete tibi dari imitarem, mansuetudinem, misericordiamq; erga proximum viscera. Ora etiam clamans ad Deum pro misericordia, tam pro te, quàm pro omnibus: præcipuè autè pro ijs qui in collectatione sunt peccatorum, puta qui bonæ sunt voluntatis, ad id tamen adhuc imperfectè, vt tentationes vincere nequeant: & demum maxime pro defunctis. Si N. fuerit litera capitalis, aspirans ora, vt nihil vnquam in te inueniatur, quod offendar Deum. Si ab O. ceptus fuerit versus, pete obedientiam perfectissimam. Si P. litera fuerit prima, ora tibi donari patientiam mi-

Deuotio vera quam sit.

Fidelitas quam Deo exhibenda.

tissimam. Item passionis ac Christi vulnerum tibi pete memoriam impri-
mi. Ad literam Q. Christo offer, quicquid in te est virium, & pete ab eo vt ead-
dem, simulq; omne tempus vitæ tuæ in sui laudem conuertat, ac eadem iuxta
suum beneplacitum in sui gloriam solius te consumere faciat. Vbi R. litera
incœperit versum, aspirando pete tibi reuerentiam infundi erga diuinam
præsentiam vt semper & in omni loco Deum contempleris, ames, sentiasq;
præsentem. Ad literam S. pete sitim ardentissimam zelumq; animarum, sitim
item feruentissimam honoris diuini, qua Dei inhonoracionem, omnem ini-
uriam atque contemptum execreris lugeasq; eiusdem verò quæras semper
promoueasq; honorem. Petere quoque hic potes sinceritatem, quo ab omni
privato amore liber, non te ipsum, sed Deum purè in omnibus quæras. Subli-
tera T. timorem pete Dei castissimum, & maximè filialem, quo vigilantissimè
mè caueas fugiasq; quicquid amantissimo displicuerit patri, aut pete temper-
tantiam in omnium rerum vsu, sensuumq; continentiam. Postremò, si quan-
do V. litera fuerit capitalis, pete à Iesu benedicto, Virginis filio, tibi donari vt
ipsius matrem veneratione deuotissima castissimaq; ames dilectione. Item
pete eiusdem Virginis alumnus & adoptionis filius fieri. Hæc omnia quan-
uis proluxa aut difficilia videantur, non sunt tamen difficilia vel aliquanto-
lum exercitato, vbi in vsu duxerit exercitium. Nectamen opus est, vt in
omnibus his aspirationibus assignatis vtatur, sed vnâ harum quæ occur-
rerit assumat, aliaque eiusmodi sibi instar harum effinxerit. Verum quod
cit fortasè quis, sub diuino officio nihil tractandum mente, præter id quod
canitur aut dicitur. Respondendum, non aduersari hoc exercitiū attentioni,
sed pro attentione multò nobilissima (quæ est mentis eleuatio in Deum) ab-
sumi. Huic enim aded non officit hoc exercitiū, id est, hoc aspirandi genus, vt
etiam vehementer suffragetur. Nam celerrimè atque ad modum sagittæ aspi-
ratio cordis in Deum iaculata, dum surgit, verborum quoque in psalmo ser-
sum, sibi concilians, sibiq; applicando contextens, ad Deum secum trahit &
hoc dum Psalmus (vt consuetudo est monachis, & Canonicorum collegiis
probè institutis) canitur cum grauitate seu tractim. Nam si festinato legitur
aut canitur, difficile esset has aspirationes obseruare, sufficit enim tunc super-
latiuis dumtaxat vri, quomodo supra declaratum est.

Psalmi vt
cum grauita-
te si con-
cincendi.

Psalmi v. i
sanctis & p-
plicandis sunt.

Habet etiam tunc locum, aliud (quo nonnulli vtuntur) remedium: videlicet
vt vbi audieris inter psallendum Dominus, aut Deus motum aliquem aut
signum facias secretè reuerentiæ erga Dei maiestatem, aut Christi humani-
tatem: puta vt vbi nomen hoc auditur Deus, mente adores Dei maiestatem
vbi Dominus Christi maiestatem reuerearis. Potest præterea qui mentis pa-
titur instabilitatem, versus literas capitales obseruare, iuxtaq; easdem no-
mina sanctorum ab eisdem literis incipientia, ac eorundem intercessionem
pro Ecclesia postulare. Vt si ab A. versus incipiat inuoces sanctum angelum
tuum, reliquosq; angelos omnes: aut inuoces sanctum Augustinum, Anto-
nium aut sanctam Annam, Aghathamue A. polloniam aut Agnem. Pari modo
vbi litera B. versus incipit memoria fiat Bartholomæi, Benedicti, Brano-
nis, Bernardi, Barbaræ, aut alterius sancti cuiuspiam à B. incipientis, cui psal-
lenus fuit deuotio. Possunt itaque sancti inuocari hoc modo vt pro nobis o-
rent. Possunt item recolli, vt cum eis nos pro nobis, & pro vniuersa Ecclesia
orentur.

oremus pariter. In hoc exercitij genere beatae Mariæ virgini tribuere locum potes in litera M. propter nomen Mariæ, ut omnes huiusmodi versus ab M. incipientes, in ipsius canas venerationem Deo. Potest ei quoque locus dari cum sanctis omnibus virginibus præcipuis in litera V. Postremò pro stabilien-
 do cor de obseruare potes, vbi versus in secunda persona ad Deum dirigitur, cuiusmodi est hic versus, *Domine Dominus noster*, addas aut suppleas: potentissime, aut sapientissime: aut adiectiuum aliquod laudis seu deuotionis, quod sensui versus congruat: vt si versus Dei misericordiam, opemve, aut liberationem postulat, addas tui adiectiuum conueniens, puta benignissime, clementissime &c. Si eiusdem narrat laudem aut potentiam, adijcias, excellentissime, potentissime, magnificentissime, nobilissime. Si eius bonitatem, dic tu, amabilissime, suauissime, dulcissime, optime &c. Pari modo vbi in tertia quoque persona fit diuinæ potentix aut misericordix mentio, adde iuxta congruentiam adiectiuum, vt si versus psalmi fuerit: *Qui propitiatur*
omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. In mente adijcias tu: Verè misericordissimus, verè mitissimus &c. Porro vbi tui psalmus inducit memoriam, vt ere adiectiuus seu attributis humiliatiuis, tuisq; vilificatiuis: vt sunt ingratisissimus, miser, vilissimus, facinorosus, pauper, & similia. Exempli gratia: Ad hunc versum, *Delictum meum cognitum tibi feci*, interim quod eadem legis, verba supple tu: Ego miserimus & facinorosus peccator. Et ad verba quæ sequuntur, *Et iniustitiam meam non abscondi*, dic in mente. Coram te Patre pijsimo & misericordissimo. Hæc sunt, fili charissime, remedia, quorum quodlibet tibi contra mentis petes instabilitatem in vsum vertere: felicior tamen estimamus eum, qui nullo horum eget, qui ex sensu verborum psalmi fursum agitur, ferturq; aspirando in Deum. Vale.

Vt sit vtendum recreationibus. & remedijs sanitatis.

Epistola XXXVIII.

IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.

filio suo charissimo, fortitudinem corporis & animæ.

Questio mihi abs te proposita est, sili in Christo charissime, in hæc verba. Sancti admonent nullam consolationem querendam in creaturis: Nunquid ergo non melius est dolores capitis & alia pati, quam admittere consolatoria, per quæ releuer? Respon-
 sio: Fili, hoc dicitur queri, quod est finis, cuius gratia cætera præcesserunt, aut fiunt. Qui finis cum obtentus fuerit, non queritur aliud. Ita ergo non debetis querere consolationem aut delectationem, vt ipsa delectatio finis sit, quam in creatura queritis, & ibi sit status atque requies: sed hoc quod delectat, aut fortalsè etiam secundum quod delectat si querendum est, querendum est propter aliud scilicet quia necessarium aut vtile ad sanitatē, vel huiusmodi conseruandum seu recuperandum. Illa autem querenda sunt, vt semper vsquequaq; placeatur Deo & eius voluntati seruiatur: vt corpus sufficiat ad labores externos & internos, ad pressuras & tentationes sustinendas &c. quæ consumunt vires, in quibus maior centuplo consistit profectus, quam in abstinentia. Itaque Deus est finis, & Deus queritur & non delectatio vel consolatio. Verbi gratia: Ecce iam ver est & omnia florent. Nonne delectabile

Consolationibus ac delectationibus quinam vtendum.

Natura ex-
hausta qui
reficienda.

Remedijs in-
firmis vt
subuenien-
dum.

Stabile est exire ad Rhenum, aut vineas inuisere. Hodie procurator monasterii exiit ad Rhenum, & inde ad vineam Nonne iuit ad ea quæ recreant. Ita. Nunquid quæsit recreationem? Haudquaquam. Quid ergo, vt habeat quod fratribus edendum ministrat, & vt videat ne vinea inculta relicta sit. Ergo non quæsit delectationem, sed monasterij commodum & fratrum necessitatem leuandam, licet vsus fuerit delectatione aut gressu delectabili: non tamen propter delectationem. Ita tu fili, fatigato corpori tuo, exhausto & magis exhauriendo subuenias, & vt laboribus, vt oneribus à Deo impositis, & adhuc tibi imponendis sufficias & proficias, conforta corpus tuum. Quicquid ad hoc iam suffragatur, licet delectabile sit, non tamen propterea solum, quia delectabile, sed quia ad perseverantiam necessarium & utile est, sumas. Non diceris consolationem quæsiisse, sed ad perseverantiam & subiectionem Deo te apertum reddidisse. Pati fit tibi in desiderio: noli procurare patientiam. Deus bene inueniet te: imò maior necessitas tibi incumbit de conseruatione corporis & sanitatis tuæ, quàm alienæ. Si ergo teneris proximū iuuare, ne destruat in eo opus Dei, sed perseueret ipse in ministerio Dei, quanto magis tibi es obligatus? Nescis an placeat Deo vt sis infirmus. Sis ei resignatus, vt si vellet ipse, semper teneat te infirmum. Interea sanitatis remedia accipias, ne tentare Deum velis, vt miro ac singulari modo te curet, sed (vt dixi) vt vere humano modo remedio, & dic Deo: Domine si me vis infirmum habere, ego nolo sanus esse: nec hæc faciens, reniti cupio tuæ dispositioni. Non operentur omnia hæc remedia (quæ solum propterea accipio, ne te offendam præsumptuosus) aliud, quam tibi placet. Hæc pauca pro tui consolatione scripsi tibi, vt te ad Domino confortarem. Bene vale.

Vt tyro Christi in monastica religione debeat sese dare ad libertatem spiritus, timoribusq; ac scrupulis conscientia nimis, tanquam diabolici figmentis resistere, Deo suo confidere.

Epistola XXXIX.

IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS
Filio suo charissimo N. felicitatem & gaudium, in Spiritu sancto.

Iesum Christum adhuc in tentatione constitutum tecum charissime frater intelligo. Et cum cæteri cum puero Iesu gaudia sua ludunt, in mœrore interim tu tabescis. Rogo igitur semel respicias, reiectis post tergum omnibus scrupulis ad iudicium tui magistri ac Prioris, & dimisis confessionum iterationibus, in miseratione Domini respices: quia non potes sufficere vnquam ad tui iustificationem, tamen si millies confitearis generationem. Ad maiorem pacem cordis peruenies, & pleniorum peccatorum remissionem, si ad Deum conuersus, mentalia, & amorosa orationum & meditationum exercitia assumes. Tentatio est diaboli cum scrupulis tuis, qui te turbat, impedire & ad desperationem te inducere nititur. Fac itaque iuxta consilia superiorum tuorum, & discite contemnere scrupulos inordinatos. Saepè diabolus per huiusmodi impedit multos & perturbat, vt quos non potest ad manifesta peccata pertrahere propter timorem Dei, quo eos præditos videt. *scilicet*

tem erroribus ac timoribus superuacuis perturbat vt reddat inquietos. Multi pro dolor id genus diabolicis fraudibus implicantur, & quamuis bene habeant, ac recte cum ipsis agatur, tamen nunquam pectoris pace gaudent, eo quod nimium auscultant de demonum susurrjs, quibus eos perturbare moluntur. Sed hac in parte felices admodum sunt, qui proprijs non audent fidere viribus, nec suis se consilijs committere volunt, atque ea re confugiunt ad superiores suos, eisq; aperiunt tentationes suas, & eorum consilijs simpliciter acquiescunt. Quod & tu facias fili mi, & breui ad pectoris tranquillitatem pertinges. Noli obsecro nimium tibi ipsi credere, sed potius ex aliorum consilijs pendes, id enim humilitati magis consentaneum est. *Humilibus autem Deus dat gratiam, & qui se humiliare norunt vix possunt vnquam in periculum incidere.* Obsecro te, assuescas libertati spiritus, neque semper seruias cum filijs Israel in Aegypto in durissimo opere luti & lateris. Timeant qui timere nolunt, qui semper volutantur in sordibus vitijs suorum. Tu vero fili mi iam age spe meliori concepta confidas Deo tuo, qui te vocauit & extraxit ex hoc seculo nequam, vt post momentaneos huius miseræ vicæ labores cum ipso semper felix viuas in regno cœlesti. Vale fili in Christo charissime.

Jacob 4.

1. Pet. 5.

Exod. 1.

Scopus monastica vita quis fore debeat: quid de monasterijs, eorum regulis, vestitu, & ceremonijs sentiendum sit.

Epistola XL.

IOANNES IVSTVS LANSBERGIUS, CARTHVS. filijs charissimis Christi tyronibus monastici spiritus diuinæq; caritatis incrementum.

Aspirantibus vobis charissimi ad vitam monasticam pauca quædam de eadem scribere volui contra hæreticorum calumnias, qui putant superuacaneam, imò & impiam eam esse: qui vt amentes contemnendi sunt. Nimirum Dominus noster Iesus Christus saluator & legifer noster, interroganti se quandoque quod magna esset mandatum in lege, respondit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omni virtute tua.* Hæc est summa perfectio & scopus legis Euangelicæ. Pro huius præcepti obseruatiâ scripta sunt, quæcunque scripta sunt. In huius præcepti obseruantia pendet lex & prophetæ. Propter huius præcepti obseruantiam statuta Ecclesiæ, statuta & regulæ monachorum, & breuiter quæcunque ordinationes in Ecclesia fuerint, propterea ordinata sunt, vt huius præcepti perfectionem assequamur. In hoc præcepto sumus omnes & plebei, & sacerdotes & monachi & communitates Christiani. Qui huius præcepti perfectionem fuerit assecutus, non opus est illi vt monasterium intret. Siquidem nihil refert domi aut foris, ruri an in vrbe, in nemore vel monasterio vitam agat, & perinde est illi nigris an albis induatur, quisquis Deum hoc modo perfecte dilexerit.

Matt. 22.

Regulæ igitur monasteriorum non contra Euangelium, sed ex Euangelio institutæ sunt: nec sunt sectæ diuidentes à Christo, sed sunt monita & præceptiones vrgentes ad Christum, & ad obseruantiam huius præcepti.

Regulæ monasteriorum vnde sumptæ.

Confiliorūq; Euangelicorū propter Christū & à Christo doctore instituta
Obijciant iam nobis pseudo euangelici, id est Lutherani. Nihil Christum
de cucullis docuit. Verum esto, nihil de cucullis locutus sit: pari modo nihil
de rugatis camisijs, de scissis tunicis, de pileis seu birretis locutus est.

Monachi si propterea fatui sunt, quia simplici veste sunt contenti, & vno
colore vnaque forma à multis annis: quàm illi planè dementes sunt, qui tam
portentosis ac lasciujs vtūtur vestibus? quanto maior autem hæc monacho-
rum prudentia atque modestia, quam hominum seculariū, qui singulis quin-
que annis sunt fatui, id est, vestem suam vestimentiq; modum permutant?
Christus non docuit cucullum seruare, docuit tamen ea quæ ij, qui portat
cucullum, tenentur obseruare. Nec propterea quod serunt cucullum mona-
chi sunt Christiani aut Euangelici: qui ided tantum sunt monachi, vt germa-
nè sint Christiani & Euangelici.

Cucullus
monachorū
quo spectet.

Verū nihil de veste disputetur, quæ aliud non est, quàm religionis & pio-
tatis indicium, vt eum qui hanc fert admoneat deuotionis, pietatis, sobrio-
tatis, continentiz, humilitatis, aliarumq; virtutum: quæ faciunt monachū.
Vestis enim non facit sed ostendit monachum. Continentia verò sobrietas,
carnis castigatio, mundi abstractio, vitiorum mortificatio, hæc sunt quæ se-
ciunt monachum. Si igitur non secundū carnem vixeris, sed secundū spi-
ritum, si facta carnis atque desideria spiritu mortificaueris, si te ipsum, id est
tua desideria pro Dei voluntate ac beneplacito abnegaueris, si Deum asserueris
laudaueris, tunc dicitur num est monachus, id est, perfectus Christianus, Mon-
achum enim esse, est esse perfectum Christianū: quia prima vita Christiano-
rum & Apostolorū fuit sicut modo est vita monachorum, quemadmodum
luce clariùs manifestum est in Actis Apostolicis.

Monachum
quænam te-
vera efficiat.
Rom. 8.
Monachum
esse quid sit.

Act. 24.

Hæc itaque, id est, mortificationem vitiorum, carnis, & mundi contemp-
tum Christus docuit non solum monachos, sed & omnes Christianos. Omni-
bus dixit: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam
quotidie & sequatur me. Item: Si quis venerit ad me, & non odit patrem, & matrem
& uxorem, & filios, &c. non potest meus esse discipulus. Omnibus quod ante
memoravi dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima
tua, & ex tota mente tua.

Lucæ 9.

Lucæ 14.

Matt. 22.

Mat. 22.

Luc. 10.

Monasteria
cur sint in-
stituta.

Propter hoc igitur præceptum vt illud faciamus, & finem præcepti asse-
quamur, monasteria instituta sunt. Non quod in seculo nemo possit assequi,
sed quod paucissimi & difficillimè assequantur. Nimia enim sunt irritamē-
ta & laquei retrahentes, nimix occasiones delinquendi. Pro quibus euitandis
fuga sola & abstractio (cui monasteria seruiunt) est necessaria. Nam qui ad
charitatis perfectionem anhelat, necesse est vt à contrio, id est, à mundi at
proprio amore abstineat. Quanto enim plus seipsum aut mundum diligit,
tanto minus diligit Deum. Propterea scriptum est: Qui vult amicus esse seculo
huius, inimicus Dei constituetur. Item: Amicitia huius seculi, inimica est Dei. Et
Christus: Qui vult post me venire abneget semetipsum: & tollat crucem suam quoti-
dies, & sequatur me. Et: Qui amat animam suam perdet eam: Qui igitur vult habere
amorem Dei necesse est vt careat amore sui, & amore seculi.

Iacob. 4.

Ibidem.

Lucæ 4.

Ioan. 12.

Seculum
quid sit.

Et quid est seculum? Hæc quæ videmus audimus, sentimus, gustamus, tan-
gimus. De quibus Ioannes: Omne quod est in mundo aut est concupiscentia oculi
vultu,

rum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vita. Hæc tria itaque sunt mundus, quæ oportet in nobis extirpari, & ita abrenunciamus mundo. Contra hæc tractatus religionis opposuit tria vota monastica. Contra concupiscentiã carnis castitatem contra concupiscentiam oculorum, id est, contra cupiditatem paupertatem: contra superbiam vitæ, id est, contra appetitum domi- nandi obedientiam atque subiectionem.

1. Ioan. 2.
Vota tria
monastica
quo pertine-
ant.

His tribus virtutibus, quas Christus docuit & verbo & exemplo, vincitur expugnaturq; mundus. His tribus efficitur quis monachus & religiosus. His tribus alijsq; virtutibus acquiritur amor Dei perfectus.

Vos itaq; charissimi filij, vt speramus, spiritu Dei admoniti, desideratis vos Deo offerre in seruitutem atque in perpetuum sacrificium. Nec vultis illum vno solo scire, sed omni vita diligere: nec tantum diligere, sed perfectè, quemadmodum docuit diligere, id est, ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. Propterea experistis vehementi desiderio ac prece recipi in societate nostram, quibus cum vna Deo miliretis.

Nemo potest non commendare hoc vestrum tam salutare propositum. Sed quod feruenter petitis, debetis fortiter prosequi, nec vllis frangi aduersis casibus, nulli labori succumbere, nulla tentatione superari. Non satis est bene cepisse, sed adsit oportet perseuerantia, quæ sola reportat iustitiæ coronam: quam vobis Dominus Iesus dabit petentibus, pulsantibus & quærentibus, sicut ipse pollicitus est. Viriliter agite & confortetur cor vestrum filij longè charissimi, & semper optimè valete.

Lucæ 11.
Ioan. 16.
Psal. 26.

Vt quisq; sinceriter simpliciterg, ambulare erga proximos debeat: opera nostra cuncta quænam ad scopum dirigenda: puritas simplicitasq; animi quo pacto obtineri possit.

Epistola XLI.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.

Confratri suo Charissimo N. niti quotidie ad interiora, & bene quidem de proximo, humiliter autem sentire de seipso.

SVfficit tibi dilectissime frater, ad oem iustitiam, vt secundum Deum, secundum voluntatem præsentis, & secundum conscientiam tuam rectè facias, & ampliùs ne requiras neq; timeas, sed omnes cogitationes aut curas inutiles abscinde, quæ te sollicitum faciunt pro cogitationibus aliorum, id est, quæ sic incidunt: iam fratres scandalizantur, iam hoc cogitabunt & ita suspicantur, &c. quæ communiter hominibus ex superbia veniunt, id est, ne displiceat, ne iudicetur, ne ab alijs malè de se sentiantur. Humilis enim si rectè egerit non timet aliorum suspensiones. Si enim diu cogitaueris, & omnia opera tua in oculis aliorum rectificare volueris, & de omnium cordibus suspensiones auclere te posse existimaueris, multum erras, in vacuum laboras, te ipsum turbas, & viam qua tenditur ad humilitatem & proprii contemptus desiderium, præcludis. Nunquid omnibus cogitationibus tuis aliorum sensus & corda mutare potes, vt quod sentiunt non sentiant, quod cogitant, non cogitent? Non dico hæc, vt fratribus tuis scandalum

Vt quis cū
aliorum
suspensionibus
habere se
debeat.

Opera omnia quo ex fando faciēda sint.

dalum ponas, quia tunc non faceres secundum conscientiam tuam, neque secundum Deum: sed dico quod in his quæ facis, recto corde, in oculis Dei, præsentis & conscientiæ tuæ (qui tres testes sufficiunt) & maxime ex charitate vel sæpe ex obedientia, ita quod vix aliter facere audeas: aliorum suspitiones aut etiam si volunt malè interpretari aut scandalizari, ipsorum sensus non metuas neque cures, sed quæ facis iustè, simpliciter & purè, id est, sine cogitationibus & fantasijs tranquillè facias. Non enim debes pro iustificatione tua aut exultatione siue aliorum eruditione, siue cordium reuelatione in istis etiam communibus & indifferentibus viam simplicitatis aut æquiritatis, immò maxime, humilitatis declinare, sed quicquid alij senserint aut murmurauerint ignocantes intentionem tuam, & cetera, tu tace & Dominus respondebit pro te: semper tamen debes pro ipsorum charitate, pace & cordium tranquillitate Deum orare.

Absque solitudine vti quisque fore debeat.

Esto igitur sine solitudine, in omnibus te totum Deo committe, & ipsa non solum quod tibi magis gratum est, & tibi providebit vtilius, sed etiam pro te (si tu tamen tacueris, & totum illi in simplicitate & puritate cordis committis) respondebit. In magnis tamen vbi periculum mortis, aut via ad tale periculum alijs ex taciturnitate tua scandalizatis immineret, necessaria est excusatio & famæ sensio, nisi in sua opinione pertinaces, tuæ excusationi non voluerint acquiescere: tunc magis iterum expedit quiescere & tacere, pro ipsis orare, & omnia charitate operire, & Dominus pugnabit pro te. Si qui verò te in his quæ secundum Deum agere, & tuo profectu studere desideras, propositum tuum impediunt, humiliter sustine, & totum te Deo committe: neque vilo modo in illis siue in alijs cor tuum patiaris retractare quæ tibi fiant, aut alijs faciant: sed ab omni tumultu cogitationum se securus quiesce, omnem sollicitudinem & curam in eum projice, qui melius & facilius nouit tibi procurare, & citius (quàm tu teipsum defendendo, aut inutiliter sollicitando & cogitando) quicquid pro tuo profectu & ipsius beneplacito nouerit tibi conuenire: immò pro tua patientia, si humilis fuerit simplex & tacens, & propter charitatem seruandam viam virtutis quam te putas declinare, aut tibi impediri, illam tibi multò perfectius & clarius per alium modum Dominus (si in ipso constanter & confidenter permaneris) faciet aperiri. Nec aliquis vnquam poterit aliquid, nisi quod pro te (etià te ignorante & Domino sic disponente) ad patientiæ atque abnegationis præparatiōis exercitium magis fuerit vtile.

1. Pet. 5.

Puritati & simplicitati quanto studio inuigilandum.

Eodem modo dilecte mi, habes te in omnibus quæ tibi proueniunt, siue illa fuerint tristitia, siue dulcia, proque nullo futuro sollicitus, sed semper studio cordis puritati, cordis abnegationi, & simplicitati, vt quomodocumque tecum fiat, aut quicquid etiam tibi faciendum sit, sine phantasmatis securisimè te Deo committe, vt non tuam, sed suam in te semper operetur voluntatem. Tu enim nescis quid tibi expediat, neque de futuris aut presentibus aliquid mutare potes, sed fiat quod fiet, & eueniat quod eueniet. Hæc sit cogitatio tua, scilicet in omnibus te Deo committere, voluntatem eius simpliciter vbi que desiderare, & sine aliqua tractatione cordis, voluntati & ordinationi ipsius te subijcere & plenissimè resignare. Quicquid tunc euenierit, in securitate & spe de bonitate & prouidentia ipsius suscipere, & quamdiu voluerit portare

Sollicitudo quenam necessaria.

tare, & sicut tecum voluerit facere, simpliciter te resignare, nec aliter ab ipso, nisi quod ipse vult desiderare. Non tamen ipse vult tibi suam voluntatem, ante operationem suam erga te manifestare, sed vult omnimodam cordis tui abnegationem generaliter ad omnia te habere, vt non in scientia (vbi nullū est meritum) sed in confidentia bona & fide ambules, & sentias de ipso in bonitate, & in simplicitate cordis queras illum, & purissima funditus tui abnegatione atq; resignatione proiciendo omnem sollicitudinem in eum, qui sine te aut cura tua multa tibi his maiora & ineffabilia procurauit: & sic ipse feliciter, dulciter, securiter & perseveranter inuenies.

Hæc dilectissime cordis effusio, hæc voluntatis propriæ abnegatio, & hæc cordis simplicitas atque puritas, plus Deo, quam omnia victimarum generâ placet, gratissimumque & delectabilissimum est illi eiusmodi holocaustum. Ipse enim non potest habitare nisi in corde humili, simplici, puro atque pacifico, nec potest operari nisi in corde abnegato & totaliter sibi effuso, quod se totum Deo mactat, totum effundit, totum resignat, nihil sibi retinet. Quanto enim plus proprietatis in se retinet, tanto minus accipiet diuinæ operationis, & econuerſo.

Hoc est studium Monachi & perfectio, ad quam non peruenitur nisi vi-tiorum præcesserit mortificatio, & affectionum non solum malarum, sed etiam quarumcunq; creaturalium & inutilium, omniumq; quantum possibile est phantasmatum & cogitationum, & super omnia mors propriæ voluntatis & proprii sensus &c.

Hæc dilecte mi, scripsi mihi & tibi, ad profectum nostrum, si nō inde nobis crescat emendatio, saltem tamen, & vnam ad minus superbix nostræ humiliatio. Quotiescunq; hæc legeris, pro me etiā saluta, illā purissimā, simplicissimā, humillimā, & totaliter in Deo per charitatem & voluntatem absorptam atque vnicam benignissimam Dei matrem virginem Mariam, omnis boni, omnis gratiæ & omnis perfectionis imperatricem & administratricem, vt tibi & mihi impetret à filio suo dulcissimo, non sicut ego scripsi, sed sicut ipsa vult & nouit, & filio suo placet. Ego enim errare possum, ipsa verò non potest errare, hæc est enim nostra perfectio, diuinæ voluntatis adimpletio & cordis nostra resignatio siue in sublimi, siue in humili, nec vltra se extendere potest, quam ipse vult. Idcirco hæc scribo, vt qui pro resignatione cordis & abnegatione scribimus & oramus, in oratione proprietatem non seruemus, neque nimis Dominum erudire videamur. Sed saluta, vt dixi, beatissimam Mariam ter, Ordinis nostri, non vt quidam dicunt, generalem patronam, sed matrem. Non enim sic à patribus est conducta, vt sit patrona: quæ etsi semper auxilium præstet, non tamen semper dilectionis sensibilem aut magnam affectionem exhibet, sed vt mater est pulcherrimæ dilectionis & maternalis sollicitudinis electa: imò vt rectius & verius dicam, non ipsa nos elegit vt seruos, id est, seruitiles, sed vt filios. Nec tantum quibus patrocinetur, siue quos defendat, sed etiam vt quos foueat, & dulcissima sua dilectione custodiat & nutriat, filios habet.

Exhibeamus ergo nos in debito & peculiari eius seruitio non seruos, sed fideles filios, sicut ipsa vsque nunc maternalem suam curam à nobis non retraxit.

Considerare
& credere
Deo vti
quisq; debe-
at.

Sapientia
i. Pet. 4.
Simplicitas
& puritas
cordis quā-
tum Deo
placeant.
Cor cuius-
modi Deus
sua inhabi-
tatione dig-
netur.

Monachum
perfectum
quoniam
constituant.

Perfectio in
quo consti-
tat.

Maria Vir-
go cui sit
mater Car-
thusianorū
præcipua.
Eccle. 24.

Oedo Car-
thufianorū
vt fefanda-
tus fuper
fimplicitate
Euangelicā.

retraxit, ficut id facile eſt videre. Quare nos filiali affectu & ſtudioſa vita
ipſius ac filij meditatione & imitatione ipſam honoremus & diligamus.
Gloriemur de tanta matre glorioſa & ſublīmi, & ita viuamus, vt poſſit de
talium filiorum ſuorum humilitate & ſimplicitate gloriari. Rogemus eam
ſemper, vt Ordini conſeruet & augeat, & vt verius dicam, reſtituat ſimplici-
tatem, quæ tam multis iſto tempore odioſa eſt, non intelligentibus, quod
Ordo noſter, abiectione vitæ, ſimplicitas eſt, & ruſticitas, ad quem ſeruandum
vouerunt, elegeruntq; in paupertate & deſpectu viuere, non de ſtructura cu-
rioſa & ſumptuoſa cellarum & tabulatura cogitare, ſed vitam & paſſionem
Domini meditando, formam imitationis ſibi exercitium conſtituere.

Parcat illis Deus, qui ita ex via & tantæ matris cuſtodia exorbitant (ipſa
namque vult tales habere ſimplices & humiles filios, ſicut ipſa mater vixit)
qui Ordinis ſimplicitatem ſibi conſtituunt alienam, & pro tam parua dele-
ctatione aut iucunditate ſurantur & vendunt, qui conſcientiam ſuam ita ad
iſta exteriora diſturbant & confundunt, vt magis videantur in officina ar-
chitectorum & aliorum neſcio quorum ſchola eruditi, quam in ſimplicitate
Carthuſiana diſciplinati. Corripiat eos in præſenti benigna mater forſitan
in nonnullis, propter ignorantiam via perfectioris, ne pro paruis, cu-
rioſis & cordi ſuo ſub ſpecte commoditatis, & vtilitatis prætextu delecta-
bilibus & iucundis multam æternorum, ne dicam omnem, amittant peti-
tionem.

Simplicitas
vera quæ ſit.

Rogemus quoque ipſam vt ſit ſemper & maneat Oroini noſtro humi-
litas, vt dixi, & ſimplicitas, vnitas & charitas, & filijs ſuis diſcretio & puri-
tas, obedientia & humilitas. Si autem te volueris dare ad ſimplicitatem ve-
ram, multam pacem inuenies. Simplicitatem dico quæ talis eſt, vt nemi-
nem reprehendas vel laudes, ad nullius inſtructionem te ingeras. Ignoran-
tiam quandam (quantum poſſibile eſt & decet, abſque tamen ſcandalo) ſimul
tibi illudi, derideri, iniuriari & increpari æquanimiter feras: quicquid
ab alijs tibi relinquitur vel imponitur, quaſi non intelligens ſubtilitatem
vel fraudem alacriter ſuſcipias, aliorum defectus & quicquid tale euenerit,
quod diſplicet, non aduertas, non intelligas, non cogites. Nullius rei quæ te
offendit vel turbare adhuc poſſit memoriam, retractationem vel phantaſ-
ma admittas. Silentium ſtrenuè, etiam inter loquentes, cum ſerena quadam
dulcedine vultus & cordis compunctione cuſtodias. Nihil vnquam quod te
notabilem, ſingularem, laudabilem, vel admirandum facere poſſit, ſine ne-
ceſſitate in conſpectu aliorum facias, & ſemper quando fieri poteſt ſine ſcan-
dalo innocentiam & ſimplicitatem ante oculos ponas, vt eandem imiteris &
cuſtodias, & te ad exteriora, quantum ad ſubtilitatem, curioſitatem, frau-
dem, curam, ſollicitudinem, amorem & huiusmodi quaſi puer quinque vel
vel ſeptem annorum habeas. Vale chariſſime frater: & ſi aliquid
inordinatum aut præſumptuoſum tibi ſcripſi mihi
quæſo ignoſce propter Deum.

Monastica institutionis summa ac scopus quis esse debeat quomodoq; & per quamnam pietatis exercitia idem promouendus sit.

Epistola XLII.

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII, CARTHVS.

Parenetica, quam fecit quibusdam filijs suis in extremis constitutus loco Testamenti ac vltimi valete, ipsis interea vbertim flentibus, deq; eius recessu vehementer dolentibus.

PEcitis filioli charissimi à me, iam pene in vltimo spiritu constituto, quasi vltimum Vale, breuem, scilicet, ad hortationem & instructionem, quomodo oporteat vos in hoc viuendi genere vitæ vestræ rationem instituere. Libenter acquiescerem petitioni vestræ, nisi grauis languor ægritudinis vires omnes & lassas corporis artus aded frangeret, vt vix possim alia, nisi ea, quæ humana sunt imbecillitatis cogitare. Tamen quia charitas non querit quæ sunt, conabor vel parum dicere, etiam si hoc ipsum sine tormento vix possim. In primis, summa in id filij mei charissimi simul ac dulcissimi, cura quibbet vestrum incumbere debet, vt puta monasticam iam profesti vitam, vbi salutis suæ quam optimè consulat. Huc autem exigitur, vt cum primis corpus suum tanquam animæ instrumentum sapienter & discretè regere discat, vt nec nimia indulgentia & remissione dissoluatur ac lasciuat, nec rursus immoderato labore, alijq; tum corporalibus tum spiritualibus exercitijs ultra mensuram & vires susceptis, destruatur. Vtrobique namque grande periculum est: & seruum Dei in vtramq; partem vigilare oportet, vt neq; plus, neque minus faciat, quàm dicet recta ratio. Multi enim dum nimium suo sunt corpori propitij, carnales fiunt: alij dum non volunt vires metiri suas, currunt quidem aliquamdiu strenuè, sed in ipso cursu, dum adhuc procul à meta absunt, deficient, coguntq; postea miseræ carni velint nolint plus satis inferuire & obsequi qui prius non nisi spiritui vacare valebant, corporis cura rationabili contempta. Quorum est sanèploranda conditio, maximè si nolint superiorum suorum consilij acquiescere, & illorum dictis obtemperare. Quod quilibet vestrum cauere debet, & semper consilij vti superiorum suorum, nec illis inconsultis quicquam, præsertim arduum & insolitum, attentare.

Corp^{us} quod sit discretè regendum.

Vt quidam naturam destruunt.

Semper & vbique sese promptum Dei seruum exhibebit, omni negligentia, corpore ac acedia, penitus profligata, certus se versari semper sub oculis Dei, cuius præsentiam iugiter attendat ac veneretur, summopere deuitans quicquid illi displicere nouerit, atque illius beneplacitum perpetim sequens, eiusq; inspirationes obseruans, & eis morem gerens.

Gloriosam virginem & matrem Dei nunquam ex memoria sua exciderit, & in omni agendis ac omittendis vna cum filio eius implorans, vt ipsa eum in cunctis dirigat iuxta filij voluntatem, impetretq; illi vt cuncta exercitia sua corporalia ac spiritualia in eum finem referat, vt sint grata Deo, & ipsi salutaria. Ipsa quoq; sit illi in omnibus singulare refugium ipsam sedulo honoret, & saluus erit.

Virginitas sit & deliter seruandum.

Sancti ut
sint hono-
rati inuo-
candi que.

Caeteros quoque Sanctos, praesertim quibus magis affectus est, ac specia-
tim sanctum Angelum suae custodiae assignatum: ut quotidie aliquo pietatis of-
ficio vel exercitio veneretur: pudeatque eum unquam quicquam indecens ve
illicitum admittere sub aspectum sancti Angeli custodis sui, qui illi semper
adest.

Tempori
quatenus
seruicia-
dum.

Tempus omne totius diei in certas horas distribuatur cum consilio suum
magistri vel Prioris, & singulis horis sua deputet exercitia, ut ipsa vicissitudo
leuet tedium, atque ipsa exercitiorum prouida alternatione vtriusque homi-
nis vires integre conseruentur. Non enim sine causa institutum est a san-
ctis Patribus, ut certis horis etiam manualia opera fiant: quae tamen sunt
breuibus interrumpenda precibus: nec illis tota die inharendum est, sed ca-
tenus duntaxat, quatenus corporis & animae vires exigunt. Nam qui tanto
spiritualium exercitiorum se totos in externa exercitia per omnem diem ef-
fundunt, prorsus indigni sunt qui monachi vocentur. Cum enim de victu &
vestitu nobis prouisum sit, quid opus est, ita se tradere operibus manualibus,
quasi illis victum nobis parare cogamur? Omnino hoc turpe est in Monacho,
nisi tamen corporis infirmitas, aut aliud aliquid, quod superiores putent ra-
tionabile, secus exigat.

Orationi, meditationi, lectioni, scriptioni libenter vacet, in his nihil spe-
ctans aliud, nisi ut placeat Deo, eius voluntatem cognoscat, eius gratiam con-
sequatur.

Mane quid
faciendum
sit.

Mane quando surgit à lecto, mox animum ad Deum erigat ipsi gratias a-
gendo quod se nocte seruauerit: ipsum item adorando, & sacrosanctam Tri-
nitatem glorificando, his verbis: Adoro & benedico te ô Trinitas sancta &c.
sicut habetis in nostra pharetra diuini Amoris. Ipsi quoque Domino Iesu, eius
sanctissimae Matri, & sancto suo Angelo se commendet.

Sero uti co-
scientia dis-
cutienda
sit.

Vesperis antequam eat cubitum prius se ad se colligat, & conscientiam exte-
riat: & si in aliquo se deliquisse viderit, omnino id Domino Iesu & eius Matri
benedictae confiteatur, veniam petat, emendandi propositum renouet: deinde
oportuno tempore si quid notabile fuerit, etiam sacerdoti pure & integre
tanquam Dei vices agenti in confessione explicet. Et ut paruo negotio & cum
ingenti gaudio & tranquillitate huic examini quotidie possit satisfacere, per
diem sollicitus sit nihil perpetrare, quod laedat conscientiam.

Solitudo &
silentium
quantum
gaudium
conscientijs
adhaerent.

Silentium & solitudinem tanquam salutem suam cum primis necessaria, ad-
modum studiosè colat: nec imitetur si quos viderit ista negligere. O quam
innumeras vitat culpas, & quam immenso conscientiae gaudio perfruitur,
quisquis libenter silentio & solitudini nauat operam. At plane miseros &
infelices illos Monachos (si tamen Monachi dicendi sint) qui confabulandi
& euagandi occasiones vitro inquirunt, & immemores salutis suae, maxi-
mas sibi quotidie poenas cumulant, non nisi igne aeterno forsan expianda,
nisi resipuerint.

Officium
diuinum
quanto stu-
dio cauendum

Diuinum officium & quaecumque eo pertinent, semper alacriter, attentè &
studiosè persoluat nihilque illi iucundius sit, quam cum sanctis Angelis lauda-
re Dominum maiestatis. Hoc praecipuum est Monachi opus, cui nihil praë-
ponendum est. Et ut alacriter ac strenuè in choro vigilare possit, semper
tempestinè cubitum eat: nec illo tempore quo dormiendum est, alia agat ut
solent

solent quidam, qui cum lectioni aut alijs proprijs quibusdam institutis vacant, in iniuriam & fraudem summi creatoris, cuius postea debitas laudes præ somnolentia & capitis perturbatione soluere attentè non possunt: quod valde cauendum est. Reddat ante omnia Deo debitum suum, nec quicquam inde illi detrahat, sed addat potius aliquid.

In omnibus rebus à quolibet vestrum respiciatur Deus: & quod magis ipsius honorem promouet, proximūq; ædificat, cæteris rebus præferatur. Charitatis namque opera semper alijs præferenda sunt, nisi ex debito aut obedientia aliter oporteat fieri. Nam non omnia quæ licet mihi admittenda sunt, sed quæ ædificant. Non quod mihi est vtile queram, sed quod proficit multis. Pro honore namque Dei, debet seipsum contemnere, hoc est, si aliquid illi sit commodo, honori aut vtilitati, libenter debet illo carere, & seipsum interim negligere, si Deo honor per hoc maior eueniret.

Non omnia solatia sunt sub prætextu infirmitatis admittenda, sed ea tantum, quæ necessaria sentiuntur & licitè admitti possunt, quibus absq; periculo carere non potest, idq; sobriè, temperatè, parcè & cum Dei continuo timore, ne fortè sit excessus, aut non sit tanta necessitas.

Non nimis timere debet infirmitates, sed Deo etiam has committere: nec faciliter ab aliqua re in qua fitus est Dei honor, nisi magna vrgeat necessitas, vel propter infirmitatem, recedere.

Pro Dei honore & obseruantia Ordinis, indefesse animo zelari debet, orando, suadendo, excitando, & opere exemploq; præmonstrando.

Propter bonum pacis & concordia vbi nihil est illicitum nec periculum de peccato, debet faciliter, alijs assentire, tametsi voluntas seu concilium proprium videretur illi perfectius atque vtilius, sed hoc leuiter illi videri non debet, quia plerumq; ex proprio amore huiuscemodi sui complacentia nasci solet.

Cum hominibus multam notitiam habere, omnino contrariam est monasticæ professioni. Debet igitur quantum charitas admittit proximi, quantumq; absq; scandalo id obseruare potest, familiaritates amicitiasq; & hominum colloquia euitare. Nisi enim abstractæ vitæ internæq; operam dederit, nunquam Deo deuotus erit.

Aliorum defectus magis expedit nescire, quam nosse, & omnia charitate & simplicitate absq; iudicio cooperienda sunt.

Si quid triste euenierit, semper cogitare debet, quod non ad recreationem, non ad oblectationem, sed ad honorem, cultum amoremq; Dei in hunc locū sese Deo obtulerit. Pro quo, si quid patiendum est, id æquanimiter & hilariter tolerandum.

Semper maximopere oportet eum cauere, ne propriam habeat aut querat electionem affectionemue, vt hoc vel illud fiat: sed ad Dei voluntatem indifferenter nullo non tempore resignaturū esse. adeo vt nihil procurare, nihil optare, nihil deniq; desiderare audeat, quod dubium est, an placeat displicente Deo, quo vel sic Dei per ipsum & in ipso plenè placens voluntas in omnibus perficiatur.

Summopere eum cauere oportet, ne tempus ociosè transigat. Nobilissimū enim quod habemus est tempus. Quò thesauro nos infinito, per negligentiam,

tiam, otium, inutilemque occupationem possumus spoliare: possumus quoque gratiam Dei & coronam lætitiæ cœlestis maximam obtinere. Heu quanta est ratio reddenda temporis infructuosè expensi.

Vt frementes super se factus non timeat neque peccet, neque offendatur Deus, neque eius gratia illi minuat aut subtrahatur, Dei timorem semper habeat præ oculis. Nisi enim in timore Dei tenuerit se perseveranter, citò subvertetur domus eius. Hoc idcirco scribat diligentius in cor suum. Nisi in timore Dei &c.

Ordinis disciplinam, & quicquid seruari debet, aut potest ex statutis, nullo pacto omittere, sed pro Ordinis obseruatiã & animarum ædificatione zelari ex totis debet viribus. Si enim leuia voluerit sectari, si recreationes & spaciamenta quarere, si lusibus & leuitatibus refici, si commestationes admittere, si moribus non Monasticis uti, religio & eruditio sua qua alios docere attentat, nihil proficiet. Iam enim nonnulli speciem dederunt zeli, quem pro Ordinis habent obseruantia, & indicant quàm iustè digneque electi sint ad Ordinis reformationem. Videat igitur quilibet vestrum, ne vocatio hæc qua ad hoc sanctum institutum monasticum vocati estis, assumpta sit frustra, ut non modo nullam mercedem mereatur apud Deum, verum ignominiam ac summum dedecus coram cunctis hominibus neque vllum in virtutibus assequatur profectum. Nisi enim Deus ex intimis fuerit purè quæsitus, omnia erunt frustra, quæcumque hic fecerimus: quandoquidem erunt sicut plantatio quam homo, non Deus plantauerit, ideoque facile ab hoste malo eradicanda.

Hæc ex charitate filij dulcissimi admonet F. Ioannes Iustus, quem diu in præfenti vita non habebitis ut soletis Patrem & refugium, sed in cœlis, quod Deus illi breui concedat: si tamen ipsius monita assequuti fueritis. Orate quæso pro me viscera mea: quandoquidem instat mihi negotium arduum pariter & perplexum, iter quoque conficiendum longum & omnimodis ignotum, iudicium item æquissimum & formidabile. Verùm per gratiam & magnam misericordiam Domini nostri Iesu Christi, beatissimæ Matris eius, omniumque Sanctorum & electorum ipsius preces & merita sperare illique confidere non desinam, quamdiu habitus hic in me fuerit. Valete.

*Libri I. Epistolarum Paræneticarum,
Fini.*

IN D. IOANNIS IVSTI,
LANSBERGII
 CARTHUSIANI, LIBRVM
 SECVNDVM EPISTOLARVM
 Paræneticarum,

PRÆFATIO.

N lucem hic ædimus aliquot nostri Ioannis Iusti Lansbergij epistolæ scæminis ac virginibus Deo deuotis scriptas. Vbi te admonendum putauimus Lector amice, ne putes minoris eas faciendas esse, quod sexui muliebri elucubratae sint. Solet enim hoc nonnunquam vsu venire amicis seculi huius, quos vel inflans scientia non sinit humilibus consentire, vel animi stupor & cæcitas non permittit verum cernere, vt si quid scæmineo sexui à Dei amicis elaboratum sit, id existiment futile esse, nec suum habere pondus ac dignitatem, propterea quod, vt ipsi persuasum retinent, scæminæ nihil altum, nihil eruditum, nihil denique lectione dignum capere queant. Quibus si magnopere respondere velimus, videbimur fortassis oleum atque operam perdere: quando quidem opiniones eiusmodi in horum animis vsque adeo altas fixere radices, vt etiam si ratione se victos sentiant, tamen malint suam persuasionem mordicus tueri: at nihilominus in gratiam piorum vel paucis illis respondendum est & in primis, ne ipsi quidem ambigere possunt perquam multas extitisse virgines ac mulieres, non solum vitæ eximia sanctitate, sed etiam præclara eruditione, tum etiam prophetiæ gratia illustres. Et quid obstat obsecro, vt non perinde sua Deus charismata possit impartiri scæminis atque viris? Immo verò si sacras Euangelij historias reuoluamus, inueniemus ipsum Deum Dei filium non paulo familiariorẽ se scæminis quàm viris præbuisse, atque illis

Matt. 19.
Mat. 22.
Luc. 20.

Luc. 8.

1. Cor. 1.

Gen. 2.

potius quàm istis sua quædam secreta reuelasse. Inde est, quod toties phariseos & scribas legis peritiam verbo iaëlitanter, re autem ipsa abnegantes tanquam suæ gratiæ communicatione indignos confutauit, repulit, reliquit, & nonnunquam seuerissimè oburgauit. Porro religiosis quibusdam mulieribus adeò sui non negauit vsum admodum familiarem, vt illarum eleemosinis & se & discipulos suos voluerit sustentari, atque illarum etiam non dedignatus sit vti conitatu. Ita nimirum placuit æternæ sapientiæ humilia eligere & infirma ac despecta sibi adiungere, vt alta & fortia contemneret atque eo ipso ostenderet nullam apud se sexus distantiam esse, sed vbicunque & apud quemcunque locum inuenit, æquè se operari paratum esse, nihil discernens mulierem à viro, maximè cum non sit humani arbitrij quo quisque sexus nascatur: sed Deus pro suæ voluntatis iudicio alios mares, alias fæminas creet: vbi si qua in sexu culpa conferatur, ea profecto in creatorem redundat, cuius non est leuis iniuria, reprehendere aut despectui habere opus illius, cum ille vtique omnia sic fecerit, vt non possint vlla ex parte iure meritoque reprehendi. Fecit enim omnia bona valde. Itaque non debet id vllum habere dubium, quin omnipotens Deus pro sua bonitate & potentia in virginibus atque pænè indoctis mulierculis non minora possit efficere & moliri, quàm in eruditissimis viris, vt omnino ridicula sit eorum opinio, qui rejci putant oportere, quicquid ad fæminas pertinet. Quare etiam permotus noster Lanspergius, idemque certa experientia doctus, mira sæpè Deum in illo, quamuis fragili sexu, operari scripsit ad diuersas virgines & fæminas, rogatus ab illis, vel aliunde instigatus, optimeque eas gratia sibi data instruxit adhortationibus, consilijs & instigationibus, vt videre poteris pie lector, si non pigeat has eius epistolas perlegere. Et quamuis ipse esset vt impense doctus, & insignitè pius, non tamen putauit contemnendum

dum sibi esse sexum muliebrem, ex quo nouerat Dominum Iesum
 humanam sumpsisse naturam, nec nisi per eum ad nos redimen-
 dos venire voluisse. Comperies hic optime lector, multa scitu di-
 gna, quae te legisse iuuabit: tantum adferas animum pietati addi-
 tum, qui solus potest de scriptis ad pietatem facientibus, rectè
 aestimare. Nam animalis homo non percipit ea quae sunt
 spiritus Dei: nec potest spiritus verba capere, qui adhuc suae
 carni deditus est. Vt cæcus non potest rectè iudicare de colori-
 bus, quos nunquam vidit: ita quae ad spiritum pertinent, non pos-
 sunt sapere illi, qui totus mundo viuunt. Qui autem Christi sunt, &
 carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigere nituntur,
 quibus hic mundus carcer est & exilium, qui denique sic viuunt,
 ut se quotidie putent morituros, atque ea de causa sic vitam exi-
 gunt suam, quemadmodum rationem Deo sunt reddituri, illis sa-
 pit omnis pietas, & ipsi sunt, in quibus requiescit spiritus Chri-
 sti, quem qui non habet, non est membrum Christi, sed diaboli.
 Verùm his ita paucis præfatis, ad Epistolarum sequentium
 lectionem te transmittimus frater in Christo charissi-
 me. Bene vale, nostrumque studium &
 laborem boni consule.

(:·:)



D. IOANNIS IUSTI
LANSBERGII
 CARTHUSIANI, EPISTOLARVM
 PARÆNETICARVM AC MORALIVM, QVAS
 ad diuersorum Ordinum & Itatum ho-
 mines scripsit.

Liber Secundus.

In prælatione, quanta discretione, zelo, & lenitate opus sit in subditis regendis: infirmiores item lenitate ducere, proteruitores austeritate zelos, iustitia arcere, absusq; abrogare vti præfidentis debeat.

Epistola XLIII.

F. IOANNES IUSTVS LANSBERGIVS, CARTHVS.
 Reuerendæ Dominæ, Collegio Deo dicatarum virginum N. nouiter præfectæ.

REVERENDA in Christo mater ac domina, cum sancto illo virginum collegio vos audirem prælatam, non parum gauisus sum, potissimè quod sperem nihil quod ad bonam matrem spectet, vobis defuturum, vel desiderandum. Matrem dico: dulcius enim sonat, humanius atque humilius, quàm domina, nomen matris. Illud enim dilectionem subditis excitat, hoc metum. Itaque cum tam mater, quàm domina sitis monasterij, magis tamen cogitandum est vobis esse matrem, quàm dominam. Quippè cum pene omnium sit, maximè autem virginum, pietate malle duci, quàm terrore. Quamquam vtrunque debeat adesse: vbi vbi monitio blanda, quæ primò offerenda est, iterum atque iterum spernitur, correptio seuerior adhibeatur. Neque enim lenitas illa apud Deum laudata est, quæ vitia crescere sinit, vnde grauior postea animarum infirmitas, deinde mors postremò totius collegij contagiosa lues nascitur. Dissimulandi sunt fateor defectus animarum quandoque: verùm id quoque nisi ad tempus magis opportunum, quò occasione congruentiore sese offerente, & ea, quæ corripienda est, soror ad recipiendam correptionem fiat aptior, & fructus speretur vberior. Dissimulandi itaque sunt, non fouendi. Scimus quid Heli contigerit, quod filios suos peccare audiens, non coarguerit satis. Sans inquam Neque enim delicta filiorum dissimulauit penitus, quandoquidem scriptura refert illum reprehendisse delinquentes. Sed leuior hæc erat correptio, quam par fuit tantis delictis. Vnde filij eius assueti peccatis, nec aliqua seueritate patris coerciti, manserunt obstinati, sibi pariter ac patri vltionem diuinam conquirentes. Sine igitur blandius siue seuerius agatis, viscera matris nunquam desint vobis. Porro, rebellibus & obstinatis etiam dominam ostendatis non pro iactantia potestatis, sed ne censura dormitante, pietas illa vestra contempta, contemptum nutriat Dei. Decet autem & conducit maxi-

Lenitas nimia in prælatione quæ sit damnata. Correptio cur differenda ad tempus.
 1. Reg. 4.

Præfidentis suam auctoritatem in delinquentes exerat.

mè, vt post obiurgationem (si qua opus fuerit) subditæ eum vultum, verba, mores beneficiarum humanitatis inueniant apud vos, quæ ante senserunt, discantq; inde vel correptionem, vel disciplinam quæ præcessit (si forte foris apparuit durior) ex pectore pio venisse, credantq; non minori apud vos, quàm ante, & in gratia ac charitate se fore. Scitis quantum in cordibus subditorum diabolus molitur, vt putent se non in gratia esse superiorum, cunctaq; illorum iussa aut iniuncta ex rancore manare, non ex charitate. Quod quanti periculi sit, dum talis opinio mentem obsederit subditi, facile conijciendum est. Inde enim quarimoniarum, murmuraciones & similitates, aded vt etiam quæ ad conuentum fiunt monita, dicta siue lecta (quasi contra se pungendam ordinata sint) omnia accipiat. Voluit me, inquit, domina confundere & propterea in capitulo hæc dixit. Ecce vbiq; potest contra me nititur &c. Hinc concipiuntur auersiones, displicentiæ, insectationes contra dominam ac matrem. Quæ omnia diabolus eo dirigit, vt filiarum auersæ, sanas admonitiones non recipiant, nec tentationes & cordis molestias matri aperiant, consilia non requirant, sed potius spernant, quia suspectam habent, & cum amaritudine vident matrem.

Contra has diaboli machinas reuerentia vestra salubriori non vtetur consilio, quo animas lucretur, quam vt se amabilem exhibeat, studeatq; se amari sine tamen iniuria Dei, hoc est, nihil omittat vel agat propter sui amorem comparandum, nec omitti aut fieri sinat, quo minus ametur Deus (quia hoc non esset animas lucrari) sed Deum amari præ omnibus, & se amari aut placere filiabus solum propter Deum satagat. Ante & post correptionem, cum omnibus, tum præcipue ijs quæ vobis magis obfistunt aut natura sunt animosiores atque duriores læta occurrat, familiaritatis gratiam exhibeat, benignè respondeat, hilariter subueniat, & quasi nihil perperam ante actum sit, diuisi mulierum quasi iam emendata omnino credatur filia, & quod priora delicta prorsus obliterata sint, factis, verbis ac moribus ostendat.

Sentiant filiarum vestrarum quam nihil in corde habeatis aliud, quàm dilectionem & zeli sinceritatem, quibus enitimini dilectas filias bonas ac sanctas offerre Deo, non diabolo relinquere. Ita faciendo congregabitis carbones ignitos super capita earum, id est, charitatis vestrarum ardore frigus tristitiarum, inuidiarum, &c. propulsabitis, & ipsarum corda ad redamandum calefacietis. Si enim (quod facitis) vere animarum queritis salutem, facile vestram remitteris offensam, quicquid citra Dei iniuriam donare potestis, miserando etiam præuenietis. Si in omnibus Dei gloriam queritis, illuminabit diuina vos gratia, vt vbi durius, vbi clementius agendum sit, vbi dissimulandum, vbi procedendum intelligatis. Grande est onus quod portatis. At humilitas qua de vobis, id est, de prudentia vestra diffiditis, fiducia in Deum, qua super eius bonitate & potentia innitimini, & charitas, qua animas Deo offerre cupitis, diuinam vobis gratiam conciliabunt, qua quicquid est illud efficietur leue.

Ante omnia igitur Deo immaculatam seruare conscientiam studeatis, vt quicquid facitis, quicquid iubetis, in gloriam & beneplacitum Dei ordinatis. Nihil de proprio commodo, honore, affectu, voluntate, sed pure Deum queratis. Etiam profectui proprio cedite, vt pluribus (vbi sic opus fuerit) prodesset, exemplo Moyfi & Pauli, quorum alter de libro vitæ deleri,

Austeritas
nimia quid
in subditis
efficiat.

Prælati
studeat ama-
ri a subditis.

Infirmiori-
bus qui suc-
currendum.

Rom. 12.
Offensa
propria cur
facile remit-
tenda.

Prælati sui
sua vitam
institute
debeat.
Exod. 32.
Rom. 9.

alter anathema fieri pro salute fratrum optauit. Cæterum nihil minuetis de profectu vestro, si aliquando deuotioni propriæ, exercitijs consuetis aut dulcedini spirituali vos subtrahatis, vt filiabus materna prouidentia succurratis. Quicquid enim in vno genere Deo placendi amittere videmini, in alio charitas duplicabit: fietq; vt horum honorum quæ libenter interim faceretis (quando ex officij obedientia, aut pro debito maternæ curæ omittere illa vget charitas) pro bona voluntate meritum possideatis, & aliud etiam meritum, videlicet vestræ sollicitudinis & laboris, cuius necessitate vos proprijs interim exercitijs subtraxistis, pariter conquiratis. Oportet enim quandoque Deum propter Deum relinquere, id est, deuotionum studia propter necessitates proximorum, aut obedientiæ obseruantiam intermittere.

Itaque libenter vos ipsam propter Deum relinquit, abnegate & contemnite, vt Dei honor & voluntas statuatur: tunc enim Deo dirigente monasterio vestro prosperè cuncta euenient.

Deus vt propter Deum relinquitur.

Zelus quantum incesse debeat prælati pro salute subditorum.

Circa filias zelus vester vigeat, maxime pro sanctimonia & puritate, vt hæc semper inueniantur in cordibus & corporibus earum. Sponsæ etenim Christi sunt: & maiorem ab eis exposcit Christus castitatem ac puritatem, quam à cæteris.

Castitas quanta exigatur à Deo dicatis.

Ideo non sola hæc castitas sufficit corporum, sed assit etiam necesse est animorum, morum, oculorum, cogitationum, verborum ac omnium sensuum. Adeo pudicæ olim leguntur sanctæ fuisse virgines quædam, vt sui corporis nullum, præter manus & pedes, voluerint membrum conspiciere nudum. De auditu & sermone autem quid? Non haberetur apud homines seculares pudica coniunx, quæ lasciuui cuiuspiam aut procantis viri præberet verbis auditum, aut quæ (licet opere casta manere vellet marito) delectaretur amari, rogari & inuitari ab alieno. Num igitur Christi sponsa gaudebit legere, audire, aut in corde versari oblectandi animo, quæ diabolus animarum adulter suggerit impudica?

Cantilenæ carnales amatoriarum quam excedant Deo dicatis.

Ideo reuerenda domina, si quando virginibus recreatio datur confabulandi, aut etiam in horto simul cantandi, nihil quæso cantetur carnale, nulla admittantur amatoriarum carmina vel cantilenæ. Iterum obsecro propter Deum, non patiantur cantilenæ seculares de amore carnali cantari inter sponsas Christi, quanto minus à sponsis Christi? (quod in quibusdam fit monialium claustris non sine animarum iactura, non sine grandi cælestis sponsi contumelia.) *Quæ enim conuentio Christi ad Belial?* quid templo Dei cum prostibulo? Quid Christi sponsæ cum meretricularum carminibus? Esto quod innocenter cantentur ab aliquibus (quantum attinet ad castitatem) quid interim de puellis teneris, quæ simplices venerunt ad claustrum? Nonne curiositas foeminea, immò diabolus eas sollicitat latius cogitare quæ nesciunt, & cogitando inuestigare, quod cantando audierunt? Absit, absit, vt aliquid in monasterio audiant Deo sacratæ virgines, quod ne audirent in seculo, ad monasterium confugerunt.

2. Cor. 6.

Hæc fortasse per excessum scribo Reuerenda domina, & mater. Inde sentiet tamen Reuerentia vestra, vt credo, & boni consulet sinceram ad vos meam charitatem, qua non arguo quasi ceu aliquid iam perperam factum sit, sed præmoneo, ne fiat. Reuerenda domina ac mater, volebam breuem duntaxat

exat epistolam scribere qua gratularer non tam vobis, quod honore, præla-
ta estis, quam congregationi, quæ talem sibi elegit, & inter scribendum cre-
uit supra modum. Reuerentia vestra ignoscat, & orationibus suis commen-
datum me habeat. Valeatq; in Christo feliciter.

Perfectio spiritualis vita vii iuxta octo quedam consilia, obtineatur.

Epistola XLIII.

FIOANNES IVSTVS LANSBERGIVS, CARTHVS.
Filix suæ charissimæ Iesum Christum virginum decus & coronam
perennem.

Charissima filia congratulor deuotioni tuæ, qua flagras erga De-
um. Quam vt magis magisque in te foueas summopere conuicti de-
bes, vt cordis assequaris puritatem, vt potest cui se libentissime to-
cum Deus communicare solet. Quod si quæras ex me, quibus stu-
dijs puritas cordis obtineatur, possunt octo quedam consilia vel
institutiones proferri, quas in præsens tibi impartiri volo, vt & ego saluti
tuæ non nihil cooperer, & iam currenti calcem adhibeam.

Primum atque præcipuum sit, vt ante oculos tuos semper habeas propri-
am vilitatem atque prauitatem. Item quàm nihil sis, quàm nihil possis. Vn-
de nec gloriari, nec laudari vnquam verè possis de aliquo. Quicquid enim in
te potest commendari, hoc non est tuum. Velle autem sibi ascribere aut
laudari de alieno, bis est iniquum. Vnde velut sacrilegij crimen execrari
debes ex donis Dei velle honorari, laudari aut gloriari. Atque ita (si
verè hoc attenderis) nemini audebis te comparare: quia non debes te
metiri nisi & ex ijs quæ tua sunt, hæc sunt iniquitas, vanitas &, vt
ita dicam, nihilitas. Semper ergo te reputes omnium vilissimam atque
nequissimam in vniverso mundo, & talis ex animo cupias ab omnibus ha-
beri. Si id verè desideraueris, gaudebis quando sentis te nesciri, contemni ac
abijci: quia contingunt tibi iusta, & quæ tibi debentur, & quibus digna es. E-
regione considera potentiam, sapientiam atque immensam bonitatem Dei, <sup>Perfectio
Dei quanta
fit.</sup>
quàm benignus quàm fidelis tibi sit Deus: ediuersò autem, quàm ingrata ac
infidelis illi sis tu, quæ tamen es nequissima, vilissima, ac nihil. Item, quàm
diligat te Deus sola sua bonitate, nullo merito tuo, immò nulla ratione aut
occasione in te inuenta, quare te diligat aut benefaciat, sed solum quia ipse
bonus est: quod plus liquet in te, cum etiam indignissimam te gratis diligat
ac miseretur. Tu verò eius beneficijs viuens, tolerata ac sustentata tam diu, ad
momentum non potes eo carere, & tamen audebis eum deserere, contemne-
re, atque iniquitate tua blasphemare?

Secundum est, vt auertas & abstrahas te ab omnibus peccatis & vitiosis
passionibus. Deinde etiam ab omnibus peccandi occasionibus (quantum vi-
res corporis atque discretio permittit) videlicet ab omni occupatione inuti-
li, quæ animam non ducit in Deum: item ab omni inordinato amore, à
consolatione mundana, ab omni affectione & inordinata inclinatione.

Bb 2 ad crea-

ad creaturam quamcunque, ab omni familiaritate aut recreatione singulari circa aliquam personam: aded vt velut omnibus ac tibi ipsi quoque mortua nihil intendas, nihil præter Deum quæras, nihil sentias extra Deum, nihil te moueat, nihil afficiat extra Deum. Immo videatur tibi quasi extra mundum sis, & nihil sit in mundo, nisi tu cum Deo. Vnde si etiam necessitate aut obedientia coacta, externa quoque tractare habeas, cor tamen tuum mundum, ac animus liber permaneant tibi, ne super vllius creaturæ consolatione requiescas, ne vlli creaturæ inhæreas: sed continua ac iugi aspiratione animus tuus feratur in Deum. Quicquid extra egeris aut dixeris, mens tua intus maneat tranquilla & ad Deum eleuata. Hoc maximum studium tuum sit, nihil mundanum aut transitorium quærere, intus à Deo nunquam recedere, nulli creaturæ inhærerere, & super nulla consolatione extra Deum gaudere, immò in nulla re præter Deum quiescere. Hic tamen non negatur vsus creaturarum, nec pro discretionem ac perseverantiam excluditur recreatio corporalis, & interpolatio spiritualium exercitiorum: sed fias instituitur omnium, id est, siue laboris, siue quietis, scilicet puritas cordis, solitudo animi, silentium mentis, oratio mentalis ad Deum iugis & continua, inhæsiō spiritus in Deo.

Res creatæ
vbi in nuditate
tractantur
sicut metis

Abnegatio
totalis vbi
contingat.

Refugatio
mixta vbi fiat

Tertium, vt temetipsam funditus abneget, exeas, relinquant, ac in Deum te totam projicias, credens se certissimè confidens eius bonitati, sapientie ac providentiæ, quia illi potissima est cura pro te: quæ cum non esses creauit te, cum perditā esses redemit te, cum abiicienda & damnanda esses renouauit & attraxit te. Ided oportet vt sine retractatione & retractione cordis illi refugies, submittas ac vltro occurrens offeras temetipsam in omne beneplacitum eius, vt quæcunque super te posuerit aut permiserit, siue prospera sint, siue aduersa, etiam quantumcunque aspera & dura, de manu eius cum gratiarum actione accipias, non respiciens ad hominum voluntates ac studia (qui fortasse videntur procurare illa) sed ad Dei providentiam, cui te debes submittere, & propter illam etiam omni homini in dedit etiam omni creaturæ (in rationabilibus & Deo non contrarijs) vt pro arbitrio suo in te omnes sua utatur potestate & diuina permissione: aded vt nihil te queat contristare, nisi culpa propria & offensa diuina: nihil etiam horreas aut fugias, præterquam quod Deo displicet, aut à Deo auertit.

Vitam &
passionem
Iesu quo-
modo quis
in se tra-
homet.

Iudicare
quemnam
quisq; solū
debeat.

Quartum, vt virtutes, mores, actus vitæ & passionis Domini & sponsi tui Iesu Christi in te transformes, eius doloribus compatiendo, eius paupertatem, mansuetudinem, humilitatem ac cætera virtutum exempla imitando, aut saltem imitari gestiendo: Interim tamen compares vitam tuam cum vita illius, & vide quam difformis sis, quam aliena & dissimilis à vita ipsius. Inde sumas occasionem iuges gemitus, continua suspiria atque indeficientem orationem emittendi ad Deum pro vitæ tuæ emendatione, & Christiformi perfectione.

Quintum, vt neminem iudices quantumlibet infirmum aut peccatorem: sed te ipsam semper iudices infirmoorem, & (secundum quod ex te ipsa es, & & esses nisi Deus prohibuerit atque retraxerit) maiorem peccatricem. Neminem asperneris, nemini amarum animum aut indignantem vultum exhibeas: sed benignum cor, & charitate dilatatum omnibus exhibeas ac offeras, perfectum non aliter atque maternum, erga omnes effundas, compatiendo miseris ac infelicibus, & congaudendo bonis atque felicibus. Sextum

Sextum ut huius vitæ ac omnium quæ hic geruntur in mundo tædeat te præ amore & d. fiderio creatoris, redemptoris ac amatoris tui. Cui flammigeris desiderijs per amorem vniri, & ab eo velut infinito amore penitus absorberi, continuo & amoroso mentali exercitio (quod omnibus alijs exercitijs præstat) anhelabis. Quem semper & vbique presentem intueri, reuereri, amare, colere atq; laudare debes. Cui super omnia placere, inhære ac vniri studeas, & eius honorem ac beneplacitum vbiquè semper quærere.

Septimum ut à phantasmatibus ac imaginibus intellectum tuum studeas purum efficere, quæ admodum affectum debes liberum seruare ab omni vitioso amore, ut sic nuda, pura liberatq; mente possis Deum in te recipere, Deo coniungi, in Deum absorberi, ac Deo vniri.

Octauum, non doleas, sed gaudeas de profectu aliorum: nec desperes de Deo circa te, si non senseris studium tuum prosperari ad spiritualem profectum sed credas Deo, committas te Deo, confidas Deo indignam te arbitrans vel minimo beneficio auxilioe diuino, contenta stes atq; resignata quicquid Deus imposuerit, aut negauerit, aut subtraxerit tibi in omni mentali derelictione & subtractione sensibilis gratiæ. Desideres atq; contenta sis, ut ita sis, ita tecum agatur, tantum tibi detur, quantum & quomodo Deus voluerit. Hæc sit perfectio tua, ambulare per viam, quam te Deus ambulare voluerit, & esse sicut Deus voluerit, scire te minimis indignam: nec tamen pigrescere aut à seruore deficere, sed rationabiliter totis viribus (non tamen in spe virium tuarum aut industriæ propriæ, sed diuinæ vnitatis & largitatis) insistere ut in nullo displiceas Deo, & nihil omittas quod credas illi placere: & laboris tui fructum atque diuinæ benedictionis finem, exitum ac præscientiam illi credere & committere. de futuris non velle scire nec inuestigare, sed bonitati eius fidelissimè atque constanter confidere, inniti atq; inhære.

Hæc si seruare studueris filia, breui pertinges ad magnam pacem & puritatem cordis, qua nihil potest dulcius aut iucundius optari in hac vita. Habebant homines huic mundo misere dediti sua quædam externa, vana, momentanea & multis amaritudinibus velint nolint permixta gaudia, ac breui in æternos cruciatus mutanda. Tu Christum solum quæras & ames, illo vno abundè contenta sis: illum semper geras in corde: ille solus tibi versetur in ore: illi placuisse summa sit consolatio tua: illi seruire & obtemperare, præcipua & vnica sit animi tui oblectatio. Ita hic vitam viues longè felicissimã, & post breues huius exilij labores venies ad Christum sponsum tuum, cum illo victura in æternum. Vale filia.

Monastica perfectioni quanquam cum primis sint necessaria: creaturarum speculatio ut sit loco vehiculi ad Deum, exercitium amoris quotidie cuiusmodi ad sumendum, quomodoq; mente sit iugiter orandum.

Epistola XLV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
deuotæ Deoque dicatæ filiæ ac sponsæ Iesu Christi, feliciter inter thalamum amoris introduci.

Gratulandum tibi est filia, non tam quod relictis parentibus relictoq; Mundo monasterium intrans, virginum contubernio sacro lociaueris (quamuis haud parum referat, vbi aut cum quibus viuas) quam quod affectum tuum ad seculum, ad parentes, ad amicos (vt alia quæ homines amare solent, taceam) omnem transfuleris in Christum: quod mundo Christi amorem prætulero, quod amorem peregrinum abs te expuleris omnem, quod denique libertatem carnis mutaueris spiritus libertate. Idcirco enim nequaquam satis tibi visum est mutasse locum Monasteriumq; intrasse, animo adhuc seculo hærentem quod in plerisque cernitur, quorum animus est secularis, tamen si corpore uiuant in Monasterio nisi mutares & animum. Porro non leui coniectura persuasum mihi est, te animum, quem religiosum ac germanè pium semper habuisti, nunc quoq; multo omnium maximè habere: quando quidem viam ad perfectionem tam auidè nosse cupis, tam sagaciter inuestigas, tam deniq; studiosè conaris ambulare, quo placeas Deo. Quamobrem principio omnium nosse cupis, quæ ad perfectionem sit via. Audi Christum: *Ego sum via, veritas, & vita.* Propterea enim de cælo descendens ad nos venit Dominus Iesus, vt iuxta Prophetam doceat nos vias iustitiæ, & ambulemus in semitis eius. Christum itaq; imitari, est perfectionis viam ambulare. Nihil enim in via Christi est imperfectum. Quapropter quâdocunq; quamdiu etiam Christi fueris imitata, à perfectionis haudquaquam es hallucinata itinere. Sed obstant mihi, inquis, multæ occasiones ab illa perfectione abducences, obstant tentationes, obstitit quoq; carnis infirmitas, vnde languor animæ oritur, q; sæpenumero ab itinere perfectionis declinatur. Cupis, propterea regulam tibi monstrari, q; nō abducaris à viæ rectitudine. Dicerè melior è: nō posse certiorèq; inueniri regulâ, q; Christi vitâ, nisi mox adijceres hoc tibi iâ peritissimum esse, doceri te idcirco malle, qua prudètia deuotionû laqueos vitare queas. Respondere possum: Si medicus quamuis ipse ægrotus, alijs tamen nihilominus præcepta dat sanitatis, mihi quoque dicere tamen si corpore & animo ipse sim ægrotus, vt quæ mihi videantur necessaria huic studio sancto, liberè explicem. Scripsi nuper Enchiridion quoddam Christianæ militiæ, quod illud non docet, quam institutionem, directionemq; ad veteris hominis mortificationem, quæ spiritualis vitæ perfectionem præcedat, oportet. Libellum hunc lege. Veruntamen vt interim id quod incipientibus in via Dei ambulare necessarium fructuosumq; est, licet alibi diffusius dictum: hic summam placendi Deo, qua quicquid noueris Deo placere, quicquid per eundem abs te didiceris exigi, mox impigra facias, & quicquid sit illud quod hunc odisse deprehenderis, id maximopere euites. Itaq; propositum sit tibi firmum Deo nolendi displicere. Deinde occasiones quoq; delinquendi studiosissimè fugias. Eam ob rem abstractam oportet quantum licuerit, agas vitam, colloquendi occasiones diligentissimè vitans. Necessè est, inquam, vt silentium solitudinemq; quam maximè diligas & obserues. Ad hæc, otium caueas tanquam rem execrabilem atque deuotionis tinea. De rebus quæ ad te nihil pertinent, aut quarum tibi non est reddenda ratio, te non intromittas, Item, pro nulla re disputes aut contendas. Alienos defectus, ceu non videns, præ-

Ut quidam
modum
corpore nō
animo defe-
rant.

Ad perfecti-
onem quæ
fit via.
Ioan. 14.
Esaiz 1.

Multæ vt
sint perfecti-
onis impe-
dimenta.

Enchiridion
militiæ
Christianæ
quid doceat.

Quid in pri-
mis necessa-
rium tendē-
ti ad perfe-
ctionem.

teneas. Virtutum studio non minus oratione, quam virium conatu infistas. Cor tuum in puritate, pace, tranquillitateq; semper teneas. Hæc si obserua- ueris, initium, mihi crede, optimum, atque perfectionis fundamentum tibi locasti. His tamen accedat oportet exercitium diuini amoris, quo tibi dispi- ceas, quo placeat Deus, quo eius discas beneficia, intelligas amorem, ad reda- mandum accendaris, exciterisq; ad Christiformis vitæ obseruantiam. Itaq; hæc nisi obtinere studueris, vanum erit opus tuum. Nisi enim abstracta in- ternaq; fuerit conuersatio tua, vt in omnibus quæ vides aut sentis, Deum in- telligas, Deum cogites, atque Deum propterea plus diligendi in his licet prophætis occasionem quæras, ibis tanquam absque gubernatore, nauis: in- certa vbi fuerit tibi applicandum. Creaturæ tibi arridebunt omnes, allicient te paulatim, oblectabunt tandem. Deinde consuetudo iocandi fabulandiq; succedet, peribit deuotio, orandi feruor tepescet, intrabit distractio, cogita- tionum aderit tumultus, euagationes multiplicabuntur, paulatimq; ad eam venies tepiditatem, quam vix exus nisi longa magnave tribulatio hanc tibi iterum eliminauerit. Inter omnia igitur creaturarum solatia esto tem- perantissima, quo ijs magis refocilles spiritum, quam carnem. Cures quo- que occasiones inde haurire ad mentis eleuationem in Deum, ad compun- ctionem & ad amoris stimulum. Cures, inquam, vt omnia te ædificent, omnia te in Deum trahant omnia in eius laudem ac amorem prouocent, omnia ti- bi prædicent Deum, eiusq; sapientiam tibi omnia commonstrent. Non infi- cior, ijs qui creaturis abutuntur, plerumque easdem esse in laqueum. Quod tamen haud quaquam creaturarum contigit vicio nec culpa est creatoris, sed abutentium quo suis student seruire concupiscentijs per creaturarum inor- dinatum vsum. Hi enim cum aliud nesciant, aliud non querant, aliud in cre- aturis non sapiant, quam suam delectationem, suumq; commodum, quid mi- rum est si his capiantur dum in ijs requiescunt, dum creaturis rectè vti nesciant? Hæc igitur eorundem est merces, vt consequantur quod amant. At ti- bi filia nihil in hac parte debet conuenire cum illis. Siquidem ipsi diligunt creaturas, tu amare debes creatorem. Ipsi amant creaturas propter lucrum, commodum temporale, atq; propter delectationem, quæ ex eisdem recipi- unt. Tuum est creaturas non aliter diligere, quam in Deo & propter Deum. Tan- tum has dilige, quantum in his Deum inuenis, quantum creatura lucet tibi quæuis ad creatoris cognitionem, quatenusve ad huius contemplationem conducit, & quatenus confert ad eius amorem: Oes enim creaturæ, si sapere volueris, suum tibi loquuntur commendantq; creatorem, illum tibi osten- dunt, ad illumq; hoc est: ad eius amorem te inuitant. Quocirca quicquid no- bilitatis, q; q; decoris quicquid indutrix, quicquid scientiæ, quicquid conso- lationis: & vt simul omnia dicam, q; q; laudandum, q; q; admirandum ve in creaturis cernis, in infinitum id scito nobilius pulchrius, dulcius, mirabi- lius, laudabiliusq; esse in creatore, tanquam in omnis bonis origine.

Proinde, quandocumq; delectabile, quid inuenis in creatura, haudqua- quam ibi sistas. Sed hoc tibi persuadeas, hoc tibi creaturam loquentem au- dias atque clamantem, hoc illam sentias te admonentem, vt oculos tuos ad Deum à te mox auersos ad creatorem conuertas, in quo incomparabiliter infini- toque modo, id est, excellentius, quod miraris reperies, quam in creatura.

Perfectionis fundamentum quod.

Quænam à perfectione impediunt.

Creaturæ solatis vt sit vitandum.

Creaturæ cur plerisq; noceant.

Creaturæ vt sint diligendæ.

Creaturæ omnes vt nos ad Deum remittant.

verbi

Matt. 5.

Verbi gratia: Si sol, luce, decore, calore eue suo te oblectauerit, animus hic tuus non requiescat, nec super hac delectatione gaudeas. Non sufficiat, inquam tibi, quod inuenisti, quod te oblectet. Conuerte ad originem te, attende quam pulcher, quam amabilis, quam amore ardens, quam denique bonus sit, qui æquæ temporale hoc lumen atq; spirituale tibi confert, qui id ipsum æternum tibi promittit, qui tibi & propter te condidit omnia. Tibi inquam, condidit, non sibi, hoc est, ad commodum tuum, non suum. Vide radios bonitatis ac pietatis eius diuinæ, quos super bonos ac malos emittit. Hic est enim animæ tuæ sponsus. Hic est tui redemptor atq; amator. Hunc aliquando dum eras in seculo non agnoscebas, nec tui amatorem sciebas. Ignorabas quoque, hoc est, non cogitabas eius bonitatem, omnipotentiam, eius pulchritudinem, eius erga te amorem. Ignorabas quid tibi fecerit, quanta sit largitus, quanta denique pro ta passus. Itaq; quia ignorabas eum, ided non amabas. Iam vero ab eodem vocata accessisti, introisti in eius cubile clausum. Cubile uoco hoc monasterium, pro spreto mundo eidem es desponsata. Ibi non nihil de suo tibi ostendit decore. Ibi eius dulcedinem gustasti. Ibi sensisti eius amorem. Ibi sui te notitia illustrauit. Ibi denique te sibi in sponsam, in reginam, in cælestis sui regni perpetuæ adoptauit consortem.

Quantam
Deus animæ
ad ipsam cõ-
ueriæ præ-
stet dignita-
tem.
Psal. 8.
Psal. 40.

Creaturæ o-
mnes ut Dei
laudē præ-
dicent & ze-
lentur ho-
norem.

A creaturis
animus ad
creatore[m]
reuoandus.

Meditare igitur cuiusmodi habeas sponsum, tam sapientem, tam potentem, aded bonum, aded suauem, aded tui amantem, utpote qui creauerit, qui gubernet, cui seruiant, quem tremere habeant omnia, & qui hic tibi quodq; ut regine subiecerit vniuersa. Vbi nunc potentia Regum, vbi Imperatorum potestas? Nonne oēs tuo sponso comparati, sunt quasi non sint? Nōne coram eo quasi nihilum & inane reputantur, ut Propheta dicit? Quæ virgo, quæ domina iactare potest talem sponsum, quō tu? Quæ est, quæ de sponsi sui possit nobilitate, virtute, amoreq; aded gloriari, quemadmodum tu? Esto itaq; ei fidelis, ut ipsum solum ames, huic soli placere cupias, soli huic inhæreas, huic tibiq; & in omnibus cogites, eius honorem ac beneplacitum sitias ac quaras. Quō enim tu sponsi tui non prædicabis magnificentiam, quomodo ipse non zelaberis honorem, cum omnes id faciant eius creaturæ? Cum enim hoc carquuntur, quod illis indidit creator, quod mandauit, quid quæso aliud agunt, quam quod potentiam, & sapientiam eius prædicant? Itaq; sige omnes tam creaturas procedere, atq; tibi actus suos certatim ostendere sibi concreator, seu ut vocamus naturales. Videbis omnes mirum in modum, ambiciose pro sui creatoris honore & gloria zelari. Ostentabunt singulæ, quicquid à suo receperint creatore. Indicabunt tibi, quid à sponso tuo in sponsa, hoc est, in tui ministerium receperint. Nihil celabunt, ne gloriæ creatoris quippiam videantur detrudere. Itaq; quascumq; videris creaturas, singulæ tibi clamabunt: O soror (sororem te vocant, quia tecum habent, eundem patrem. Neq; enim creando plus laborauit tuus pater cælestis quando te fecit, quam vbi flosculum creauit. Hoc tamen interest, quod flosculum creauit propter te, nō te propter flosculum.) Ergo ò soror, inquit, quid nos inspicias? Nihil in nobis habes mirandum.

Mirare potius eum, qui fecit nos. Quomodo enim nos vides ipse nos fecit, & quomodo voluit nos fecit. Noli igitur nos mirari. Neq; enim nos ipsi fecimus nos. Qui te creauit, qui te sibi sponsam fecit, qui te ab æterno elegit,

hic propter te nos fecit. Nos completo ministerio nostro transibimus, hoc est, peribimus. Tu ut perpetuo maneat cum eo, qui est sempiternus, utque semper viuas cum eodem qui te fecit, facta es. Quicquid in nobis vides boni, quicquid in nobis laudas, in infinitum melius & nobilius est in opifice omnium rerum Deo. Itaque quando Solem vides in fulgore suo, quando te eiusdem oblectat calor, quando item tonitruum reboat, quando micant fulgura, quando flores aut visum coloribus aut odoribus olfactum alliciunt, quando piscis in aquis ludunt, quando aures denique tuas auicula cantu suo demulcet: postremo quando arbores & reliqua quaeque virentia florent, intellige propter te cuncta haec fieri. Nam opus officiumue naturale cuiusvis creaturae laus est & praedicatio creatoris, est praeterea tui instructio, est quoque exercitatio tui ad obediendum Deo, ad intelligendumque Deum: est postremo tui, quae in Dei seruitio ac laude torpes, confutatio, perinde ac si quaelibet creatura, dum naturale suum exequitur officium, tibi diceret. O ingrata & deserta creatura rationalis, tibi creator noster subiecit nos vniuersas. Nos in eius laudem, quae statuit eadem obseruamus. Nos tibi, quo creatori maneamus obediens, seruimus. Vide quantum te Deus honorauerit, qui omnia haec quae vides, in tuam vtilitatem creauit. Disce ex nobis, quis sit, qui te, & nos propter te, imò propter te omnia creauit, quam potens, quam sapiens quam bonus. Hoc itaque modo quamuis audi creaturam tibi loquentem. Scire ne vis, qualem omnium conditor me fecerat Deus? Attende quid sciam, & inde quis sit qui mihi hoc dederit, quis artem hanc me docuerit, perpende. Ecce quam lacem, quem splendorem, quem denique calorem ego emitto dicit Sol. Vide quid praeterea mihi dederit Deus: Nempe ut tellus ex me foecundaretur, ut crescant germina, & floreat vinea, rursusque cuncta arefcant, ut vna res indaretur, alia interim liquefcente.

En natandi artem & in aquis ludendi mihi datam ait pisciculus. Quid me inspicis inquit auicula? Num quod vno non permaneam loco miraris? Vide quam sim pennata, quam colorata, quam leuis & velox ad volatum. Audi praeterea quam docta sim canere tenui hoc rostro. Quid stupes? Non me laudes, sed pro me lauda creatorem, imò pro te, quod me reliquaque omnia in tui obsequium tibi dederit. Quid stupes tandem ait aranea: Nunquid quod docta sim & filare & texere? An quod de pariete in parietem per medium aërem sine pennis feror, aut quod sursum deorsumque rete texo muscis capiendis idoneum? Nonissimè quid me persequeris? dicit pulex. Viquequo super his homo gygas? Quid tibi lorica & enses conferunt, cum ego bestiola exigua te mordere audeam, sanguinemque tuum tibi velis nolis exugere? Ecce gladio protectum & galea intado: tu si potes te defende. Disce igitur non minari proximo. Disce te non velle vindicare. Disce modicus & infirmus esse in oculis tuis. Disce subdi Deo, cum timere me habeas puliculum. Quid dicam ultra? Vides lepusculum fugientem, cogita quod tibi fugiendum ab hominibus mundanis, hoc est, quorum loquutio conuersatioque est mundana. Nisi enim paruitati tuae desideris, fugerisque delinquendi occasiones ne capiaris, frustra ociosaque tibi suam fugiendi velocitatem ostentauit lepusculus. Hoc modo omnes tibi loquuntur creaturae: Hoc modo te instruunt ad meliora. Hoc modo creatoris sui tibi commonstrant virtutem: ut videlicet in

Officium
cuiuslibet
creaturae
naturale
quod sit.
tal. 3.

Creator ut
pos. it ex
creaturis a-
guosci.

Sol.

Pisciculus.
Auicula.

Aranea.

Pulex.

Lepusculus.

Cc

ipfis.

ipfis, hoc est, in creaturis videas, quam sapiens, quam potens, quam bonus sit
 Sponsus tuus Dominus omnium Deus, conditor creaturarum & guber-
 nator. Nihil enim decoris, nihil potes inuenire bonitatis in aliqua creatura
 ram, quod in infinitum non excellat, aut quod nobilius non sit in creatura.
 Hoc idcirco scribo, quo te admoneam ex creaturis, quomodo te extimale
 ad amorem creatoris, quomodoque nihil queant tibi nocere (si volueris) crea-
 turæ. Nisi enim hoc modo creaturarum te oblectet venustas, nisi oculo hoc
 contemplationis creaturas intuita fueris, nisi spirituale quid in his de
 Deo meditata fueris, vanum continuo aliud aut mundanum aliquid,
 aut certe carnale ac noxium tibi subibit in mentem. Nisi enim cor bo-
 na, aliqua cogitatione occupetur, ociosum illud esse non potest, sed
 mundana tractat: Verbi gratia: Ecce iam Verni amenitas temporis pro-
 dit, quo iam omnia quasi cum Christo mortuo resurgunt. Repullulant enim
 cuncta atque ipsa sua nos renascentia afficiunt. Trahunt alia in voluptatem,
 alia in admirationem, alia contemplandi materiam præbent, alia exercitium.
 Hamus vniuersa, nunc pingitur ornaturque & decore, & varietate. Hic flores,
 hic gramina, hic folia, hic reliqua quæque virentia offert. Flagent hic odo-
 res suauissimi, ibi colorum varietas oblectat. Quid inter hæc meditentur
 cor virginis sanum & iuuenile, nisi spiritualis illud roboraret cogitatio,
 aut nisi hæc omnia referret in Deum? Hunc igitur omnium conditorem si-
 pores, hunc ornatus, hunc decor, hunc palchritudo, hunc lux, hunc bestiarum
 vniuersaque pecora campi, hunc volucres cæli piscesque maris, hunc artes indi-
 strixque quæuis humanæ loquuntur. Ad hæc autem ut creaturarum audias vo-
 ces, iuuabit te quod omni tempore studium tibi sit cum Deo colloquendi, et
 fit) per orationem maximè mentalem, per meditationem, per aspirationem
 quoque mentis. His enim si assueta fueris, tam vñs seu exercitatio, quam ipsi
 deuotionis vnctio diuina quid contemplando creaturas meditari, quomo-
 do ex ijs ad Deum affici, quomodo ve ad eum aspirare, quid petere, pro quo
 gemere, pro quo denique debeas gratias agere, te docebunt. Oportet nihilominus,
 quodianum habeas exercitium amoris erga sponsum tuum quo spiritus tuus
 quotidie reformetur, renouetur, reflagret, roboreturque. Huiusmodi exerci-
 tia ad varios multa iam pridem scripti, & indignum est ut tibi tuisque
 Christo tecum seruiunt, quæ eundem quoque sponsum suum imitari gestant
 sodalibus, & sub tam deuotæ ac venerabilis Dominæ moderatione vitam
 gentibus, huiusmodi aliquid negem. Itaque mitto tibi hic exercitium amo-
 ris, quo singulis horis (cùm horæ sint diei naturalis quatuor & viginti) ut
 Domino loquaris, meditans orans, aut gratias agens. Hoc autem exercitium
 in Christi vita, passione ac beneficijs versatur, quæ maximè ad Dei exstimu-
 lant amorem. Cùm itaque ut dixi viginti quatuor sunt horæ diei, cuius autem
 horæ danda sit trina meditatio siue gratiarum actio Christi beneficiorum,
 sequitur in quolibet die exercitium hoc constare ex ter viginti quatuor ar-
 ticulis, hoc est, ex septuaginta duobus. Qui numerus in sacra scriptura quoque
 aliquoties obseruatus, mysterij ratione non caret. Sunt igitur septuaginta
 duo articuli infra numerati, quibus ad redamandum sponsum tuum, cor tuum
 excites (si volueris) quotidie. Adduntur quoque versus, qui hoc indicent, seu
 significant, vtiliter explanati. Duorum enim primorum versus, vrei que seu
 rccc.

Creaturæ ut
 pro sint nec
 quicquam
 officiant.

Vernum te
 pus quid no-
 doceat.

Ut creatore
 loquantur
 omnia.

Creaturam
 voces unde
 audiantur.

Exercitium
 amoris quo-
 tidianum
 et simi. o-
 portere.

Exercitium
 amoris ad
 horam quæ
 vis diei qua-
 le.

D. VI
16

recenset Articulos, qui simul numerati faciunt duodecim, reliqui omnes quinque. Quo fit ut collecti simul reddant Articulos duos & septuaginta, quibus tui quotidie sis memor sponfi ac redemptoris. Verum scio quid obijcies: Quomodo possum inquis singulis horis mentem ad Deum eleuare quomodo scintillas possum amoris exufflare, Deoq; gratias agere, cum multis necesse sit horis dormire, corpusq; reficere, quo tempore simul orationi vacat nemo? Certè filia, spirituales mentes etiam edentes & aliena tractantes nihilominus orant. Neque enim ad externa spiritum totum effundunt, sed dum externa agunt mente interea loquuntur Deo. Verum ut obiectioni respondeam, non hoc necessarium puto ut singulis horis, suas tribuas meditationes orationesve quibus edis, dormis, aut aliter fueris occupata, sed vt toties ter Dominum intra diem ac noctem alloquaris, quot sunt intra diem & noctem horæ. Atque ided exercere potes te in vna hora tempus præueniendo, vt pro frequentibus tribus quatuorve horis sis libera, quibus dormire habes, aut alijs fueris rebus necessario occupata. Sufficit igitur per diem vt septuagesies & bis ad Dominum te conuertas, illumq; laudes & adores, quamuis diuidas in quascuq; volueris portiones, aut in diei tempora, siue etiam coniungas hoc exercitium iuxta congruentiam status tui, officij tui, aut iuxta tuarum occupationum multitudinem. Quæ si tot tantaq; fuerint, sufficiat si vel semel viginti quatuor Articulos in die fueris meditata, hoc est, si quauis hora vel semel tantum tuo benè loquuta fueris sponso. Erit autem tuum, an singulis velis Articulis Angelicam adiungere salutationem. Tui quoq; arbitrij erit, an dolores septem beatæ virginis Mariæ, septemq; effusiones dominicas inter quinque & quinque Articulos vbique interpositas in vsum acceptare quomodo posui, an intermittere velis. Postremò tui erit iudicij, quid tibi conueniat potius, exercitium hoc ad horas canonicas applicate, an separatim hoc vti exercitio. Ego enim illud ad horas propterea solum applicaui, quo ansam præberem lectori varia cogitandi probandiq; atque nouissimè id quod tibi magis congruum inueniret, imitandi. Satis mihi est filia, mater iam modumq; exercendi administraffe Tuum atq; vniuscuiusque erit sibi illud pro temporis, loci, status, officij, suarumq; occupationum conditionibus applicare. Vale.

Mentes spirituales vt nunquam non orant.

Exercitium, seu excitamentum deuotionis diuiniq; amoris, cuius in præcedenti Epistola fit mentio, ex Iesu Christi passione beneficijsque conflatum, & in articulos LXXII. digestum septem item horis quas canonicas vocant, applicatum: & velut horologium mysticum oculis mentalibus contemplandum.

IN EXERCITIVM ET EXERCITAMENTVM DEVOTIONIS

DIVINIQUE AMORIS EX PASSIONE
ac beneficijs Christi congestum,

PRÆFATIO.

VERE nonnulli, qui pro bono felicisq; termino vite, hoc est, vt dici solet, pro bono sine impetrato horologium quoddam deuotionis sibi fecerunt, quo ad singulas dies noctisq; horas ter salutare beatam virginem Mariam, Mibi vtilius futurisque id exercitium videbatur, si ad quous salutationem rememoraretur ex vita Christi beneficium aliquod, quo eiusdem amor in mediantie igneseret, nullaq; foret hora, in qua ter Dominum Deum suum pro ingenti ipsius charitate, proq; eiusdem beneficijs deuotissimus quique non benediceret. Hoc vñq; modo fiet, vt non solum bonum obtineat vite sine veru etiam se continue ad Dei amorem exciet, vsuq; cum Deo humiliter, familiariter ac suuiter loquendi (quod puris & ordibus facile qu) assuetatur. Eam ob rem exercitium hoc scribens trado, quo singulis fiat horis beneficiorum Christi non minus ter charitatig; diuina memoria. Neg; tamē putandū est hoc fore necessarium, si occupatus qu fuerit, sine dormierit; ad singulas ipsum horas exerceri, sed tot horas praeuenire potest hoc exercitio vtens, aut subsequi, siue implere quot viderit sese horis alijs impediri, in quibus Deo nequiuert in oratione loqui. Possit autē ad horas canonicas quos; exercitium applicari quomodo hic signatum est, aut aliter quomodo cuique congruerit. Aduertendum quoque, quomodo viginti quatuor sint dies noctisq; hora, ita singulis horis ter orasse, est per diem ac noctem septuagesies & bis orasse. Nulla sunt huius orationes sallicia vocaliter legenda prescripta, sed instruitur vnusquisq; ad orationis mentis, qua est in spiritu & veritate, remittiturq; propterea ad theorias nostras cantum & quinquaginta vite passionisq; Christi, vbi petitiones orationesve inuemetphib congruas, quibus spiritu ac mente ad Deum se eleuans vtatur. Quod si mente orare non potest, vocaliter easdem legat. Post quinq; tamē articulos vbiq; interserta est vna ex septem aut doloribus beatae Mariae, aut effusionibus sanguinis Christi commemoratio, qua obseruari aut omitti possunt.

Qui autem voluerit horis applicare hoc exercitium, congruentius id ad vespervas incipiet hoc modo.

AD VESPERAS.

Dolor B. Mariae Virginis. I.

Luc. 2.

Meditare primum ex precipuis dolorem B. V. matris Mariae qui fuit postquam Simeonis audiuit prophetiam quociens eiusdem illi passio futura in mentem venit. Illum dolorem offer Christo pro tuis totiusq; mundi peccatis. In huius quoque venerationem dic, si placet: Pater noster. Ave Maria.

ART. I.

Exercitium pro felici fine vite quod.

Exercitium ad horas canonicas solucndas.

ARTICVLI VITAE CHRISTI, EIVSQUE

Matris gloriosa versibus indicati.

Præparat, & sponso, missus, fect, natus, aditur.

EXPLANATIO.

Preparat. scilicet Dei filius sibi matrem dignissimam, eandem à peccato præseruans, implens gratijs & virtutibus, & bonis omnibus exornans. Vide igitur tu, quàm sanctè concepta & nata, quàm perfectè in templo fuerit conuersata: & pro his omnibus gratias agens, Deum adora, Virginemq; saluta, dicens, *Aue Maria* &c.

Et hoc modo in sequentibus quoque ad singulos articulos ea quæ ædificant, aut præcipuè ad Dei extimulant amorem expende.

Et sponso. Desponsata est beata virgo primum Deo per virginitatis votum, sive propositum. Deinde cœlitus iussa desponsatur etiam Ioseph virgini ac viro sancto: cum quo virginitatem seruâs, ab eodem semper mansit intacta.

Gratias pro hoc age Deo, & pro castitate mentis & corporis tui sedulo Dominum ipsamq; sanctitatem virginem Mariam ora. *Aue Maria.*

Missus, scilicet est angelus ad Mariam, eandem salutaturus &c. Cogita hic Dei incarnationem matrisq; Virginis exaltationem.

Gratias age pro tanto beneficio Deo, illum suppliciter orans vt per merita beatissimæ matris suæ, te tanta gratia dignum faciat, vt in te per gratiam suam dignetur nasci, *Aue Maria.*

Fect. Maria scilicet suum in vtero natum, itq; interea ad Elizabeth exultans & nihil grauata.

Gratulare beatæ Virgini, quæ tanta gratia fuit præuenta, vt non solum creatorem cœli & terræ in suo felicissimo vtero concipere, verum etiam sine grauamine v llo illum, qui omnia portat verbo virtutis suæ, gestare meruit, & gratias age Deo, quia nobiscum fecit misericordiam suam, ipsum rogans humiliter, vt te quoque per gratiam suam visitare, illuminare & replete dignetur, *Aue Maria.*

Natus, scilicet est Iesus ex Maria virgine. Cogita deuotionem, compassionem, exultationem, obsequiumq; & reuerentiam Virginis erga suum infantem, & gratias age Deo pro tanto beneficio, quo nos visitauit oriens ex alto, ipsum per merita suæ castissimæ matris suppliciter rogans, quatenus per suam gratiam in te quoque nasci dignetur, *Aue Maria.*

Aditur, hoc est, visitatur ab angelis, à pastoribus, à Magis. Gratias illi age &c. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi. I.

Meditare hic primam effusionem sanguinis, videlicet in eius circumcisione, & hunc pro tuis, vniuersisq; mundi peccatis tam viuorum, quàm mortuorum Deo Patri offer, dicens, *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI VITAE CHRISTI.

Sistitur, & nutrit, later, hunc lauat, hoste grauatur.

Luc. 2.

Siffitur, à matre Iesus in templo, redimendus quasi peccator, atque pro se purissima ipsa Virgo purificationis ritum humiliter obseruat. Vide vtriusque humilitatem obedientiamq; gratias age & imitare. *Aue Maria.*
Et nunciu. Iesum mater educavit, lactens alensq; infantem, & manuum operibus reficiens. Vide matris deuotionem & sedulitatem, & gratias age & *Aue Maria.*

Luc. 3.

Latet, Iesus scilicet triginta annis, vt putabatur filius Ioseph. Vide humilitatem eius, quia maluit nesciri, quam reputari. Vide suauissimam Iesu cum parentibus cohabitationem, & gratias age. *Aue Maria.*

Luc. 4.

Hunc lauat, id est, Iesum Ioannes baptizauit. Ora te rebaptizari à Christo in lacrymis penitentiae, & in sanguine ipsius parificari eidemq; pro baptismo & tui uocatione gratias age. *Aue Maria.*

Hoste, tentatus est Iesus ter in deserto ieiunans ab hoste maligno. Vide Iesu sapientiam & patientiam, cogita propriam infirmitatem & malitiam, & ora pro diuino auxilio ad superandas omnes tentationes. *Aue Maria.*

Grauat, hoc est, Iesus, famem, æstum, pluiam, frigus corporisq; fatigationem ac reliqua incommoda sustinuit. Pro his eidem gratias age, atque pro ipsius suauissimum cor, hæc cuncta eius grauamina Deo Patri in vniuersi-moris ipsius pro tuis, totiusq; mundi peccatis offer. *Aue Maria.*

Ad Completorium.

Dolor B. Mariæ Virginis. II.

Matt. 2.

Dolorem beate Virginis alterum, siue secundum, hic meditare, quem habuit, quando Herode meditante necem Christi præmonita, fugiit in Ægyptum cum infante. In huius venerationem dic, *Pater noster,* *Aue Maria.*

ARTICULI VITAE CHRISTI.

Signa facit, docuit, pius est, iniuria, palmis.

EXPLANATIO.

Signa facit, puta, Iesus sanando omnes infirmos, expellendo demones, mortuos suscitando. Vide hic Iesu diuinitatem, atque virtutem: gratias illi age, & pete sanari in anima à vitijs & passionibus malis. *Aue Maria.*

Docuit, hoc est, prædicauit, vadens de ciuitate ad ciuitatem, & oues suas requirens, pro quo illi gratias age. *Aue Maria.*

Pius est, in hoc, quod peccatores multos ad se trahens, conuertit, venientes benignè recepit, cum illis (quo cunctis spem veniæ præberet) familiarem sese exhibens, manducauit pro qua re beneficioq; gratias age, ipsum adora, ab eodem tuorum delictorum uersiam roga. *Aue Maria.*

Iniuria, scilicet frequens illi fit per inuidiam persecutionemq; scribarum & Phariseorum. Gratias illi age, & disce ab eodè mititatem & patientiam in aduersis, & erga persecutores esto benignus. *Aue Maria.*

Ioan. 12.

Palmis, id est, cum honore, palmis, cantuq; in asino sedens, in urbem receptus.

ius est. Vide quia ipse inierim super Hierusalem fleuit, nihilominus in templo zelum tunc exercuit, & constantissimè prædicauit. *Aue Maria.* Luc. 19.

Effusio sanguinis Christi. II.

Secundam hic meditare sanguinis Iesu effusionem in monte Oliueti orantibus, & sub agone sudantis. Hanc effusionem Deo Patri, in filij amoris ac obedientie vnione offer pro tuis vniuersorumq; tam viuorum, quàm defunctorum delictis. Pro hac item sanguinis effusione Iesum adora, eidem gratias agens, atque præcipuè tunc ad refrigerium animarum, hoc est, ad extinctionem ignis, quo vtuntur defunctorum animæ in purgatorio, eadem sanguinis effusione cum reliquis Christi meritis vtere, orans Deum pro animabus purgandis. *Pater noster, Aue Maria.* Luc. 21.

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Venditur, abscedit, lauat, instituensque, docebit.

EXPLANATIO.

Venditur, Iudæis scilicet, à discipulo Iesus vilissimo pretio. Vide hic Iesu vilipensionem, dilige tui contemptum. Gratias illi age atque cunctis quæ extra ipsum sunt, hunc præter & chariorem pretiosoremq; tibi constitue. *Aue Maria.* Matt. 26.

Abscedit, Iesus à matre ad cœnam nouissimam, & subinde ad passionem abiturus. Meditare hic tristissimam dolorosamque matris & filij diuisionem, & gratias illi age, quia propter te tam pia mater, tam charum amittit filiū. *Aue Maria.* Ibidem.

Lauat, Iesus à cœna typica surgens discipulorum suorum lauat pedes. Vide Iesu humilitatem, quia proditoris sui quoque lauat pedes. Imitare per officia cuncta humilitatis & charitatis Christi exemplum, eidemq; gratias age. *Aue Maria.* Ioan. 13.

Instituensq;, Iesus Sacramentum corporis & sanguinis sui instituit, quo vique ad consummationem seculi nobiscum manens nos vult cibare. Atter nobilissimum donum, maximum beneficium eius, amoremq; erga nos flagrantissimum, eidemq; gratias, age, illumq; adorans, vt se tibi præbeat, pete. *Aue Maria.* Matt. 26. Luc. 22.

Docet, Iesus consolans suos sermone suauissimo. Vide tenerrimi ardentissimique amoris abundantiam, amantis dulcedinem, atque præmonentis curam & diligentiam. Gratias illi age, & petenda pete. *Aue Maria.* Ioan. 14. 15. & 16.

Ad Matutinas.

Dolor B. Mariæ Virginis. III.

Tertium dolorem tristitiamq; beatae Mariæ virginis hic recole, quàm filium amissum ipsa triduo quarens, sensit. In huius venerationem, vbi Deo hunc pro tui & pro mundi peccatis obtuleris, vbi quoq; Christo eiusq; matri gratias egeris, dic. *Pater noster, Aue Maria.* Luc. 2.

ARTI-

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Tristior, atque rogat, visitat, sit obuius, ad quid.

ELVCIDATIO.

Matt. 26.
Mar. 14.

Tristior. Iesus ad hortum exiens, cepit pauere & redere ob imminentem passionem: quam obrem, *visitatus est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. cōpatere Iesu afflicto, ingemisce te tristitiae huius causam esse. Ora iuitatis spiritum à te auferri, sanctam compunctionem infundi, & Domino Iesu ipsius tristitiam pro peccatis tuis offer, eidemq; gratias age. *Aue Maria.*

Matt. 26.

Atque rogat, Iesus scilicet Patrem, vt à se transferatur passionis calix: magis autem, vt in se patris fiat voluntas. Meditare hic Christi orantis sedulitatem, vigilantiam, orationisq; condiciones. Gratias age, teq; eidem in omni eius beneplacitum resigna, *Aue Maria.*

Ibidem.

Visitat, suos discipulos à somno excitans, atque vt pater eisdem praeuens. Disce hic, quia Iesus discipulorum curam suae tristitiae praetulit, orationemq; propter eos intermisit, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Ioan. 8.

Fuit obuius. Vtrò it Iesus hostibus obuiam. Vide patiendi feruentissimam Iesu voluntatem, & euadendi (si voluisset) potentiam. Pete promptissimam à Deo tibi donari patiendi, atque ad omnia eidem te resignandi voluntatem, & illi gratias age. *Aue Maria.*

Matt. 26.

Ad quid, significatur hic mansuetudo Iesu, osculum simulata charitate à Iuda proditore sibi datum recipientis, dicentisq;: *Amice ad quid venisti*. Meditare qua compassione proditorem Iesus receperit, admonuerit, ad conuersionemq; monuerit, & gratias illi age ipsum adorans. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi. III.

Matt. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Tertiam hoc loco meditare sanguinis Iesu effusionem in sui flagellatione nudati corporis tollerata, eandem per cor ipsius suauissimum, atque in eiusdem amoris visione Patri pro tuis ac mundi peccatis obferens, quomodo supra dictum est. *Pater noster. Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Captum, sune ligant, fugiunt, Annaeque, negatur.

ELVCIDATIO.

Ioan. 18.

Captum. Hostium furore ac tumultu captus est Iesus. Vide & expendi hostium crudelitatem, agni mirissimi innocentissimiq; mansuetudinem, & gratias agens quae petenda sunt pete. *Aue Maria.*

Ibidem.

Sune ligant, Iesum vinctum vt cum qui mortis foret reus ducunt. Compertere pio Iesu se non defendenti, illi gratias age, peteq; ab eodem te capi, charitatisq; perpetuae funiculis indissolubiler te ipsi alligari. *Aue Maria.*

Matt. 26.

Fugiunt, Iesu relicto inter manus hostium, discipuli. Dole hic quod tam sepe à Deo recessisti, gratiasq; Deo age, & pete inamissibilis gratiae suae custodia diuina te seruari. *Aue Maria.*

Ioan. 18.

Annaeque, est Iesus crudeliter adductus, à pontifice tumide interrogatus, à seruo alapa percussus. Gratias age Domino Iesu, ab eodemq; disce contra Deum contemp-

contemptum ac iniuriam zelari, & eius honorem tueri, pro te verò tacere, atque Deo causam tuam committere. *Aue Maria.*

Negatur, A Petro ter. Meditare hic Iesu Petrum respicientis benignitatem Petri qui negauerit fletum & poenitentiam: & accusa te, quod Christum saepius negaueris, hoc est, veritatem aut non confessus fueris, aut non propugnaueris propter humanum timorem seu fauorem: & pete te, quomodo Petrus est respectus à Christo, respici ac emendari, *Aue Maria.*

Ad primam.

Dolor B. Mariae Virginis IV.

Quartum hic dolorem tristitiamque beatissimæ Virginis matris recole, eum scilicet, quando filium suum vidit captum, damnatum, praegratumque sub cruce. Hunc dolorem roga beatissimam virginem Mariam, vt pro tuis totiusque mundi delictis filio offerat suo. *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Ad Caipham, damnant, cæsus, fert multa, Pilato.

EXPLANATIO.

Ad Caipham, scilicet Iesum ductus est, vbi sacerdotum scribarumque congregatum fuerat consilium. Vide quam toruis oculis Iesum inspiciunt, quam superbe illum ante se constituunt iudicandum, quam asperis blasphemisque obiurgationibus illum inuadunt, & illi gratias age. *Aue Maria.*

Damnant, hoc est, blasphemum ac reum esse mortis decernunt, propterea quod adiuratus, veritatem est confessus. Vide Christi patientiam verecundiamque, gratias illi age & ei compatere. *Aue Maria.*

Cæsus est Iesus palmis, & alapis in faciem. Compatere illi & gratias age: memeroque quod Iesum tu cædis, dum impudenter, hoc est, voluntarie seu deliberatus peccas. *Aue Maria.*

Fert multa, alia scilicet, quod faciem Iesu conspuerunt, quod eius oculos volebant, quod denique colaphis pugnisque illudentes illum percutiebant. Condole Domino tuo, & admirare eius patientiam humilitatemque inter huiusmodi ribaldos constituti per residuum noctis, & offer eadem quæ patitur Patri pro tuis mundique peccatis. *Aue Maria.*

Pilato, mane Iesum vincitum adducunt. Vide quomodo ad sanguinem Iesu fundendum in hiant, quomodo festinant. Vide Iesu consputam faciem ac deturpatam: & gratias eidem pro his quæ pro te patitur, age. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi IV.

Quartam nunc meditare Iesu sanguinis effusionem, quando caput eius sacrum spinis fuit coronatum, arundineque percussum. Hanc offer Deo Patri, quomodo de reliquis supra dictum est. *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Accusant, regi, spernitur, & latroni, flagella.

D d

ELY

ELUCIDATIO.

Matt. 27.

Accusant, puta Iudæi Iesum Pilato adductum. Vide quantis dolis, quantis criminationibus, quamque importunè nituntur homines vilissimi Iesum innocentissimum infamare. Vide quàm humiliter, qui poterat confutare omnes, quasi reus omnium tacebat. Gratias illi age, oratque tantam ab eodem donari patientiam & humilitatem, vt accusationes, detractio- nes, iudicia, correptionesque aliorum æquanimiter feras. *Aue Maria*

Luc. 23.

Regi, hoc est, Herodi mittitur à Pilato Iesus. Vide quam probrosè indignanterque ducitur, quàm pertinaciter ibi & iniquè accusatur Dominus mansuetus, ad omnia tacès. Age gratias illi, & roga vt te faciat se imitari. *Aue Ma.*

Ibidem.

Spernitur ab Herode Iesus, quòd noluit ad illius instantiam facere signa & propterea alba veste illusus. Pilato remittitur. Vide Iesum quàm à gloria vana, ab ostentatione, ab adulandi, euadendi que studio fuerit alienus, quàm obediens hostibus eundo & redeundo, illuforianamque vestem sustinendo. Gratias illi age & ipsum adorans imitari stude. *Aue Maria.*

Matt. 27.

Et latroni, Iesus à Pilato cum latrone fuit propositus Iudæis, dataque optio, vt alterum eligerent, quem propter festiuitatem Paschalem ex priuilegio vita donarent. Quod licet Iudex in fauorem Christi faceret, puta quo illum, à morte eriperet, in magnam tamen id Christo cessit contumeliam, puta quòd seditioso fuerit comparatus latroni, eodemque iniquior ac vita indignior iudicatus. Nam latrone dimisso, Christum crucifigi postulabant. Expende in- gemiscens ignomipiam Christo factam, inuidiam item Iudæorum, quæ cor Christi pijsimum sauciabat, præferentium latronem seditiosum atque exo- sum Christo. Meditans recole, quomodo tam sæpe Christo prætulæris tu rem vilissimam. Modo igitur præ cunctis eundem eligens, dilige.

Ibidem.

Flagella, scilicet Iesus sustinuit, nudus ad columnam ligatus. Meditare ma- datum verecundiam innocentem, ligationem quasi impotētis, cni vincula vim possent inferre, dolorem verberum, fulcationem plagarum in eius carne, ef- fusionem conculcationemque sanguinis eius, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Ad Tertiam.

Dolor B. Mariæ Virginis V.

Ioan. 19.

Quintum hic meditare dolorem tristitiamve, seu compassionem virgi- nis Mariæ, filium suum in cruce pœnis & opprobrijs satiatum intuen- tis: cui nihil potuit ipsa adferre remedij aut consolationis, sed præsen- tia sua filij potius augebat pœnam.

Roga beatissimam Virginem vt hanc tristitiam filio suo pro te & pro vniuerso mundo offerat, *Pater noster*, *Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Spinis ostentat, damnatur, sub cruce, flebant.

ELUCIDATIO.

Matt. 27.

Ioan. 19.

Spinis, fuit coronatus Dominus Iesus. At tunc hic coronationis huius ma- ximum cruciatum, Christi illufionem impropriumque, & gratias age ei, qui pro te hæc sustinuit. *Aue Maria.*

Ostentat Christum Pilatus casum, coronatum, illufumque Iudæis, dicent

Ecc.

Ecce homo, volens ad compafsionem eos prouocare. At illi obftinati maiori clamabant inuidia: *Crucifige, crucifige eum.* Vide hic Iefu dolorem, ignominiam verecundiamq; fui populi ingratitude audientis, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Matt. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Dannatur, Iefus ftans ante tribunal iudicis ad mortem. Vide innocentiffimi Iefu quafi omnium foret reus, dignationem, humilitatem, atque manfuetudinem. Compatere ei & renoua firmatq; propofitum tuum de neminem iudicando, & gratias eidem age. *Aue Maria.*

Matt. 27.

Sub cruce, quam fuis geftat in humeris Iefus incedit curuus, gemens, atque viribus deficiens. Vide eius cruenta vefigia, audi turbæ infultantis clamorem, Chrifti item fingultus, & itineris huius calamitofæ conditionem vniuerfam. Compatere ex animo eidem, illumq; adorans gratias age. *Aue Maria.*

Matt. 27.
Mar. 15.

Flebant, beatiffima eius mater cum reliquis deuotis mulieribus. Attende quomodo eius illi mater triftis occurrit, quomodo intuiti fe mutuo fuerint mater & filius, quomodoq; sub onere nimio crucis Iefus ceciderit. Ora inflāter, vt fui tibi imitationem largiatur, & gratias age illi. *Aue Maria.*

Effufio sanguinis Chrifti V.

Quintam hic meditare fanguinis Iefu effufionem, quando extracta velle renouatisq; tam doloribus quam vulneribus in monte Caluarie crucifigendus copiofum fanguinem fudit, hanc Iefu effufionem offer Deo Patri vt fupra. *Pater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Nudant, extendunt, crucifixus, fcriptus, & orat.

ELVCIDATIO.

Nudent, Iefum in monte Caluarie crucifigendum. Meditare hic Iefu verecundiam ftantis corpore nudo laceratq; in oculis fe deridentiu: vulnerum item renouatorum dolorem, & gratias illi age. *Aue Maria.*

Extendunt Iefum fuper cruce. Vide quomodo parata cruce defuper Iefu profternitur, quomodo diftraftis membris extenditur. Compatere illi, gratias age, & ad maiora te femper extende. *Aue Maria.*

Crucifixus eft Dominus Iefus. Expende Iefu dolorem acerbiffimum, puta, manuum eius perforationem ac pedum, & in cruce eleuationem. Vide Iefum fe pro te inter acerbiffimos cruciatu offerentem: gratias illi age, illum adortu quoque oblationem hanc pro te Deo Patri offero. *Aue Maria.*

Matt. 27.
Mar. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

Scriptus eft titulus crucisq; fuprapofitus: *Iefus Nazarenus Rex Iudaorum.* Sub hoc titulo velis militare, hoc titulo opta protegi. *Aue Maria.*

Matt. 27.

Et orat pro crucifixoribus fuis Iefus. Vide Iefu manfuetudinem, charitatem & mifericordiam, imitare, & cura vt nullus in te ranor aduerfus aliquem moretur. *Aue Maria.*

Ad Sextam.

Dolor B. Mariæ Virginis VI.

Dd 2

Sextum

Sextum hic meditare dolorem beatæ Virginis compatiensimæq; matris, quando suum de cruce accepit filium, & roga, vt suum hunc dolorem filio pro tuis, vniuersiq; mundi peccatis offerat. *Pater noster, Ave Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Associant, tribus, effluxit, diuidunt que, mouebant.

EXPLANATIO.

Matt. 27.

Associant, Domino Iesu duos latrones crucifigendos, inter quos etiam principem locant. Vide Iesu patientiam, ad eum humiliter sui infamationem iniustam tollerantis. Gratias illi age, ipsumq; adora. Tantum esse tibi debet charior, quo propter te factus est vitior seu delictior. *Ave Maria.*

Tribus, clavis & tribus horis Dominus Iesus pendit in cruce ante suam mortem. Attende mirabilem poenarum Iesu cruciatum, & ora pro patientia, fortitudine, longanimitate quoque & perseverantia. *Ave Maria.*

Effluxit, hoc est, laxatis vulneribus Iesu, præsertim manuum ac pedum propter pondus corporis crucis, emanat copiosissimus, crucem, terramq; rigant. Adora eum & gratias age illi. *Ave Maria.*

Matt. 27.

Ioan. 19.

Diuiduntque, vestimenta Iesu milites. Vide Iesu contemptum, cui in exprobrationem pauperatis vestium eius diuisio fit per milites ironice, de regia opulentaq; præda gloriantes: & cogita matris dolorem, quæ vestes illi eadem parauerat. *Ave Maria.*

Idem.

Mouebant, principes capita sua illudentes ad alteruterum, Christoque ipsius exprobrantes beneficia. Vide impiorum duritiam, patienti & maxime afflicto pro compassione illusionem persecutionemq; offerentium Christo. Disce tu miseris alijs compati atque esse misericors, Iesumq; pro contumelia illi irrogata, adora & gratias illi age. *Ave Maria.*

Effusio sanguinis Christi V I.

Hic sextam meditare sanguinis Iesu effusionem, eam scilicet, quam ex perforatione manuum ac pedum in cruce profudit. Hanc Deo offer Patri pro tuis atque totius mundi peccatis &c. vt supra. *Pater noster, Ave Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Vndique, condidit, mulier que, relictus, aceto.

EXPLANATIO.

Vndique, in omnibus & vndecunque grauaminibus accedentibus exaggerata anteaque continuè est passio Christi. Attende Christi maiestatem, innocentiam, beneficiaq; humanitatis eius, item nobilitatem, carnis complexionemq; terneritudinem, Paschæ festiuitatem, populi aspicientis multitudinem, persequentium vilitatem, propriæ atque electæ plebis ingratitude: quæ omnia, aliaq; multo plura Christi passionem aggrauebant. Compatere illi, adora & gratias age. *Ave Maria.*

Condoluit, pijsissima mater Iesu filio patienti: item filius matri astanti & cō-
 patienti, alterq; vulnerabat cor alterius. Ora pro gratia compafsionis & mi-
 ſericordiarum tibi donanda: atq; ad opera pietatis paratum ſemper animum
 exhibe. *Aue Maria.*

Mulierq; Commendat Ieſus matrem diſcipulo Ioanni dicens: *Mulier ecce ſi-*
bi tum. Roga tu vt Dei mater, tua etiam dignetur eſſe mater, filius te eidem
 committat, ipſa adoptet. *Aue Maria.*

Relictus. Derelictus enim fuit Ieſus à Patre, hoc eſt, nihil ſubſidij, conſola-
 tionis, releuationisq; pœnarum ſentiens, ad eò vt propter nimietatem pœna-
 rum & internarum afflictionum alta voce clamauerit: *Eli, Eli, Lamaſababani!* *Matt. 27.*
 Expende hic Chriſti internos externosq; cruciatus: nec ſolum corporis, verù
 etiam animæ eius anguſtias. Gratias illi age, & conſolationibus non neceſſa-
 rijs imò etiam interdum neceſſarijs carere diſce. *Aue Maria.*

Aceto ſitienti Ieſus potatus eſt. Attende ſitim aridiſſimam Ieſu, eiusq; de-
 ſolationem, quia non habuit qui pauillum ſibi aquæ tribuiſſet. Propone
 Chriſti amore tibi quoq; multa delectabilia propter Deum, quantum licet,
 & quibus carere potes, tubrahære. *Aue Maria.*

Ad Nonam.

Dolor beatæ Mariæ Virginis VI.

Serimum hic meditare dolorem compatiſſimæ matris filij Dei,
 tum à filio ſinibus ſuis abſtracto atque ſepulto cogebat eam nox inſtans
 recedere, & per loca dum tranſiret paſſionis filij, dolorum quoque re-
 minifcebat, quos ex recenti memoria paſſionis filij ſui in ſuo ſentiebat
 corde renouari. Offer eoſdem, & ora vt ſupra. *Pater noſter, Aue Maria.*

ARTICVLI PASSIONIS CHRISTI.

Expirat, foditur, ſolunt, ſepelitur, eduxit.

Explanatio.

Expirat, hoc eſt, propter te Dominus Ieſus inter amatiſſimos pœna-
 rum cruciatus moriens tradit ſpiritum. Vide dolorem & attende inuo-
 cationem morientis. Vide quoque & gaude ad noſtræ redemptionis
 conſummationem. Chriſtoq; ſaluatori tuo gratias age, illumq; adora. *Aue*
Maria.

Foditur. Latus Ieſu mortui à milite lancea. Attende vulneris magnitudinē,
 cordis apertionem, matris dolorem cordialem, & hoc vulnus elige, pete q; il-
 lud tibi dari in perpetuum hoſpitiū. *Aue Maria.*

Solunt, de cruce corpus Ieſu, matriq; illud in ſinum reddunt. Vide matris
 deuotionem æſtuantiſſimo illud amore ſuſcipientis, vide gemitus ſentium,
 & planctum ſuper corpore illo mortuo, atque vulneribus, cruore & liuore
 vbique pleno. Plange tu quoque quod tuis facinoribus illum interfeciſti. *Aue*
Maria.

Dd 3

ſepeli-

Ibidem. Sepelitur Iesus, Aspice Christi corporis vnctionem, inuolutionem, sepul-
turam & tristem matris discessionem. Gratias age Christo, pete veniam à
matre, & dolo quod tui causa hoc homicidium, immò (si dicere sic liceat) de-
cidium perpetratum est. *Aue Maria.*

Matt. 27. *Eduxit*, Christus ad inferna descendens, Patres captiuos de lyngo. Medi-
tare Christi benignitatem, Patrum captiuorum gaudium & liberationem,
& pete vt sanguis calidus Christi ac preciosus nunc quoque in purgatoriū
defunctorum descendat, eademq; virtute defunctis singulis refrigerium præ-
beat. *Aue Maria.*

Effusio sanguinis Christi VII.

oaa. 19. **M**editare hic septimam effusionem sanguinis Christi, quæ fuit, dum
microne vulneratus Iesus in latere, emisit sanguinem & aquam &c.
Offer eandem Patri omnipotenti pro tuis & mundi vniuersi pecca-
tis: Ora q; vt ablato immundo, superbo, duroq; corde tuo Dominus Iesus det
tibi cor suum, humillimum, deuotissimum, castissimum, piissimum & mise-
ricordissimum, quod in sanguine suo lotum simpliciter, sui amore infiam-
met, absorbeat atque secum vnum faciat. *Fater noster, Aue Maria.*

ARTICVLI VITAE CHRISTI.

Surgetis, ascendit, mittens, assumpta que, iudex.

EXPLANATIO.

Ioan. 20. **S**urgens Iesus à morte rediuius & gloriosus primo apparuit suæ matri
deinde Mariæ Magdalenz & reliquis. Attende resurgentis victoriam,
triumphum & gloriam. Aduerte matris & filij colloquentium supremā
lætitia, reliquorum quoq; quibus apparuit, consolationem. Exulta, gratula-
re, adorāq; Dominum Deum tuum. *Aue Maria.*

Matt. 6.
Luc 24.
Act. 1. **A**scendit Christus in cælum. Vide Angelorum occurrentium testitatem,
turba electorum simul ascendentis læticiam & exultationem, Matrisq; & A-
postolorum deuotam gratulationem. Gratulare tu quoque Christo ascendē-
ti, & in gloriam Patris redeunti. *Aue Maria.*

Act. 1. **M**ittens Iesus Spiritum sanctum dedit dona hominibus. Vide quam neces-
sarius tibi sit Spiritus sanctus. Ora quam potes maximè pro donis Spiritus
sancti tibi largiendis. *Aue Maria.*

Assumpta q;. Assumpta est beata Maria à filio in cælum corpore & anima
gloriosa, & supra choros supremos angelorum coronata. Vide eius in sui
assumptione læticiam, angelorum omniumq; cœlestium occurrentium gau-
dium & tripudium. Vide etiam beatissimæ Mariæ misericordiam ac impo-
trandi pro nobis virtutem. *Aue Maria.*

Iudex, est omnium venturus Dominus Iesus. Ora nunc pro misericordia.
Nemomento quidem perseuera in proposito peccandi quantumlibet venia-
liter, & pro peccatis præteritis gema, plange & ora, de venia illorum apud
Deum nihil desperans. *Aue Maria.*

Si huc

Sihæc præscripta tuam non iuuerint deuotionem, alio te potes modo in Dominicæ Passionis exercitio excitare: verbi gratia, vt ad potiores articulos Dominicæ Passionis hoc modo meditans, ingemiscas. Ingemisce primo, quod tam innocenter Deus Dei filius, Dominus Iesus tam innumera, tam crudelia & tam dura patitur. Ingemisce iterum, quod tam mansuetè, & ex tam ingenti charitate patitur. Ingemisce tertio & erubescere, quod pro tam vili tamque indigno patitur. Ingemisce quarto, erubescere & plange, quod pro tam ingrato ac contumelioso patitur: puta qui beneficium non solum non agnoscit, sed impudens etiam contemnit: hoc est, qui pro amore contemptum, pro fidelitate iniuriam, pro beneficijs denique peccata & offensiones retribuit. Vale filia & Deum sponsum tuum pro me orare velis.

Obitum Sanctorum vt non sit nimie plorandus: in omni desolatione vt Deo innitendum: amor noster vt à creaturis sit ad Deum transferendus: corpus vt sit discretè regendum: lachrymis nimis atque maxore cur sit abstinentum.

Epistola LXVI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
Sorori & in Christo filia charissimæ Gerdiudi, Iesu ancillæ.

Veræ charitati hoc arbitror esse amicam ac propriam, filia charissimæ, aliena haud secus, atque sua curare. Consideranti itaque mihi luctum tuum, duplex oboritur materia condolendi. Prima quod, quam in Christo verè diligo, audio tristem. Altera, quod hæc tristitia non vsquequaque sit secundum Deum, vt pote inutilis, onerosa ac periculosa. Fles enim matrem tuam spiritualem simul ac meam, virginem deuotissimam deditissimamq; Deo, à me & plerisque multis in corpore adhuc nobiscum degentem veneratam, sanctam (licet facie tenus mihi ignotam) ex hac luce nobis subtractam, idq; multis iam mensibus.

O charissima soror, non amifisti, sed iam primum inuenisti matrem. Quæ tum beata modo cum Christo coniunctione lætetur, impium est ac planè iniuriosum, pro eius migratione flere, atque idèd tristari. Cum verò perfectissima iam plena sit charitate, fide, pietate beneuolentiæq; ad suos, longèque plus nunc, quam ante valeat ante Deum, perinde stultum est te derelictam ex eius obitu æstimare. Porro, quod tam dulcis tamq; amica eius fuit consuetudo, vt hac carere molestissimum sit, non minus puerile est flere: propterea quod spiritualis ad omnium huiusmodi resignationem paratissima esse debeas. Multis autem mensibus flentem, & vel tacendo querulam nescio mortificatam dicere. Putabam te charissima magis fuisse resignatam, quando quidem nihil illi, quam diligis mali, nihil tibi (si verè secundum spiritum sapias) incommodi, sed vtri que bona spiritus hoc casu accidisse certum est.

Necessarium igitur est vt temetipsam exeas, relinquant, & delectationem hanc quamlibet spiritualem ex ea habitam, spontè resignes, id est, amittas
propter

Veræ charitatis officium quod sit.

Obitum Sanctorum vt non sit nimie plorandus.

Phil. 4.

Etiā spi-
rituali con-
solationi
renunciādi
vt sit.

Vt in omni-
moda delo-
latione ma-
gis Deo in-
nuēdam sit.

Quantum
profi: sui
reſignatio

Christi prae-
ſentia vt
discipulis &
vili. & no-
xia fuerit.
Ioan. 6.

Ioan. 16.

Amor no-
ſci enim
eiga ſantos
homines vt
ſi in Deum
transferen-
dus.

propter Deum. Oportet diſcas abundare & penuriam pati: donari, & rursus priuari, ſemperq; contenta ſtare ad voluntatem Domini.

Operæpretium foret (ſi ad internam pacem cupis venire) libenter velle derelictam te eſſe, aut ſaltem patienter, ab omni huiusmodi conſolatione, quamuis ſpirituāli, & alioqui vtili, inniti ſuper Deo ſolo, bono ac optimo, & nullibi alias inhzere. Nec tamen omni conſolatione propterea es deſtitutū (tametſi ſpirituālis ab hominibus deſit) quin potius magis à Deo conſolaberis, ſi humanarum ſubtractionem æquanimiter tuleris. Qui ſi etiam ipſe ſuam ſubtraxerit, aut ſubtrahere niſus fuerit conſolationem teq; proiciere, & tentationibus, triſtitijs, opprobrijs, perſequutionibus, internis & externis pugnis exponere: nihilominus, immò tanto magis illi inhzere debes, quanto magis tunc eius protectione & gratia te ſenſeris indigere. Nec propterea, ſi non ſenſibilem conſolationem ac deuotionem, ſi pro amore ſenſibili ariditatem præſurasq; varias & tentationes ſenſeris, debes æſtimare omnia perditā eſſe, aut velle deſperare, ſed fidelis per omnia permanere, illi adherere, in ipſum ſperare, ipſum inuocare, in ſilentio eius ſalutare præſtolari.

Hic enim verè datur occasio benè merendi, hic inſtat occasio fidelitatis & veræ amicitia: perſeuerantiæq; probandæ, qua fideles ab infidelibus diſcennuntur. Si ita feceris, Deo ſemper reſignata expectans & recipiēs, ad beneplacitum eius, omnia de manu ipſius, plus proficies in virtutibus & amore Dei, licet inſenſibiliter forſan, quam ſi viginti haberes magiſtras, quæ ſer nonibus te conſolarentur.

Non tamen dico magiſteria & hominum amicorum Dei conſilia abiiciēda (quaſi ſine illis melius habeamus Deum eruditorem, quin potius dico, q;renda, audienda & Deum in illis conſulendum. Fit autem ſæpè vt quod primo incipientibus eſt neceſſarium, poſtea proficientibus fiat impedimentum. Neque enim idēo diſcipulis non fuit neceſſarius Chriſtus ad eruditionem, quia inſtructis iam expediebat ad profectum maiorem, vt iterum ſubtraheretur. Itaq; ſi tibi quoq; Deus ſubtraxerit magiſtram, ex qua Deum didiciſti diligere, non te derelictam, ſed magis à Deo ad ſe vocatam tractamq; putet. Idēo non obſiſtas, ſed permitte illum tecum, vt vult, agere. Tu reſignata te relinquant illi.

Quomodo non es memor chariſſima filia quod iam pridem eadem tibi præſcripſerim, cū pia mater adhuc viueret, non adēo vehementer tritandū aut de eius migratione inſtante deſperandū: cū expediens neceſſariumq; futurum ſit tibi, vt talis conſolatio adhuc carnaliter ſpirituālis ſeu ſenſualis ſubtrahatur, quam in præſentia habebas matris? quandoquidem diſcipulis Chriſti præſentia ſaluatoris neceſſario fuit ſubtrahenda, vt ſpirituāles eſſicerentur, diſcercntq; amare ſpirituāliter, non carnaliter Chriſtū. Ita tibi expedit, vt ſpiritum tuum ſurſum ad Deum ſecum emigrans ad collegia pia mater ſuſtollat, vt ex ſenſualitate venias ad rationalem amorem, & iam non Gertrudem, ſed Deum contempleris. Ante quidem incurſi ſumper ad matrem, idēq; laudabiliter: nunc verò compelleris clamare ad Deum. Num ſemper parūla vis manere? Vſquequo puella es? Vſquequo lacte tibi opus eſt? Quando ſolido cibo veſceris? Hei cum puerilibus illis lachrymis.

Elifa.

Elisabeth sancta, cuius vita omnis miraculi plena est, cuius vti nam nos vestigia vel vtrunque imitari possimus, eiq; aliqua ex parte conformari, cum maritum reciperet defunctum (quo nil in in terris habuit charius, quo etiam ad opera multa bona atque ad miserationis magnæ exercitia eius largitate vsa fuerat, quæ per mortem eius deciderant) tam leuiter planxit, vt mortem eius optasse potuisset videri, atq; adeo resignata vt Christo diceret, si maritum (quem præcipuo inter omnia mundana stringebat amore) hunc optimum etiam vno capillo capitis potuisset ad vitam redimere, citra voluntatem Domini, noluisset. Ita autem se post mortem mariti habuit, vt vnde eius sanctitas decreuisse possit putari, inde vehementius ceperit augeri. Eam ob rem ne vlllo vel materno impediretur affectu, filiorum affectum à se petijt & impetrauit auferri, quo totum posset cor Domino offerre, ne aliter suos diligeret filios, quam cæteros, sed Deus ipsi omnia esset in omnibus. Iam videor mihi audire te obijcientem, iustam plangendi causam, quod mater magni profectus causa fuerit, &c. quippe quæ verbo & exemplo te solita sit edificare. Credo sanè, imò & scio vtilem tibi fuisse. At (si vis) cum Christo tibi futura est vtilior. Transitus eius occasionem tibi proficiendi & paritur à sensuali ad spiritalem vitam transeundi præbebit.

Audi tamen quæso soror dulcissima, citra Deum non fuit tibi vtilis. Quicquid virtutis, quicquid deuotionis, quicquid deniq; boni in te operata est, non ipsa, sed Dominus per eam operatus est. Qui cum vult, per quos vult, quibus vult quantum vult, & quando vult, operatur. Per Gerdrudem matrem, certè multa operatus est. At illa defuncta num desinet operari? An sine illa Deus nihil poterit? Nunquid opera Dei & voluntas eius non perficiuntur? Si fabro vnus destruitur maleus, alium subrogat. Quæ Deus per Gerdrudem etiam sine Gerdrude potest operari. Quanquam & hodie per illam non minora, quam olim operetur: alio tamen modo. Sed dicis: Non sentio. Ante iam dixi & nunc repeto. Non omni tempore in sensu & sentimentis, id est, in deuotione sensibili, sed in ratione potius standum est. Non vnâ tantum, sed plures habet vias Deus, quibus ducat. Et reuera licet amor Dei, virtutes, & eiusmodi, quæ nos Deo commendant, eadem sint in singulis Sanctis (nulli namq; horum aliquid necesse est deesse) modus tamen ad proficiendum in virtutibus, via atq; exercitia non apud omnes sanctos vniformis est, sed penè singulos quosque aliter & aliter trahit & disponit Deus, vt mira quædam ambulandi, mira proficiendi sit inter sanctos varietas: finis tamen omnibus vnus, consummatio charitatis.

Via hæc quam cum matre ambulasti, ex quadam sui parte finita est. Deus iam longè melius te docebit, facilius & celerius, quam pia mater Gerdrudis, modo te ipsam illi relinquant atque confidas.

Itaque charissima soror, depone omnes has phantasias, & inanes ploratus. Bonè est illi, nec desenda est. Porro si ad Deum spem omnem transtuleris, non poterit tibi malè esse. Timeo hunc fletum continuum non ex Deo esse, sed machinam quandam diaboli, qua sub specie pietatis te tenet, quo te faciat in seruitio Dei ineptiorem. Vt lachrymis occupata, tristitijs & mœrore perturbata, cerebrum exinanito impediaris in spiritualibus, alijs longè vtilioribus exercitijs, vt tædio affecta fastidias cuncta, efficiaris tristis, amara,

Ee impla-

S. Elisabeth
vt a se filio-
rum amorē
perierit au-
ferri.

Deus vt pec-
catis suos
operetur.

Vt rationi
potius quā
sensibili deu-
otioni stu-
gendum sit.

Sanctorum
vt diuersa
exercitia,
vnus sit sco-
pus.

implacabilis, impatiēs, scrulosa, & melancolica, vt ad capitis destructionē infirmitatēq; per indiscretionē te inducat: illucq; tādē peruenias, vt infirmato capite, debilitatis interioribus sensibus, exhaustis viribus, (quæ tamen omnia vix aut omnino non sentiuntur, donec iam incideris, & sola desperatio recuperandi remedium est) cogaris, aut ex toto te destruere, aut ab omnibus exercitijs bonis cessare: solaq; cogitatio aliquid meditandi aut orandi caput affligat.

Corpus vt sit regendu.

Charissima filia, præceptum habes à Deo regendi, non destruendi corporis: quippe cū nihilo secius corpus, quàm anima custodiæ tuæ mandatum sit, quod tua cura (quantum in te est) sufficere queat vel viginti vel triginta vel quotquot Deus voluerit, annis in vinea eius laborare, & facinam portare, quam ipse imponit. Ancillam Domino, id est, teipsam seruitio diuino non licet subripere, quanto minus destruere, aliosq; Domino seruire cupientes ab eius iugo (nam te corruisse videntes, iugo Domini, non tuæ indiscretioni causam malè imponerent) suscipiendo absterre? Animaduerte fructus lachrymarum & continuati luctus, credo plus impedimenti quam profectus reperies. Adde quod ex hac tristitia in aliam pessimam timoris & pusillanimitatis (quæ grauissimarum plenarum periculis tentationum mater est) facile labi posses: Vnde inquietudo mira cordis & conscientia oritur.

Nimie lachrymarum & mœror vt sint fugienda

Quapropter consulo tristitiæ resistendum, haud secus atq; alteri cuiusdam tentationi. Cogas te ad alacritatem spiritus, gratias agens Deo, qui amicam suam ad se vocauit, omnia eius desideria satiendo. Confido autem in Domino, haud necessarium fore excusare hanc meam scribendi præsumptionem, cū non clam te sit, charitatem semper & benè niti operari, & melius velle, quam cupio semper ostendere, tamen si non sit necessaria tibi. Scripsi igitur aut aquam puteo infundere, aut soli facem apponere gestiens: Haud quaquam tamen prorsus inutiliter humilitate tua ex omnibus in melius proficiente vale igitur, & ita viue, vt alijs quoque non iniucundum sit tecum viuere. Incivilis est homo qui cunctis onerosus est, cuius nemo libenter vitæ consuetudine, vt sunt tristes & quærulosi. Iterum vale.

Incivilis qui tuam sit.

Afflictiones quo animo ferenda, præcipue quæ ex suscepto monastica instituto exoriantur: confessiones clancularia quæ faciendæ: cibus potusq; quo pacto sumendus: vitæ nature debilis & agra succurrendum.

Epistola XLVII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS. filia suæ & sorori charissimæ N. in Christo Iesu consolationem, mētisque ac corporis sospitatem.

LEgi literas tuas filia in Christo dilecta, quibus si quid post hac consolatorium respondere potero, faciam haud agrè propter Deum: maxime quando animaduerto pium te erga Dominum cor gerere, & bona esse præditam voluntate. Primò quidem filia charissima concniti debes, vt ob confessionem, aut susceptum monasticum institutum, aut eos qui confessiones recipiunt, nulla tristitia afficiaris. Discar omnia accipere è manibus Domini, qui sic ea ex omni æternitate præordinauit, tanquam tibi vtilissimum sit eiusmodi statum, cœnobium, & superi-

ores esse consecutae, atque huiusmodi cordis angustijs premi. Crede mihi, concta hæc tibi maxime proderunt, Deo ita procurante, ex cuius providentia etiam hoc pacto debebis accipere. Tantum sollicita sis semper bonam retinere voluntatem.

Adhuc bene tecum agitur, & rectè versaris in itinere, licet id ipsa non agnoscas: quod nimirum hanc tibi cordis angustiam efficit Deo permittente, eo quod tibi sic expediat, quandoquidem in quadam sollicitudine, timore, & humilitate te conseruat. Quod autem nullam experiris consolationem, gratias age Deo, sperans firmiter, quod te neuiquam sinet aberrare, quam diu ipsum quaesieris, & bona eris prædita voluntate. Equidem sic sentio filia breui te consolatum ac illuminatum iri, & quanto minus habes humanæ consolationis, tanto plus diuinæ consolationis & gratiæ te percepturam.

Et quia corpore debilis es & morbis affecta, vt ipse animaduerti, ac nihilominus labores tibi ferendi sunt, sume escam & potum absque inordinato timore: pro tua necessitate & fame, idq; simplici intentione ad honorem Dei vt labores Ordinis tui, ad quos assumpta es, dignè possis exequi. Si quidem etiam morbus ille, quo laboras, cibum conficit, vt eo magis opus habeas confortatione aliqua. Quod autem scribis magna te fame affici, id noueris quibusdam euenire ex ipsa natura, alijs ex mala cõstitutione stomachi, ilico quicquid acceperit consumentis absque tamen corporis nutritione, quæ est fames innaturalis. Talibus quidem occultè subueniendum est. Quod si ipsa ex horum numero es, debes id significare superioribus tuis. Non enim instituta sunt ieiunia in hominis destructionem: attamen superiorum, hic cõsilio vtendum est, & quicquid illi responderint, tanquam ex Deo recipiendum. Si verò potes reliquis te conformare virginibus, sumas securè quæ corpori necessaria sunt, ne cogaris alia debita omittere. Nec potes filia, imò nec ita strictè exigitar modum hæc in parte exactè seruare, vt nihil vnquam plus minusve capias: ad oiq; Doctores quidam affirmant satius esse parum aliquid plus, quam minus cibi sumere. Non tam seuerè hæc à te requirit Deus, quando bona in te perseverat voluntas libenter exequendi eius gratissimam voluntatem, si eam certò scires.

Sed & ipsa id hominis natura habet, vt sumpto cibo non perinde simus apti & habiles ad exercitia spiritualia, vt ante cibum. Quamobrem non debet id tibi magnos parere scrupulos. Comede & bibe filia, non vt in cibo aut potu voluptatem aucuperis, sed vt te ipsam in Dei cultu & cœnobij famulatu ac labore debito conserues, nec te inutilem efficias. Quod si quandoq; indiscretè ac imprudenter te gessisti, doleas, nec dubites, quin Deus id tibi æquè ac cætera tua errata sit condonaturus.

Interim si ob præteritam indiscretionem quippiam ferendum erit, aut fortè in grauem morbum incideris, nihil tux id animæ incommodabit, vbi semel dolueris eam te tibi occasionem peperisse. Porro quando debilis & malè affecta es, aut times te malè habituram, vel quando te indigere putas, licet vti speciebus aromaticis, aut id genus confortatiuis etiam quouis tempore vti. Non enim ea ceu cibus, sed vt medicina sumitur, quod nullo non loco permissum est. Potes id significare tuæ abbatissæ, quæ minimè refragatur. Quod enim Canon monasticus vetuit, ne in cella edatis, de cibo

Cibus & potus quo animo sumantur.

Fames inordinata cur quibusdam accidit.

Apti minus cur simus ad spiritualia post comestionem.

Medicinalibus uti & quò vtendum.

alijsq; similibus, non de medicina accipiendum est. Nec quicquam refert, etiam ante Missæ auscultationem huiusmodi vtaris medicamentis, si nulla adfit alia, quam infirmitati medendi intentio.

Confessio
de quibus
necessario
fit facien-
da.

Confessio
quomodo
facienda sit

Iraque dum species aromaticæ aut confimilia tibi dono dantur, pete facultatem recipiendi à Domina abbatissa, ne vitio proprietatis illaqueeris. deinde obtenta copia retinendi, etiam permissam est tibi illis vti dum necesse est. nec est inde facienda confessio. Quare noli esse, quo ad confessionem animo anxia & perplexa. Quamdiu sciens & prudens tacere non vis, quod noueris peccatum esse mortiferum, absque periculo es. Nam quotidianæ culpæ tametsi non ita exactè exponantur in confessione, non est damnationi aut grandi periculo obnoxium. Confessio enim aduersum peccata mortifera instituta est: quotidianos defectus quanto succinctius & liberiori animo confissa fueris, eo rectius feceris. Tales enim velle scrupulosè nimis confiteri malitiam tibi parit negocij, & confessorem tædet: eos omnes audire, maximè cum pleriq; tales sint, in quibus etiam post confessionem, momentis omnibus sese quis culpabilem fateri potest: vt, quod non tam fueris grata Deo, non tam feruida atque debuiisti, & similia communia, de quibus etiam extra confessionem coram Deo te accusare poteris. Si quæ verò culpæ singulares abmissæ sint, eas confitearis, vt, si neglexeris Completorium dicere, aut extra infirmitatem ieiunium solueris, aut duris & turbatorijs verbis quenquam afflexeris &c. Alias dicere licebit in communi: Confiteor me mea culpa preces horarias, & precationes, quas vocant, ceteraq; Ordinis debita non tam integrè & tempestiuè vt debui, sed corde distracto soluisse. Si cogitationes peregrinas ex tædio aut acedia erga preces debitas spontè suscepisti, id explices: itemq; si malas aut immundas cogitationes retinueris. Alioqui in generali, nisi aliquid speciale sit, ita potes dicere: Complures malæ tentationes, aut praua desideria, vel impatientiæ motus, aut similia mihi inciderunt: quæ vt vereor, non celeriter satis depuli, vel spontè illis immorata fui. Item murmuravi, aliaq; incitavi ad murmurandum contra superiores vel sorores nostras. Id quidem tum dices, quando admisisti, alias minimè.

Perinde est charissima filia, qua ratione vel ordine dicas culpas tuas, quòd id dicis, quod grauat conscientiam. Id verò siue placeat, siue displiceat confessario tuo, tu totum Deo committas. Si tamen dicat, animaduertere se ex immodica scrupulositate nimium te prolixam esse confitendo, obtemperas consilio illius, cogitans illum te melius nosse, quam tu ipsa te noueris.

Ordo in confessione
quis seruandus.

I

II

III

III

V

VI

At nihilo minus si quæ tibi velis præscribi ordinè, primò confitearis, negligentias erga diuinum officium. Deinde cogitationes impuras spontè admissas: aut si illis occasionem dederis oculos & sensus non custodiendo, præsertim si sciens periculo te commiseris, puta lasciuas picturas contemplando, aut turpia verbalibenter audiendo. Post hæc peccata oris grauiora, vt sunt, detractio, altercatio, &c. Subinde opera mala, videlicet, si ieiunium violaueris, aut in generali si erga cibum deliqueris, ita vt in tuis literis scripseris. Postea de omissione, si nolueris auxilium ferre, vbi debueris, aut si ad chororum propter somnolentiam non venisti &c. Ad extremum in genere dicas quòd non tam perficte te Deo, bonis actibus, mutæ charitati, culpa-

rum tuarum emendationi, & reliquis omnibus quibus ex parte Dei vel Ordinis tui obligata es, tradideris, ut debuisses: atque hæc sufficiant. Obscuro filia, sicut iam ante dixi, ne te occupes rebus futuris, utrum sis maiorem contractura debilitatem, vel insaniam incurfura, commendes ista Deo, dicasq; *Matt. 5.* *Domine voluntas tua idq; mihi gaudio erit, ut in me perficiatur, quod tu mihi euenire uoles. Vtrum te ipsam læseris vel non, Deum iudicare sinas: sufficiat tibi generatim, si fortè indiscretè te habueris dolere, ac deinceps nolle sponte & ex certa scientia quicquam agere, quod noñit Deus idq; ex gratia Dei. Atque hoc pacto in omnibus bona pace gaudeas, nec tibi ipsi animum reddas anxium. Tentatio est diaboli timor ille & sollicitudo immoderata in confitendo, quæ certè neuiquam bona est, qua malus spiritus in amore diuino, sua utq; erga Deum spe & confidentia te impedit. Itaque missam fac penitus omnem hanc phantasiam, nec deinceps te confessione occupes. Arripe quæso fidem & hilarem erga Deum animum, certa uelle eum ut cum ipso, non peccatis perpetuo commemorandis aut confessione te occupes: idq; amanter & suauiter facias. Cupit enim amicitiam tecum inire, & amari abs te, hinc uero tua formidine scrupulosa, ac pusillanimitate & phantasijs ob confessionem suscepis tete remorari. Quamobrem hortor te ex parte Dei filia spondeoq; melius te habituram, eamq; esse D. ð voluntatem, si amicitiam illius amantibus desiderijs & fidenti corde expetieris. Huc uero conferet tibi pharetra nostra. Permittas te penitus Deo, ut faciat tecum quod ipsi visum erit. Sumas cibi, quantum satis est tibi absque scrupulo. Vbi poscit infirmitas, pete copiam ieiunium soluendi. Equidem aduerto cordis angustias, morbūque tuum & labores fregisse vires tuas. Certè non leuibus coniecturis assequor charam te esse Deo. Quæ res facit, ut ipse te diligam. Alioqui nulla mihi tui notitia est, nec opus est. Vbicunque autem consilio tibi prodesse potero, paratum me senties. Morem geras consilij meis de facienda confessione, nec ea res anxiam te habeat. Quicquid conscientia uel trò suggesteris, id confitearis. Occupent se confessione facienda mercatores, milites, stipendiarij, vsurarij, & id genus alij, quorum vita omnis peccatis implicita est: tibi hac re nihil est opus. Confitearis absque formidine, si quem fortè singularem excessum admiseris, cætera generali quadam enumeratione accuses. Quod si ea omnia edicere uelis, in quibus non es, qualis esse deberes, vsque adeo erroribus implicaberis, ut tandem non possis inde extricari: & tamen in eodem semper luto harebis. Etiam si te contigerit uerbis, desiderijs, operibus, aut quouis tandem modo delinquere, non propterea animi pusillanimitati & abiectioni te trades, neque imaginaberis scrupulosè, ut ea confiteri debeas, sicut tempus omne & te ipsam quoque perdes: sed simulatq; lapsa fueris, non in eas disputationem aut colloquium cum uitijs ipsis, ea attendendo, aut tecum duntaxat extra Deum phantasiando, sed ilico confugas ad Deum patrem tuum, eiq; quæraris defectum tuum: atque hoc pacto longè citius ab ipsis liberaberis culpis, serenatq; & hilarem retinebis conscientiam, ad quæuis bona habilem, quæ n si corde occuperis circa defectus tuos, eosque apud te ipsam extra Deum consideres & expendas, quod nimirum densiores tenebras maioremq; desperationem adducit. Transfer igitur cor tuum ad Deum cum amabili quadam conuersione, cum eo que misce colloqua, conquæres illi*

Pax serenitasque peccatoris quina obtineri possit.

Deus quid ab homine lapso desinet.

Conscientia ante faciendam confessionem ut interroganda.

illi errata tua, atque ita pacem hinc cum illo recuperabis, & conscientia puritas & serenitas reddetur tibi. Deinde oportuno tempore has & alias admittas culpas quieto & tranquillo corde confitearis. Non ea est confessionis ratio, erga te tuique similes filia, ut ipsa persuasum habes. Interim inquieta & perturbata conscientia tua à præcipuo & summo bono te impedis, semperque merore quodam ac desolatione contracta manes, qua re cuncta exercitia bona, deuotionem omnem, cunctos diuinae lucis influxus à te præcludis. Quod vix non est ex Deo, nec id placet Deo. Vult potius Deus, ut simul atque peccaueris, mox humiliter ad ipsum confugas, ipsi tuam culpam confitearis, & veniam petas, idque sufficit illi. Vult etiam ut admittas culpas suas, id esse quod sunt, atque colloquia & preces tuas perinde ut antea cum ipso continuas. Porro tibi confitendi tempus aduenit, reuoca ad memoriam, quæ tibi iuc derint, si quæ ab ultima confessione notabilia perpetrasti, atque hac in parte sis obediens ad horum faciendam confessionem. Si quæ vero ex animo exciderint, nec redeunt ad memoriam, ea nihil te perturbent, nihil præterea Deus exigit à te. Contentus est tecum, donec incidaat animo, non te necesse est multum inde imaginari. Gracius est Deo, si interim tempus illud cum ipso transigas, ei precibus vel meditationibus colloquendo. At tamen quando confitendum est, spatium duarum vel trium orationum dominicarum discendas conscientiam, si quid forte in ea reperire possis notabile, quo ipsam læseris, quodque modo confiteri debeas. Alias quotidie sub vespere vel sæpius ad Deum conversa poteris cum illo colloqui, illi conqueri & exponere statum, imbecillitate, instabilitatem, ingratitude, infidelitatem & negligentiam tuam, idque generatim vel speciatim, atque hinc quandam orandi & bonum propositum instaurandi occasionem & exercitium arripas: totumque id facias animo suauiter & amabili erga Deum. Quæso filia, boni consulas scripta mea, & securè illis obtemperes. Si quid porro produsse tibi poterit, faciam libenter propter Deum. Si vacat tibi, exscribas tibi hanc meam epistolam, mihi scriptum meum remitte. Equidem tuas tibi remitto liberas. Si meis monitis auscultaueris, quandoque Deus pace & gaudio cor tuum afficiet. Cui ego te commendo filia, & tu ipsa quoque & te & me iugiter commendare debes fidelissimo & amantissimo cordi Domini saluatoris sponsi tui, in quo lætereis semper & exultes, quandoquidem diligit te. Vale in eodem feliciter.

Vocari ad monasticam religionem in innocentia quam sit felix seductio: Gaudia mundi quantum dissent à spiritualibus: Votum ut non obstat libero arbitrio: quanto sit votum encomio euehendum: instabilitas quosiam magis molester vexetq.

Epistola XLVIII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
sorori N. in Christo charissimæ, de ingressu religionis non contristarî, sed suo sponso cœlesti regratiari, fidelemque ei consistere.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi soror charissima qui cum illum non agnosceres, amauit te, cum nescires, vocauit te, cum peritura esses, præseruauit te, cum in periculo stares, eduxit te, cum in-

graciam

gratam & beneficium non cognituram præuideret, beneficijs atque muneribus dotatauit te. Propheta dicit: *Seducisti me Domine, & seductus sum: Fortior fui, & inualuisti.* Charissima soror, si ita seducta es, feliciter es seducta à Domino: quippe qui innocentem puellam te constituit in locum animæ tuæ salutis quam maximè congruum. Eripuit te à periculis etiam damnationis, plantauit in statu tutissimo (cuius cum felicitatem non agnouisti, nec hodie forsitan agnoscis, non gratias agis) & ad hæreditatem suam in cælis secum possidentem te non modo inuitauit, verumetiam adoptauit. Hæc est seductio tui. Seduc me Domine ita semper, falle sensualitatem meam, ut cum carne incipiam, spiritu consumem: Cum cogito aut concupisco secundum carnem, aut secundum mundum, deduc & seduc me in vias mandatorum tuorum, & in semitas spirituales. Deduc me in via mandatorum tuorum. Trahe me post te, & nolentem coge.

Hier. 50.
Vt quosdā
Deus feliciter
seducat.

Galat. 3.

Psal. 118.
Cant. 1.

O soror si tibi ita accidit, nihil mali, sed boni plurimum accidit. Gratias age Deo, qui te antequam noffes in quo periculo viueres, antequam consiliū auxiliūue flagitares, antequam beneficium præstandum intelligeres elegit, prædestinauit, vocauit, sanctificauit, dotatauit, assumpsit, muniuit, adoptauit & sibi desponsauit. Quod paucissimis quibusque & electissimis facit, tibi fecit. Itaque si seducta es, feliciter es seducta. Posses obijcere. Num in seculo saluari non potui? Nunquid solis monialibus spes est æternæ salutis? Est utique spes bonis omnibus Christianis. Verum magna est difficultas esse bonum in seculo, in quo impedimenta varia occurrunt. Donum Dei est, vbicunque quis fuerit bonus, qui vni sic, alteri sic prouidet, inspirat, consulit, ducit atque perducit: id est, maximè secundum inclinationem humani spiritus, qua videt capacem & paratum sequi, applicat etiam vocationem & dona.

Difficile
quem posse
in mundo
bene viuere.

Itaque soror charissima, qui te ad vitam æternam prædestinauit, prædestinauit etiam media, per quæ ad finem illum prædestinatum, id est, vitam æternam peruenias. Si igitur vita secularis tibi conuenisset magis ad obtinendam & proficiendam hanc prædestinationem (crede mihi) non te posuisset Deus (qui optima & vtilissima largitur) in monasterium. Verum quia sciuit te in seculo arborem fore (ut modestè ac parum dicam) infructuosam, quod vel inde perspicuum: quia cum in claustro abstracta à periculis & occasionibus malis, adeo es tepida, in deuota, arida, pigra & cætera, quomodo esses in seculo? Qui circa ignem friget, in imbre aut in uue quando calecet? Ergo quoniam in seculo futuram te præsciuit sterilem arborem, nec modo sterilem, verum etiam cum tibi, tum alijs perniciosam, inclusit te monasterio (quippe cui hæc tam arcta custodia foret necessaria) ne pericula damnationis, & viam ad infernum latam incideres, in quæ si mundo non fores subtracta, casuram te mouerat.

Vt Deus sua
bonitate
quosdam à
periculis
extrahat.

Verum tibi aliter videtur & idèd aliter, quia futura præuidere non potuisti, nec contingentia scire in alio loco & statu: ideo diabolus persuadet, ut tibi somnias quam bonam ac piam duxisses vitam in seculo, quæ tamen mirum quomodo credere possis, cum ad eam acediosam te in monasterio sentias. Vocauit autem te Deus in pueritia uerum ex singulari gratia, ne annohor & idèd obstinata & frigida, quod modo satis elucet) vocationis (cui te non respiciam

suram

furam seu obtemperaturam nouerat) rea damneris. Ideo, vt dixi, cum itine effes, & diabolus nondum in te locum prauitatis sibi vendicauerat, vltro contententem & optantem per consilium parentum in hunc felicem statum filii Deus te captiuam duxit.

Captiuitas
felix quæ sit.

Soror charissima, felix est hæc captiuitas, beata seductio, prudentia parentum laudabilis, qui animæ tuæ magis, quam temporalibus lucris consuluerunt. Quod si omnino tibi persuaderi nequit, dic mihi si desponsata fuisses comiti aut duci infantula, iam adulta diceres te fuisse deceptam. Haudquam profecto. Nam quis crederet te adeo desipere posse, vt diceres: Iunior fui: cui desponsata fuerim, non intellexi. Ego cuius cuiusdam filia ducem pro sponso contemno, vnitorem illi præfero. Quin potius matris consilium & prudentiam prædicares. Eia, diceres mihi, quomodo hoc euenit, vt facta sim vxor principis? Ex tenui puella subito facta sum ducissa? Sic pari modo, si fuisset aut inesset prudentia tibi, gauderes iactaresq; te habere regem tantum sponsum. Credisne te reginam præstolare modicum, & aperientur tibi oculi in morte, & videbis, quam non sis decepta. Videbis gloriosissimum cæli regem, sponsum, & amatorem fidelissimum, cui modo desponsata es, tunc contempleris, Tunc redargues te huius stoliditatis tuæ, qua iam sponsum non cognoscis, & ingrata non diligis.

Mortis meditatione
vt sit assumenda
contra tentationes.

Ah soror & filia prædilecta, imaginis illam horam quasi modo præteritam: quantum gauderes te fuisse in monasterio. In quo etsi non multa bona fecisti (vt consolationis causa ita loquar) multa tamen mala euasisti. Instant ergo illa hora, quid conferret tibi in mundo diu vixisse, & choreis, vanitatibus, luxu, pompis, glorijs, gaudijs, cantibus prophanis, comestationibus, conuiujs, auro, claudijs, familia ingenti, coniugio delizioso, & cæteris mundi pereuntibus bonis omne etiam tempus vitæ consumpsisse?

Quam longe
distent gaudia bonis
hominibus præparata
mundi gaudijs.

Iam verò alia gaudia longissimo interuallo ab huius mundi gaudij distantia reperies. Sponsus occurret delicatissimus, potentissimus, rex regum & c. in cuius amore & gaudij fruitione sicut piscis in aqua natabis, & absorberis. Intellige igitur, quam non sis decepta, aut si seducta es, quam feliciter sis decepta, vbi tanta tibi bona conquistata sunt.

Votum vt
non obstat
libro arbitrio,
sed magis id
confirmet.

Credo tamen tempore professionis tuæ aded annosam te fuisse, vt deceptam te fuisse non possis iuste conqueri à Deo, vt si cum consensu aut sine consensu parentum in seculo cuiquam nupsisses, aut te nupturam promississet, promissio omnis rata fuisset, & constans. Quanto magis quicquid promissum in salutem animæ tuæ Deo: Vnde si promissi boni te penitet, modo non arguendam est monasterium, non calumniandi parentes, non exprobrandum consultoribus, sed propria tua ignauia & acedia vituperanda, castiganda atque corrigenda venit. Forsitan dicis, quod multi. Malo bonum quodcumque ex libero arbitrio facere, quam coacta ex voto obedientiæ, quasi ijs qui in monasterio sunt de se arbitrij libertas, qua possint obedire & non obedire: aut quasi quis aliquid faciat sine voto volens, idem autem cum voto nolens: cum votum non cogat, sed confirmet. Neque enim quis dicitur coactus aut inuoluntarius facere, qui facit quod ei non licet facere: quia si aded est deo-ritus, vt voluntatem habeat (quod licet non facere) faciendi, quomodo non habebit voluntatem id ipsum (cum per votum postea non licet non facere) facien-

faciendi: Si virgo amet & desideret iuuenem non desponsatum, quomodo eundem non amaret aut non veller, nisi coacta, id est, inuita desponsatum cum promissio aut votum non tollat voluntatem quam inuenit, nec mutet, sed roboret, stabiliat & confirmet: Porro instabilitas animi mutat voluntatem, quæ multo magis & vehementius accedit eum, qui non vult, quam qui vult seu promissit.

Instabilitas
quos magis
infestet.

Falsum est igitur dicere, extra votum vltro cupere (vt est ieiunare, castitatem seruare &c.) quod per votum obligata nolis. Inde palam est charissima, tentationem esse carnis & diaboli, quippe quæ multo magis, meliusquæ scis bona operari, & ad hæc stabilior est voluntas cum voto in monasterio, quàm sine voto extra. De libertate autem iam dixi, nullam esse coactionem, vbi est voluntas. Quod si voluntas abest, coactio voti adest, signum est extra votum te nolle. Ergo bonum est votum, quod alioqui nolentem ducit ad bonum opus: & nolentem bene agere, facit volentem obedire, seu votum reddere. Semper est ergo, bonum & vtile votum. Nam si extra votum velis, votum confirmat volentem: si nolis extra votum, votum inducit & impellit nolentem.

Quænam
coactio sit
bona.
Votum vt
seper sit vtile
& bonum.

Melius est autem multo bonum opus, licet alioqui extra votum nolitum, propter votum facere, quàm omnino nihil facere. Melius est, inquam, votum solum propter voti obligationem reddere, quàm otiosum esse, & nihil facere. Nam talem te non iudico, vt & quod voto promissum est nolis, & votum seruare, id est, reddere nolis, præuaricatricem te malens constituere, quàm votum seruare. Ita enim melius fuisset non vouisse. Sed hoc non ex voti perniciæ (quod bonum est, sed bono licet imperfecto) sed ex tua malitia, cui scilicet malè quod bonum est, nocet. Accipe exemplum. Virgo es, & mallets maritum, tamen quia vouisti castitatem, seruas, non quia amas castitatem, sed quia canes voti præuaricationem, & voti amas obseruantiam. Bonum est tibi vouisse, quia hac occasione manes virgo. Et si tristis manes, imperfectio quidem est, non damnatio, quia Deo prælegis votum licet non amatum seruare, quàm voti fractione & concupitæ delectationis consequutione Deum offendere: & hoc est tibi salutare atque meritorium. Itaque volendo votum obseruare, vis etiam quod ex voto debes. Omnia igitur voluntaria sunt. Hæc sufficient tibi in Christo soror charissima, qui consolatione sua tuam repleat animam, & auferat salutaris voti omnem pœnitentiam, tollatq; tibi omnem obseruantia tristitiam. Vale, & pro me sponsum tuum ora.

Votum vt
proficetiam
imperfectis.

Discretione quanta opus sit Deo in monastica religione consecratis, in vsu præcipue corporaliu necessitatu: abstinentiam indiscretam vt suadeat diabolus: obediencia, abnegatioq; proprii consilij quam sint religiosi necessaria: natura item infrenis quam edomanda absque periculo.

Epistola XLIX.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
filia suæ charissimæ Christi que sponsa, N. spiritum seruatoris & discretionis.

FF

Filia

Filia charissimamq; occasiones exercendi, mortificandi, confundendi, que temetipsam cupis habere pro victoria, contra vitia, laudo feruorem, sed timeo præumptionem. Nonnulli voluerunt esse martyres antequam à Deo essent vocati, & sese ingerentes, dum fortiter sperabant se & constanter passuros, defecerunt in tormentis, & fidem abnegauerunt. Christus nihil tam paratus est dare suis amicis in hoc mundo, quam passiones, tribulationes, confusiones. Si nondum tibi dedit, scito ideo tibi parci, quod nondum sis idonea, quæ sustineas. Si fortis fueris, (non crede feruori horario) non necesse est occasiones quærere: Deus enim statim tibi procurabit. Sin autem imbecillis: cum periculo tuo quæria. Intellige ex his, quæ quotidie occurrunt, infirmitatem tuam. Si citra omnem deliberationem, præter omne consilium & ex improviso occurrerit confusio ac contumelia, & intrepida immotamq; perstiteris, potes sperare initium te habere virtutis. Facilius portantur quæ sponte eliguntur, quàm quæ ab alijs imponuntur: & plus mortificationis in se habet ac laboris patienter sustinere quod nolueras, vel quod ab alio inferitur, quàm quod ipsa quæsiuisti. Oportet etiam videre, ne dando alijs occasionem te confundendi vel despicendi, des eisdem etiam occasionem peccandi. Ita nanque nobis pro virtute est enitendum, vt nemini occasionem præbeamus ad peccata. Nam contumelias aut contemptum quam virtuosum est patienter sustinere, ita pernitiosum inferre.

Virtutis initium quæria ostendant.

Contumelias contemptumq; alijs inferre quæ sit pernitiosum inferri.

Exercitia virtutum vt possint fore nimia. Virtutum exercitia vt cum discretionem fiant.

Sine obedientia vt nihil Deo placeat.

Abstinentiam indiscretam cur suadeat diabolus.

Affectum virtutis non perhibeo extendi quantum velis, quantum poteris: vt sis humilis, vt sis temperans & cætera non potes nimis desiderare: Verùm exercitia virtutis, aut potius pro virtute conquerenda possunt esse nimia, & indiscreta, aded vt quod pro virtute fieri patetur, contra eandem militet. Verbi gratia. Tantum potes abstinere à cibo, vt postea plus abstinere à cibo non liceat, vt postea plus corpori indulgendum sit, quàm si non abstinuisses: vel tantum poteris abstinere, vt non semper, aut penitus subinde iam non liceat abstinere.

Filia multa scribuntur ad commendationem huius virtutis, varia consilia docentur multa, suadentur, ad conquirendam humilitatem, patientiam &c. sed non omnia sine discretionem, nec omni tempore nec omnibus tuta. Quædam enim pro vno tempore valent, alio tempore non modo non valent, sed etiã illicita sunt: quod aliæ & aliæ conditiones pro diuersis temporibus eisdem adueniant, quodq; semper prouidendum sit, vt ita vni virtuti consulatur, vt per hoc idem alia impediatur. Filia non suscepisti hunc Ordinem tuum propter abstinentiam (si bene suscepisti) sed propter obedientiam. Abstinentiam ex voluntate propria in seculo potuisti facere & ieiunia, sed non obedientiam aut abstinentiam ex obedientia. Diabolus non timet abstinentiam, sed obedientiam. Abstinentia est in Turcis & Iudæis, non obedientia. Sine abstinentia obedientia Deo placet, & sufficit: sine obedientia non potest placere Deo abstinentia: imò offendit, si contra obedientiam fuerit.

In professione & voto solenni promissisti obedientiam, non abstinentiam. Abstinentia habet meritum ex obedientia, non obedientia ex abstinentia. Diabolus suadet abstinentiam, ad destruendam obedientiam, & ita feruntur ei abstinendo: resistitur autem obediendo. Abstinentia contra obedientiam peccatum

VI
16

peccatum habet, obedientia contra abstinentiam meritum. Quæ insania est quæzere quod non est virtus nec præcipitur, & destruire virtutem, quæ mandatur: Si iuberem fieri quæ contraria sunt omnino virtuti aut certa mala, non debes obedire: vt est: non indulgere delinquenti, proximo fraudem facere, & eius infelicitatem machinari, suspectum habere me posses, & non obedire. Verùm cum circa studia aliqua aut exercitia, quæ pro virtute fieri possunt, & contra venire eadem possunt, vt modestia sit & discretio moneo, quid times? Præsumendo & tuæ voluntati innitendo errare, peccare & peri-

Opus bonū
omne ex
proprio cō-
silio profes-
sum vt sor-
deat coram
Deo.

re potes. patris voluntati & consilio obediendo nihil horum potes, & times? Sordidum est ante Deum quod ex proprii consilij præsumptione contra obedientiam geritur, & meritorium preciosumq; habetur quicquid, quantum libet etiam vile ex suo genere (modo peccatum non fuerit) propter obedientiam & ex humilitate subiectionis assumitur.

Primum omnium filia, vt voluntatem tuam diuinæ studeas conformare necessarium est. Non est declinandum, non tergiuersandum, vbiunque Dei voluntatem agnoueris. Cum autem Deus non loquatur per se homini, vox Prælati æstimanda est vox Dei & quicquid imperauerit ille haud secus ac ab ore Dei accipiendum. Pacem cum fororibus non solum non violare, sed summo opere etiam augere debes. Labefactatur autem pax & concordia fratrum ac fororum, dum ori silentium non imponis, dum liberè quicquid in buccam venerit effundis, dum denique vel audita quæque vel per suspicionem æstimata, tanquam vera asseris. Hæc scribens te commoneo soror charissima quoniam in nouitiatu tuo quarimonias de leuitate linguæ tuæ iam pridè audiui, nec modo te plenè emendatam audio. Quare si tuæ conscientia, si tuæ salutari, si fama, si fororum quieti, si Ordinis honori consultum velis, si denique omnium ridiculum fabulæq; nolis fieri, linguam refrænes necesse est. Tu leuiter inconsiderateq; pronuncias, quod alia non leniter accipiunt. Quid tibi iactare siue verè, siue falsè conuenit, qui monacha es, & tui contemptum optare debes? Quid disputatio conuenit, quid contentio, quæ proprium sensum propriam voluntatem cum seculo reliquisti? Fac charissima filia te habeas, vt sorores tuæ consolationem, spiritualis pater gaudium ex te habeat, nec te recepisse penitent illos. Alioquin & mihi tristitiam accumulabis, qui tuam semper amari mansuetudinem, si aliter quàm de te speraueram speraui autem optima) sim auditorus, Obsecro vt attendas ea pauca quæ hic in fine Epistolæ subijcio.

Vox Prælati
vt sit vox
Dei.

Linguæ frenatio
quæ sit
necessaria.

Ad frangendam superandamq; naturam seu naturæ malam inclinationem, valet & necessarium est.

Primò stabilissimum propositum pugnandi atque nitendi in contrarium, nec vnquam scienter naturæ tractui acquiescendi. Vbi si lapsus interuenerit, propositum tamen semper debet à nouo reformari & stabiliri, nec propter crebros lapsus à proposito & conatu recedendum est. Secundò, non in sua virtute, sed Dei adiutorio confidere: & propterea auxilium ac protectionem eius indefinenter inuocare. Tertio, si propositum violatum fuerit, inultum non sinere: sed primùm à Deo, deinde etiam à consodalibus veniam petere, atque, vsque ad pedes fororum se humiliare: postremò etiam virga vel eiusmodi discreta castigatione (secundùm

Natura pro-
na ad mala
quomodo
frangenda
sit.

consilium superioris lapsum vindicare, donec saltem rædiorum petendarum tenties veniarum, humiliationum, confusionum, disciplinarum discat se mortificare, & ab eiusmodi transgressionibus se continere. Vale filia charissima, & sis memor professionis tuæ, Deumq; pro me ora.

Quid virgo quæ vis ut ab æterna sapientia desponsari mereatur, agere, quoniam nullo pacto sponsi cælestis beneficia recolare, illis, gratias debeat referre.

Epistola L.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS
Filiz suæ in Christo charissimæ N. Iesum Christum virginum sponsum, & virginitatis coronam.

EX crebris interrogationibus tuis, ex insatiabili desiderio spirituum eruditionum accipiendarum, disco feruorem spiritus tui, & gratulor profectui tuo, filia in Christo charissima. Quæris quomodo tres venias accipere, & totidem orationes dominicas æternæ sapientia (cuius discipulam te fecisti, cui etiam sponsam te dedicasti) offerre debes. Credo filia non absurdum fore, ut simul tria præcipua beneficia mediteris à Deo nobis exhibita, pro quibus adores & gratias agas.

Hoc modo pro prima venia & Pater noster.

Beneficia
tria quæ re-
colenda.

PRimo veniam accipiendo super terram, adora Deum & gratias age pro maximo beneficio hoc, quod te ipse, id est, æterna sapientia creauit, creaturam rationalem te fecit, æternæ beatitudinis suæ capacem ac participationem futuram. Deinde pro omnibus & singulis donis ac beneficijs, quæ tibi in anima & corpore contulit. Generaliter quod pro te cælum & terram creauit, & quicquid in eis continetur, Deum gratias age illi quasi vice omnium creaturarum, pro beneficijs omnibus ac donis eisdem collatis: quandoquidem complures inueniuntur, qui non agunt gratias illi, nec cognoscunt illum.

Deinde veniam pete ab eo pro omni inordinata affectione tua erga creaturas, pro vsu inordinato creaturarum & donorum eius, pro ingratitude tua quibus benefactorem clementissimum offendisti, aut gloriam & beneplacitum eius non quæstisti.

Tertio ora, ut tantam gratiam tibi largiatur, qua creaturam nullam aliter quam in ipso, ipsum verò super omnia & in omnibus diligas, ipsi soli inhabereas: creaturis verò (propter quod donatæ sunt) vtaris ad solam eius gloriam secundum laudabilissimum beneplacitum eius.

Quarto, humillimè pete, ut sua dignatione benignissima te suscipere, preparare, dignam facere & adoptare velit in sponsam suam, teq; possidere inseparabiliter & perpetuo ad gloriam & beneplacitum suum.

Pro secunda venia, & Pater noster.

Secundo, proinde, & veniam sumendo adora Deum tuum, gratias age ei (scilicet æternæ sapientia) qui salutem nostram sitiens, ut à morte nos redimeret, in hunc mundum venit, naturam nostram assumpsit, inter

nos conuersatus viam ad regnum cœlorum verbo docuit, & exemplo mon-
strauit, felicitatē nobis sanguinis sui effusione & morte acerbissima compa-
rauit.

Hic age gratias illi pro tot generibus pœnarum perpessus, pro quibus nū-
quam ei gratiæ acta sunt, utpote mundo adhuc incognitis, vel propter ho-
minum ingratitude. Pete veniam, quod pro tot beneficijs collatis, pro
tot pœnis tui causā tolleratis, pro tanta ad te dilectione effusa, tam ingrata
semper fuisti, parum cogitasti aut paruipendisti. Ora, ut tantam gratiam tibi
largiatur, qua passionem suam cordi tuo ad eum imprimat, ut quocunq; iueris,
quicquid egeris, nil aliud sentias, nil videas, nil cogites præter illum Dominū
Iesum Christum sponsum tuum pro te crucifixum. Ora etiam, ut vitam tuā
sua dignetur conformare, in deuotissima imitatione virtutum, in humili-
ssima patientissimaq; tolerantia aduersitatum, &c. Quarto (ut supra) humili-
ssime pte, ut sua dignatione benignissima te suscipere, præparare, dignam ef-
ficere & adaptare dignetur in sponsam suam, teq; possidere inseparabiliter &
perpetuo ad gloriam & beneplacitum suum.

Pro tertia venia, & Pater noster.

Tertio procide filia in faciem tuam, & veniam sumendo Deum adora,
gratias age pro omnibus beneficijs, quæ tibi atque vniuerso contulit,
fidelium gregi, quem regit (utpote æterna sapientia) prouidet, dirigit,
& ordinat ad æternam beatitudinem obtinendam, & id multipliciter per
scriptum, per angelos, per scripturas, per homines. Gratias age pro omnibus
beneficijs, quæ tibi & cuilibet creaturæ contulit, aut conferet vnquam. Ve-
niam pete, quod inspirationem (qua sæpè admonet te & trahere te nititur
ad se, & ad virtutes) tam sæpè reijcis, reniteris, negligis, siue per se, siue per a-
liquod aliud remedium extraneum te admoneat. Ora, ut igneo amore, ar-
dentissima charitate totum te comburat, in se trahat, absorbeat, & secum v-
niat spiritum tuum, ut aliud aliterq; neque velis, neque possis, quam quod
beneplacitum eius perfectissimum fuerit. Item postremo ut sua dignatione
benignissima te suscipere, præparare, dignam facere, & adoptare velit in
sponsam suam, teq; possidere inseparabiliter & perpetuo ad gloriam & be-
neplacitum suum.

Pro veneratione Sanctorum, charissima filia, melius non scio consu-
lendū, quam ut in honoratione ipsorum Dei honorem quæras: prædi-
ctis & laudes eum, qui condidit & fecit Sanctos. Nam ipsi pro hoc laudant
Deum die ac nocte, & à nobis Deum pro se laudari exoptant, & cupiunt
pro se gratias Deo agi pro beneficijs ab eo acceptis in tempore & æter-
nitate. Si ita feceris, & iuuas eos in gratijs agendis, Deo
gratum obsequium impendisti,

Vale.

Sanctos ho-
norandi mo-
dus optimus

Ut Virgines Deo consecrata iuxta suam vocationem Christo sponso caelesti militent, sanctitati mentis & corporis operam nauare, amoremq; suum omnem in quem maxime transfundere debeant.

Epistola LI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS
Virginibus Deo dicatis &c.

OBSEURO VOS VT DIGNE AMBULETIS
vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. *Ad Ephes. IV.*

1. Cor. 7.

Charissima filia, in his verbis quasi ob oculos posuit vobis Paulus totam regulam vestram, & fundamentum religionis. Si enim iuxta eundem Paulum vnusquisque habet à Deo vocationem suam, nulli dubium est vos, quæ certum genus ac singulare videri vobis elegistis, vocationem habere, in qua permaneat, in qua & ambuletis & p. officiat.

Vocatio
multiplex
vt sit.

Obseruandum est autem prudenter, quod non solum iubemini ambulare iuxta vocationem vestram, sed dignè etiam ambulare. Varias scimus esse vocationes à Deo: vniciq; sua est obseruanda. Hic sufficit duas exprimere: Vocationem ad carnale coniugium, & vocationem ad spirituale matrimonium, hoc est ad obseruantiam castitatis.

1. Cor. 7.

De duplici hac vocatione loquitur Apost. Corinth. dicens. *Mulier inuicta & virgo cogitat quæ Domini sunt vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ aut nupta cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Auditis deuotæ virgines vocationem vestram, hanc vtiq; vt cogitetis quæ Domini sunt, & vt sitis sanctæ corpore & spiritu, vt sitis mundæ, vt sitis integræ corpore & spiritu.

Vocatio
monastica
quid exigit.
Rom. 12.

Itaq; vocatio vestra est, non solum vt communia præcepta, sine quibus etiam seculares non possunt salui fieri seruetis sed cogitetis etiam quæ sit voluntas Dei beneplacens & perfecta: Videatis, ac promptas vos exhibeat ad omnia ea, quæ sunt Deo beneplacita, nec sufficiat vobis, nec putetis vos satisfecisse, dum à peccatis magnis abstinete, sed oportet etiam mortificetis in vobis desideria, & passionem, inclinationes malas, vt purum Domino sponso vestro cor offeratis, & voluntatem vestram totam eidem in holocaustum dicetis. Vocatio vestra est, vt sitis sanctæ corpore & spiritu.

Sanctitas
corporis &
spiritus quæ
sit.

Sanctitas corporis est, continentia & castitas corporis, quæ vocatur sanctificatio, sanctitas spiritus est, puritas cordis. De sanctitate corporis seu castitate superfluum est vobis loqui. Hanc enim Christo sponso vestro obtulistis, hanc ob eius amorem seruatis, vt angelica atque caelestis vita in corpore vestro Deo dedicetur. Si enim estis sponsæ Christi, iam ad eò perfectæ esse debetis vt per medium ignem non arsuræ & illæsa transeat: hoc est, vt inter

quascunque tentationes, siue à carne, siue à diabolo excitatas, non maculemini. Sciat caro quamlibet nihil nocet vobis quicquid sentitis in carne, si inuita sentitis, nec castitas polluitur, nisi de consensu animæ. Aded esse etiam debet peccatum voluntarium, vt nisi sit voluntarium, non est peccatum. Magna differentia est, & longè aliud est sentire, aliud est consentire. Quicquid sentitis, non inquinat, si non consentitis.

Ut nihil noceat sentire absque consensu. August.

Sit igitur amor vestri cordis radicans in Deo, vt nihil velitis quod sit ei contrarium aut quod displiceat: & sollicita estote, vt inde non excidatis. Scit vnaquæque vbi tentetur, & quid occasio ei sit, quare non proficit aut progreditur in amore Dei. Huiusmodi occasionem debet toto corde amputare, memor dicti illius: *Si manus tua vel oculus tuus scandalizat te, &c.*

Occasiones peccati fugiendas.

Custodia sensuum ac linguæ, silentium, solitudo, abstractio, optima sunt initia spiritualis vitæ, quibus peruenitur ad sanctitatem spiritus, id est, ad puritatem cordis: quæ est vt nihil cogitatis, nihil desideratis, nihil fugiatis, nisi quod sit cogitandum, desiderandum aut fugiendum. Ad fidelem amatrix spectat amatorem suum purè, fideliter atq; constanter amare. Purè vt ipsum solum amet, & omnia alia, quæ ipse non est nec ad eum referuntur, excludat, fideliter, vt in omnibus eius amorem, beneplacitum ac gloriam quærat, & intendat. Constanter vt si etiam cæsa ab eo ac quasi fugata, non recedat nec si delit esse, vel amare delinat.

Matt. 15. Spiritualis vitæ quædam optima initia. Quis sit amor purus. Fidelis.

Non igitur terreat vos, si quæ est in huiusmodi exercitio, si deserta absque deuotione sensibili, misera & plena spiritualibus tentationibus premitur: quæ hic est modus, quo suis electis omnem amorem mundi, & creaturarum auferat ab eorum cordibus. Nec longè tunc est à vobis sponso, licet dissimulet: maneat tantum constantes & fideles, vt spontè non detis vos ad aliquod peccatum, nec ad externas consolationes & illa pressura erit vobis vehementer salutaris & purgatiua.

Constans.

Itaq; obsecro vos, vt ambuletis dignè vocatione qua vocati estis, vt sitis non sponsæ hominum, sed summi regis. Non eritis sine sponso, nec sine nuptijs aliquando. Propterea nihil moueat, si videritis alias neptes & sorores vestras in seculo nubere & cætera. Maiores habent tristitias, quam gaudia. Ipsæ sponso acquirunt iratos, ebriosos, morosos, suspitiosos aut infirmos, & breui morituros: vos nobilissimum, ditissimum, potentissimum semper iuuenem, semper pulcherrimum, nunquam, moriturum, semper vos amantem habebis.

Amor seculari vt excludatur ab electorum mentibus.

Nuptiæ carnales plus oneris quàm gaudij habent.

Dicit Apostolus vt ambuletis in humilitate. Non de nobilitate, nec pulchritudine, nec de aliqua re mundi debetis gloriari: quia hæc ante Deum omnia nihil sunt. Non debetis etiam iactare bonam vitam vel meritum quia si quid tale est in vobis (quod tamen nescitis) à Deo est, & nisi absit simul humilitas, fiet vt quærat, iam non sit Superbia enim destruit omnes virtutes.

Sine humilitate nec virtus meritum habet.

Necessaria est etiam vobis humilitas inter vos, vt vnaquæque velit etiã inferior altera esse, & contendatis pro seruitute ex animo inter vos. Vnaquæque alteram præferat sibi. Non solum autem in humilitate, sed etiã mansuetudine exercere vos debetis, sicut Christus ait. *Discite à me, quia mitis sum &c.* Mansuetudo est quadam serenitas in facie, & mititas in corde, & amabilitas in quiescente

Matt. 11.

Mansuetudo

Ephes. 4.

Vnitus spiritus
quibus
præcipue
seruanda.

Matt. 25.

sermone. Hæc placat & mitigat iram alterius. Non enim putat sibi iniuriam fieri quia humilitas & mansuetudo, neminem putat se viliorem: unde non cogitat, nec arbitrat in indignum quicquid sibi fit. Idem etiam dicit Apostolus. *In omni patientia, ut iniurias, conuicia, contentiones non velitis iudicare, sed patienter ferre. Supportantes inuicem sine murmuratione, sine quærelatione, in charitate secundum Deum, qua diligatis vos propter Deum, ut Deus sit causa. Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Hoc maxime vobis est necessarium quia estis simul, ut habeatis vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vbi enim sunt schismata & contradictiones & ibi dicitur simul, & ibi dicitur simul, & partialitates, ibi non est pax, & vbi non est pax, ibi non est Deus. Vos itaque electæ virgines, ut prædixi, obsecro ut dignè ambuletis vocatione qua vocatæ estis, ut cum venerit sponsus vester euocans vos, immaculatæ & ardentibus lampadibus occurratis intraturæ cum illo ad nuptias, Amen.

In puellari teneraq; ætate à maligno sæculo ad portum monastici instituti vocari, quæta sit diuini numinis gratia.

Epistola LII.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.
charissimæ filiz & Christi nouæ sponsæ, eiusdem concupitis amoris amplexibus suauiter perfrui.

Charissima filia, signum veræ conversionis, & amata castitas accipio, quod adulta, & sæculo iam apta, sæculum contempsisti, eligens salua virginitate Christo desponsari, quam inter fœdas carnis delectationes marito nubere. Non omnium est hæc gratia: ut in illa ætate continentiam virginalem (cum citra probrum aliud possent consequi) Deo curent dedicare. Gaudere tamen debent & iuuenes puellæ, quæ à parentibus in hunc felicem statum sunt introductæ adhuc incontaminatæ ab hoc sæculo nequam. Quod ita accipiendum est à Deo, ita gratiæ agendæ sunt Deo, ut ei qui contulerit maximum beneficium præueniens infirmitatem & pericula casusq; quæ ad animæ exitum nouerat euentura (nisi è sæculo in pueritia euocaretur) idem antequam submergeretur, antequam in amore sæculi obstinata periret, vocauit eam è sæculo, sciens alioquin (ut dixi) nisi præueniretur, perituram. Gratias agat Deo qui ignoranti necdum oranti tantum præstitit beneficium. Vale.

Vti per creaturarum venustatis contemplationem liceat ad creatoris omnium cognitionem, contemplationem, amoremq; conscendere.

Epistola LIII.

D. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CART.
filia sua charissimæ N. nouæ Christi in monastica religione sponsæ.

Ama-

Amanitas verni iam temporis instat filia in Christo charissima quo omnia quasi ex morte resurgentia repullulant. Alia enim flores, alia odores, alia virentia gramina & folia nobis offerunt. Cuncta oblectant, & quasi rursus iuuenescant repullulant cum flore.

At quid inter hæc meditatur cor virginis iuuenulæ? Putasne etiam his arrideat exultans aspiransq; ad libertatem carnis, vt claustrum soluta captiuitate, perambulare per cuncta virentia gestiat? Putasne iam angustetur in monasterio filia mea, veluti quæ sedet auicula in sporta reclusa? Non angustabitur, si sola non fuerit. Sola non erit, si sponsum suum secum habuerit. Nulla grauabitur solitudine, nullus ei molestus est locus, modo sponsi præsentia fruatur. Vbi enim simul duo fuerint amantes, non curant quocunque fuerint loco, quocunque conueniant: neq; enim illis aut peni illucidum est, nec stabulum sordet: nihil de loco cogitant, modò conueniant, quo alter alterius præsentia colloquiq; fruatur. Filia prædilecta hoc animaduerte: cùm in seculo eras, non agnoscebas amatorem tuum. Nesciebas, aut non cogitabas eius bonitatem, eius pulchritudinem, eius erga te amorem. Ignorabas quid tibi fecerit, quanta largitus sit, quanta demique pro te passus sit. Itaque quia ignorabas idèd non amabas eum. Iam vocata accessisti eum, introisti in cubile eius (clausum cubile dico monasterium) illi eidem desponsata es, ibi aliquantulum ostendit tibi decorem, ostendit pulchritudinem, amorem & delectationem suam: infudit tibi sui notitiam: ibi te sibi in sponsam, in reginam, & in sui regni cœlestis perpetuam te adoptauit confortem. Breuè interim hoc omne quod nuptijs interfluit accipe tempus, donec cum gaudio inenarrabili sponso coniugaris. Amatores & amatrices huius mundi, qui de hoc mundo sunt, quibus spes non est alia reposita, quam quod in præsentia habent, qui voluptatem atque felicitatem suam iuxta ac vitam terminabunt, quorum dum gaudium finitum fuerit, non habent quo consolentur. Hos amicos mundi sine filia, vt solacia querant, vbi solum inueniunt: tuum verò filia non est gaudia vlla querere extra monasterium tuum, quæ in solo reperisti monasterio animæ tuæ gaudium. Intra claustrum inuenies, & ibi tantum inuenies, quicquid secundùm Deum tibi debet oblectare. Porro extra nil reperies nisi quod te à Deo tentat abducere, aut cursum tuum ad Deum præpedire. Intra claustrum desponsata es: ibi sponsus habitat tuis: cùm eo habitet cor tuum, vt ne vnus quidem abcedat cogitatus. Cæterum, quatenus ad creaturarum delectationem spectat, ita accipe. Illi homines qui aliud nesciunt, qui aliud non querunt, aliud non inueniunt in creaturis, quam temporalem delectationem aut commodum, requiescant in creaturis: quorum merces hæc est, vt consequantur quod amant. Ipsi amant creaturas, tu dilige creatorem. Ipsi amant creaturas ob delectationem, lucrum, commodumq; temporale, quæ accipiunt ex creaturis: tuum est creaturas diligere in Deo, & propter Deum, quatenus scilicet inuenis tibi Deum, quatenus lucent tibi, & creatoris cognitioni atque amoris conferunt. Nam omnes creaturæ suum tibi commendant creatorem, illum tibi indicant: ad illum, hoc est, ad eius te amorem invitant. Quicquid nobilitatis, quicquid decoris, quicquid industriæ, quicquid scientiæ, quicquid consolationis, & vt simul omnia dicam, quicquid laudâ-

Quibus non
si grauis se-
luudo.

Amatores
huius mun-
di qua m-
miseri fiat.

Quinam in
creaturis ac-
quiescant.

Creaturæ
oēs vt inui-
tent ad cog-
nitionem &
amorem
Dei.

Gg

dum

dum admirandumve cernis in creaturis intellige in infinitum nobilius, pulchrius, dulcius, mirabilius, laudabilius in creatore, vt in origine.

Quandocumq; delectabile quid cernis in creatura, hoc tibi persuasum accipe, quasi audias ad te clamari, te sentias à creatura moneri, vt à se auerfos oculos, ad Deum creatorem conuertas, à quo illa habent quicquid tu miraris, quicquid animum tuum capit: in quo origo est omnis boni, quod lucet in creatura. Si sol luce, decore aut calore suo te oblectat, non requiescat anima tua super hac delectatione, non sufficiat tibi, quod inuenisti quod oblectat.

Vt ex creaturarum contemplatione surgendum in creatore.

Creaturae vt loquantur Dei potentiam, sapientiam, bonitatem.

Vt propter hominem creata sunt omnia.

Officium cuiuslibet creaturae quod sit.

Sol.
Piscis.
Auicula.

Conuerte ad originem, & attende quam pulcher, quam amabilis, quam amans amore est, qui & temporale hoc lumen & spirituale tibi confert, ac aeternum promittit: qui tibi omnia condidit: tibi, inquam, non sibi, hoc est ad commodum tuum, non suum. Exulta & gaude talem te habere sponsum, tam potentem, tam sapientem, tam bonum ac tui amantem, vt tibi crearet & subijceret omnia. Vbi nunc est potestas, vbi potentia regum & imperatorum. Quae virgo, quae domina secundum seculum talem poterit iactare sponsum? Vbi est quae possit gloriari in suo sponso, de potentia, fidelitate, nobilitate, amore? vt cetera taceam. Hoc modo charissima filia, videantur tibi omnia creaturae procedere, & quasi ambiciosè pro creatore suo zelantes, eius potentiam, sapientiam ac bonitatem velle ostentare, in eo quod singulis singulim dedit: Indicare tibi cupiunt quis sit sponsus tuus, quomodo idem creator suus. Item quomodo donatae sint, quid acceperint ad ministerium sponsae. Ecce oēs creaturae tibi clamant: O soror (sororem te vocant, quia vnu tecum habent omnib. comunem patrem: Neq; enim plus laborauit tuus pater Deus, quando te creauit, q̄ quando flosculum creauit. Sed hoc solum interest, quod flosculus propter te, non tu propter flosculum creata es.) Ergo o soror, inquit, quid nos inspicis? Nihil in nobis admirare quid simus: mirare eum, qui nos fecit, & qui tales (cū facere vellet) nos fecit. Nos enim non fecimus nos. Qui te creauit, qui te sibi in sponsam ab aeterno elegit, propter te nos fecit. Nos completo ministerio nostro, transibimus: tu vero permanebis cum eo, qui te fecit in aeternum. Quicquid in nobis boni vides, quicquid in nobis laeas, in infinitum melius est, nobilius est in artifice Deo, q̄ in nobis, hoc est, in opificio suo. Hoc modo filia, discite contemplari, & in omnibus creatis Deum diligere, amoremq; excitare. Quando solem vides in fulgore suo, quando tonitruum reboat, quando fulgura micant, quando flores & oculos coloribus, & olfactum odoribus alliciunt, quando pisciculi in aquis tibi ludunt, quando auiculae cantu suo aures tibi demulcent, quando arbores & cetera quaeq; virentia florent, cogita haec omnia propter te fieri: & vniuscuiusq; officium aut naturale opus creaturae est laus & praedicatio creatoris, ac si qualibet creatura dum naturale suum officium exequitur, diceret: Vis scire, quales nos omnium conditor fecerit Deus? Attende quid sciamus, & quis dedit, quis docuit nos intellige. Ecce qualem lucem, qualem splendorem dedit mihi Dominus, inquit Sol. En natandi artem, & in aquis ludendi mihi datam ait pisciculus. Ecce, inquit auicula, quam pennata ego sum, quam colorata, quam leuis ad volatum. Ecce quam dulciter docta sum canere hoc tenui rostro. Sic omnes tibi loquuntur creaturae, interrogantes te quid tu edocta sis, aut quo dotata

Ad vulnus
dextri pe-
dis.

lorem, sanguinem atque humilitatem vnigeniti eius contra oem superbiam ac vanam gloriam tuam, & contra omnia vitia inde nata. Ora vt per gratiam eius illa in te extinguantur ac moriantur. Ora etiam vt profundissimam tibi ex hoc vulnere infundat humilitatem, sibiq; acceptissimam, qua vilitatem nihilitate tuam omnem cognoscas, ex animo te despicias, ac nesciri, vilipendi, sperniq; ab omnibus & cupias, & gaudeas. Tertio lecta iterum oratione in vulnus dextri pedis Iesu, offer pro te Deo Patri eius illud vulnus, dolorē, sanguinem ac patientiam vnigeniti eius contra omnem iracundiam atque impatientiam tuam: orans, vt ex hoc vulnere tibi infundat, perfectissimam patientiam atq; mititatem qua aduersa cuncta desideranter atque gaudente de manu eius suscipias, nullam euasionem aut consolationem quæras: sed ad finem vsq; quæ tibi patienda mittit: cum omni gratiarum actione perferas faciaturq; vt purissima, sola ac nuda illi charitate inhæreas, ac plena perfectissimæ fide ac fiducia inter quoscunq; euentus te in illum projicias. In hoc vulnere proes Deo Patri gratias agere pro quibuslibet aduersitatibus, quas super te tibi vnquam venire permisit, deinde pro amore illo paterno, quo tibi patrida in salutem tuam ordinauit. Item orare debes pro omnibus qui tibi aduersa intulerunt, aut te contemnere, nocere vt tibi voluerunt, vt Deus non solum ignoscat, nec solum non imputet illis, verum etiam æternam illis (quia fuerunt in hoc eius ministri) mercedem sanctæ beatitudinis retribuat. Post hæc veniam petere debes, quod ea quæ tibi perferenda misit, tam impatienter, tepido, inuito atq; ingrato corde suscepisti, aut euadere tetast. Postremo, ad quæcunq; toleranda te ipsam in eius beneplacitum debes offerre, ipsumq; regere, vt quicquid ad suam gloriam, ad suamq; iustitiæ satisfactionem te pati voluerit, te faciat æquanimiter atq; desideranter sustinere. Pro tuis quidem peccatis offeras ei filij sui passionem (pro quibus tu reuera satisfacere haud potes) at pro ipsius amore, pro eius beneplacito, pro eius gloria & vt satisfacti iustitiæ ac voluntati eius, offer te ipsam in manus eius, orans vt tecum agat, ut faciat cuiusmodi maximè te esse & sibi placere vellet.

Ad vulnus
pedis sinis-
tri.

Ad vulnus
cordis Iesu.

Quarto, lecta oratione in vulnus sinistri pedis Iesu, offer Deo eius Patri pro te hoc vulnus, dolorē, sanguinem ac misericordiam vnigeniti eius, contra oem duritiam, inclementiam ac inuidiam tuam orans vt ex hoc vulnere tibi infundat misericordiam, compassionem, benignitatem, mansuetudinem ac charitatem ad omnes, potissimè autem ad eos qui te offenderunt vt materno affectu omnium necessitatibus cõpatiaris, omnib. succurras, ac benefacias, omnes portes, consolers, ac perfectè diligas. Quinto, lecta oratione dominica, in vulnus cordis suauissimi Iesu, offer Deo eius Patri pro te hoc vulnus sanguinem & charitatem eius immensam, qua patrem ipse dilexit, contra oem acediam, tepiditatem, negligentiam, & contra oem inordinatum tuum amorē: orans vt ex hoc vulnere tibi infundat charitatē ardentissimam, purissimam, intentissimam, perfectissimam, atq; perpetuam, qua ipsum ex toto corde diligas, laudes & benedicas in omnib. & sup omnia: qua ipsum solū cogites, solū desideres, solū quæras, solū intendas, qua ipsi soli inhæreas, soli placere cupias, oemq; vires animæ & corporis, omne deniq; tempus vitæ tuæ in laudem ac beneplacitum eius, in amorem quoq; ac gloriam eius expendas atq; cõfirmas. Vale, & sponsum tuum celestem pro me exora.

Deum.

Deum in nobis esse, nosq; in Deo per quam indicia probetur: charitas Dei vti in nobis probetur per fraternum amorem: mala item quanta invidentia ac odium in nos congerant.

Epistola LV.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS. charissimæ filiz N. Dei proximique charitatem in corde iugiter ardere.

Charissima filia, valde sollicitè curandum tibi, nobisque omnibus est, ne aliquid, siue Dei, siue proximi charitati aduersum intra nos recipiamus. Pellendus est omnis rancor, omnis amaritudo, & erga omnes sincera charitas retinenda, vt & nos Deum in nobis semper retineamus. Deus est in nobis, si charitas eius est in nobis. Nam

1. Ioan. 4.
Charitas duplex quæ fit
Ioan. 14.
Matt. 7.

vt Ioannes dicit: *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Charitas autem gemina est, scilicet, Dei & proximi. Charitas Dei in nobis est, si præcepta eius obseruamus. Vnde Dominus ait in Euangelio: *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.* Porro charitas proximi in nobis est, si illi facimus quæ volumus fieri nobis, & non facimus ei quæ nolimus nobis fieri. Verbi gratia. Nolumus de nobis detrahi, nolumus despici, impediri aut iniuriam nobis irrogari &c. Ergo & nos non debemus detrahere, spernere, impedire, iniuriam facere. Volumus iuuari seruique nobis & excusari: velle quoque debemus argui peccata nostra: quæ quidem omnia alijs ex charitate impendere tenemur. Quisquis hanc charitatem non habet, illi illo non est Deus. Et quid prodest ei, si ieiunat, aut elemosynam dat, vel alia opera bona facit, si non habet Deum? Nam non habendo charitatem, non habet Deum. Quicumque autem odit fratrem suum, id est, christianum ex matre Ecclesia fratrem, quicumque persequitur, inuidet, nocet, non habet charitatem: & ideo si hæc tanta & tanta fecerit, nihil ei prodest, sed cum odio damnatur, quia non habet charitatem. Quid dicit Apostolus? *Si linguis hominum loquar & angelorum, & si habuerò prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuerò omnem fidem, ita vt montes transferam, & si distribuero in cibos p. superum omnes facultates meas, & si tradiderò corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.*

Deum non fore in nobis quænam ostendant.
1. Cor. 13.

Nihil prodesse curquæ extra charitatem quicquid habeat ac faciat.
Ioan. 13.

Ecce quisquis in odio viuit, quisquis charitatem non habet, non prodest ei quicquid aliud habet: quia charitatem solam Deus requirit, & solum quicquid in charitate fit, placet ei. Hæc est signum, quo discernuntur filij Dei à filijs diaboli. Quid dixit Dominus in cœna vltima? *In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem?* Ipse charitatem habet ad nos, & omnibus modis vult nobis benefacere, nos exaltare & æterno beatificare. Et si iam affligit nos, hoc tamen facit ex charitate: sicut bonus pater filium, vel magister discipulum, quem vult bonum habere: sic ipse Deus corripit nos vt efficiamur boni. Sic etiam vult, vt nos inuicem diligamus, beneficiamus, promoueamus, cæteraque charitatis officia exhibeamus. E contrario diabolus nos semper odit & odit, inuidet æternam beatitudinem, docet & ducit ad malum vbi que. Et si benefaciat temporaliter in delectationibus

Odium demones in nos quantum habeant.

bus &c. facit hoc ex inuidia, vt perducatur nos ad æterram miseriam: quia non blanditur nobis ex fauore, sed ex malitia, qua odit nos. Hæc est causa, hoc est signum omnium filiorum eius. Vnde potest dicere: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si odium habueritis ad inuicem.

Itaque charissima filia mundemus corda nostra ab inuidia, ab odio, quæ corpus & animam consumunt, ossa exsiccant, quæ Deus singulariter vindicat etiam in hoc mundo. Et si quandoque dissimulat, tamen non obliuiscitur, sed tanto grauius quanto tardius vlciscitur. Si quis malè facit contra Deum vel contra proximum, & non punitur, signum est eum aded malū esse, quod indignus sit puniri & castigari ad salutem, sed seruetur ei post mortem, vbi æternam castigationem & damnationem recipiet: & ided in peccatis prosperrari, & non castigari à Deo, pessimum est signum. Quod si quis etiam resipiscit & pœnitet, deletur culpa per pœnitentiam: sed peccatum oportet castigari hinc vel in futuro, licet non æternaliter.

Maximè odit & punit Deus inuidiam scilicet boni quod est peccatum in Spiritum sanctum, quando quis malus est, & inuidet alteri propter hoc quod bonus est, quod summo opere cauendum est.

Examinemus corda nostra si habeamus charitatem veraciter, Primò, si omnia quæ Deus vult, & propter Deum facimus, & cætera, si proximo nihil mali fauimus nec facimus sed bonum, habemus charitatem. Sed si præcepta transgredimur, si mala irrogamus proximo, vt placet nobis, quod alij faciunt (quod idem est) non est charitas Dei nec Deus in nobis, sed ambulamus super os inferni. Non tamen omnis amor est charitas. Nec facilè tibi peritideas filia te habere charitatem.

Nam si quem odio persequeris non potes veraciter te iudicare: quia lumè amifisti, in quo te perspicias, Quid dicit Ioannes? Qui odit fratrem suum, in tenebris est: id est, non se videt, conscientiam suam non agnoscit, peccata non reuertit, & putat sæpe se nulla peccata vel leua facere, quæ tamen grauissima sunt. Quia licet verba vel opus in se non esset grande malum vel nullum, sed tamen quia ex odio fit, graue peccatum est.

Odiū namque etiam opera bona ex se facit mala. Et qui in odio versatur præsertim inueterato, vix est emendabilis. Quia peccatum in corde est quandoque solum, & non reprehenditur, vel non aduertitur: imò putatur quandoque zelus & quandoque ex reprehensione magis inflammatur & augetur.

Signa odij sunt non libenter loqui vel conuersari cum aliquo, libenter cõfessionem, defectus eius, damna, persecutionē &c. videre vel audire: erga omnia quæ facit displicentiam habere: eos qui ipsum diligunt odire, nec possunt sufferre aliorum colloquia vel gratiam erga ipsum: libenter velle ipsum opprimere, affligere, humiliare, amaritudinem in corde sentire, & ad aspectum eius triftari, eius dolere bonis, & gaudere malis.

Hæc idcirco scripserim filia, vt caueas tibi ab insidijs diaboli, nec cor tuum vilo erga quemlibet odio vel tenuiter affici patiaris. Non dorinitat serpent tortuosus, sed modis omnibus in nobis cupit extinguere, aur certè minuire charitatem, cui resistere nos oportet, & tanto studiosius communi erga omnes dilectioni nauare operam, quanto ille studiosius id agit, vt vel erga vnum aliquem malè affecti simus, Dominus Iesus te seruet diu incolumem in suo seruitio filia mea in eodem charissima.

Malis cur hic subinde parcat.

Inuidiam quantopere Deus odiat ac puniat. Charitatem nos habere quinam probemus.

a. Ioan 1.

Odiū fraternum quanta mala efficiat.

Signa odij fraterni quæ sint.



Pax cordis inter aduersa & quosuis euentus quinam obtineri possit : quare Deus permittat amicos suos ab alijs excipere & discrucari.

Epistola LVI.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS.
sorori in Christo charissimæ spiritum resignationis & patientiæ.

Quæris à me filia qua ratione possis pacem pectoris inter quoslibet euentus inuolabilem retinere ne turberis nimium. Itaque tota virtute ac omni studio enitendum est, vt non habeas propriam voluntatem, id est, non aliam quam Domini voluntatē, illam solam eligas, optes, ac præferas, & semper inuenies requirētem, & pacem, ac immotam animi tranquillitatem. Quid turbaris? Ostendit ille tibi signa, dedit verba, addiditq; vt putas, contemptum, omnia iniuriosa (ita enim tibi persuades). An hæc præter voluntatem diuinam, an sine prouidentia diuina hæc facta sunt? Ab æterno voluit Deus, vt hac hora tu hæc patereris, & tu nunc obmurmuras? Sed non, inquis, murmuro, contristor tamen. Vt quid tristaris, nisi quia putas indigna te pati, quæ & inuita pateris? Non vides coronam æquanimiter, id est, cum resignatione cordis patientibus reddendam, idcirco tristaris. Non attendis prouidentiam diuinam, ideo manes deiecta. Et quæ es, vt cogitabundo irrefignatoq; animo te audeas opponere Deo? Factum est quod voluit ille. Quid tu interea facies? Fac vt tibi vtiliter factum sit, quod propter te, id est, in rem tuam factum est, id est, quod in salutem tuam fieri voluit Deus.

Et quomodo, inquis, voluit Deus malum? Non vult, non iussit vt illa, quæ contristauit te, faceret malum, sed voluit vt tu sustineres malum: hoc enim est bonum velle. Sustinendo enim crescit tibi bonum, quod vult Deus. Ergo voluit Deus vt tu sustineres. Quod vt fieret dimisit illam, quæ aduersata est, in infirmitate sua, vt faceret malum, quod tibi fieret (si tu non obsteteris) bonum. Ergo illa propter tuam vtilitatem à Deo, & in tuum profectum dimissa est, vt irrogaret malum, quod tibi esset bonum. Cur ergo irascaris, quod illa non prohibita est, non retracta Dei custodia (vt tibi patientiæ accederet corona) sed lapsa, & in tuam vtilitatem lapsa, vt & ipsa (postquam tibi patientiæ occasionem meritorumq; copiam aduexit, per penitentiam feliciter resurgat, quæ dispensatione quadã diuina cecidit, id est, cadere est permissa?

Gratias igitur age Deo & diuinæ eius prouidentię, gratias age sorori, per quam placendi Deo & acceptiorem te facendi, gratiarum quoque ab eo maiorem copiam recipiendi nacta es occasionem.

Intellige, quia vt tu patereris, vtilissimè ac felicissimè voluit Deus: vt illa patientiæ materiam offerret, permissa est à Deo. Imò & fortè vt & illa lugendi, penitendi & humiliandi se materiam sibi ipsi consciret vtiliter permissa est. Semper igitur prouidentiam diuinam aspice, ab homine ad Deum recurre, eius beneplacitum accepta, & homini nihil nisi ministerium tui profectus imputa. Homines Dei instrumenta sunt, quibus ille ad suorum

salutem vtitur: ita vt nouit singulis quibusque expedire. Vale filia, & pro me

Deam ora.

Aduersa vt electis acciderent ab ære, no præsumum.

Malum vt non velit sed permittat Deum.

Gratiæ vt sint Deo in aduersis agendæ.

Ex-

Exercitium tutissimum probatissimumq; pertingendi ad fundamentum omnium virtutum, scilicet humilitatem.

Epistola LVII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIVS, CARTHVS, charissimæ filia, Iesum Christum sponsum, & humilitatis magistrum suavissimum.

Ioan. 4.
1-Pet. 5.

Filia mea charissima nihil ita necessarium est homini Deo placere volenti, atque profunda humilitas. Hanc quisquis habet, gratus est Deo, & vitam viuit felicem, ac securus moritur. Qui vero humilitatis est expertus, non potest non displicere Deo, quia superbia laborat vitio, cui Deus semper resistit. Atque idem ipse quærulus semper ac morosus est, & nunquam vera cordis pace gaudet, quam experiri non possunt nisi humiles. Inde fit, quod multis vexatur suspicionibus, sæpe etiam valde absurdis ac nimis temerè susceptis, atque ægrè admodum se contemni patitur, quia sibi iniuriam fieri arbitratur. Sed non est iniuriæ loco habendum, si contemptui habeatur homo peccator, vtpote cui nihil debetur aliud nisi contemptus & ignominia, propterea quod ipse iniquè agendo, non est veritus contumeliam irrogando summo & adorando creatori.

Via ad veram
humilitatē
quæ.

Et tu igitur filia mea fuge hoc superbia vitium: noli dolere si non honoreris. Refrigna te ad omnem tui humiliationem & despectum, vndeunque tibi euenerit. Dic cor tuo, planeq; tibi persuadeas pedum inuolumentum te esse: & sicut eiusmodi inuolucrum non obmurmurat, non conueritur, non renititur aduersum iniuriam, ita putes à Deo quibuslibet permillum esse, ut in te conuitia, & iniurias congerant, & te pro suo despiciant arbitrato. Si quis labor nimium molestus & grauis tibi iniunctus fuerit, insinuare potes grauamen superiori, magis consilium quærendo, quàm iugum excutere cupiendo. Quod si per seuerauerit in sententia superior, dic tibi: Voluntas Domini est, ut hoc facias, cui non oportet te resistere. Et id potes certo confidere filia. Nam si reuera grauamen esset, iam Deus occulta inspiratione & ordinatione superioris mouisset mentem, ut tibi parceret. Quod quia factum non est, cogites non esse grauamen, sed tui immortalitatem, quam debes persequi secundum Deum & vincere.

Henricus
Suso.

Habet memorabilem sententiam in Epistola quadam dulcissimus & insignis ille æterna Sapientia discipulus D. Henrico Suso in hæc verba. Si quis homine defecerit atque extinctus sit: omnis amor priuatus, omnis propria quæritio, proprius respectus & ad sese inclinatio, atque omnis denique proprietatis, & quicquid est hominis erga seipsum, iam fundamentum est collocatum, & virtutum omnium radix germinat. Inde namque oritur vera pax atque tranquillitas cordis, inde mitis atque silentium internum, in vera videlicet sui abnegatione & resignatione erga minimum haud secus atque erga maximum. Hæc ille.

Exercitium
ad humilitatem
virtutum
quod.

Porro, ut aliquid habeas humilitatis obrinendæ exercitium, (Nulla enim virtus sine exercitatione & labore potest obtineri) semper ob oculos verses nihilitatem & vilitatem tuam, peccata & ingratitude tuam. Hæc enim

enim propriè tua sunt, quæ nulli debes accepta referre, nulli imputare, nisi tibi. Nemo te cogere potest ut pecces: sed tuapte sponte laberis in vitium. Sola ergo, ut dixi, peccata tua attendas, nec deflectas oculos ad dona aut charismata Spiritus sancti quæ nimirum tua non sunt, nec ex his tete metiri debes, aut alijs comparare. Separa à te quicquid Dei est, nihil tibi diuinorum vendices charismatum, non tibi iniquè vsurpes quod mera Dei benignitate tibi collatum est, nec ex alieno velis honorem tibi sumere aut gloriam. Cumque nihil horum tibi attribueris, non nisi nihil tibi relictum videbis, quod est peccatum tuum. Id ergo solum pone ante oculos tuos, quia hoc solum à te est, & hoc tu es. Secundum hoc igitur quod tu es, exclusis illis quæ Dei sunt, iudica te, & talis velis etiam ab alijs iudicari.

Atque hic iam perspicias obsecro, num aliquem possis despiciere, aut alicui te præferre. Si enim nihil habes nisi peccatum, non est sanè vnde cuiquam te anteponas, sed potius omnibus te viliozem arbitreris. Simul etiam attende quàm bonus, quàm potens, quàm immensus sit Deus, & quàm tu ipsa vilis & peruersa sis: ac nihilominus quàm erga te fidelem se præbeat Deus, & tu te illi infidelem. Quod est sanctorum patrum testimonio exercitium vtilissimū, ut scilicet in horum assidua consideratione verseremur, aspiciamusque iugiter Dei immensitatem & fidelitatem erga nos, atque nostram paruitatē & infidelitatem erga ipsum. Diligit enim ille nos amore prorsus gratuito, cum nulla ex parte nostri indigeat, quia sufficit ipse sibi, & in seipso omnimoda fruitur beatitudine & felicitate, nec quicquam in nobis inuenit, vnde digni simus amari. Nos verò cum ab eo toti pendeamus, & sine illo nihil aut sumus, aut præualeamus, maximisque nos affecerit beneficijs, tamen semper illi ingrati & infideles sumus: quod meritò nos & potest & debet summè humiliare, ut contemnamus nos ipsos tam ingratos & miseros. Itaque charissima filia in his meditando sedulo verseris, & vitia cuncta nullo negotio superabis, & ad magis humilitatis gratiam, atque ex consequenti ad virtutum omnium perfectionem Deo fauente breui pertinges. Vale in Christo sponso & Domino tuo.

Vita spiritualis sit inchoanda: exercitia corporalia pariter ac mentalia quomodo exercitanda: natura item necessaria qua discretionem suscipienda: quiq; ad proximum suum quisque gerere sese debeat.

Epistola LVIII.

IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
filie suæ charissimæ.

Q Vandoquidem filia in Christi charitate & ipsa charissima, frequenter me precibus pulsasti, quatenus tibi modum aliquem præscriberem, iuxta quem vitam tuam in instituto nouo quod Deo vocante assumpsisti ordinare posses. Qua in re tibi acquiescens in primis consulo fideliter, ut vitam tuam spiritalem iuxta
Ordinis tui censuram debite inchoes: deinde ut dicta, sententiasve aliquas breues, aut exemplaria gesta Sanctorum ante oculos tibi conscribas, crebro inspicias, ad quæ conferas conuersationem tuam, & tanquam ad normam metiaris, propositum imitandi hæc quotidie renoues, in conatu & exercitio

Vita spiritualis uti sit inchoanda.

H h tuo

tu nihil fidas, non cesses tamen conari & adniti ad profectum, nec propter instabilitatem aut labilitatem continuam pusillanimitas ad desperandum aut ad omittenda cuncta fias, sed indefinenter ad Deū pro auxilio, pro misericordia, pro gratia clames, & in expectando longanimis persistas. Dicta autem & sententias huiusmodi accipias, quæ te magis stimulant aut mouent: cuiusmodi multa in Vitis Patrum leguntur, de continentia linguæ, de fuga peccati & occasione vitanda, de mortificatione, de singulis virtutibus & eiusmodi.

Exempla di-
staq; sancto-
rum ob oculo
s constitu-
enda.

Corporis
exercitia &
afflictiones
vt non æque
omnibus con-
ueniant.

Corporalia exercitia & afflictiones corporis non vniformiter omnibus conueniunt nec Deus requirit aut acceptat ea pari modo à singulis, quia non omnia, nec cuiuscunque vocatione eadem conueniunt. Ideo secundum discretionem atque iudicium superiorum vel confessorum tuorum, aut alicuius alterius prudentis viri, quem patris loco semper interrogare & audire debes, moderanda sunt, secundum quod spiritui plus aut minus congruunt. Certum est Sanctos omnes, generaliter passos aut propria voluntate castigationes, aut aliorum persecutiones, aut prouidentia diuina tribulationes. Tugitur lis modo patiens, ac Deo resignata ad futura. Nam quam cito expedient fuerit & tolerare poteris à Deo & hominibus (Deo permittente) inuenieris, vt crucem feras. Patrem habeas spiritualem, cui omnes conceptus tuos & consilia pandas nudè & integrè, nec ingenio tuo, nec libris te sufficienter reformari credas. Ita enim vult Deus, & omnes hoc modo per viam humilitatis atque voluntatis propriæ abnegationem perfecerunt. Quod nisi fecerit, prænuntio tibi ruinam. Aduersitates & pressuras cordis tui nulli hominum queruleris, nisi patri spirituali consilij causa, sed Deo offeras, & de ijs cum illo per resignationem deuotâ tractes, habent enim querelæ altæ, vel inanis gloriæ, vel plerumq; impatientiæ non modicum, vnde meritum perdit patientis. Ita consulit item D. Ioannes Thaulerus Exercitia interioris hominis tunc in vita ac passione Domini nostri Iesu Christi, petendo veniam & dolorem cõcritionis tibi donari, quod eiusdè passionis ac tanti doloris causam dederis, gemendo & arguendo temetipsâ, q; ab eius explorari vita tatum distas, q; ad huc tã ingrata manes amator tãto ac benefactori: perinde humiliter pete eidem conformari per deuotissimam imitationem interioris & exterioris hominis in agendo & patiendo. & hoc quantum ipsius beneuolentiæ placuerit.

Sancti omnes
vt passivi
sint.

Pater spiritus
deus.

A querelis
vt sit absti-
nendum.

Ioannes
Thaulerus
Exercitia
hominis in-
terioris cu-
iusmodi af-
fundenda ty-
roni.

Obserua interiora & exteriora tua diligenter, & pro minimis te ipsam gra- uiter argue: vbicunq; à sinceritate te inuenieris recessisse gеме & plora, quod tanto post tempore adhuc in ijs vitijs iaces. Pro paupertate hoc ponas fundamentum, vt superflua, aut quibus non vteris, nolis habere, pro necessarijs item conquiredis nõ anxieris. Qui enim præsentia donat, & futura largietur. Nihil ita possideas cum amore, vt nolis ab eo separari, aut quod cum tristitia amittas. Tristitiam talem dico: quæ te faciat in corde aut ore murmurare, querulari, indignari. Nam incidennias interdum leues extra rationis deliberationem, & contra propositum Sancti quoque patiuntur. Si aliquid petitur abs te, quo carere possis, tamen si futuro post hac tempore credas tibi ad vsum futurum (sicut sunt aliqua otiosa, pro nunc in potestate tua posita) nullo modo contristes fororè negado, sed cū prædictis licentia à te recipiat, que eger. Cū tu egeris, Deus tibi rursus prouidebit necessaria. Nõ decet monachâ thesaurizare vtensilia & alia quilibet vilia, nec pro futura adhuc necessitate (quæ forsitan non attingetur) reseruare aliquid, quibus alia in præsentia us-

Sui custodia
petitigi.
Paupertatis
gratia qui
acquiratur
Nihil cum
amore possi-
dendum.

Vtensilia
cum egeris
imperti-
enda.

uc. 12.

gens, eadem petit, & que tu otiosa tenes. Nisi igitur petitio prorsus irrationalis foret & curiosa, non expediens postulanti, omni petenti tribue. Quantum in te est, uter filia & quibus uteris, potius habeas rustica & vilia, quam decora.

In cibo potuque hanc feruam discretionem, ut quod delectationem irritat non optes, aut quæras, sed idcirco solum quæras cibum, ut famem reficias, necessitati que feruas natura. Non eligas meliora suauioraque ac deliciaiora, nisi rationem habeas euidenter, quare id facias cum Deo, hoc est, ut ex necessitate aut deuotione hoc facias, puta vel propter infirmitatem, vel propter necessitatem, propter ea quod viliora, pro tunc non habeas, aut quia sanitati confert, alicuiue infirmitati corporali medetur. Comedere etiam de meliori propterea quia appetitus perit, aut modicus est cibi, ne vilia tandem prorsus vertantur in fastidium, discretio est, quandoque melioribus (si affunt) uti, nec improbandum. Modicum etiam de licitis melioribus gustare, & tunc cibum, cuius delectatio iam gustata est, atque desideratur, iterum sibi subtrahere atque negare, mortificationis est. Item modicum de cibis deliciaioribus gustare, ne inanis gloria in te rodatur, quod ab hoc illoque cibo abstinere nunquam eo utaris, aut ne alios iudices, & ne singularis videaris, neque propositum tuum fiat alijs manifestum, prudentia est. Postremo, modicum indelsumere, non ex curiositate, nec propter delectationem, sed ut honorem exhibeas Deo pro creatura tibi donata, & in tuam utilitatem creata tanquam omnium creatori & largitori, hoc modo gustare cibum quasi in laudem reuerentiamque creatoris, deuotionis est. Si viliter administratur & tenuè, gaude quod licentiam habes occasionem, parce sumendi cibum, & a pretiosis abstinendi. Si largè abundèque ministratur dic: Clementissimus Pater mei pauperis miseretur, & delicia prouidet. Ad eius laudem & gratiam actionem inde modicum sumam, & ita de ceteris alijs cibis mihi facti faciam. Ad opera compassionis ac pietatis, omnino quo potes studio sis semper seruus ac paratus. Nemo affligatur, nemo contristetur, cum quo non simul tristeris, simulque affligaris. Quomodoque ergo potes afflictum ubi ceruis, ipsam consolare, aut per te si potes, aut per alias: ita tamen, ut nemini propterea alteri improba ac molesta sis. Non debes etiam quærere quod consolatoris: sed quod in manus tuas ultro tibi occurrunt has à Domino intellige tibi missas, tibi que relictas, ut consolatoris. Assuesce, & per iuge exercitium discere continua suspiria emittere ad Deum, continua ardèntiaque desideria in cor eius quasi iacula figere, contra tuos defectus, contra animæ infirmitates, contra peccata tua, pro virtutibus, pro gratia Dei, alijsque huiusmodi salutari necessarijs. Assuesce, ut mens tua continue eleuetur ad Deum, & cogitatio tua sit iugis perpetuaque oratio. Ad hæc multum iuuat discere ex creaturis mentem erigere ad Deum: v. g. Quicquid videris, quando audieris occasio tibi sit alicuius verbi in scriptura deuoti, alicuiusve benedictionis a Deo mundo, tibi ve collati, aut alicuius delicti tui (pro quo gemas) ad creatoris tui iniuriam ac contemptum admisi, in memoriam reuocandi: v. g. vides, vitem, recordare eum, quod dicit: Ego sum vitis vera. Cogita quod sterilis sis, a quo inutilis palmas, aridus atque à vite desecanda. Dic o vitis odorifera, & sancta, quam honorificum & salutiferum est in te esse palmitem. Utinam in te merear palmas esse, & manere. Utinam in te des mihi semper viuere, & tui pinguedine spiritus nutriri. O botrum amabilem, in cruce pro nobis expressum. Tu stolam tuam vino lauisti ideo rubrum est indumentum tuum, sicut calcium vas in torculari. Torcular n. calcasti solus, & cruce ipse solus portasti. Vulneratus es propter iniquitates nostras, & luore tuo sanati sumus. Dilexisti nos, & lauisti nos in sanguine tuo. Hæc igitur nunc me miseram creaturam

In cibo & potu sumendo quid obseruandum.

In melioris cibi vsu ut discretio seruatur. Mortificatio Prudentia.

Deuotio.

Opera compassionis & pietatis alacriter colenda. Aspirationibus mentis iugiter vitandum.

Ut mens ex creaturis letanda ad Deum.

Ioan. 15.

Gen. 49.

Esa. 63.

Esa. 53.

Apoc. 1.
Pfal. 79.
Esaie 5.

Zach. 9.

Actor. 5.
Heb. 10.
Galat. 5.

Phil. 3.
1. Cor. 4.

Pfal. 35.

quid respondebo ego, cū tu vineam tuā visitaueris? & dum expectas à me quis tibi tūc adferā uuas ego verò nō uuas produxero, sed labruscas? Cogita quomodo quomodo vitis hęc vera Christus ramos suos per vniuersum mundū expandiderit, quomodo vniuersam terram huius pretiosissimo liquore inebriauerit. Ex hac enim vite prodijt vinum germinans virgines. Hoc vino inebriati sunt martyres, qui corpora sua tormentis varijs subiecerunt. Hoc vino inebriati Apostoli, qui euntes à conspectu consilij gaudebant pro nomine Iesu contumeliam pati. Hoc vino inebriantur, qui spoliati facultatibus suis, cum gaudio bonorum suorum sustinuerunt rapinas. Hoc denique vino inebriati carnes suam nonnulli crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, omniaque pretiosa mundi abijcientes, arbitrati sunt ea ut stercora. Hoc vino alij ebrij, stulti sunt propter Christum? Facti enim sunt spectaculum & angelis & hominibus, qui benedicunt dum maledicuntur, diligentes eos qui se oderunt, & dum colaphizantur gratias agunt. Hoc vino tandem inebriantur ij, qui habitāt in domo Domini, quos torrere potat Deus voluptatis suae. Hoc vino Iesu suauissime nos inebria, vt ad nostri contemptum, ad verbera, & ad iniurias sustinendas curramus parati te solū meditātes, & tui honorē zelantes ac beneplaciti.

Vt autem charissima filia tibi abundantiorē offeram materiam ea quae iam dicta sunt, melius intelligendi, transmitto exercitium seu excitamentum quoddam mentale, quod ab hinc paucis annis conscripsi cuidam in nostro sacro ordine Carthusiano Christi tyroni, ex quo facillē discēs ex omnī penē re creata quā vel vides, vel audis, vel tractas: ex temporis cuiusque uenturū: ex denique festorum celebratione, hauries occasionem modumque mentem tuam ad Deum leuandi, illum laudandi, illi gratias agendi, in illius desiderio amorēque quotidie crescendi, te ipsam denique mortificandi ac proprietatem omnem in te profcindendi. Vale charissima filia, sponsumque tuum solū precibus pro me pulsa.

Videns pulchram domum leua mentem tuam ad Deum & dic.

Ioan. 14.
Pfal. 35.

Pfal. 92.

Quam magna est amplitudo domus Dei. In domo tua suauissime Iesu mansiones multae sunt. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Meditare cuiusmodi tu esse debeas, qui vocatus templum & domus Dei. O dulcis Iesu domum tuam decet sanctitudo: in me tamen non aliud est, quā spurcicia putredo & spelunca latronum. Clementissime Domine Iesu, sanctifica hanc domum meam in veritate. Benedic quasi domui tuae, & inhabita eam. Hastenus enim vitiorum omnium domus & habitatio fui: & tunc erat domus mea. Quicquid enim meum est, peccatum, corruptio & vitium est. Nam à te solo bonum & virtus est. Capio igitur, & totis medullis animae opto & precor, fac me tuam posthac fieri domum, quā perpetuo inhabites & possideas.

Videns bestias cædi & trucidari propter hominem, conuerte mentem tuam ad Deum, & dicito.

Vt vehatur homo cæditur equus, vt idem edat, occiditur bos. In gemisce quod propter te ingratum & facinosum, affligitur occi-

occiditurve creatura. Meritò igitur in iudicio rursus armabitur contra te, & accusabit te omnis creatura, quæ propter te indignè immeritoq; passa, atq; occisa est, cum tu creatori neq; subditus sis, neque gratus. Habe compassionem cum omni creatura, memor, quia eundem habent tecum omnia patrè, eundemq; omnia creatorem.

Cogita te esse indignissimum, vt propter te cadatur affligaturve aliqua creatura. Cogita, quàm abutaris creaturis. Erubescere, si ad seruiendum tibi aliqua vtaris creatura, si peccatum in tua fuerit voluntate, cuius gratia ministerio vtaris creaturæ dic. Eheu ad hæc non dedit mihi vsum creaturæ huius, vt ipsam offendam.

Videns puteum, aut fontem, dic.

Pro teus aquarum viuentium. O vbi est sitis nostra, quoniam apud te est fons Cant. 7.
vite. Quotidie pro vita solliciti lumus, quotidie ad apothecas & medici- Psal. 35.
nalia currimus, & ad te, qui fons vitæ est, imò qui vita es, non confugi-
mus.

Bone Iesu ex isto fonte forsitan fluunt aquæ multæ q̄ non poterunt extingue- Cant. 8.
re charitatem. Qui enim extingueret, quæ potius accendunt & fouent? & qui
biberit, salietur in eo fons in vitâ æternâ. O sitiat anima mea ad te Deus meus.
Heu quousque arida est anima mea, & alienos fontes sitit? Vsq; in terra de- Ioan. 4.
serta & inuisa & inaquosa oberro miser, & non cognosco ariditatem meam Psal. 41.
& sitim? O sitim, ô sitim, vsquequo aquam bibo turbida? Vsq; quo sitio Psal. 63.
venenum, & fastidio antidorum? *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluato-* Here. 2.
ris. Quis dabit mihi bone Iesu ad fontes illos accedere & nunquam inde rece- Esa. 21.
dere? Non sum dignus, non merui, non præsumo aquas gaudij: potabis pau- Psal. 79.
perculum tutum, saltem lachrymis & in mensura.

Aque multe non potuerunt extinguerè charitatem. O charitatem, quæ semper Cant. 8.
ardet, & nunquam extingueris: imple cor meum & inflamma illud, vt æstu- Psal. 41.
antisimam sitiam desiderijs ad Deum fontem viuum. *Quemadmodum deside-* Psal. 41.
rat ceruus ad fontes aquarum, ita sitit anima mea ad te Deus. O sitiat te Domine
Deus, sitiat ad te anima mea: fastidiat cuncta alia, & te vnum requirat. Re-
cordare hic Domine Iesu fatigati ex itinere, & dic gemens: Heu Iesu bone tu Ioan. 4.
propter me fessus es: & sedentis super puteum, & humiliter petentis à mulie-
re potum aquæ. Dico illi.

Ah bone Iesu, tu poscis vt tibi demus bibere. Quid sitis? Quid tibi offere- Cor mundū
mus? Cor mundum profectò tu sitis, & immaculatum. Heu miserum me qui vt Iesus si-
huiusmodi cor non habeo, sed inquinatum & pollutum, fœdum & abomina- tiat.
bile. Cor igitur mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in vi- Psal. 50.
sceribus meis.

Videns Cisternam vel puteum.

Recordare Ioseph in cisternam veterem immissum, & circa illum pro- Gen. 37.
uidentiam Dei, cuius admirari debes bonitatem & sapientiam. Item 2 Reg. 23.
recole, quod Dauid optarit sibi aquam afferri de cisterna Bethleem, & 1 Par. 11.
inde seipsum arguens, huiusq; desiderij penitens, aquam deuotus Deo alla-
am obtulit. Meditare hic quid tibi faciendum sit, qui tam grauius multa

Hier. 2.

illicita commisit, quando vir tantus rem licitam sibi adeoq; concupitam subtraxit: Cogita tibi sternam esse veterem dissipatam, & quæ continere non potest aquas, scilicet sanctæ inspirationis & deuotionis.

Videns oues in pascuis.

Matt. 25.
Ioan. 10.
Eze 34.

Esaï 53.
Psal. 118.
Lucæ 15.

Cogita quomodo pastor oues separabit ab hædis: Cogita quomodo cognoscant oues, audiamq; vocem pastoris, & sequantur eum. Time, quare tu non audis pastorem, ne non sis ouis. Cogita quomodo in montibus & in collibus, in pascuis vberimis & virentibus pascet oues suas Dominus Deus noster. Cogita ouem, quæ coram condente se non aperuit os suum. Hæc dicit: Errauit sicut ouis, quæ perierat, require seruum tuum Domine. Cogita rem pastorem, qui amissam ouem reperiens, humeris impositam suis reportauit domum gaudens.

Intrans hortum seu pomarium.

Ex creaturis
vt creator
intelligatur.

Meditare iucunditatem, tranquillitatem, pacem, aliaq; bona, quæ bona habuissimus in paradiso. Ingemisce, quod ea omnia simul cum paradiso amisimus. Non autem irascaris Adæ, quod deliquerit, quia potius tibi ipsi irascere, quæ post gustatam vindictam, post miseriam & infelicitatem expertam, & post charitatem Dei filij ingentem nobis exhibitam, post tui deniq; redemptionem consummatam tu peruerse tot fragitij, quorum nullum est quo minus quam Adam offenderis Deum, tui redemptionis Christi destruxisti, beneficia blasphemasti, damnationem toties super te duplicatam ac iteratâ incurristi. Vide varietates graminum, florum, herbarum, arborum, volucrum, & intellige ex his omnium creatorem Deum. Dole q; omnia adferunt fructum, q; creata sunt, hanc scilicet, q; à creatore iussus est. Alta incensum, alia in remedium, alia in exercitium, alia in solatium: postremò aliam tui eruditionem creata sunt, & tibi seruiunt. Omnia viuunt propter te. Dele igitur. Omnia Deo obediunt, præter te: Ingemisce. Omnia vtilia sunt, præter te: plange. Omnia quæ eis creator indidit, faciunt, præter te. Vade igitur ad creatorem, & dic:

O Domine Deus meus, si vlla tibi seruire deberet creatura, maxime hoc ego deberem sciens bonitatem, maiestatem & omnipotentiam tuam. Jam omnia seruiunt & obediunt tibi, præter me. Eia misericordissime Deus, te decet misereri & parcere, fateor: Plangens igitur, ingratitude meam tibi confiteor, quod solus rebellis, solus tibi inobediens sum. Vide Domine mihi omnia hæc quæ cerno, legem, quam illis dedisti seruant, germinant, florent, virent, fructum adferunt, ac vt iterum florent, marcescunt custodientes tuum sanctum mandatum. Ego verò totus confundor, quia & multipliciter eruditus de lege tua, & nullam habens occasionem necessitatemve transgrediendi legem tuam, omni tamen tempore transgredior. Quo necesse est, vt confundar.

Ioan. 15.
Rom. 11.

Benignissime Iesu, quæ est arbor mala & sterilis, arbor eradicanda & in ignem proijcienda, nisi ego, qui totus sum inutilis, non solum nullos bonos, sed malos etiam fructus producam? Hei Iesu bone vtinam in bonam oliuam inferi merear, atque naturæ per me vitiatæ amaritudo tua gratia mutaretur.

conuertatur in dulcedinem. O poma odorifera, quid dicitis mihi? quid nunciatis de dilecto? Est ne pulchrior, quam vos? suauior quam vos? flagrantior quam vos? amabilior delectabiliorque quam vos, qui creauit vos? Si ita est, ergo vobis relictis, ille mihi cogitandus est, ille quaerendus, ille est amandus, illi inhazendum est. Ascendam igitur in palmam, & apprehendam fructus eius: quia & tu Iesu suauissime ad nos descendisti, vt videres poma conuallium. *Beatus d̄ dulcissime, qui dicere tibi potest. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.*

Videns arbores putantem, dic.

AH Domine misericordissime, refeca à me quicquid oculos tua maiestatis offendit. Da mihi fecunditatem bonorum operum, pinguedinem deuotionis, fructum pietatis & suauitatis, qui dulcis sit gutturi meo.

Recole, quod ramos de arboribus acceptos, turba Christo obuia, strauerit in via. Item: *Arbor bona fructus bonos facit.* O arbor vitæ, quales fructus fecisti? Quid nobis de fructibus huius horti non aduenit? quando tu arbor nobilissima, fructibus nobilissimis & immensis plena, non solum reficis, verum etiam ad te confugientes, te edentes fructus parere facis? O arbor, sub tua umbra me requiescere facias. O arbor, in æstu temperies, ab imbre defendens. O arbor, quam vnam diligat animamea. Heu Domine, sterilis ramus ego sum: omni hora habeo timere mei excisionem. O beati qui ex ima radice succum charitatis trahunt. O beata anima, quæ se palmitem huius arboris ostendit, quæ vitam in se monstrat, flore, fronde, germine. Talis ramus ego non sum, sed aridus & sterilis. O Domine quam benè illi erat, quæ dicebat: *Sub umbra illius quem desiderabam, sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Beati qui sub umbra tua quiescunt Domine. *Arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Arboreæ autumnales, fructum non habentes. *Securis ad radicem arboris posita est.* Venit Dominus Iesus ad arborem folia pulchra habentem, & quæruit fructum in ea, sed nullum inuenit, neque enim erat tempus vt haberet fructum. Maledixit igitur arbori, & aruit. O Deus bone, & Iesu amabilissime, si tu qui misericordissimus es, maledixisti arbori folia tantum, & non fructus habenti, cum non esset tempus fructuum, ego vbi manebo, qui arbor sum non fructifera bonorum fructuum, insuper malos tibi exolos habens in me fructus, cum veneris iudicare, & iuxta adinventiones & fructum manuum suarum vnicuique retribuere?

In pomarium ingressus dicito.

Bone Domine, tibi infinita sit laus & gratiarum actio, qui tot & tanta instituisti, non solum ad necessariam sustentationem, verum etiam consolationem hominis etiam peccatoris.

En hortum pulchrum & auticum ecc. flores odoriferos, herbas salutaras, fructus in arboribus, aerem serenum. Omnia ab æterno, dulcissime Iesu, hæc præordinasti, & tibi fuerunt præsentia hæc, antequam fierent, vt modo simul cui etiam nobis apparent. Bone Iesu hæc præparasti seruis tuis ingratis Catholicis peccatoribus.

O bone

VI
16

O bone Deus, quid in mente tua, quod vides nos omnibus creaturis tuis abuti, quod vides nos donis tuis ad contumeliam tuam uti? O dulcissime Iesu utamur quocumque utamur, te solo fruamur. Tu sis finis & requies omnium desideriorum nostrorum. Ad te currant, ad te fluant, in te dirigantur omnia vota & desideria nostra, in te quiescant in te stabiliantur dulcis Iesu, pie Iesu omnes affectus nostri. Bone Iesu, quam multa sunt hic consolationem, instructionem, profectum & admirationem excitantia: quid facies nobis, ut omnibus ijs bene utamur, ut omnia te nobis prædicent, ut nihil à te, sed hinc ad te nos omnia abstrahant.

Dulcissime Domine da omnibus nobis, & præsertim fratribus nostris bonam sanctamque consolationem, ut in te solo consolentur. Quia serenus est hic dies, at bone Iesu, nisi tua lux nobis luceat, quid nobis de sole hic sensibili? Fac bone Iesu, omnes tenebræ expellantur de cordibus nostris, & calor feruida charitatis nos vrat.

Gen. 27.

Ecce odor filij mei (dixit Isaac præuidens Christum) sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Odore eius reuiuiscunt mortui.

Cant. 2.

Trahe me post te dulcissime amator curramus simul omnes in odore vinearum tuorum. Cæteri tuo odore tracti, currere possunt, ego verò in via iniquitatis lassatus, tractu etiam tuo indigeo. Si cuncti sapientes mundi ingenia sua comportarent, non possent comprehendere sapientiam tuam Deus altissime, quam in flosculo hoc nobis prædicas. Domine Iesu flores tui, flores honoris & honestatis, tu slos es campi & lilium conuallium.

Ecc. 24.

Cant. 2.

Videns laborantem operantemue, dicito.

Psal. 127.

Esa. 1.

Esa. 45.

L *Abores manuant tuarum qui manducabis: beatus es, & bene tibi erit.*

Cogita quem in vno laborem omnes incidimus Cogita quem laborem tu Dei filio feceris peccatis tuis, qui pro te laborauit sustinens. Tu enim eum laborare fecisti iniquitatibus tuis. Cogita beatorum requiem, quæ optata sit. *Beati qui requiescunt à laboribus suis.*

Apo. 14.

Orandum

ut sit pro

mortuis.

Matt. 20.

Gal. 6.

Matt. 25.

Apo. 22.

Mat. 20.

Opta fidelibus defunctis, & precare, ut detur eis requies perpetua. Audi Christum vocantem: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.*

Cogita, omnes sumus ad vineam vocati, ut operemur bonum ad omnes. O quam beata erit nouissima hora, quando dicetur ijs qui portauerunt pondus diei & æstus: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Tunc enim reddetur merces unicuique iuxta opera sua. Ingemisce tam multos tecum esse in vinea etiam conductos, qui stant tota die octiosi.

Orandi, oc-

casio ut ex

omnibus

colligenda

sit.

Ex omnibus ijs, alijsque huiusmodi facile est formare orationem aut aspirationem mentis: potes deinde ad hunc modum quicquid videris audierisve, elicere aliquid, quo habeas occasionem orandi Deum, aut aliquid ex scripturis meditandum applicare, vnde ad Deum inuiteris.

Ex

*Ex temporum ratione vti sumenda occasio sit orandi, suspi-
randi mentemque ad Deum eleuandi.*

DEbet præterea occasio sumi mentem eleuandi ex tempore aut festiuitate, verbi gratia: vt Deum laudes, Deo gratias agas, Deum adores pro gratijs, pro donis, pro virtutibus, pro innocentia seruata, proq; custodia, pro liberatione item à periculis, à peccatis, pro gloria quoq; & quibusvis bonis à Deo aut sanctissimæ ipsius Matri, aut cuius alteri Sancto, cuius tunc dies festiuitatisve est annua, collatis, verbi gratia: In festis beatæ Mariæ virginis.

*In quouis festo Beatæ Mariæ Virginis, quidnam mente
voluendum.*

Cogita hic eius electionem, gratiarum superabundantiam, innocentiam, conuersationem Deo acceptissimam & proximis ædificandis flagrantissimam. Cogita eam quæ nunquam peccauit, nunquam Deo displicuit, quæ Deo semper placuit, quæ eius voluntatem perfectissimè adimpleuit. Cogita eius officium sanctissimum excellentissimumq; quod erat Officium B Mariæ Dei filium concipere, eundem parere, eidem seruire & ministrare, eidem ad- quod fucit. hærere, comitari patientem, cooperari nos redimenti, morientem plangere & sepelire: resurgentem cernere, eiusdem gloriæ participem fieri, atque in ipsius dextris nunc residere, & pro peccatoribus eidem reconciliandis supplicare.

Precatio ad beatam Mariam Virginem.

O Domina nobilissima, ò mater Dei dignissima, ò coeli regina excellentissima, calamitas mea extrema, & infelicitas me accedere compellit, sed prohibet turpitudine. At quo vadam alio, quam ad clementissimam reus: ad misericordissimam peccator? ad sanctissimam, omnium vitiorum plenus: ad beatissimamq; infelix? Ah per omnia quæ in te operatus est Deus mirabilia, te obsecro, non despicias me. Impetra mihi apud filium tuum veniam & gratiam. Non sit memor iniquitatum mearum, sed projiciat in profundum in ò misericordiarum ipsius abyssus deuoret absorbeatq; omnia peccata mea.

Recordare & monstra te nobis esse matrem datam, & fac mihi iterum se-
curum accessum ad filium. Scio ò misericordissima mater, quod nihil in me
habitat nisi peccatum, & si milles iurauero me posthac non peccaturum aut
me ipsum correcturum, hoc ipsum mentior, quia iniquitates meæ creuerunt
super me, & factus sum, tanquam vas perditum & veluti mortuum cadauer
ab hominibus proiectum cunctisq; abominabile. Dan 3.
Psal. 21.

Hoc igitur quæso ò pijsima mater, quæ omnibus es peccatoribus reme-
dium, refugiumq; nafragantibus, via & portus salutis (per te enim omnes ad
Christum venimus saluandi) impetra mihi voluntatem, fortitudinem, vires
amoremq;, ac Dei auxilium, vt ex toto corde meo dolcam, ex penetralibus

cordis mei deffeam, satisficiamq; pro peccatis meis, & ex intimis visceribus meis doleam, quod pijsimum Dominum & redemptorem meum, quod & omnes cœlestes creaturas offendi.

Ah misericordissima Domina & mater impetra mihi iugem perfectissimamq; contritionem de omnibus peccatis meis. Ah vtinam scindatur cor meum durissimum, vt lachrymæ mihi amarissimæ suant die ac nocte, quod tam ingratus & tam rebellis Deo, tam indeuotus, tam negligens demiq; & acediosus remaneo tot annis, ac aridus, infirmus ad omne bonum, impotens ad resistendum tentationi, & in omnibus delinquens.

Eia mater misericordissima, fac tu vt amodo non iaceā in peccatis, sed resurgā, fac vt mihi vim ipsi inferā, fac vt à malo cessem, in bono perseuerem, stabiliar & crescā: de me desperem, & in sola filij tui miseratione consistam.

O regina virginum, o Dei mater & filia, o pulcherrima omnium foeminarum, o virginum curatarum castissima, o inter omnes matres benedicta, o imperatrix cœlorum, angelis purior, vniuersisq; creaturis superior. Tu cœlo mundoq; prælata, tu quacunq; creatura es suauior. Tu es, quam concipiscit, quam amare cupit anima mea.

Heu o suauissima Domina ac mater, quod tam turpis, tam foedus, tam vtilis, tam foetidus atque suo amore tam sum indignus. Quid faciam o Dei mater, vt tuam gratiam inueniam? Quid agam o regina misericordiar, vt totus tuus sim, & tu tota mea? Te desidero, te amare cupio, tibi placere affecto, quam esse percipio.

Ah ad genua tua, ad vestigia pedū tuorum supplex te per omnia Dei, dona per omnia eiusdē beneficia, quib. te honorauit altissimus, & post se supramnes creaturas honorandam te constituit, te obsecro, vt me licet ad hoc pra omnibus indignissimum, in filium adoptes, castitatem mentis & corpora mihi impetres pietatem, compassionem, mititatem, charitatem, humilitatem misericordiamq; ad omnes, & reliquas virtutes, in quibus tu Dominus Deo placuisti, mihi obtineas o dulcis, o pia mater & Domina mea virgo Maria.

Precatio alia ad beatam Virginem.

O Qualis est hæc virguncula nata? Vtinam huius haberem notitiam, vtinam eius assequar familiaritatem, vtinam eius obtineam gratiam, vtinam huius clientulus effici merear. O puellam speciosissimam. O moribus gratissimis ornatissimam: O virtutibus vernantibus odoriferam. O cunctis gratijs donisq; omnibus cœlestibus plenam. Hæc vtinam sui amore me vulneret, huius suauissima dilectio vtinam cor meum faciat. O vtinam puella tam admirabilis, quam singularis me tua habeas gratia dignum: me tibi totum dedico, me totum tibi offero. Cito subueni mihi o pijsima Virgo, o pulcherrima inter filias hominum. Adesto mihi, cape me, in amore vulnera me: totum me tutum O desideratissima posside me. nec ad momentum relinque me solum absq; te. O fidelissimum cor tuum, O exuberantissimam misericordiam tuam effunde super me, oculis tuis nitentibus & gratissimis respice me. O foeminarum misericordissima in filium adopta me, tene me, tuis vinculis & constringe me, tuoq; amore suauissimo inebra & im-

& immuta, & transforma me, ut tuus totus sim, nunquam absque te, & cor meum nunquam sic absque te. O mater amabilissima, utinam in tuam gratiam aded suscipi merear abs te, ut nunquam permittas vel ad modicum declinare à te, sed semper in tui amore perseverem apud te.

In festo alicuius Apostoli, quidnam mente ruminandum sit.

Cogita hic electionem eius, ut verba Christi: *Non vos me elegistis sed ego* Ioan. 15
legi vos. Noli disputare de electione, nec eandem aut eiusmodi causam
discutere velis: sed ora, ut in eorum habearis numero, qui à Domino Psal. 64
sunt electi. *O beatum quem elegisti Domine, habitabit in atrijs tuis.*

Gratias hic age Deo qui Apostolos suos in uniuersum mundum misit, ut in
omnem terram eorum sonus exiret, præsertim quoties hunc audis versum: Psal.
In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Item. Ibid.
Dum audis legi siue cantari: *Vos amici mei estis, mente ruminabis: O quam be-* Ioan. 15
atam, quam honorificum, quam denique est gaudiosum esse amicum Dei. Quis
nam non affectaret amicitiam O rex gentium? Quis gratiam tuam non op-
taret? Ah misericordissime inueniam gratiam in oculis tuis. Ah utinam tuo Heb. 11.
dignus amore inueniar. Hi sunt bone Iesu, amici tui, quibus hic dedisti con- Sapient. 5
tumelias, famem, frigora, infamias, dolores, carceres, tormenta atque igno-
miniosam in oculis impiorum mortem sustinere, reuera tamè eorum mors
non ignominiosa, sed preuola in conspectu tuo Domine, utpote tui amore Psal. 115
desideranter suscepta, atque pro tui honore, pro iustitia, pro fide, pro inno-
centia tollerata. Ostendisti eis quanta oportuit eos pro nomine tuo pati. O Acto. 9.
da mihi benignissime Iesu perfectissimam patientiam, ut cum desiderio,
tum gaudio, cumque deuotissima gratiarum actione aduersa quæcunq; tui a-
more suscipiam, constantissime tollerem, perseverantissimeq; portem. O Ie-
su bone fac optatissimum mihi sit, animoque meo suauiusimum pro tui amo-
re pati, quandoquidem tu pro me tanta passus es.

*In festo Sanctorum Martyrum quonam quis exercitio
se occupare debeat.*

Vinceni dabo edere de ligno vita quod est in paradiso Dei mei. O beata victo- Apoc. 2
ria dulcissime Iesu, etiam qui te propugnatore certat, qui te adiuuante
vincit. Absque enim te nulla est victoria. Ah Iesu bone, respice pusilla-
nimitatem meam, expelle omnem timorem malum, omnemq; formidi-
nem: Da mihi fortitudinis donum, ut ardua grauiq; cuncta alacri mente
aggrediar, quæcunq; intolerabilia etiam obuijs amplexibus suscipiam,
& terrore charitatis tuæ me totum possidente, patientissime eadem susti-
neam.

O Iesu bone quæ est hæc corona, quam toties audimus, qua tuos coro- Psal. 26.
nas electos, quam eorum demq; capitibus imposuisti? Haud dubium quod Coro. san-
abstergis omnem lachrymam ab oculis eorum: *& non erit illis luctum* ctorum mar-
 tyrum quæ
 ampli-
 fit.

zfa. 25.
Apo 7. 31.
Esaia 51.

amplius, neq; mors, neque clamor, neque vllus dolor: omnia enim illa transferantur.
Nunc verò lætitiã & gaudium obtinebunt.

Pfal. 53.

Ah pijsime Iesu, da mihi de hostibus meis victoriam. Scis Domine, quia nullum in me est bonum, nulla virtus, nullum consilium. Itaq; Deus bone in nomine tuo saluum me fac, & in insuetudine tua non qua punis delinquentes, sed qua redemisti pœnitentes libera me. Gaudet bone Iesu S. Martyres, & exultant in gloria, lætanturq; in cubilibus, hoc est, in secretis conscientiarum suarum, quia inter pœnas & tormenta mortis non potuerunt auelli à charitate, quæ in te est. Euntes olim ibant & stebant verum nunc venientes ventunt cum exultatione portantes manipulos suos. Seminauerunt in lachrymis, sed in exultatione nunc metunt. Seminauerunt in tuis benedictionibus, & de tuis benedictionibus nunc metunt, gaudent tritico & vino, gaudent in bonis tuis & fructum manuum suarum comedunt. Ego verò qui arbor sum sterilis & absque fructu non habeo quod manducem, non habeo vnde lætari possim, nisi in miserationibus tuis Domine. Hæ solæ mihi sunt necessariæ, hæ mihi sufficiunt. Misere igitur mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Misere me & salua me, secundum multitudinem miserationum tuarum Domine de le iniquitate meam.

Pfa 67.
Gloria
Martyrum
sanctorum
in cœlis
quanta.
Pfa 125.
2. Cor. 9.
Iere 31.
Esaia 3.

Pfa 50.

In die vnus Confessorum quidnam mente tractandum.

Ioan. 1.
Pfa 20.
Pfal. 50.

Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. O beata simplicitas, o sancta innocentia, quam places Deo? Domine mihi sunt quos præuenisti in benedictionibus dulcedinis, ab infantia eos vt pupillam oculi custodiens, & sub vmbra alarum tuarum protegens ac fouens. Ego miser peccator, heu quam impiè disrupti vincula tua, proieci iugum timoris tui, fac Domine mihi (quia innocentiam perdiidi) vt inter pœnitentes tanto ferocem tui amore vehementius, quo grauius deliqui, quoque negligentius hæctenus vixi.

Ioan 2.

Sancti oēs
quam fac-
erunt humiles
Deumque ti-
muites.

Cognita quam asperam vitam duramq; Sancti egerunt in mortificatione sensuum & carnis, nihilominus tamen humiles ac timorati se planxerunt, atque tanquam negligentes sese iudicauerunt. Tu verò cum nihil pœnitentia facias, cum edas, bibas, dormiasq; ad satietatem, tibi tamen blandiris Dei iustitiam non metuens? O quantis gemitibus aliena peccata hic sanctus audiens, & planxit, tu verò rides, tam aliena, quam propria peccata videns secundum an consolatio tibi promittatur. Si vlla fauilla diuini in te esset amoris non absque lacrymis audires (quando delictum proximi nunciatur) & contemptum Dei & periculum damnationem ve proximi. Si pater tuus naturalis contemnitur, læditur aut si contumelia afficitur num tu illi faues contemptum? Nonne doles? Nonne patris honorem zelaris? Cruciat animam tuam audire, quæ iniuriosa probrofave sunt Patri. Cur igitur pro Deo non zelaris, qui pater omnium est amantissimus atque fidelissimus? o reprobe fili non te exhibes nec ostendis filium, quandoquidem patris tui contemptum inuicem non doles.

Dei contē-
ptus & pro-
ximorum
periculum
vt sit desce-
dum.

Mala. 1.

Amabilissime Iesu, amor, desiderium cōsolatioq; vnica Sāctorum, quomodo per tuam pietatis abundantiam Sancti tui mundum mundi q; diuinitas hono-

honores, gloriam voluptates, gaudiaq; contempserunt, ita fac o dulcissime Iesu, vt te solum diligam, te solum cogitem atque desiderem, te sitiam, te que- ram, te solum purè in omnibus intendam, optem & inueniam. O sanctorum eremitarum & monachorum abstinentiam, o paupertatem spiritus, humili- tatem, simplicitatem, obedientiam deuotionemq; eorundem, Deus meus, Deus meus, da mihi easdem virtutes eorum aliasq; omnes perfectissimè & deuotissimè imitari.

Virtutes Sā-
ctorum vti
imitandæ
sunt.

In festo B. Martini & vigilia eius quænam exercenda.

Hodie o anima conuiuantur, homines & lætantur. Quæ sunt nunc e-
pula tua? Christe Iesu miserere animæ meæ fornicariæ. Heu Deus cor-
dis mei, tu stas ad ostium & pulsas, vt aperientis cor intres, & cœnes cū
eo. Pulsas ad ostium meum & ego non audio. Audiens non aperio, quia mun-
danæ cogitationes & creaturales affectiones (sicut meretriciæ) cor meum,
occupant tota die. Heu quando aperiam? Vique quo non sonat vox tua in au-
ribus mei? Quare dulcissime non dulcissis animæ meæ? quare amabilissime
non rapis & possides affectum meum? Deus clementissime pulsa, tunde &
frange cordis mei ostium, irrumpe violenter, & locum tibi dedicandum non
finas ab extraneis occupari. Eijce quicquid tibi sordidum repperis. (Sordent
autem omnia Ideo cor mundum crea in me Deus &c. cor nouum secundum cor
tuum. Instaura conuiuium in corde meo pie Deus. Ciba quæso, animam hanc
adulteram pane lachrymarum, & potum da mihi in lachrymis, & in mensu-
ra discretionis.

sal. 71.
Apoc. 3.

Pulsanti
Deo cur plu-
rimi non a-
periant.
Cant. 6.

Psal. 50.

Psal. 79.

Bone Iesu, tu es qui pium affectum compassionis & miserationis huic
Sancto infudisti. Vtinam cor meum lique scat, vt nulla in me sit duritia erga
proximum. Hoc tu potes facere mi Domine. Fuit etiam hic amicus tuus ocu-
lis semper in cœlum intentus. Indicabat oculis quo cor suum ferretur. O bo-
ne Domine pro xenio, pro munere mihi sanctus Martinus vtinam abs te im-
petret mundum cum omnibus quæ in mundo sunt insipidum fieri, vt tu so-
lus vnicus thesaurus sis cordis mei, de te solo libeat mihi loqui, cogitare, &
audire.

S. Martini
perfectio
quanta fue-
rit.

Miserere pie Domine, & accelera miserationis tuæ abundantiam, vt ab
immundo amore seculi liberet me gratia tua.

Gaudent hodie omnes homines, protulde mihi Domine etiam gaudium, o
dulce & verum gaudium quod in te est, dona mihi vt nunquam posthac nisi
in te, gaudeam. Quando licebit hoc impetrare dulcis, Domine, qui clemens
es, scis, potes, & vis? Nonne Domine dabis, quod iuste petitur? Et quid iustius
quam petere quod tibi debetur? Eia Domine da quod debeo ego, & quo tu
dignus es. Sanctus Martinus ex deuotione ad sanctos Martyres Mauritium &
socios qui amore Christi sanguinem vna fuderant dum esset in loco vbi
passi fuerant, desiderauit terræ aliquid secum asportare, quæ sanctorū Mar-
tyrum cruore olim fuso maduisset. Dum itaque foderet paruo instrumen-
to, suo desiderio satisfaturus, confestim ebulluit sanguis è terra illa recens,
velut hodie effusus, impleuit itaque vasculum quod secum habebat. Et cum
sanguis finire, seu scaturire non cessaret, (reddebat enim humus Deo iubente

S. Martini
deuotio ad
S. Martyrum
reliquias
quanta
miraculum
de sanguine
martyrum.

quod olim iunbiberat) rogauit Dominum sanctus Martinus, vt atit aliqd vas sibi eiusdem providentia mitteretur, (nihil enim tunc secum habebat quo cruorem sanctum vberius manantem hauriret) aut miraculum cessaret. Afuit igitur oranti mox angelus, offerens illi vasculum (quod cuius materia metalliue sit vsque hodie ignoratur) in quod sanctus Martinus collectum sanguinem recondidit, vasculumq; suo muniuit sigillo clausum.

In festo S. Brunonis Patriarchæ Carthusiani instituti.

Carthusiani
quot habeat
occasiones
Deo seruien-
di.

Matt. II.

Domine Deus meus, hodie est festum patris nostri, cuius nos debemus esse filij, Prosit nobis bone Iesu sanctum habere hunc patrem, vt hauri eius spiritualis, vt virtutum eius participes efficiamur & heredes. Dulcis Iesu ego mendicus sum & pauper, & alienis duntaxat meritis sustentor: quando aliquid faciam tibi gratum? O si Deus meus aliquid te dignum & odoriferum in conspectu tuo hodie tibi presentarem. O si vel nunc incipiam esse verus Carthusiensis. O pie Domine quantam præ alijs hominibus etiam religiosi dedisti nobis facultatem & commoditatem tibi seruandam. Quot occasiones peccandi ablata, quot benefaciendi nobis sunt appolita, quàm expeditum nobis fecisti iter, si modo ambulare vellemus. Heu Domine Iesu ingratitude meam. Memor ne es dulcissime Iesu quod dixisti, *regni celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*? Heu quando ego faciam violentiam mihi ipsi. Heu bone Iesu quàm facile hostibus succumbo, quàm moliter ac misere vitijs repugno. Capior, ligor, trahor, cæcusq; ipse in diaboli decipulam intro. Nulla in me est virtus aut fortitudo, sed omni tentationi cedo. Ah pijsime Iesu propter merita beatissimi patris nostri omniumque filiorum eius, da mihi vt te Deum meum præ oculis semper habeam, nullo peccato consentiam: lex tua sola mihi placeat, & voluntas tua: hanc sequar, hanc promoueam, pro hac zelor, pro hac moriar te adiuuante Domine Deus meus.

In festo S. Vndecim millium, atque aliarum sanctarum virginum martyrum quid cogitandum.

S. Hilarionis
virginalis
punitas.

Domine Iesu Christe, cui omnis mundicia placet, qui in matre tua noui viuendi genus consecrasti, qui vitam angelicam in terris per B. Mariam omnium virginum reginam instituisti: Dulcis Iesu amator castitatis, cui inter alias virgines S. Ursula virginum gregem numerosum offerens plecuit: aufer à corde meo quicquid in cogitatione est immundum, aut in affectu impurum, vt casto & mundo corde tibi lectulum sternam, & te inhabitatore animæ meæ indefinenter habeam. O Iesu bone quales nuptiæ hodie fuerunt & sunt vndecim millium sponfarum reginarum: Si gaudium & tripudium magnum est hic in terris vel vna virgine nobili nupta, quid tecum agitur dulcis Iesu inter tot nuptias, vbi sola & vera sunt gaudia. In his sanctarum nuptijs tuis tripudiat sanctus pater Hilarion, qui de carne, qui de mundo, qui de diabolo hic gloriose triumphauit. Virgo gaudet inter virgines, nec sine speciali virginitatis suæ præeinentia celebrem festiuitatis suæ cum tot millibus virginum fortutus est diem.

O mi-

O misericordissime Iesu, ascendat ante faciem tuam odor virginalis castitatis hodie & foetorem nostrae turpitudinis operiat atque debeat. Iesu bone utinam per harum virginum castitatem tibi placere merear, & mundus fieri. Sanguinem ipsarum calidum, roseum, odoriferum quem tibi virginea charitas fudit pro me offero, ut me tui amore calefacias pectora virginea tui amore fragrantia inspice bone Iesu, & mihi tui amorem imprime. O utinam amor quo sancta Virgula & chorus ille virginalis flagrauit cor meum succendat, cor meum illuminet, cor meum in te rapiat & absorbeat.

O prudentes virgines, quae vilem carnis delectationem spreuistis, & aeternam requiem aeternam dulcedinem vobis comparastis. Nunc habetis, quem desiderastis: nunc quem amastis retinetis. Nunc eius delectatione amorosa frui mini, sine quo vivere nolulistis. O recordamini in quantis periculis & miserijs nos sumus, quae vos euastis, & eruite nos, ut sine offensa sequamur quo praecessistis. Ah misereamini nostri sponsae Christi dulcissimae, reginae potentissimae: iuuate nos in pugna carnis, in pressura cordis, in conflictu vitiorum, ut hostibus nostris cunctis efficiamur fortiores. O quantum nobis, O quantum mihi gemere incumbit, qui à longe in profundo lacu, in stercore luti, in turpitudine peccati iaceo. Nam vestram serenitatem, vestram lucem, vestram pulchritudinem, vestram gloriam ne cogitando quidem valeo attingere. Hodie tot millium coronas sponsum dat Iesus Christus sanctis virginibus, & tu ô foeda anima, tu peccatrix & polluta quid expectas? O quam breui tempore pugnaverunt, quam cito vicerunt. O quam cito actum est quod laborauerunt: O quam breue fuit angustiæ tempus pro quo quod sine fine est, obtinuerunt: gaudium quod nunquam terminabitur adeptæ sunt. O gaudium plenum, securum, perfectum, infatigabile, indeficiens, aeternum.

O sine fine gaudium cum Deo, O sine fine. O Deus meus quid est sine fine: Et ego habebō post finem aliquid sine fine? Sed nescio quid, Deus meus costringe me vinculis charitatis tuae insolubilibus: & extunc vire & seca, & fac mecum sicut tibi placuerit, ut saltem quod sine fine agendum est, tecum habeam, ut sine fine sim tecum, est enim & aliud sine fine in inferno. O virgines beatæ, O felicissimæ, mementote miseri, mementote peccatoris, & aggregate me pauperem & mendicum in societatem vestram viuam nunc & iustenter meritis vestris. Intercessionibus vestris Deo me reconciliet. Singulae, hoc est, vnaquælibet vestrum aliquid de peccatis & poenis mihi obtineat relaxari, & aliquid de vestro & Christi thesauro, quo regnum caelorum emere possim, impetret donari.

*In festo S. Barbaræ aut alterius virginis ac martyris,
quomodo se quis exerceat.*

Sanctissima Christi sponsa, virgo & martyr Barbara, ora tu pro me. Quam si propter magnitudinem & multitudinem delictorum meorum audire noluerit Rex regum & Dominus dominarum sitamen possibile est nolle au. non posse iam bonum Dominum suam non audire sponsam ostende ei vulnera tua, ostende ei pro me sanguinem tuum, amorem tuum, reliquaque omnia quae eidem dedicans offerensq; consecrasti. Admon-

eum.

eum præterea omnium miseracionum suarum, vniuersaq; hoc est, immensę bonitatis ipsius, & omnium laborum, vulnerum, poenarum ac gemituum, quę pro me tolerauit, vt propter illa, & propter semetipsum mei miseri peccatoris miseretur, & faciat mecum misericordiam, meq; ad supremam gloriam suam perducatur. Ah Deus misericordiarum, fac mecum misericordiam tuam, ne vnquam patiaris me separari à te propter preces huius sanctissimę virginis tuę ac sponsę.

Ad beatissimam Mariam Magdalenam precatio.

O Mulier sancta, plena fide & charitate: ora pro me misero peccatore. Scis pia mater infirmitates peccantium, experta quoque es pietatem & dulcedinem amatissimi atque misericordissimi Iesu, sed nihilominus iudicis venturi, preueni eum o sanctissima mater, & pro me loquere bona. Admone eum pietatis, dilectionis, beneficiorumq; omnium quę tibi vniuersoq; mundo exhibuit. Impetra mihi plenam omnium peccatorum meorum remissionem, vt in die horaque qua ex hac vita egredi debeo, purgatus atque plenę reconciliatus inueniar, vt moriens absque medio impedimento quę vilo ad Deum, ad patremq; meum misericordissimę introducentibus introiturus. O sanctissima Maria Magdalena tu morienti Iesu ad crucem astitisti: adesto mihi in hora mortis, & quicquid potes mihi presta: potes autem maxima, quia digna es vt nihil tibi neget rex glorię, qui tantopere te diligit.

Exercitium de omnibus Sanctis.

O Gloriosissime rex cęli & terrę dominus vniuersorum, Domine Deus noster, qualis est hæc festiuitas in cęlo omnium sanctorum ab initio mundi gaudentium & exultantium de liberatione sui ab omni malo, ab omni peccato, ab omni timore, ab omni periculo, sollicitudine, anxietate, infirmitate, dubietate, ab omni molestia? De adeptione item summi, perfecti & solius boni, in quo omnis felicitas, securitas, gaudium, pax, æternitas?

Iesu dulcissime miserere nostris, memento nostri, & erue nos ab omni malo, defende nos & libera nos ab omni peccato, præserua nos ab omni periculo. Tibi Iesu bone soli placeamus, tibi placere soli desideramus, te esuriamus omni cibo dulciorem, omni nectare suauiore te sitiamus pie Domine Iesu Christe dulcissime, vtinam eo maior sit ad sanctos tuos nostra deuotio ac veneratio, quo maior & communior est omnibus hodierna solennitas. Iesu bone, da nobis imitari quod colimus. Heu pie Deus, vsquequo cor meum est mundanum, vsquequo affectibus terrenis plenus sum? Non reperio in me aliquid, quo me possim consolari, quod aliquem sanctorum vel in modico sim imitatus. Quotidie lego, quotidie audio sanctorum opera, sanctorum præconia, & nihil muto de pristina mea mala & tepida conuersatione. Quam misericorditer nobiscum sit, quod tam varia sanctorum habemus instituta, varia exercitia, licet ad vnum finem tendentia, quorum si vnum non conuenit nobis, congruat aliud. Sed heu dulcissime Iesu me miserum, cui accidia omnia facit vt non conueniant. Mel enim respno & delectat venenum. Innoua tu potentissime in me signa, & immuta mirabilia, Occide in me omnem torporem

Exemplaria
sanctorum
cur habea-
mus tam va-
ria.
Eccle. 36.

porem & negligentiam, infunde feruorem, da, auge & confirma bonam voluntatem. Da mihi, vt cum omnibus sanctis tuis hic & in æternum diligam laudem & benedicem te, in seculum seculi & absque fine. Heu bone Iesu, vbi est feruor meus, cuiusmodi, quantusque esse merito deberet in me homine peccatore vilissimo, cui tot tantaque peccata tam sæpe, tam diuque dissimulata sunt? Ah Iesu pijsissime misericordia tua magna est super me, Esto mihi propitijs Domine Deus meus doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Dominus & Deus meus. O tuam solam voluntatem diligam & faciam, quia tu es creator & redemptor meus, tu solus es protector & saluator meus. Hoc modo, quomodo exempli gratia quadam scripsi, ex occasione festorum, eorumque, quæ cantantur in eorundem officijs, debes mentem tuam eleuare in Deum, assuescereq; ad familiaria cum eodem tractanda colloquia.

Gal. 87.
Gal. 148.

In aduentu Domini cuiusmodi exercitio sese quisque exercere debeat.

IN Aduentu Domini cogita, quomodo vxores malæ & impij serui non gaudent sed tremunt, si domini sui nunciatur aduentus. Vide tu quantum gaudeas, vbi nunciari audieris: *Eccc sponsus venit exite obviam ei.* Si enim non gaudes, perspice quare non gaudes, & iuxta hoc affectus, desideria, orationesq; ex mente tibi ipsi formato. Vide quia Dominus dicit, de fine mundi loquens, & de ijs quæ mundi finem prænunciant: *Hic autem fieri incipientibus, leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra,* id est, gaudete, quia in stat liberatio vestra: iudicans captiuitatem esse sanctorum, hanc præsentem vitam, à qua exui atque recedere, est à miserijs liberari. Effunde desideria cordis atque precum gemitus, vt in mentem tuam veniat Christus. Iterum, cogita te moriturum, Christumque ad te iudicandum venturum: hoc est, cogita quomodo moriens ad Christi tribunal duceris, sententiam recepturus ac mercedem. Cogita horam hanc esse, qua ducendus es. Iuxta hoc congruentem assume affectum, & desideria orationesq; cordis multiplica. Cogita venturi Domini in carne benignitatem, quia non venit iudicare mundum, sed saluetur mundus per ipsum.

Matt. 24.

Luc. 21.

Aduentus Christi in mente hominis.

Aduentus Christi in mortem cuiusque.

Ioan. 3.

In quadragesima alijsque occupationibus quonam anima deuota exercitio sese occupare debeat.

IN Quadragesima poenitentia lamenta, gemitus atque planctus cordis propter peccata tua, frequenta. Hoc modo cuius temporis sua quoque exercitia tribue: quæ ad eius noticiam familiaritatemq; perducant. Deinde occupationis quoque occasionem tibi administrare debent, & orandi materiam vt si labores operando, cogites ad laborem hominem vt auem ad volatum, natum. Cogita quis sit, qui suos vocat, inquit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & operati estis, & ego reficiam vos.* Meditare huius vitæ miseria atque labores. Expende æternam requiem, quæ pro Christo hic laborantibus dabitur.

Laborans manibus quid mente ruminet. Iob 5.
Matt. 11.

Tempore laboris dic Domino Deo tuo.

DUlcissime Iesu, hos labores in vnione omnium laborum & sudorum tuorum tibi offero, & in vnione charitatis tuæ, qua pro nobis labores & do-

K k

& do

Greg lib. 1.
Dial. c. 1.
Paulini No-
lani Episco-
pi charitas
quanta.
2. Tim 5.

Matt. 11.

Gen. 3.
Psal. 48.

& dolores suscepisti: bone Iesu, hunc laborem tibi gratum faciant omnium electorum tuorum labores & studia quæ pro tui amore sunt gesta: quæ omnia vnita simul in conspectu tuo offero. Sanctus Paulinus Nolanus Episcopus, in captiuitate constitutus, in quam pro liberatione cuiusdam adolescentis ab infestatione creditorum, se sponte vendiderat, operabatur manibus plantans & colens hortum, ac portans finum. Paulus Apostolus manibus operabatur, ne quempiam grauaret. Erat enim scenofactoriæ artis. Christus laborat sustinens. Vnusquisque laborat sub infirmitate & concupiscētia sua. *Venite* (inquit misericors *qui laborat & oneratus es*, id est, vt non laboreis. In te domine requies, in nobis labor. In te pax & securitas, in nobis pugna & timores. Nobis ipsi comparauimus quod intus & foris laboramus. Laboramus inaniter, cogitantes consilia (scilicet scientiæ apprehendendæ boni & mali, & esse sicut di) Verum consilia hæc non potuimus stabilire, sed *ultimo in honore fuit, non intellexit: comparatus autem iumentis insipientibus & similibus factus est illis.*

In requie constitutus mentem quænam tractare debeat.

Cogita quanta sit requies sanctorum, quàm dulcis sit prægustatio illius quietis Deam amarium. Cogita afflictiones defunctorum purgandorum, & ora illis petens requiem.

Lapsus nos-
tri vt nos
doceant o-
rare.

Silentium
Sanctorum
quantum
Deo placue-
rit.

Postremò, vitia lapsusque tui doceant te orare, vt si lapsus fueris lingua, dicas Domine Iesu expe me à lingua mea Domine Deus meus, quoties proposui refrenare linguam, vt non dicerem, nisi quæ ad necessitatem meam, aut ad proximi essent ædificationem, & non emendauit me, sed meum institutum neglexi?

Legimus quantam gratiam his præbuisi amabilis Iesu, qui à loquendo abstinuerunt, donec vt liter loqui didicerunt. Quantum placuit tibi silentium in Catharina Senensi, in Maria de Oegnes &c.

O si dulcis Domine Deus meus, des mihi gratiam hanc, vt non solam linguam meam ad loquendum nisi in laudem & honorem tuum, aut pro beneplacito tuo. Da mihi Domine Deus meus linguam mutam ad omnia mundana, vana, mala, & otiosa. Conclude linguam meam, obtura aures meas, purum fac cor meum, & incontaminatum ab omni distractione, ab omni murmuratione, ab omni derisione, ab omni carnalitate, ab omni vanitate, ab omni scurrilitate. Dulcis Domine Deus meus, Iesu piissime, da mihi linguam secundum linguam tuam, aures secundum aures tuas, cor secundum cor tuum, & omnia membra secundum membra tua: vt gratia tua ducente, merear te imitari, tibi merear conformari, per te merear præseruari, tuo lumine dirigi, tui amore accedi, tua custodia protegi, tuis virtutibus dirigi, tuis meritis saluari. Hoc modo vniuersæ miseræ tuæ consideratio, faciat te continere clamare ad Deum: *Christe Iesu, cui conuenerat omnes necessitates meas nisi tibi? Illi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Tu solus potes curare languorem meum.*

Psal 9.

Deus meus est ne hoc iustum, vt in æto tempore sustineas vermem blasphemantem, ingratum, infidelem, nomini tuo contumeliosum, contemptorem, inobedientem, rebellem? Si ideo sustines Domine Deus meus, quod mallet saluare, quàm damnare, imponas finem contumeliæ tuæ, & ingratiudini meæ.

Emen-

Emenda quod in me tibi displicet modo tibi placentissimo, ac congruentissimo. Pater nomini tuo magno, quod per me blasphematur infidelitatibus nimis, adulterijs & fornicationibus cordis mei, quas quotidie facio cum creaturis illis adhaerens, te optimo & vero bono interpreto. Heu quando me emendabo. Hei vsquequo non diligam te? Displicet mihi vita mea & non emendabo. Displicet etiam tibi, & sustines. At quam diu sustinebis? Tu potes emendare quod ego non possum, aut non satis volo.

En clamo ad te Deus meus Inuoco te in animam meam. Purga, munda, eijce quicquid in me sordet. Vrge, adiuua & fac vt fiam homo secundum cor tuum vt placeam tibi semper vt nihil mihi desit quod velis adesse. Nihil alsit quod velis deesse. Eia Deus meus, misericordia mea. Vsquequo ingratus, infidelis & impius sum? Da mihi Domine mi, da scelerato & serui nomine indigno, cor contritum & humile, Aperi oculos meos vt videam peccata mea, iniurias quas à me sustines. Incipiam nec desinam in hac vita lugere: procedant rugitas & singultus lachrymarum, quia immentum, infinitum, summum & optimum offendi. Eia miserere mei Deus meus: miserere, quia tempus miserendi est & transiit virtus mea, quam tibi offerre debui. *Psal. 101.*
Psal. 79. Illumina cor meum Deus meus, vt intelligam legem tuam, voluntatem tuam, beneplacitum tuum. Non derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris. Ne, in tumultu cogitationum mearum, in conflictu repugnantium victorum meorum. In tenebris sum, & sine te non est lumen mihi. Non finas misericordissime pater falli me à praesumptione, nec decipi ab inimico Declino saepe bonum, & statuo malum. Aperi oculos meos, vt meipsum videam, & nihil velim, nisi, quod tu me vis velle. Adiuua infirmitatem meam. Quae enim virtus est mea sine te? Scis pater sancte mihi non sufficere coram, quae caeteris sufficere possent) auxilia, non generales gratias. Aliquid singulare mihi impartiat bonitas tua, maius a quo praesidium, maiorem virtutem, plures gratias quia & ego singulariter infirmus sum, pauperior omnibus. Scis bone Domine à patre bono debiliore filio, & se minus potenti iuuare, copiosius & liberalius prouideri. Ita facias mihi pijsime pater. Infirmitatem, cecitatem, malitiam cordis mei, mea culpa & sponte incidi, quis me eruet? Tu Domine. Nec dicas, quod indignus sum auxilio tuo & quod non apponam voluntatem atque conatum, & caetera quae requiruntur. Hoc enim est quod dico, quod peto elementissime pater, vt magnificenti nomen tuum sanctificetur in me, nobilius clareat bonitas tua in me, cum tam indignum & penitentem ad te traxeris impium peccatorem. Videant omnes, quam magna multitudo miserationis tuae Domine, quam lata & ampla bonitatis tuae sit immensitas, quae se ad tam vilem peccatorem (qui seruare non potest, nec quod facere deberet pro remedio facit) extendit. Vitam inter homines secundum tuam voluntatem illis consentiens & dissentiens secundum beneplacitum tuum & secundum regulam legis tuae.

Deus meus respiciam ad te, Deus meus sis tu mihi scopus in corde meo primus & notissimus, initium & finis, ad quem cuncta dirigam, quem in omnibus quaram, propter quem omnia faciam.

Adiuua me Domine Deus meus. Succurre pijsime pater, ne decipiar ab ignorantia mea, ne inuoluatur tenebris, ne opprimar ab iniquitate, ne vincar concupiscentia, ne seducar passionibus, ne fallar tétatione inimici: sed in omnibus me

fufcipiat misericordia tua, dirigat me fapientia tua, protegat me virtus tua, custodia, poffideat faluetq; me bonitas tua.

Hier. 17.

En Deus meus, quomodo poffum elle tuus feruus, tot paffionibus, tot malis (quæ tibi vehementer displicent) implicatus? *Sana me Domine & fana me, faluum me fac, & faluus ero: quoniam tu folus fpec mea & falus mea es. Nifi tu (qui me cum non effem, creafti cum perditus effem, redemifti) adiuues me & non folum adiuues, fed etiam excites, impeillas & vrgeas ad voluntatem tuam perficiendam, non erit mihi falus. Tanta enim eft interioris hominis mei confufio, turbatio, tenebræ, pronitas ad malum, malitia & omne vitiorum chaos, vt tui oblitus fim, cor meum induruerit & non fentiam propria peccata mea, fex ea amplexor, defenfem, & vt iuftitias ea teneam. Deus meus, adiuua me. Adiuutor meus esto, ne derelinquas me, neque defpicias me Deus faluator meus. Domine Deus meus, refugium meum vnicum, tutum & verum. Quoties à te recessi, deceptus fum, captus & vulneratus fum.*

Pfal. 5.

Pfal. 40.

Eia misericordiffime medice, *fana animam meam, quia peccaui tibi. Nufquam inuenio fidelitatem, nifi in te, nufquam fanitatem, nufquam quietem, nifi in te. Adiuua me Rex meus, & Dominus meus: tranfige cor meum clauo amoris tui, & insepabiliriter tibi illud affige. Fac vt tibi indifinenter viuam, inauertibiliter inhæream. Eia fpec mea, fine qua deficio. Eia falus mea, fine qua pereor. Eia fortitudo mea, fine qua metuo. Eia virtus mea, fine qua succumbo. Non derelinquas me, neque defpicias me Deus faber aris meus. Intende in adiutorium meum Domine Deus faluator meus. Dic anima mea: falus tua ego fum. Trabe me vt curram ad te, liga me vt nunquam recedam abs te. O veritas, bonitas & fidelitas, misericordia mea magna, da mihi & fac, vt ad omnes homines feruem charitatem, pacem, humilitatem & bonitatem. Deus meus da fortitudinem, vt voluntariè fufcipiam aduerfa, da patientiam & mititatem, vt libenter portem. Semper autem Deus meus quos porto, fac vt verè in te diligam.*

Pfal. 35.
Cant. 1.

Pfal. 37.

Pfal. 39.

Pfal. 69.

Apoc. 3.

Pfal. 7.

Non efi Domine fanitas in carne mea. Ego quoque mendicus fum & pauper, Deus meus adiuua me. Ego fum cæcus, nudus, pauper, mifer & miferabilis Domine Iefu in omni loco, ex omni parte confurgit mihi prælium: vbique contra me mouentur castra. Exurge Domine, faluum me fac Deus meus. Custodi me vt pupillam oculi, fub vmbra alarum tuarum protege me.

Continuis vt gemitibus pro peccatis tuis ad Deum clamare debeas: Iefu Chrifte piiffime, Domine Deus meus, dimitte mihi omnia peccata mea. Heu quantoties te offendo. Heu me infelicem, qui nihil in me corripo. Vitijs omnibus plenus fum, & quotidie me ipfo deterior fio. Non ceflo peccare infelix. Viquequo Domine difsimulas? Viquequo parces? Ah misericordiffime Iefu, ego protraho & continuo iniquitatem meam, tu verò differs vltionem. Tu tu piiffime pater difsimulas peccata mea. Tu clementiffimè fuspendis correptionem. Age igitur benigniffime Iefu, cui conquerar aut confitear peccata hæc omnia mea aduerfum me, nifi tibi? *Tibi enim foli peccaui.* Tu verò quia clementia & misericordia es, parce mihi, *dele iniquitatem meam.* Pro peccatis meis o misericordiffime Iefu, tibi tuos labores omnes, anguftias, timores, triftitias atque preffuras, cordis tui offero. Tibi omnes dolores, omnia vulnera, omnes pœnas, oēs fanguinis tui pro me effufi præciofiffimas guttas, oēs

Pfal. 50.

COR-

contumelias, contemptum atq; aded acerbissimam mortem tuam, & quicquid pro me sustinuisti: charitatem quoque qua pro me patiens me redemisti, pro peccatis meis offero. Obsecro autem per eadem omnia, dele omnia mea omniaq; mundi peccata. Fac ô pijsime Deus meus, vt per hæc anima mea perfecte pleneq; tibi reconciliata ac purgata absque medio aut impedimento egrediatur introducatq; in gaudia tua sempiterna.

Quid sub recitatione lectioneque diuinarum scripturarum, queque Deo fidelis anima ruminare debeat.

Non prætereundum est, quod optima quoque ac suauissima queant animi exercitia pro mentis eleuatione in Deum ex lectione. Vbi enim de virtute, de amore Dei, de perfectione, de beneplacito diuino acceptis legendo eruditionem, ea quæ legisti verte atq; transforma in orandi materiam, vt pro illis supplices Deo quæ tibi desunt siue ad salutem, siue ad perfectionem; Illa postules tibi tribui quæ eidem cognoscis placere, aut quæ tibi cognoscis, licet necessaria, deesse. Verbi gratia: Legens Directorium contemplatiuorum Herphij, vbi in principio legeris de mortificationibus duodecim, infra quibus quantisq; potes desiderijs apud Deum, hæc tibi vt largiatur, cuiusmodi ex lectione didicisti ad virtutis perfectionem tibi necessaria. Et de vna alterave mortificatione vt ponatur exemplar, sic orabis, aut cum Deo tractabis mentaliter pro obtinenda paupertate spiritus, mortificatione affectuum rerum temporalium.

Paupertas spiritus mortificatioque affectuum rerum temporalium quomodo oratione obtineatur.

Christe Iesu amator & exhibitor paupertatis, illumina cor meum ad cognoscendam omnium rerum temporalium instabilitatem, deceptionem & vilitatem. O vtinam affectum veræ ac nudæ paupertatis cordi meo indelebiter imprimas. O dulcissime Iesu, qui pro me nudus in cruce pendes & spoliatus, qui non habes, vbi caput reclinis, tamen si tua sit omnis terra & plenitudo eius, solis tamē tribus clauis hæres crucifixus & à terra leuatus. Da mihi omnia mundi continere, & inter nuda brachia tua requiescere. Sis mihi tu præciosissimus thesaurus vnicus, & cordis mei satietas contra omnium aliarum rerum, quæ extra aut sine te sunt, appetitum. O Domine amabilissime, pro vniverso mundo, quem tibi offero, & tui amore libenter relinquere volo, da mihi felicissima commutatione te ipsum pauperem, nudum & crucifixum. O paupertas desideratissima, in Christo Iesu amatore meo sublimiter consecrata: vtinam te pro omnibus rebus & mundi delictijs in amicam & sponsam accipere merear. Eia Deus meus, da mihi contemptum temporalium diuitiarum, pompæ, consolationum omnium rerum, quas mundani homines concupiscunt: Da mihi paupertatem, tenuitatem & penuriam ser uenter optare cum desiderio, expectare cum amore, quærere cum gaudio, suscipere cum diligentia magna, cum studio discreto seruare.

Kk 3

Deus

Ex lectione
mens eleuatur
in DeumHenrici
Herphij, XII.
mortificationes.Pro paupertate
peccatio.Matt. 8.
Psal. 23.

Deus meus, pulchritudo oculorum, fatietas cordis & vnicum verum & bonum gaudium, nunquid non sufficis omni amanti quid extra te vagamur, quid cupimus? quid citra te quarimus? Eia fac vt nihil me extra te delectet, nihil animum meum rapiat, nihil me abstrahat. Viles cant mihi extra te omnia. Cuncta fastidiam. In nulla re quiescam, nihil cum affectu possideam. Te solum amem, te quaram, te cogitem, te esuriam, te sitiam, te inueniam, in te gaudeam, in te solo delecter. Tu solus vita mea, refectio mea, exhilaratio, quies, beatitudo mea.

Tollantur omnia Deus meus, tu saltem mihi maneat, tu me possideas, vt possessus te possideam.

Iterum rogo te benignissime Iesu per paupertatem tuam, quam in ortu tuæ natiuitatis præ cunctis thesauris legisti, atque per omnem vitam tuam in temetipso possidens nobis exemplum exhibuisti, in peregrinatione natus, in stabulo reclinatus, in exilium fugatus, sub panpere virgine tenuer educatus: vestibus ac cibis humilibus vltus, esuriens, sitiens, absq; hospicio fatigatus, in monte pernoctando moratus, ex hospitalitate & elemosyna diuitorum sustentatus, amicis destitutus, ad discipulis derelictus, ab omnibus proiecctus & despectus, vestitus, nudatus, decore, robore, incolumitate, forma, specie hominis, & tandem vita priuatus: deniq; in vltima siti constitutus, non guttam aquæ ad refocillandam sitim habens, consolatione omni etiam pæterna destitutus, confusione ac ignominia, pænis quoque ac doloribus repletus, animã posuisti: mortuusq; in alieno monumento sepeliris. Eia igitur dulcissime amantissime mi Domine, da mihi hanc gratiam, vt tui amore paupertatem, inedia, defectum, spoliacionem, necessariorumq; carentiam, atque priuationem libenter atque æquam miter cum humilitate & gratiarum actione iustipiam, & perseveranter sustineam. O Deus meus, fac vt in nullo consolationem recipiam, præterquam in te solo Domine.

Nihil me contristet, nisi culpa mea, quod per me offenderis, quod voluntatem tuam negligo, quod concupiscentias meas tibi præfero, & cætera. Orogantissime Iesu, vt nam tui amore omnem inopiam desideranter feram, ytinam tibi soli affectus meus inhaereat.

Bone Iesu, da mihi paupertatem, quam in teipso consecrasti, fac pie Deus vt nihil terrenum appetam. Da mihi veram paupertatem spiritus. Dulci Iesu, fac mihi præ dulcedine tui quicquid tu non es, amarum. Nihil quæram aut diligam in aliqua creatura, præter te Domine. Tu solus mihi omnia sis in omnibus. Benignissime Iesu, qui dixisti, *Diserte à me, quia mitis sum & humilis corde*: fac me tui amore pauperem esse spiritu, & nihil de hoc mundo concupiscere, sed de honore erubescere, & de contemptu lætari. Da mihi, vt sim vilis ac minimus in oculis meis, vt neminem audeam iudicare, neminem spernere, nemini me comparare. Aliena videantur mihi magna & præclara, & mea in oculis meis sint nulla. Da Iesu bone, vt omnem iniuriam & contemptum patientissimè, atq; mitissimè feram. Nemo me possit tantum despiciere, quin magis ipse meipsum despiciam. Gaudeam abijci, ac vilis estimari.

Matt. ii.

Matt. ii.

Mortificatio affectuum propriæ quaesitionis &c. quo orationis modo acquiratur.

Domine Deus meus, quid est quod homines magis in seruis suis desiderant, quam fidelitatem? Cum tu igitur dominus sis omnium maximus, omnipotens, infinita maiestate plenus & gloriosus. Ego verò debeo & cupio esse famulus tuus, fac me tibi fidelem seruum. Eia Deus meus Domine mi obturetur percatq; in me oculus propriæ quaesitionis, vt tuum honorem, tuum beneplacitum quæram, eligam, præferam, acceptem super omnia iugiter. Diligam te Domine Deus meus super omnia. Contemniam meipsum, & subijciam omnibus propter te, vt tibi sit honor & reuerentia. In omnibus agendis, dimittendis, tollerandis fac dulcissime Iesu, vt intentionem meam & totam cor meum non solum ad te, sed etiam in te dirigam, purè simpliciter atque fidelissimè tuum honorem & beneplacitum duntaxat quærendo. O Deus meus, dominator dulcis, potestas amabilis da mihi cor rectum, simplex (& si petere cum reuerentia licet) deforme secundum cor tuum, vt veraciter propter te commoda reæ, & quicquid me atinet, & meipsum totum contemniam, negligam non inspiciam, vt te solum honorare, vt tibi gratificari, vt tibi placere, vt tuum honorem promouere, vt tuum beneplacitum sequi valeam. O Iesu ardentissime amator, da mihi sitim, vre cor meum, vt zelo tui honoris ardeat, vsq; semper primum & vltimum quod respiciam quodq; moueat me, sit tui honor & tuum beneplacitum.

O vtinam mei obliuiscar præ nimia fidelitate & amore erga te, tuum honorem tuum beneplacitum vbique faciens, Christe Iesu, hæc sit præcipua & vnica sollicitudo mea, vt tibi fiat honor, & beneplacitum tuum in omnibus & ab omnibus perficiatur.

Fac o dulcissime Iesu, vt posthabito omni respectu propriæ quaesitionis, mortificato omni priuato amore, meipso quoque penitus contempto, postposito atque relicto te solum quæram, te solum intendam, tuiq; honorem promoueam. Iesu bone, da mihi, vt absque vlllo respectu mei ipsius, sine vlla proprii commodi, honoris utilitatisve quaesitione id solum desiderem, id optem ac eligam, id intendam ac quæram, quod ad tui honorem, & quod ad tuum nomen est exaltationem.

Domine Iesu, tibi soli debetur honor & gloria: fac igitur vt me in omnibus pro tui honore relinquam, & postponam. Dulcis Iesu, fac vt tui amore totus ebrius nihil de honore, nihil de meipso cogitem. Hæc sola sit cogitatio mea, hæc vnica cura, hoc præcipuum mihi & vnum sit studium, vt tibi sit honor & gloria, vt cultus tibi exhibeatur debitus, & vt omnes te cognoscant, te venerentur, te diligant, tibi seruiant, tibiq; se obediunt creantur.

Contra

Contra affectus propriæ sensualitatis, & pro eorundem mortificatione, sic orabis.

AH Domine Deus meus, munda cor meum ab omni sensuali affectione: da mihi cor mundum & immaculatum, vt mortificatis affectibus propriæ sensualitatis, nihil me delectet, nihil me afficiat, nisi tu. Fac bene benignissime Iesu, omnia solatiofa, & omnia sensuum oblectamenta spiritui meo vertantur in nauseam, vt præ amoris tui vehementia, charitatis magnitudine, horream, fugiam, quantum discretio admittit, & quemadmodum tibi placet: abstinereamq; ab omnibus quæ carnem aut sensualitatem delectant.

Christe Iesu, qui semper elegisti quæ carni erant duriora, fac vt cum desiderio eiusmodi dura suscipiam humiliter atque sincere, & omnem molliorem perhorrescam. O vtinam carnalis voluptas omnis vertatur mihi in nauseam præ amore tui. Christe Iesu, da mihi castam & mundam animam, quæ odiat adulterinas omnes delectationes. Bone Iesu, non sit mihi dulce præterquam tibi adherere, seruire, & tui amore amara pati. Custodi omnes sensus meos pie Iesu, vt nihil immundum intret, nihil oblectet me præter te Domine.

Eia pie Iesu, aures meas claude, vt quicquid non ædificat, quicquid te non spirat non intret, non delectet animam meam. Linguam meam cohibe ab omni verbo ocioso. Et ita sensus omnes sub freno timoris tui constringe, vt nullam delectationem admittant vitiosam aut adulterinam. Vtinam tu solus Christe Iesu Deus meus, vtinam tu solus sis gaudium meum, & delectatio mea.

Vtinam affectus meus in nulla creatura requiescat, sed in te solo gaudet Deus meus, misericordia mea. Christe Iesu dulcissime, dignetur misericordia tua, dignetur gratia tua mortificare in me omnem affectum recreandi, fabulandi & solatia querendi, vt in te solo requies mea sit, solatium, gaudium & desiderium. Te solum queram, & extra te nihil Domine Deus meus.

Hoc modo potes in eiusdem libri aliorumq; bonorum librorum lectione assuecere, vt quæcumq; legis in orandi materiam vertas, vt iam lectio non solum erudiat, sed etiam oratio sit. Semper igitur vbicumq; sis, sedes aut moraris exerceas te mentem tuam ad superna eleuando per aspirationes, mentalesq; orationes, &c.

Quanta Deus bonitate quosdam ex seculi vanitatibus & peccatis ad monasticum vocet institutum: quomodo eidem grati existere, dignaq; sua vocatione ambulare debeant.

Epistola LIX.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.
charissimæ suæ iuxta spiritum filiae N. Iesum Christum virginum sponsum amantissimum.

Quanto iam dudum maior mihi cum patre tuo viro sincerissimo ac omnium honestate opumè ornato intercessu familiaritas, cæcote ipse,

te, ipsius amantissimam filiam, atque inter omnes proles primogenitam, ardentius desidero ad excellentioris vitæ viam peruenire. Præsertim cum & ipsa tu in nullo degenerans à parentum pietate & probitate, iam multo tempore in animum tuum induxeris mundum hunc fallacem fugere, concupiscentiis & vanitatibus eius renuntiare, & quietam tranquillamq; vitam ab omni terrenarum rerum strepitu degere. Hoc ipsum mihi filia cum ad me à patre tuo relatam esset, non modicè sui gauisus, quod adhuc Deus Optimus Maximus suos habeat in hoc seculo nequam, qui non surda aure ipsius inspirationes recipiant. Nec omittere possum, quin in cæpto proposito te hoc meo scripto confirmem, & robur non resiliendi ab eodem addam: quando & hoc patris tui singularis erga me benevolentia tuusq; erga Deum amor & deuotio exigunt.

Quamobrem charissima in Christo soror, hortor, & quâ possum diligentia commoneo te, vt magna vigilantia ac animi strenuitate temetipsam mundam, sanctam, Deoq; dignam custodias, neq; hanc Dei internam aspirationem negligas, qua te à mundi delitijs & foedissimis eius voluptatibus auocare non solum nititur, sed ab omnibus etiam rebus momentaneis & caducis separare, atque ad veram quandam internam vitam (quæ sola vera dicenda est vita) perducere & pertrahere, ex nimio, quo erga te vilem vermiculum feruet amore, laborat contentiq;. Hanc gratiam, hanc internam inspirationem hoc inquam eximium atque præclarum Dei donum non frustra tibi collatum existimes velim, neque à mundo hoc esse, quandoquidem totus hic mundus non posset tibi tui ipsius, parentum, fratrum, cæterorumq; charorum tuorum: Et, vt breuiter omnia dicam, omnium mundi voluptatum perfectum parere odium, quale tu vtrumq; iam in te experiris, sed citius mille tibi tenderet laqueos, quibus te illaqueatam retineret, & vel miles à tali te proposito deterreret, quam ad huiusmodi singulare & arduum vitæ genus promoueret.

Idcirco ingenuè fateor charissima, mundi huius fallacissimi tale non esse consilium neque ab eo proficisci posse, sed ex solo Deo, cuius diuina prouidentia ab æterno es electa, imò ex millibus præelecta, vt ipsi soli munda, casta, incorrupta, omnisq; libidinis & carnalis contagij experta, tam corpore, quam mente deseruires: ipsiusq; esses peculiaris atque vnica filia, in cuius corde domicilium ac mundam sibi fabricaret habitationem.

Quamobrem non solum te vocat ad spirituales societates, & ad Monasticum induendum habitum, quem non parum ad rem facere scio, at multo magis ad spiritualem & internam conuersationem, & hoc præcipue propter eximium sui erga te amorem, quod tibi te faciat, tantoq; te in precio habeat, vt nolit præsentis mundi inquinamenta te sentire, neque vt villo modo terreni coniungaris sponso, cum ipse tuus velit esse sponsus castoq; te sibi copulare connubio atq; cor tuum iaculis sui ardentissimi diuinitatisq; amoris transfigere, perpetuoq; illud habitare.

Cum ergo, amantissima mihi in Christo filia ac soror, tanto te amore & benevolentia Christus Iesus creator, redemptor sponsusq; tuus te prosequatur, tantaq; amoris & fidelitatis tibi declarat indicia, cauendum erit tibi summi operæ, ne ipsi ingrata existas aut ingratus vitio noteris, quando nil

Sponsus
cælestis
quoniam suas
sponsas vo-
cet.

Ingratitudo
qua fit Deo
odiosa.

ita in oculis suæ excellentissimæ Maiestatis sordeat, quam suorum amicorum ingratitude, quæ ipsum diuinæ largitatis ac misericordiæ fontem obstruit ne amplius in ipsos fluat. Hanc, quam facillimè euntibus, si singula beneficia, quæ ab ipsis etiam cunabulis tibi misericorditer impendit ad præsentem vsque horam, ob oculos tuos iugiter statuas, horumq; te debitorem esse ex corde credas, quomodoq; pro his omnibus respondeas meditari non omittas.

Superbia
laudabilis
quænam sit.

Ioan. 17.

Vestiu cul-
tus & curio-
sitas quo
scadant.

Vestitus ab-
iectus &
simplex
quantum
Deo place-
at.

Virginalis
puras quæ
sunt Deo ac-
ceptissima.

Moneo præterea te ac hortor, cum ad tantum te perfectionis fastigium uehere decreuerit altissimus, vt sanctam quandam posthac assumas superbiam, quod scilicet nunquam terrenis occupationibus aut alijs frivolis & vanis studijs animum tuum intromittere velis aut cum his te occupare digneris cum omnium creaturarum habeas plasmatorem, Deumq; ac Dominum tuum, qui ante mundi constitutionem in suam te sibi ascivit elegitq; sponsam pleno iure possideas. Valeat itaq; mundus hic vanissimus, omniaq; in nihilum redigantur creata. Tu tibi persuadeto de mundo hoc non esse, quæ non in mundo, sed in cælo versari summo conatu totisq; viribus concupiscis. Ament mundum, ac suas consolatiunculas hic quærant qui de mundo sunt, & in mundo negotiantur. Tibi ò filia, omni laude dignissima, quid negotij cum mundo, quam ad se Deus ipse vocat? Corona tua in cælis est reposita, consolatio, pax, omnisq; tua quies in Deo fixa ac stabilita. Vestiant, exornent se mundanæ puellæ holoserico, bysso, & preciosis gemmis. Cœtuentur te (vt pro pudor & dolor moris earum est) in speculis, & ornamentis quæ ad ornatum & seculi luxum pertinent quam lepidè componant, vt mundo & sponsis suis carnalibus ad horam placeant, suamq; pulchritudinem & vestium decentsimam compositionem mirentur: habeant, inquam, sicut hæc omnia & cum his valeant, serent tamen postea (vtinam non serius, quæ oportet) omnia hæc esse momentanea, caduca & corruptioni proxima. Tu verò mi filia, quanto simplicioribus & abiectioribus vestimentis fueris induta, tanto pulchrior, elegantior, & candidior cælesti tuo apparebis sponsio, qui non splendidum & elegantem vestium pensat ornatum, sed mundiciam atque cordium puritatem.

Esto contenta filia tua sorte & vocatione, qua te dignatus est rex summus angelorum, & non post longa interualla dierum pro hac vili simplici tua lanea tunica, qua modo corpusculum tuum tegitur, ornaberis tanta gloria tantoq; decore, vt ne omnis mundi gloria cum minimo eius puncto possit comparari.

O filia, nemo dicendo aut meditando assequetur, quantam in iustorum retributione pacem, gaudium, exultationem, cordisq; ineffabilem iubilationem à cælesti tuo sponso Christo Iesu adipisceris, quod preciosissimum hunc & longè nobilissimum thesaurum, virgineam, aio integritatem, mentis corporisq; incorruptionem Dei tui amore seruaueris (tui certo certius nihil est in terris quantumuis pretiosum aut charum quod conferri possit) quod que omnibus tuis bonis, diuitijs, possessionibusq; paternis non coacta, sed sponsio propria & libera quadam voluntate solo cælestium honorum desiderio tracta, renūciaueris, atq; alterius iudicio & imperio te submiseris sub sancta obedientia degere, & propriam voluntatem frangere paratissima. Pro his, inquam,

inquam omnibus quid mercedis receptura sis, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, nec homo mundo & carni deditus intelligit aut intelligere valebit. Solum experti & desideriorum celestium facibus succensi hoc capiunt, nobisque nonnulla suis in libris reliquerunt, quatenus eorum exempla imitemur, nec huius vitæ difficultatibus, & ærumnis, quotidianisque miseris frangeremur.

Esai. 64.
1. Cor. 2

Possem hanc materiam quasi in immensum extendere, sed spero & firmiter credo, quod idem spiritus qui te hucusque direxit & promouit, opusque suum in te cepit, etiam hoc idem (nisi tibi ipsi desis) in te perficiet consummabitque. Vt hoc fiat confororum tuarum concilio acquiesces, maxime earum quarum conuersatio magis videtur probata, nec se facile externis occupationibus introromitunt, nec secularium hominum siue parentum, siue fororum, aut aliorum charorum uisitationibus delectantur.

Harum debes maturitatem & grauitatem imitari, mores pudicos & honestos sequi, atque alias omnes, quantum commodè & sine scandalo poteris, deuotare. Nam ista uiam sanctitatis & Euangelicæ perfectionis te edocere poterunt. Hæc uero, quæ leuitatibus sunt dedita, etiam si quid habes in te boni deprauabunt & corrumpent. Ista, inquam, ad celestia & superna animum tuum trahent. Hæc autem terrenis ac in simis his rebus te immergent. Et nisi uigilaueris, timeo, quod paulatim te ad suam allicient societatem, grauissimisque tentationibus ac animi perplexitatibus te innodabunt, ex quibus postea nulla ratione te poteris extricare uel excutere.

Vitam quorumnam imitari conueniat.

Conuersatio cum prauis quantum noccat.

Hæc pro tui consolatione & pace, ex animo tibi deditissimo scribo, quatenus scias quàm tibi sit cautè & sollicitè in omni uiuendi genere conuersandum. Diabolus enim nunquam dormit, nec cessat simplices homines bonaque uoluntate præditas sua astutia subuertere. Si quid liberius scripsi, mihi ignosce peto. Amor enim Dei ac germana charitas, tuumque singulare erga Deum & uirtutes desiderium, quod non solum laudo, sed & summè exosculor hæc me scribere compulerunt: paratus quocumque modo id mihi possibile fuerit, idem tuum desiderium promouere & meo studio adiuuare. Nec omitto quotidie pro te & causis tuis peculiariter orare, ut Dominus noster Iesus Christus amantissimus & castissimus animæ tuæ sponsus te integram, mandam, castam ac incorruptam seruet ac custodiat, largiaturque, quicquid tibi fuerit ad externam beatitudinem consequendam necessarium, utque cum incorruptis uirginibus uirginum quoque aureolam obtinere merearis. Plura scribere supersedeo, cum alio me Deus uocet, illique obedire ac morem gerere cogar. Dominus Iesus in profundissimis suis uulneribus te absorbeat.

Ora Deum pro me, ut & mei peccatoris misereri dignetur. Spero enim quod breui ab hac graui corporis sarcina absoluar, tunc tanto fidelius pro te orabo, quanto Deo per spiritum ero propinquior

Vale.

Epistolarum Paræneticarum libri secundi,

Finis.

LI 2

D. 16

D. IOANNIS IVSTI.
LANSBERGII
 CARTHUSIANI IN EN-
 CHIRIDION CHRISTIANÆ
 Militiæ.

PRAEFATIO.

Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Luca IX.



M me relicto seculo ad Carthusianæ vitæ institutum transtulisset optime lector, altero conversionis meæ anno adhuc admodum adolescens, ipse mihi diuersas compilauit institutiones, præsertim de vitijs & virtutibus, illis quidem extirpandis, his verò comparandis, si me quippiam eiusmodi vel audire, vel legere contigisset, quod notatu dignum videretur. Deinde multo post tempore quæ nullo digesseram ordine, in certa redegi capita, vt esset promptius atq; paratius, si quid fortè querere voluisset. Est enim hoc cum primis consultum illis qui velint feliciter configere aduersus vitia & perturbaciones malas, vt habeant ad manum oportuna consilia & remedia ne sit necesse tum demum quid factò opus sit consulere, cum in præsentis sunt certamine constituti. Ita ego tum temporis nouus adhuc Christi tyro, sentiens multa mihi, sicut & cæteris omnibus piè viuere volentibus imminere pericula & conflictationes cum hostibus multis, quemadmodum olim filijs Israel terram promissionis ingressuris, eamq; non otio & desidia, sed irremisso labore & crebro eidemq; acerrimo cum hostibus congressu in suam ditionem redacturis, quæ suo tempore possent esse commoda ac oportuna: siue ad debellanda vitia, siue ad virtutes capessendas, vt iam dixi, ipse mihi collegi & conscripsi. Nihil autem minus

Ecclesi. 17.
 Num. 21 31

minus tum cogitabam. quam ut in publicum quandoque euulgarem. neque me idoneum existimabam, qui tale aliquid conscriberem, quod dignum esset in omnium prodire conspectum. At vero ubi quidam id à me precibus contendere ceperunt amici, ut paterer in communem multorum usum typis excudi, equidem abhorruui. Sed illis in prece perseverantibus, perlustravi ac recognoui schedulas meas, effeci, ut in hanc presentem formam quae confusè prius congesseram, redigerentur. Quibus ita compositis ac digestis, liberam amicis copiam feci vel edendi si putarent operæ precium, vel supprimendi. si consultius iudicarent.

Obsecro, autem eos in quorum manus isthæc fortasse peruenerint, ut si quid in his quod minus placeat offenderint, dent veniam imperitiæ meæ. Equidem nihil his edendis spectavi aliud, quam ut amicis morem gererem, & Deo placere cupientibus pro mea exiguitate nonnihil adminiculi præberem. Curiosus fastidiosusque lector habebit fortasse multa quæ carpatur ac sugillet: sed quibus pietas cordi est, quique malunt virtutibus nauare operam, & Christi amicitia perfrui, quam solo vanitatis studio, discere multa nec præstare quicquam, hominumque ventosas aucupari laudes. fallacem gratiam. perituros honores, habebunt spero quod legisse ipsos iuuet. Atque is si noster utcunque prosit labor, aburde nobis satisfactum erit. Prodesse enim cupimus, non placere. Faxit omnipotens Deus ut proculcatis profligatisque vitis vno omnes animo ad virtutes colendas accingamur. Brevis est & momentanea vita præsens: felices illos quæ rectè uti norunt, qui præciosissimum tempus ita exigunt, ut illis viuere Christus sit & mori lucrum. Aduenæ enim sumus & peregrini super terram. Faceffant ergo terrena oblectamenta, faceffant illecebræ, & quicquid nos renocare potest ac abstrahere ab amore Christi Iesu. Tendamus absque intermissione ad patriam; temporalia iam

Phil. 1.
Galim 38.

effluxisse putemus: sit hæc vnica ac præcipua occupatio nostra, vt discamus præsentia despicere, futura suspirare. Non succumbamus vitijs, nec dæmonum indignissimæ seruituti nos mancipemus. Filij & hæredes Dei sumus, pudeat nos tanto patre indignum aliquid admittere. Ad hæc & eiusmodi pietatis studia prouocat fere totus hic liber. Obsecro pium lectorem, suis me precibus apud Christum subleuare dignetur, vt quæ hoc opusculo comprehenduntur, ipse quoque pro viribus exequi adnitatur. Turpe est enim doctori, dum culpa redarguit ipsum: quamquam ego mihi hic doctorem officium non vsurpem, sed alios iuxta ac me ipsum cohortari, tantum & inuitare cupiam ad veram pietatem. Neque quisquam putet solis hæc conscripta monachis, licet pleraque ad illos potissimum pertinere videantur: sed in omnium hæc utilitatem cedere cupimus, quocumque illi in statu degant. Cum enim Christi fidem omnes amplexi simus, & à Christo dicamur Christiani, ipsaq; Christiana professio vitæ sanctimoniam ac integritatem à nobis exigat, nihil vitæque absurdum est, si cuiuscunque generis vel instituti Christianos ad optima quæque adhortemur & instituamus. Olim sane Christianorum vitæ, etiam illorum qui matrimonij vinculis & curis erant impliciti, totius perfectionis erat forma ac exemplar: quod vel solæ Apostoli Epistolæ declarant, in quibus passim omnibus sublimia valde & nequiquam vulgaris præscribit traditque præcepta. Et licet hodie plus satis ab ea vitæ sinceritate Ecclesia defecerit, vulgusque hominum, vt nihil de alijs dicam, vix adduci queat vt vel ipsa Dei præcepta cunctis necessaria exequatur, nihil tamen reprehensionis habet ostendere ac ob oculos interdum proponere etiam imperfectis ea quæ perfectionis sunt, vt si non omnes saltem aliqui ad meliora excitentur. Enimvero etiam hodie non desunt, qui in medijs seculi negotijs, curisque domesticis vitam agant omni virtute conspicuam.

A. G. O. N.

spicuum. Quæ nos paucis idcirco commemorauimus, vt excludamus eorum errorem, qui putant solis elaborata monachis, quæ ad perfectionem pertineant. Desidia ac tepor hominum facit, vt sublimia videantur, quæ tamen haud difficile etiam quiuis præstare possit, si Christum ardentè amaret.

ENCHRIDION CHRIS-
TIANÆ MILITIÆ AD NOVI-
TATEM VITÆ, QUÆ EST IN CHRISTO IESU,
perfectè instituens, cunctis probè fidelibus
vehementer utilis.

Abnegatio sui quænam sit, quomodo & quibus ea ad-
sumenda exercendaq; sit.

CAPVT I.

QVOT in locis Paulus, de veteri nos hominè aut crucifigendo, Gal 5.6
aut mortificando, aut certe exuendo commonefaciat, nemo qui Colof. 3.
studiosus est, ignorat. Id ipsum Christus quoque non semel ad- Ephes. 4.
monens ad nostri nos abnegationem aded inuitat, vt hanc vnâ
dicat imitationis sui formam. Si quis, inquit, vult venire post Matt. 10.
me, abneget semetipsum. Certissimum est enim, cum diuersa prorsus sit nostra Luc. 9.
vita à vita Christi, nos ante oportere vitam abnegare nostram, quam illius
incipiamus, aut possimus imitari. Desinas igitur necesse est esse superbus, au-
tequam humilis fias, & mitis cor de. Siquidem quod de veteris hominis exu- Abnegatio
tione Paulus, hoc de eiusdem abnegatione loquitur Christus. Hinc constat, quænam sit
quàm ferè lugendi sumus omnes, qui de verborum quidem horum significa- inipsum.
tionibus, hoc est de abnegatione & mortificatione differere nouimus, maxi-
mè ij qui aut sacra expositionem scripturæ, aut vitam spiritualem profite-
mur, rem autem ipsam abnegationis mortificationisve prorsus ignoramus.
Cernimus palam, quomodo penè omnes tum docti tum pariter indocti, Viam carnis
ecclesiastici & plebei sequimur viam carnis, fouemus veterem hominem, se- sequentium
quæmur & propugnamus desideria nostra vitiosa: nihilo secius tamen inter- multitudine
ta & Evangelici, & Ecclesiastici, addam quoq; & spirituales dici volumus: cū quænta.
tamè quare vel E. āgelici vel Ecclesiastici, vel certè spirituales, aut (si maui) verum que-
religiosi nuncupemur, hoc solum in causa esse debeat, quia veterem hominē, quæ efficiant.
mortificamus interiorē verō & qui secundum Deum est, colimus, quia nos Rom. 8.
abnegamus, Christum sequimur, & (vt simul omnia dicam) quia non secun- Gala 3.
dum carnem ambulamus, sed facta carnis mortificatē, spiritu ambulamus.
Hea Domine Iesu, quomodo de mortificationis siue abnegationis præ-
cepto,

cepto, præter vocabulum & nominis expositionem (quæ in ore & prædicatione est omnium) pene nihil retinimus. Per vniuersum mundum, paucis tuis amicis exceptis (qui mundo sint fabula, opprobrium, & derisio) secundum carnem tantum vivitur, quasi quicquid benedicto tuo ore nos tu, aut spiritu tuo per sanctos seruos tuos docueris, tunc impleuerimus, tuncq; tibi sit satisfactum, si hoc ipsum quod docuisti, quod iussisti, quod præcepisti, intellexerimus, indeq; coram alijs hominibus didicerimus loqui, licet nihil horum quod abs te doctum aut præceptum est interea facientes.

Fuga seculi, quam sit necessaria & abstractio vitæ quomodo sit sectanda.

CAPVT II.

Ioan. 5.

Gen. 6.
Fuga seculi
quam sit ne-
cessaria.
Gen. 11.
Gen. 19.
Psal. 54.

Hier. 47.
Hieron.
Mundus
quomodo lo-
sit fugiendus.
Rom. 8.
Ioan. 16.

Vitæ abstra-
ctæ agenda
quæ.

SI sanctus Apostolus Ioannes mundum vniuersum (vt eius vtar verbis) in maligno suo æuo dixerit positum, quid modo de eodem seculo indies degenerante, indiesq; corruptiore sentiendum est? Videmus certè labefieri quotidie magis omnia, adeò, vt quæ olim lutea quædam videbantur, hodie si reperiri possent, præferrentur auro. Cum ergo vniuersæ sit carnis vitæ corrupta, quid agendum tibi est aliud, iuxta spiritum viuere cupienti, quam vt cum Abraham fugias de Hur Chaldæorum, fugias de terra & cognatione tua, recedas cum Loth de Sodomis, elongaris cum Dauid in solitudine, cum Paulo & Antonio recedas in desertum, cum Arsenio audias inter aulicos constitutus angeli vocem: *Fuge, tace, quiesce*: hoc est, cum in mundo centum qui te malæ vitæ exemplo, verborumque contagio corrumpant, & ne vnus quidem interim qui te ædificet, quiue malorum exemplaria sectantem teruocet inueniatur: quid, inquam, aliud restat, quam vt fugias de medio Babylonis, saluesq; animam tuam, idq; potius fugiendo (quod diuus docet Hieronymus) quam temere pugnando. Fugias autem mundum non corpore, (Quo enim ires extra mundum?) sed consuetudine & conuersatione, si paucis hoc verbis dici oportet. Necessè est vt abstractâ agas vitæ à cõmuni aliorum hominum vitæ, potissimum qui eiusdem nõ sunt propositi sequestratus: quamobrem si quid tibi sustinendum fuerit (sint probra, sint derisiones,) à mundo te scias sustinere, qui Christi spiritum non habet, nec potest accipere. Fugas igitur mundum, hoc est, à corruptione hominum te subducas, & abstractam solitariamq; vitam agas, vbi quod te scandalizet non videas, vbi non audias adulantem, vbi inuidentem non sentias, vbi denique tibi neminem habeas obstrepentem. Erras si inter pocula sobrius, si in conuiujs abstemius, si pudicus inter foeminarum greges, si inter garrulos perseverare taciturnus velis. Solitudinem igitur eligas necesse est, vbi Christo viuas absconditus, & nemo sit qui sanctum tuum propositum, aut carpat, aut rideat, aut impediat, aut etiam inturbet. Solitudinem, inquam, eligas iuxta tui status conditionem, vt quicquid à Deo te abstraxerit, quicquid à Deo te impedierit, remoraturue ad eundem accessum, hoc quantum potes & licet, à te proficias.

Modus statusque strenuè Deo seruiendi vt sit necessario cuique deligendus.

CAPVT

CAPVT III.

Non vnus est opus diei vitam mutare, idēd primum satis expēde quid tibi conueniat, quid præpediat, vt trutinatis omnibus (hoc est, complexione, ætate, natura, statuq;) assumas pro veteris hominis mortificatione, seu vt Christus loquitur, pro tui abnegatione, viuendi genus, quo viuere & perseverare possis. Non omnibus datum est adire Corinthum, nec omnia possimus omnes, sed iuxta virium tuarum mensuram, iuxta vocationem tuam, iuxta denique ætatem, aliaq; conditiones, quæ necessarid respiciendæ sunt, eligendus tibi est locus, præfigendusq; viuendi canon, quo & ijs quæ iam non oportet negligi, nihil subtrahas. & ea quæ superaddi necesse est, obseruare salubriter valeas, neminiq; onerosus aut scandalo fias. Eam ob rem non vnus nec vniformis est Deo seruientium status, quamuis ad eundē scopum finemq; tendant omnes. Quod enim vni est occasio profectus, alteri foret destructionis causa. Omnes tamen te benedictæ Iesu quærun, omnes te diligunt, omnes te imitari gestiunt, vnusquisque iuxta suæ vocationis genus, iuxta virium & ætatis mensuram, & iuxta naturalis complexionis congruentiam. Hoc igitur omnibus vt conuenientissimum, vt quæ necessarium persuasum sit, eligere statum modumq; viuendi, quo à delinquentium societate, à delictorumq; occasionibus sequestratus maneat. At quis is potissimus sit (si quæris) qui & illi, & illi congruat, non nostræ est facultatis exponere (cum varia sint atque permulta, quæ his quidem noceant, alijs verò profint: sunt etiam hominum studia, complexionēs, donaq; multiplicia & Inæqualia) sed spiritum vnusquisque inuocet sanctum, quo doctore correctiorem instituat vitam: oratq; Deum, vt, quo incontaminatus ab hoc seculo viuere possit, & scientiam sibi infundat, & vires tribuat cum perfecta voluntate.

Statu fam-
ctē viuendi
cuiusmodi
eligendus sit

Seruientium
Deo status
cur sit diuer-
sus.

De constanti firmoq; proposito vitæ melioris tenendo.

CAPVT IIIII.

Qui maria nauigare instituunt, qui militiam sequuntur & castra, qui venique quamuis artem discere exercereue percipiunt, labores, molestias, grauitates & pericula quæ sint suscepturi, præmeditentur necessesse est, atque ad eadem ferenda (licet adhuc futura) iam se offerant, iam sese accingant, animum firment, statuantq; propter quauis incommoda nolle à ceptis resiliere. Hoc modo tu qui veterem hominem exuere, nouum cupis induere, quiq; mortificata carne, spiritu viuere desideras, scito labores, molestias, incommodaq; tibi euentura. Conflictus namque & prælia tibi occurrēt, & quod grauidis periculosiusq; est, non aduersus hostes tantum, sed contra te ipsum quoque pugnabis. Hostes quidem, carnem atque diabolū, habes persequi: verum cum tu eisdem sis familiaris amicus, tibi verò ipsi hostis, vt temetipsum quoq; propterea persequaris, hoc est, vt tua tibi desideria interdicas, neges, subtrahas atque mortifices, oportet. Modo igitur, quot in hac pugna tibi euentura sunt incommoda, quot molestiæ, quot curæ ac labores, quot denique & angustia & sudores præmeditare & expende. Difficilis sane est pugna, certamenq; periculis plenum, licet speciosissima (si fideliter pugnaueris) nec minus gloriosa sit victoria. Hæc tamen (vt dixi) præmeditare, ne

M m

cum

cum aduersa tibi euenerint, tedium vllum admittas, ceptiue pœnitentias propo-
 siti. Hoc nanque die, puta conuersionis tuæ ad Deum, cunctis hostibus tuis
 bellum, tibi verò pugnandi necessitatem indixisti. Quare etiam vt hanc pu-
 gnandi voluntatem firmam semper teneas, nec à pugna retrocedas, quæ cum-
 que etiam molestiæ te premant oportet, sed eodem, quo nunc es, semper ma-
 neas animo, vsque ad mortem constans, eo videlicet, quo pergas vitia tua, &
 quicquid in te est quod Deus odit, persequi, eiusq; electissimum beneplaci-
 tum, & discere & perficere (hoc enim Deo est se subdere atque seruire) prop-
 ter ipsius honorem, & propter ipsius gratiam maiorem assequendam. Quo-
 circa non ab re erit illius meminisse, quod plerisque ab Apostolo Petro fue-
 rat prædictum, melius illis fuisse vt viam veritatis non agnouissent, quam
 post huius notitiam ab eadem via recedere, hoc est, à proposito bono primò
 accepto, retro abire. Tu igitur quæ obseruanda recipis ob vitiorum mortifi-
 cationem & spiritus renouationem, constanti animo prosequere. Confirma-
 ta bona voluntas, ea quæ alioqui difficillima videbantur facit leuia: nec so-
 lum leuia, verùm etiam suauius atque desiderata. Primùm itaque est quod fa-
 cias, vt propositum tuum, & statuta seu cōsuetudines tui status ordinisve di-
 ligentiissime obserues, pro eisdem zelum exerceas in teipso quantum possi-
 bile est, ne transgrediaris. Porro de proximis, pro quibus ex officio nulla ti-
 bi incumbit sollicitudo, an eadem obseruent nec ne, tuum non erit explorare,
 inuestigare, aut iudicare. Quantum in te est, omnes cohortare (vbi occasio
 datur) ad correctiorem vitam, idq; re ipsa, ac operibus magis quam verbis,
 propterea tamen nullius tibi licet scrutari actum & vitam. Simplici enim o-
 culo omnia sunt aspicienda, cuncta boni consulenda, aliena non discutienda,
 de aliorumq; conscientijs te non conuenit vt intromittas. Hoc enim solū
 à te requirit Dominus, vt bonum te cunctis exemplar præbeas virtutum, ob-
 seruantiæq; Christianæ, & iuxta tuum statum candor in te semper reueat,
 neminem tuo destruas exemplo, neminem denique scandalizes. Semper in-
 tus audias:

Quicquid agant alij, sis memor ipse tui.

Hos nanque qui sua sapiunt (si bono tuo exemplo non respiscunt ad me-
 liora) verba tua parum curabunt. At qui de se humiliter sentiunt, & cupiunt
 adiuuari, hos quocunque potes modo, ad Christū trahe, dirigeq; ad meliora

Propositum tuum tam esse debet firmum, tam recens, tamq; feruens absti-
 nendi ab omni peccato, fugiendiq; peccatorum occasiones, vt si expediret, au-
 deres etiam Domino Deo vouere quantum id animi deuotionem, volunta-
 tisq; bonæ attinet promptitudinem scienter vitrope post hac nolle te eun-
 dem peccando offendere. Veruntamen propter fragilitatem instabilitatemq;
 tuam nimiam quàm sæpenumero es expertus, haud quaquam expedire voue-
 re huiusmodi: propositum tamen tuum, hoc est, nolle scienter peccare, ad e-
 debet cordi tuo esse infixum, adeò radicatam, adeòq; certum ac firmum, vt
 haud aliter atque si votum fuisset, abs te obseruetur. Pari igitur cura vigilan-
 tiq; propositum tuum, ac si id voueris custodi, imò dum fluctuationem sen-
 feris animi, tibi id quod faciendum est, ex voto faciendum fore persuadeas.
 Quotiescunque tuum propositum, hoc est, voluntatem tuam sanctam statu-
 tamq; qua Deo soli cupis in omnibus perficissimè placere, renouas, confir-
 ma

2. Petri 1.

Voluntatis
 bonæ ac cō-
 firmatæ effi-
 cacia quæta.

Zelus cuique
 potissimum
 habendus
 quis sit.

Quid solum
 requirat De-
 us ab homi-
 ne.

Propositum
 abstinendi a
 peccato quæ
 debeat esse
 firmum.

Propositum
 bonum hu-
 militate ac

ma illud profundissima humilitate, & iuge continuaq; oratione: nimis enim tuum infirmus tum instabilis es tu, quam ut quod decreueris bonum firmandum teneas. Ideoq; nihil prorsus in aliqua voluntate tua, nihil in industria aut virtute, sed in sola diuina, in sola Iesu misericordia confidas, in eandem sperans, eademq; fretus bonum propone, bonum restaura, bonum renoua. Certus esto, quantumlibet bona ferueat voluntas, quantumuis rata sit ac firma, nisi diuina fueris virtute protectus, nisi eiusdem adiutus gratia, inconflans instabilisq; erit omne quod statuisti. Quicquid igitur boni proponis, ad misericordissimum optimumq; Dominum Iesum respice, & super eo nitens, confidensq; in eiusdem virtute propone. De omni autem virtute tua despera. Non putes transgressionem propositi boni tam esse reprehensibilem, aut culpa obnoxiam quam est voti, quia propositum bonum cuius nunc factus es transgressor, nequaquam te ultra, hoc est, ad nouam grandioioremue culpam, precipitabit quam si absque illo proposito cecidisses. Neque enim est delictum aliquod cuius maior sit culpa propter precedentem bonam voluntatem, quam est ea quod ex suo genere peccatum habet. Credendum potius multo velocius misericordiam consequi, citiusq; curari eos qui post bonam firmatam voluntatem, dum fortiter pro virtute contendunt, in pugna deficiunt, labuntur ac vulnerantur, quam eos qui minori ad bonum voluntate contra peccatum muniti, ex iterata saepius infirmitate, & ex bonae voluntatis languore cadunt. Inspicit Deus hominis voluntatem quae erat illi ante lapsum. Quae quanto fuerit feruentior ad bonum, tanto etiam praebet se Deus ad miserendum erigendumq; denuo eum qui cecidit, clementiorem. Eam ob rem vehementer iuuat, tantum abest ut impediat, hominem propositum suum saepenumero renouare stabilireq;, atque ac si votum esset constanter obseruare. Nemo enim sanctum quid apud se statuens, puta ut Christi sermones velit seruare, hocq; propositum vel centies instaurans, intendit maiori propterea se facere culpa obnoxium, si contraierit, quam fuisset si absque hoc bono proposito fuisset Christi sermones transgressus.

Scopus omnium actionum quisnam ob oculos constituendus, ut abnegatio sui sola Dei comprobet fidelem discipulum: quo pacto denique quis a salubri proposito collapsus, renouare debeat spiritum suum.

CAPVT V.

Itaque viam Dei ingressus, scito ad quid veneris. Neque enim adeo te desipere puto, ut quid tibi faciendum sit, cur huc veneris, quid agere velis, & quis tuarum sit actionum finis, non fueris praemeditatus. Via haec sancta est, & immaculata transibunt per eam. Via haec Christi est, quem quisquis imitari, hoc est, sequi voluerit, iubetur, abneget semetipsum, &c. Tui igitur abnegatio huc exigitur: hoc est, ne omne quod velis facias, ne desideria tua perficias, ne denique contra Dei legem quicquam concupiscas, faciasque proximo quod tibi velis impendi, & abstineas hanc rem, quam tibi nolis fieri. Quicquid tibi a Deo vel homine, qui erga te Dei agit vices, praecipitur, studeas quantocius implere, & a Deo quicquid aduersitatis super te euenerit

Finis omnium actionum quae esse debeat.

Luc 9.

Matt. 7.

Abnegatio sui discipuli Christi hominem constituens quae

consentias de eiusdem manu patienter suscipere. Hæc inquam tui abnegatio Christi te imitatorum atque discipulum constituit. Quomodo igitur ad Dei seruitutem venisti, ut Christi seruus fieres, ita scito tibi fore necessarium, si Christi volueris fieri discipulus, ut plena perfectissimæque tui abnegatione ipsum contempnas. Itaque hoc admittere, hoc sit propositum tuum, hic conatus, hic finis quoque, ut huiusmodi æsequaris tui abnegationem. Quando in Dei opere seruitioque acediam, quando in labore pugnandi difficultatem, quando denique in tui mortificatione fastidium ac languorem sentis, te ipsum propositi tui commonificans (quo Dei esse seruus cœpisti) alloquere hoc modo: Ad quid aut quare huc venisti? Dic quamobrem sis hic, & opus tuum cuiusmodi esse debeat? Nunquid non venisti ad plangenda peccata, ad mortificanda vitia? Venisti proprium relinquere sensum, propriam frangere voluntatem, venisti humiliationem, contemptum paupertatemque ferre. Venisti omnibus obedire, humiliari, seruire. Venisti ut quicquid didiceris voluisti esse Christi, quicquid ad virtutis integritatem necessarium intellexeris, obserues aut pro virili imiteris. Fac igitur modo quod ut faceres huc, hoc est, ad statum penitentiae & emendationis vitæ, venisti. Noli fugere quod quasiuisi, noli quod elegisti spernere, noli denique deprecari propter quod huc venisti, id est, quod ut ferres hanc viam abnegationis tui, imitationis verò Christi, ingressus es. Itaque hæc cogitatio in tuo semper versetur corde, si quando tristitia, aut molestia, tædiumve acedia tibi subreperit: Ego huc ad nil aliud veni quàm ut ab hominibus debeam contemni, in nulla re præferri, alij postponi, increpari, omnibus subijci, ab omnibus nesciri. Quando igitur eiusmodi quid mihi occurrerit, num tristabor? Ecce hoc quod desideravi & volo. Si propterea huc veni, quomodo iam fugiam? Nam & si nil mihi eiusmodi occurrerit, fraudarer intentione mea.

Phil. 3.

Quæ retro sunt obliuiscere. Nihil æstima quod in via Dei hætenus egisti. Ad anteriora semper te extende, omni hora omnique loco propositum tuum renoua, adijce, nouoque seruire, quasi nullius quod ante proposueris sit æstimationis, aut ac si modo primum incipias, ad vltiora te extende. Ad quod vires & gratiam à Deo, eiusque directionem tam seruentem quam humiliter pete. Mane & vesperi quotiescunque præterea horologium domus tuæ audis, tu spiritum ilico tuum renoua, instaurando propositum tuum contra veteris hominis vitia, ut tunc quomodo illa corrigi emendariue possint, quomodoque omnes vires tuas ad hoc ipsum expendere velis, hoc est, quomodo nihil eorum velis negligere quod ad eorundem seruitutem extirpationem, decernas. Dic: Domine Deus meus, vitiam vel hanc horam imo totius vitæ meæ reliquum in honorem & beneplacitum tuum pure expendam. Tunc enim mentaliter, ad Deum redire debes, orans, hoc similiue modo.

Precatio ad horologij auditum.

Benedictus esto tu piissime Domine Deus meus Iesu misericordissime, pro omnibus beneficijs tuis, quibus me ad hanc horam vsque sustentasti: Heu amato fidelissime quam ingratus ego sum, quamque infidelis, qui tempus meum omnino adeo negligenter, inutiliterque expendo, non in gloriam tuam, cui omnes seruiunt creature, sed in vanum ac nihilum. Miserere piissime IESU omnibus peccatis & negligentijs meis ad hanc horam vsque commissis, & da mihi ad

Acedia in seruitio Dei quomodo repellenda.

Spiritus suū uti homo singulis horis renouare debeat

VI
26

hi ab hac hora quod reliquum est vita mea, totum in laudem, honorem ac gloriam tuam perfectissime iuxta beneplacitum tuum supremum expendere. Si tantum tibi superest temporis hæc quoque adijcias. Adoro te & gratias ago tibi misericordissime Iesu Christe, pro doloribus, pœnis, tristitijsq; omnibus quæ hac hora pro me passus es. Benignissime Iesu, fac horam mortu meæ felicem, ut plenè tibi reconciliatus atque in tuis meritis purgatus, sine villo impedimento ac medio ad te latus egrediar. O clementissime Domine Iesu Christe fac misericordiam, & consolare omnes qui in hac hora sunt tentationibus aut alio grauamine contristati. Presta etiam ô misericordissime Iesu hac horam omnibus fidelibus tuis defunctis requiem & consolationem sempiternam. Si omnia non potueris meditari, dic saltem: Iesu, pro tuis innumeris benedixisti tibi sit laus: pro his que pateris, nos munda, iuuua miseros, da pacem, salua mortuos. In meridie quando pulsatur Dominicæ Passionis memoria, hoc est, acriorum dolorum quos in crucifixione tunc hora Sexta, quæ nobiscum hora vocatur duodecima (tunc enim cruci Iesus fuit affixus) sustinuit, dicitur. Misericordissime Domine Iesu Christe, pro omnibus laboribus, incommodis & afflictionibus, quæ propter me homo factus in terris pertulisti, adoro te & gratias tibi ago, eademq; tibi nunc offero pro peccatis meis & totius mundi, Misericordissime Iesu pro omnibus pœnis, vulneribus & opprobrijs tuis quæ propter me in passione tua, præcipue autem hac hora crucifixionis tuæ durius propter me sustinuisti, & pro singulis guttis preciosi sanguinis tui pro me effusis, adoro te & gratias tibi ago, eademq; tibi nunc offero pro peccatis meis & totius mundi. Misericordissime Iesu, pro omnibus tristitijs, lacrymis, gemitibus, compassionibus ac doloribus tuis interis, & pro ipsa amarissima tua morte, adoro te & gratias tibi ago, eademq; nunc tibi offero pro peccatis meis & totius mundi. Deus propicius esto mihi peccatori, qui pro me in crucis patibulo dignatus es mori. Fac quæso tui amore moriar & ego peccato & mundo: tibi verò soli viuam. De exercitio horologii vide etiam in Pharetra diuini amoris. Animaduerte quod tuum sic aut esse debeat propositum. Quare (dic) mutasti viuendi modum? Nonne vt veterem mortificares hominem, interiorem ornares, spiritu uiueres pro peccatis tuis penitentiam ageres, Deum placares, Deo seruires, atque ne eadem denuo peccata admittas, vitam omnino mutares? Inter hæc ausulta quod loquor. Nolo vt cogites tu pro peccatis tuis penitentiam te facturum, neq; hoc intendas. Quare? Quia peccata tua multiplicata sunt super arenam maris. Nimis hæc multa nimisq; graua sunt. Pro vno peccato non potes satisfacere, quid faceres pro innumeris? Nō igitur cogites te penitentia opera facturum pro peccatis tuis. Hæc enim opera tua quantula putas sunt ad tot peccatorum acervos? Qui magna faciunt opera bona, & modica habent peccata, ijsa: satisfaciunt pro suis peccatis. Tu verò quicquid egeris, refer ad honorem Dei vt quicquid boni feceris, ided cogites atque statuas te facere vt Deo placeas. Dei itaq; amor, Dei honor eiusdemq; voluntas & beneplacitum tibi sint causa quare quicquid feceris facias. Omnia igitur facito vt placeas Deo, vt eius inuenias gratiam, vt eius fieri merearis amicus, vt illi honorem exhibeas, vt deniq; eius beneplacitum faciens illum non offendas. Porro omnia opera tua cogita minora quæ vt satisfaciunt pro peccatis tuis. Pro peccatis enim tuis Christi opera eiusdemq; dolores & vulnera, atq; aded ipsam eius mortem illi offerre debes in vnione amoris illius, quo hæc eadem pro te sustinuit. Hæc valent in tuorum peccatorum satisfactionem. Tu verò

Precatio p
felici mor-
te.

Ioan. 10.

Precatio in
meridie di-
cenda.

Luca 18.

Propositum
sui vt ho-
mo semper
confideat
debeat.

Amor Dei vt
sit causa be-
ne viuendi,
beneque o-
perandi sco-
pus.

Quid pro
peccatis of-
ferendum
sit Deo.



quicquid agis aut sustines, non pro peccatis tuis Deo offeras, sed pro eius amore atque beneplacito aut age aut sustine, optans apud eundem maiorem inuenire gratiam, qua plura maiora, acceptioraq; illi facias opera. Amor itaque Dei tibi sit causa bene viuendi, beneq; operandi scopus.

Peccatorum vt sint occasiones fugiendæ.

CAP. VI.

Nisi diligentia haud minori delinquendi occasiones fugias quam peccata, nunquam ad vitiorum peccatorumve perfectam venies curationem. Nunquam enim odisse peccatum satis conuinceris, cuius tibi occasionem non tollis. Post quemlibet igitur casum aut tentationem teipsum inuestiga, & quomodo in te intrauerit tentatio, quo modo vicerit te examina, vt expertus iam tentationis occasionem & viam, vbi es inuentus debilior, te plus solito munitas, hostibusq; pracludas accessum.

Discretio quanta sit virtus, quatenusq; eam in omnibus seruare necessarium sit.

CAP. VII.

Nulla potest virtus describi, vt ab omnibus pari possit aut debeat modo obseruari. Nulla quoq; est lex quæ propter pacem, concordiam, charitatemq; seruandam tunc instituta, quam non sæpenumero oporteat, vbi contra pacem & charitatem militat, etiam intermitteri aut moderari. Leges enim humanae & arbitrariae tunc obligant, quando sine attingunt, aut ad finem tendunt propter quem sunt instituta. Tunc enim bene seruatur lex, quando legis intentio finisq; attenditur & obseruatur, quem legislator aut voluit aut velle debuit. Quamobrem quod pro charitate aut pro virtute utilitateve alia est institutum, non recte obseruatur, si contra eandem virtutem pro qua institutum est, seruatur. In cunctis igitur discretionem habe, vt quod propter charitatem, propter virtutem aliam (quando ita videretur) facis, propter charitatem etiam (vbi necesse fuerit) paratus sis illud intermittere: quo in nulla re teipsum quaeras, sed solam Dei gloriam eiusdemq; beneplacitum. Veruntamen quamuis in his quæ arbitraria sunt hæc locum habeant, in legibus tamen & statutis Ecclesiae, in votis quoque, nolo vt tu iudex sis tibiipsum, puta vt pro arbitrato tuo ex his aliquid intermittendum mutandumve putes, aut vt iudicio tu tibiq; praescribas quando lex praeccepti non attigerit finem, aut quando legi subiectus ad legem obligeris nec ne: sed Praelatum tuum consule eiusq; acquiesce iudicio. Alioquin legem non discernere sed iudicare & sapius contemnere videberis. Discretio tanta est virtus, vt quicquid absq; discretionem fuerit factum, iam non virtus, sed vitium esse necesse sit. Adeo namq; discretio omni operi bono est necessaria, vt si hæc illi affuerit, laudari: si ab fuerit, eam improbari oporteat. Eam ob rem à sanctis Patribus, & mater & auriga virtutum vocata est, quæ haud immerito quoq; cunctis etiam virtutibus ab Antonio sancto etiam praelata est. Siquidem ex illa reliquæ metiuntur, ponderantur, æstimanturq; virtutes. Tuum igitur est (quia non

Leges humane quæ do obligent & quando bene obseruentur.

Discretio quomodo in omnibus seruanda sit.

Discretio quanta sit virtus, quæq; omni operi bono necessaria sit.

non ad vnam duntaxat virtutem nec ad opus exercitiumve vnum duntaxat obligaris singula metiri & considerare, vt ita vni seruias virtuti, ne ladas aliam. Obedientia, fraternæ charitatis, discretionisve causa à labore exercitiove actuali virtutum quiescere, aut non progredi, non est semper à profectu regredi. Potest enim fieri vt non ex acedia defidiaue, sed ex discretionis contingat: puta vt idcirco nunc, licet proficiens non progrediatur ne postea longius multo remoretur, ne dum in minoribus crescit, in potioribus deficiat. Prudentia igitur & discretionis est interdum quiescere, vt labor repetitus perseveret. Quid enim lucri est vno die aut breuissimo tempore ita currere, vt longissimo post aut omni tempore fatigatus, quiescere vrgearis? Quapropter in vna re minui, in altera verò nobiliori, potiori, aut magis necessaria crescere, non est deficere, sed proficere. Debet enim homo magis Deū & Dei honorem quam suum profectum querere, imò propter Deum se debet etiam negligere. Porro qui seipsum propter Deum negligit, non negligit, sed pie vbertimq; promouet.

Gula quānam per abstinentiam frenetur: vtq; in cibo & votu quisque se, ne Deus offendatur, habeat.

CAP. VIII.

Pro modica gustus seu cibi delectatione quam in pomo Adam primus noster parens habuit, in quantam cecidimus miseriam omnes? Quanta opus fuit, vt ab hac culpa expiaremur poenitentia ac satisfactione, quā solus Dei ac virginis filius potuit pro nobis? Vide quia triginta tribus annis necesse fuit: Dei & virginis filium affligi, dolores immensos pati, ac tandem ignominiosissima, acerbissimaq; morte mori, vt Deo reconciliaremur Patri. Pro memoria igitur ac veneratione huius beneficii, hoc est, pro rememoratione nostræ calamitatis, pro gratiarum actione diuinæ incarnationis, pro veneratione quoque integerrimæ virginis Mariæ Dei matris, eiusq; castitatis ac humilitatis, (vt potè cuius humilitas non minus erat grata, quam fuit amabilis virginitas, aut charitas dilecta Deo) non liceat tibi cruda comedere poma, pira, aut fructus in æternum, nisi aut necessitate, aut obedientia infirmitat. q; ineuitabili vrgente, flagitetur aliud. Quib. nō vrgentibus, horum omnium delectationem quibus aded afficeris, cum Dauid qui de cisterna bibere concupierat Bethleemica, sed bibendi sibi voluptatem concupitā interdixit, pro Christi amore, tibi interdicas & subtrahas. Hæc autem facilis abstinentia tibi reseruanda est, vt is qui te in sanctum benè viuendi statum vocauit, utq; perduxit, perfectissima humilitate atq; discretionis, continuo quoq; virtutum incremento seruire perfecto sibi corde, sibiq; perseveranter placere te faciat, & in virtutibus atq; in sua te gratia indies crescere. Die igitur quotiescumq; tentaris contra hoc propositum: *Respice in me o piissima Dei mater, altissima inopiā inopiamq; spiritus mei: robora confirmaq; hoc meum propositum piissima mater misericordia, domina mea virgo Maria.* Ab his cibis qui naturæ quidē delectabiles sunt, minime autem necessarij, sed plerunq; nociui, vt sunt electuaria, fructus, dulce vinum, & huiusmodi, dum sagus es abstineas, & ad hono-

Quiescere in
terdum ab
actuali vir-
tutum labo-
re, esse pru-
dentia & di-
cretionis.

Gene 3.
Peccatum
Ade quanta
indignetur
poenitentia.

Fructum
crudorū e-
sum vt quis
sibi vtiliter
interdicat.
2 Reg. 23.
Patal. 11.

Abſtinentiæ
Deo acceptæ
& ab omni
periculo ali-
enæ quæ

Gula quò
ſit vitanda

Abſtinentia
perpetua quò
non laudat-
ur.

Delectatio
in comedē-
do quam ſit
cauenda.

ad honorem beatiffimæ virginis Mariæ, potiffimumq; ad eiusdem filij gloria, vilioribus, ſimplicioribus atque minus delicatis te reficias cibis. Hoc modo fieri poſſent abſtinentiæ Deo acceptæ multæ, & ab omni periculo alienæ. Nunquam cibum comedas meliorem, quamdiu viliorem habes, quem (vbi meliorem non habueris) libenter conſueuiſti ſumere, niſi infirmitas, aut ratio aliqua euidentis aliud per diſcretionem flagitaret, ſeu obedientia, huic obuiaret propoſito. Nam niſi ita feceris, non cibum, ſed cibi quæriſ delectationem, nec naturæ intendis reſtaurare infirmitatem, ſed concupiſcentiæ refricas adminiſtraſque voluptatem. Siue multum ſiue parum tibi adminiſtretur, pro ſola corporis neceſſitate te reficias, & æquè regulam tuam menſuramq; ſolitiæ diſcretionis obſerues.

Si vina duo in menſa habueris, ad illud quod fortius aut delectabilius eſt bibendum non apponas manum, niſi ſatis præmeditata ratio fuerit, quare & quomodo ſecundum Deum, non pro voluptate habenda id facias. Si hodie tibi oblatum ſufficit vinum, crasq; tantumdem vini (quod certus eſt) habebis, cur igitur poſt vinum iam receptum, vinum (ſi fortasè gratis offeratur) quod eſt melius, vel ad bibendum vel ad ſeruandum in craſtinum accipies, niſi quia gulæ ingluuieiq; (maximè ſi deſit debilitas aut euidentis ratio alia excuſans) quæris ſ. ruiſe?

Bonum vtileq; eſt, reor, humilitati, ne ita realiqua abſtineas, vt ex hac nunquam licet abſq; gulæ vitio, conſentias ſumere, his exceptis quæ tibi ex voto aut ſtatuſ ſingularitate interdicitæ ſunt: ſed recole priſcos ſanctos Patres, qui ne ſibi aliquid viderentur gloriarentur apud ſe, quod hoc illove edulio nunquam vterentur, ſumebant quidem de illo cibo interdum à quo abſtinere cupiebant, ſed ita temperatè adeoq; modicè, vt ſuperbia quidem gloriam excluderent, & voluptatem tamen propterea non ſentirent. Exemplum habes de Patribus, qui cibis ſuis vnã duntaxat olei guttam infundebant, ut ſuperbiam ſentirent gloriantem, puta, nunquam ſe viſos fuiſſe aut vti oleo. Tu itaque craſſiorem ſeu minus album minusq; delicatam ac inuauem panem cibumq; ede primo. Deinde quantum eſuris ad neceſſitatem abſque ſcrupulo, vbi viliora deſiciunt, de melioribus quoque ſume. Semper enim ſatius eſt te de vilioribus quam delicatioribus (quamdiu ſanus & iuuenis eſt, nec edendi abſ te ceſſerit appetitus) refici. Illa enim vilia ſenſualitatem non tam delectant, quam hæc prouocant gulam. Ad delectationem morificandam, pane albo abſtineas modo alium quo vtaris habueris, minus concupitum. Bibendo poculis vtaris modicis, & ſi neceſſitas vrget ſuis, crebrò potius iteratis, quam vt multo vino calicibusq; grandibus vnã vicè vtaris. Nunquam gulæ in potu ſeruias, vt vnã vicè tantum infundas quantum bis terve ſumere debuiffes. Propter ſobrietatem enim, & vt ingluuiei frenum imponas, ſæpius, ſed modicum ſemper vini vicè quauis ſumas. Valet autem & hoc ipſum ad naturæ conſeruationem, ijs præfertim qui humidoſ habent ſtomachos.

Cafeus & butirum, his qui alijs veſci poſſunt cibis non aded ſunt neceſſaria, quin his abſtinere poſſit hic, cui de cibis coctis tantum aded, vt ſe reficere ſatis queat. Quando bis in eodem die habes refici, in prandio ſtude ſobrietati, quo per diem ſis aptior ad ſpiritualia quoque. Securius enim tunc eſt ab-

est abſtinentia: ſiquidem in prandio ubi minus ſumpſeris, in cœna recupera-
re licebit. Hoc namq; congruum magis videtur bis diſcretè atq; ſobriè refici
in die, quàm in prandio tantum ſumere vt in cœna non eſurias, aut non ap-
petas cibum. Multi ſunt infirmi, qui à fructibus abſtinent ad cauenda infir-
mitatum incommoda. Quibus ergo illi propter ſanitatem abſtinent ſeruan-
dam, tu non poſſis propter Chriſtum abſtinere? In potu ubi naturæ ſatiſfe-
ceris neceſſitati, non congruit plus bibere. Nam diaboli eſt ſuſurrum quod
audis: Ecce parum adhuc bibendum ſuper eſt, ebibe, vt quid in craſtinam tan-
tillum hoc ſeruas lucem? Ebibe, ne pereat. Reſpondeet tui. Quod perit pere-
at. Ego ex beneficio Domini mei Ieſu Chriſti ſatis ſum reſectus præter neceſ-
ſitatem nihil accipiam. Iturus ad prandium ſolus ante legas Orationem Do-
minicam, angelicamq; ſalutationem, quam Benedicite dicas, quas Domino
Ieſu in eius paſſionem, in mortem, pro omnibusq; ipſius beneficijs, quæ
mundo exhibuit vniuerſo, offeras grauias illi agens, ipſumq; adorans. Hanc
autem ipſius paſſionem, & cuncta quæ pro hominibus ſuſtinuit in terris, ei-
dem rurus offer in ſuauiſſimum, amantiſſimum fideliffimumq; cor eius, in
vniõne illius potentiſſimæ charitatis, quæ ipſum traxit de cœlis ad patiendũ
pro nobis, orans, vt eadem nunc Patri ſuo offerat deus cum tanta virtute
& efficaciam, quomodo obrulit olim in cruce, dicens: *Consummatum eſt*, pro tu-
is & vniuerſi mundi peccatis: accendatq; in ſingulorũ hominum cordibus
charitatem eandem, qua illuminati ac moti, agnoſcant & corrigant ſe, abſti-
neantq; ab omni peccato, imò ab omnibus quæ illi diſplacent, faciantq; ea
quæ placent illi ſemper.

Suſurrum
diaboli.

Oratio Do-
minica ante
prandium
dicenda.

Ioan. 19.

*Exercitia quænam Deo deuotus quiſque inter comedendum &
bibendum frequentare, lectionemque aliquam ſacram
ob oculos præfigere debeat.*

CAP. IX.

DVm cibum primum accipis, ſi ſolus, in memoriam & gratiarum a-
ctionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui propter nos eſurire voluit &
manducare, dic vnum *Pater noſter*, & *Aue Maria* pro conſolatione eo-
rum, quorum beneficio, cura & labore ſeu indiſtrijs cibushic tibi paratus
& oblatuſ eſt, ſiue viuant hi, ſiue mortui ſint. Lecto *Benedicite*, flexis genibus
ſi ſolus eſ, ante ora Deum pro cibo animæ quam corporis cibum ſumas. Itaq;
primo roga Deum, vt ſuam tibi gratiam infundat, quæ tecum ſemper ma-
neat creſcãtq; in æternum. Iterum ora Deum, vt cibo hoc corporali, quem
ta ipſius liberaliſſima ſumere viſ largitate, vti te faciat non ad delectationẽ,
ſed reſectionem corporis neceſſariam, in laudem & gloriam ſuam, in obedi-
entiam, qua hiſ remedijs nos vti inſtituit, atque eadem humilis propter nos
admiſit ac ſumpſit. Poſtremò pete vt det tibi ſeruentiſſimam, ſtrenuiſſi-
mam deuotiſſimamq; fidelitatem in ſeruitio ſuo, qua in omnibus ipſius per-
fectiſſimè impleas voluntatem. Eſt quoque exercitium aliud bonum circa
menſam, cui placet, vtiliter ſeruandum. Primò, vt antequam cibum attin-
gas,

Matt. 4.

Exercitium
ante come-
ſtionem ſer-
uandum.

Na gas,



gas flexis dicis genibus ante mensam, vbi solus fueris Orationem Dominicam cum Angelica salutatione, in honorem omnium laborum, incommodorum afflictionum fatigationumq; quæ piissimus Dominus Iesus pro omnibusq; fidelibus sustinuit, eadem simul omnia offerens pro tuis totiusq; mundi peccatis. Sumpto primo cibo, antequam alterum attingas cibum, pata aut halec, aut aliud quid quod tibi Deus parauit, surge à mensa, rursusq; positis genibus alteram dic Orationem Dominicam cum salutatione Angelica, in honorem omnium dolorum, vulnerum poenarumq; Christi, eademq; in amore vnionis illius, quo hæc pro omnibus sustinuit, offer illi pro tuis totiusq; mundi peccatis, præcipue autem pro defunctis qui seiplos inuam non possunt. Tertium dic *Pater noster* antequam tertium sumas cibum seu edulium, in memoriam gratiarumq; actionem omnium tristitiarum, præfurarum internarumq; angustiarum cordis piissimi Iesu, quas cum multis lachrymi: pro nostra omnium salute sustinuit, orans eundem per hæc vt tot omniumq; fidelium defunctorum misereatur. In fine prandij quartum dic *Pater noster* pro opprobrijs pro contemptu, pro persequutionibus derisionibusq; Domini Iesu, gratias agendo, offerasq; hoc illi in vnione amoris quæ eadem passus est pro tuis vnuerforumq; fidelium maxime defunctorum peccatis.

Edendo qd
meditandi
fit.

Bibendo
mente qd
ruminandi
fit
Matth. 27.

Lectionem
sacram in
mensa non
esse negli-
geandam.

Inter edendum hæc sæpius meditare: O bone Iesu, ego ne vnã quidem buccellam panis merui, imò nec vt viuam hac aura communi dignus sum. Tu tamen adeò misericorditer, adeoq; abundanter tam animæ quæ corpori meo prouidisti. Pie Deus, vnde mihi hoc, vt tanta mihi faceres? vt tanta tibi multa dares? cum nihil horum meruerim. Ad potum dic intus in corde meditando. Heu bone Iesu, qd dissimiliter mecum diuisisti. Præbuidisti mihi vinum, tu bibisti sel & acetum. Quò sic placuit tibi? Magnum ne fuisset pijsse me Deus, si indignissimi ingratisimiq; mei peccatoris vel semel recordatus fuisset. Nunc verò parum tibi visum est, vt vel aq; cum pane mihi præberes, quæ pro his quoq; laus aut gratiarum actio, tamen si perpetua foret, nulla sustineret nisi & optimum cibum, vinum & alia quæq; prætiosa mihi administrares. Gloria & gratiarum actio sit tibi Iesu bone pro me ab omni creatura qd sic voluisti. Nunq; absq; lectione sumas cibum. In mensa igitur vbicumq; fueris, præsertim solus, librum ob oculos expansum habeas. Sacra te lectio ad ed occupet, adeoq; animum tuum in se rapiat, vt prandio finito, qd comederis vix scias. Abstinentia non est virtus, sed exercitium virtutis, tanto vtilius efficaciusq; quanta fuerit ipsa abstinentia discretior. Téperantia verò est virtus. Placet tamen nihilominus vehementer Deo quicquid delectationis sibi homo pro illius amore subtraxit, modo discretè id fiat: alioqn per indiscretionem quid agere, virtutem est magis impedire q; promouere. Non ergo abstinentia ab exercitijs melioribus siue à magis necessarijs debet te impedire. Nec singularitas illa abstinenti placet Deo vbi aut obedientia læditur, aut charitas.

Modus situsq; inter dormiendum quis obseruandus: quæue exercitia in lecto constitutus adsumere ruminareq; debeat.

CAP. X.

Circa

Circa somnum alia non potest dari lex tutiorve canon, quam vt iuxta
 etatem, iuxta occupationes, iuxta labores, iuxta valetudinem deniq; &
 iuxta statum siue regulam suam quis dormiat. Monachi enim regulam
 sibi dormiendi habent præscriptam. Tantum itaq; capiat vnusquisq; somni,
 ne à Dei opere præpediatur, quin potius ad opus Dei ex somno reddatur de-
 uotior, alacrior, acceptior, non pigrior aut desidiosior. Iudicium tamen hoc
 non est ex prima euigilatione sumendum (tunc enim dormientium quiuis
 pletunq; se sentit naturaliter ineptum) sed ex ratione & operibus bonis quæ
 somnum sequuntur, ad quæ per somnum debuit confortari. Obseruandum
 quoq; hominum complexionem esse non parum dissimiles, vt quod vni est
 multum, alteri sit parum. Anteq; lectum intraueris, præmunias te oratione.
 Debet aut & orationem præcelsisse (vt vocant) capitulum, quo te reprehē-
 das dolensq; de peccatis tuis, de eisdem Domino confitearis, & venia ab eodē
 peccata pro peccati eisdem illi passionem ipsius offeras &c Deinde contra sō-
 num & peccata noctis auxilium protectionemq; diuinam inuoca intrans in le-
 ctum cruce signatum & aqua aspersum benedicta.

In lecto situm dormiendi teneas honestum, pudicum, vt nihil quod velā-
 dum in te est nudetur, nihil quod abscondi debet reueletur, & quō corde ca-
 llo, ita corpore dormias pudico ac corporis situ honesto, præsentiam sem-
 per meditans diuinam atq; sanctorum Angelorum. Qui nocturno habet tē-
 pore vigilare, ad lectum seu dormitum vadat tempestiuus, quo corpus nocte
 vigilans in alacritate possit seruari. In lecto manere & non posse dormire,
 his qui in libertate sunt constituti (vt alio possint tempore quolibet somnū
 necessarium accipere) non est consultum, præsertim iuuenibus & ad Deum
 parum exercitatis. Hi enim quando dormire nequeunt & otiosi vigilant, ob-
 licentis alijsq; solent fatigari tunc cogitationibus. Consultius igitur illis fo-
 rum de lecto surgere, & occupationibus alijs sanctis cordis mundiciam tutare.
 Si libenter velis dormire nec potes, habesq; nihilominus ad diuinas laudes
 paulō post surgere, vt pote sub regula alienoq; imperio constitutus, mane in
 lecto, & fac quantum in te est vt dormias, hoc est, noli tu quo impediās som-
 num tibi, si esse causa. Quod si feceris nihil timeas (tametsi parum dormie-
 ris) cum reliquis ad vigilias sanctas procedere. Dabit enim tibi Dominus q̄
 ex te habere non potes, vt huiusmodi vigiliz inuitæ tibi haud noceant, &
 parum somni non minus te confortet, quam alio tempore quando multum
 dormiisti. Tibi ipsi somnum dare non potes, debito tamen, hoc est, statuto
 tempore dormitum ire potes. Fac igitur quod potes, & dabit tibi Dominus
 quod tu non potes. Quod nisi feceris, non suo supplebit adiutorio Deus quod
 ipse tibi subtraxisti. Quando in lecto dormire non potes, & exercere te in spi-
 ritualibus meditationibus orationibus ve non audes propterea (si attentē di-
 ligenter ve fiant) quod hæc somnum impediāt, simula ac finge te dormire,
 ponens os tuum super vulnus lateris Iesu Christi, & ibi effundendo tuum spiri-
 tum in illud vulnus, retrahendoq; spiritum, hoc est, expirando & respirādo
 mentaliter dic Iesus. Verbi gratia, trahendo anhelitum, mente dic: Ie. emittē-
 do verò, sus & ita singulis respirationibus toties dicas Iesus, quoties anhelitū
 trahis, donec obdormias.

Quantum
 somni cui-
 bet capiēda
 sit.

Dormiendi
 situs hone-
 stus seruandus
 vt sit.

In lecto ma-
 nere & non
 posse dor-
 mire quibus
 non sit con-
 sultum.

Lectio quorumnam librorum siue frequentanda siue fugienda sit Dei famulis.

CAP. XI.

Pluuia Dei
quæ sit.

Lectio cuiusmodi sola frequen-
tanda.

Lectio cuiusmodi sit
cauenda.

Lectio sacra est pluuia Dei, rigans hominis mentem, vt quicquid bona voluntate conceptum est, germinet in opus. Ab omni lectione quamlibet suauis & pudica, si non ædificat ad bonos mores, aut si non ad Deum inflammat amorem, abstinere. Ea enim sola quæ te ædificant & ad Dei amorem inflammant, quæ quoque tuum iuuant propositum legere debes. Quid multa prodest legisse, si eos non legeris libros, nec ea intentione, è quibus te corrigere atque teipso melior fieri quotidie discas. Lectio prorsus est otiosa, quæ nullum post se relinquit fructum. Quicquid enim legeris boni, nisi pro vtili etiam illic imitari decreueris studuerisq; nihil legisti. Scientia enim sine opere accusat & damnat. Nihil igitur quod proposito tuo non congruit pro curiositate legas. Si præterea in bono vtiliq; libro quid vanum, mundanum, impudicumve occurrit, illud sancta religione transilias, seu legendum intermittas. Deinde, quid de regibus, principibus, seculiq; rumoribus ad te scire pertinet? Quicquid in huiusmodi est quod neq; compunctionem sancti cordis veredoleat, neque assert ædificationem, respice. Quare enim abstractam à mundo elegisti vitam, nisi vt quæ scitu necessaria non sunt nescias, seculi ignores rumores, nihil videas, nihil audias quod mentis interturbet pacem ac tranquillitatem? Quomodo ergo in solitudine leges aut inuestigabis, quæ vter scires è seculo ad solitudinem fugisti? An nescis ea te quæcunq; legeris meditaturum? Nisi igitur ab his abstinueris, puta vt historias profanas seculiq; rumores neque legeris neque audieris, nihil tibi proderit silentium corporalisve abstractio vitæ. Quid enim interest, vana, curiosa, otiosaq; legere in audire nisi quod legisse propemodum perniciosius est, propterea quod lecta tenacius memoriæ hærent. Finis itaque tuæ sit lectionis ea quæ legeris, si bona sint imitari. Vbi ergo quid legeris huiusmodi, quomodo hoc ipsum perficere quoque possis tecum meditare. Alioquin lectio (vt dixi) tibi profus inutilis est & otiosa.

Deuotio vera quænam sit, quomodoque ea exercenda: deuotio item sensibilis quo pacto sit periculosa; quatenusque à Deo petenda, ac in usum trahenda.

CAP. XII.

Deuotio vera
quæ sit.

Deuotio vera non est mollicies cordis quæ sentitur, & qua in lachrymas quis facile resoluitur, aut qua tunc ea quæ ad Dei sunt cultum, fide sentit suauia, quia cum peccato hæc deuotio stare possit. Siquidem & pagani & iudei, schismatici atq; hæretici naturaliter hanc deuotionem sentire possunt. Peccatores quoq; Christiani qui voluntatem malam nondum mutauerunt, hanc sentire deuotionem possunt. Vera igitur deuotio est bona voluntas, quæ spontè vtræque se tradit paratam ad omnia quæ sunt ad gloriam, honorem beneplacitumq; Dei. Hæc deuotio scienter aut volens
in se

in se non sustinet quicquid contra Dei est voluntatem. Hæc in ariditate cordis atque mentis sterilitate nihilominus perseverat. Vbiunque deuotionis nomen legeris audieris in collecta aut oratione, hæc quæ sequuntur intellige ac pete. Humilem pete feruentemque contritionem, qua pro peccatis pro negligentibus aliisque tuis omnibus quibus Deum offendisti culpis ex animo, & cum propria malitiæ detestatione doleas. Pete feruentissimam perfectamque dilectionem, quæ ab omni te peccato, ab omni quoque studio seu conatu quo Deus proximusve offenditur, contineat, puta vt illi, hoc est Deo, seruire intensissime charitatis indefinenter in hæreas, eundem solum purè perseveranterque in omnibus quærens. Tercio, pete tui ipsius abnegationem promptissimam perfectamque, qua diuinum beneplacitum cum plena tui ipsius abnegatione sequaris ac perficias, omnemque aduersitatem de eius manu patientissimam mitissime suscipias. Sub hoc igitur nomine, deuotionis, prædicta omnia coniunctim, ne per singula animo discurrere habeas, intelligens, eadem petere intendas. Hæc enim Deo, qui omnia intelligit, sufficiunt: Aliter namque Deus, aliter homo rogatur. Deus enim antequam petimus, nouit quibus indigemus. Ideo si singillatim hæc & illa expresserimus, non illum vt quæ petamus sciat instruimus, sed nos ipsos ad eadem reddimus attentos, ad recipiendumque idoneos quæ postulamus. At homini, si quid ab illo rogamus, vt articulatim nostra exponamus desideria necesse est. Est tamen alia deuotio de qua hic loquutus non sum, sensibilis: hæc propter se non debet peti, vt pote consolatio spiritualis, qua te indignum semper vt iudices conuenit: sed si à Domino offertur, cum timore & humilitate est recipienda. Cauendum quoque ne hac abutaris, id est, ne tunc in ea quiescas, quo minus propterea passionibus inuigiles mortificandis, faciendisque operibus charitatis, superbiæve, licet pigrior factus, ex sentimento hoc spiritualis consolationis. Prouide ne hac abutaris deuotione, hoc est, vt nihilo propterea te meliorem æstimans, sed inde te humilia, credens propter infirmitatem atque inopiam spiritus tui hanc tibi esse datam, vt vel muneribus conductus, & lacte potatus Deo seruias, qui cum alijs Dei seruis fidelioribus onera diei & æstus, hoc est, graues labores tentationesque ferre non potes. Blanditur igitur tibi Deus, & quomodo mater infantulum ad sui te amorem inuitat. Qui si constans fortisque animo es, iam tibi hæc sæpenumero subtraheret, vt sine his inter magnas etiam tristitias, derelictiones, aduersosque occurfus (sed maiore etiam profectu ac merito illi seruiendi fidelitatem perseverantiamque tuam monstrares. Sit igitur tibi hoc, quando consolari te à Deo sentis, indicium tuæ imbecillitatis, & inter illos te constitue, quos mercede huiusmodi, & blanditijs (ne deficiant à Deo) refocillari erigique oportet.

Deuotionis
nomine pe-
tenda quæ
sint.

Deuotione
sensibili
quomodo
non sit abu-
tendum.

Tu igitur, quomodo supra dixi, eam deuotionem à Deo pete, quæ in tribulatione quoque desolatos comitatur, nec vquam nisi Dei adest amicis. Illa secunde petitur: hanc verò diuinæ dispensationi committe. Potest tamen desiderari, non vt dixi propter se, hoc est, vt in ea quis delectetur, finemque suum in illa sibi constituat, aut in ea quiescat, sed vt facilius passiones malas mortificare queat, vt visibilia, mundumque spernere, in Dei amore se continere, laudes diuinas atque Dei cultum perfectius attentiusque offerre, atque ad omnia tam aduersa quam prospera Deo in illius beneplacitum velocius se va-

Deuotio
sensibilis an
desideranda
sit.

Deuotione
sensibili
quomodo
bene uten-
dum sit.

leat resignare, vtens ad hanc deuotione hac sensibili, tanquam instrumento ad huiusmodi congruo. Est enim deuotio hęc sensibilis instrumentũ Quo Deus quæritur, amatur, sentiturq; & placet. Quando igitur deuotionem hanc habes, vt ere illa, quando non habes, vide ne hanc propter desidiam aut leuitatem tuam non habeas, & conare humiliter præsertim quando diuino inter-tes officio) vt habeas, propterea vt pio, dulci, feruentiq; affectu erga Deum, debita tua ac laudes diuinas perficias, quàm si obtinere non posses, priorem illam deuotionem, quæ etsi dulcis non sit, est tamen fortis, vt pote in ratione semper manens, bonamq; voluntatem custodi. Pro illa vt tecum perseueres, conare pro illa vt crescat, gemitus & lachrymas ad Deum mitte, pro illa ora & supplica; pro illa Deo gratias age. Obserua ne sub specie non affectandæ deuotionis sensibilis, aut ne sub velo propriæ resignationis ad huiusmodi deuotionis carentiam, torpor, acediaq; cor tuum intret. Multi enim hac ca- rent ex vitio acedia. Alij carent quia Deus propter humilitatis custodiam, aut propter maiorem profectum hanc illis subtrahit.

Orationi, vt debitè fiat, quænam sint accommoda, quæ hominem ad eam præparent, vocali item orationi & cantionibus, quæ fiunt in Ecclesijs, quæ nos præparemus ac insistantur.

CAPVT XIII.

AD orationem accedas, velut omnium quæ fuerunt, aut sunt obliens, iamquam mortuus, aut iam natus. Sic intendas Domino soli, quasi præter ipsum & te, nihil aliud sit.

Malas & otiosas cogitationes principio abijcias. Bonis verò sed huic tempo-ri non congruentibus, dicito: Ite, expectate, si à Deo estis, post orationem remittet vos.

Cor à creaturis semper habeas abstractum, affectumq; teneas liberum, mentemq; iugiter ad Deum leues. Vigilantissimè igitur contra omnes cogita- tiones te oportet pugnare, non solum malas, verum etiam otiosas. Hæ quoq; quæ ab hoc fine tuo te impediunt, quamuis bonæ alioqui sint, contemnendæ sunt. Ex omnibus quæ vides, quæ ue audis, discite orandi sumere occasionem, mentemq; ad Deum eleuandi. Nihil enim adeò potest audiri absurdum, nihil fieri, quod bonæ menti sese ad Deum conuertendi cum Deo q; tractandi, non præbeat occasionem. Aut enim in hominis Deo deuoti corde dolor genera- tur, propterea quod Deo fit irreuerentia, proximo ve iniuria: aut sobritudo nascitur vrgens ne fiat vnde Deus offendatur. Quicquid igitur audieris, quic- quid videris, orandi quæras inde occasionem. Ora vt Deus quod bonum au- disti dirigat, custodiat, promoueat, vt hoc illud ve malum auertat, arceat, tol- lat. Age gratias, quia benignitate illi nunc sua prouidit, illum seruauit, alium eripuit, alium emendauit, malum in bonum tibi conuertit, aliaq; id genus multa. Non tamen vt orandi habeas occasiones, rumores debes audire seculi. In cantu eliciendus est ex verbis affectus, mensq; erigenda ad Deum. Porro vbi mens relabitur eleuata, aff. ctu. q; perierit, propterea quod notatũ mul- titudo in vna quandoque syllaba multiplicatur, admittendæ sunt aliæ aspi- rationes, vt vel tuam gemas miseriam, vel suspires ad Domini misericordiã.

Verbi

Orandi oc-
casio vnde-
cunque su-
menda.

Verbi gratia teipsum intuens, aut plangens præsertim, propter ea quibus proximè offendisti Deum, dicas in mente seu spiritu Ah pijsime Deus. Ah misericordissime Iesu &c. donec ad verba veneris, unde quod ores elicias.

Otium omne extermines per assiduam continuamq; aspirandi assuesfactionem, vt vbiunque te inueneris exoccupatum, feriatumue, quantocius spiritu cum Deo loquaris, habens exercitia consueta, quæ cum ipso tractes, quibusq; continuo cum eodem loquaris. Si fatigatus laboribus, aut infirmitate, aliud non potueris, nihilominus ad illum sæpius loquere, vel pauca verba, puta: Ah amantijsime Iesu, Bone Iesu &c. Aut in vernacula lingua: Ach allerliebster Her: Ach Gott mein Her: &c. Est aliud quoq; exercitium sub cantu, vbi notatum est multitudo, verborumq; paucitas hoc felicet, si quando absq; libro canere non potueris, tres quatuorve notas in memoriam recipias, clausisq; oculis interea cantans, cor ad Deum erigas, affectus formando, quos pro tempore festiuitateue idoneos, aut pro his quæ tunc cor angunt tuû ad Deum mittas. Hoc toties quoties fuerit opus facies. Ad hoc enim potissimû videtur orationes vocales, cantusq; Ecclesiæ instituta, vt tam canentium quàm audientium mentes ad Deum leuentur. Mille sunt autem occasiones aliarum etiam parû exercitatis, animum sursum erigendi ad Deum, tamen id quod canitur legitur nullum præberet suffragiû. Quo enim tempore nihil in te inuenis accusandû? Quandoue nihil habes in Deo laudandû? Aut vbi (respicias ad dexteram atq; sinistrâ) tibi mox non occurrit, cui compatiaris, aut cui gratuletur in Deo, pro quo item ores, aut pro quo gratias agas? Inter hac tamen exercitia cautus & prudens esto, ne vigoroſe, impetuoſiq; hoc exercitio vtens, caput aut destruas, aut grauæs. Solet enim hoc exercitium absque interpolatione diu continuatum caput grauare, capitiq; extenuare vires. Oraturus, vbi oratorium ingressus fueris, ostio clauso, dicas. Nunc Dominus, egoq; eius miser vermiculus, soli sumus conclusi Non possum alio nunc abire, sed tecum manebo Domine. Fac tu quoque misericordissime Iesu, vt maneam tecum. Dic antequam horas incipias: Iesu rex clementissime, tu rege, tu me posside, vt Laudes vel horas tuas debite soluam & deuotissime. Pari modo, dum cellam ingrederis, ad Deum æstima te, quam ante eras, vicinias, atque aded in locum habitacionis eius accessurum. Hoc modo cura per externa obiecta interiorè hominem vbiq; renouare, vt ex corporis quoq; aut loci mutatione, mens tua spiritus recipiat renouationem. Ita enim fiet vt ad ædificationem spiritus cuncta tibi vertas. Iuuat attentionem, distractionesq; sedat, si quis inter orandû, ac si id quod oraturus est, nunquam audisset, simulata curiositate percipiendi, atque audius auscultandi, eleuatori, hoc est, expressiori etiam voce psalmos, & ad genus alia (quæ vocaliter dici debent) legat. Vehementiori igitur attentione quasi nunquam ante hac eadem legisses, teipsum aduertat legentè, donec collectis sensibus & impetu cogitationum aliarum pereunte, ad Deum te leuare, atque ex ijs quæ legis affectus pios quos tecum sursum vehas, elicere valeas. Vigorosa laboriosaq; est attentio, si quis inter cogitationum tumultus, quasi verba ex ore proceduntia, non modo audire, sed pene etiam videre commendat. Hoc tamen distractionè reprimat. Prudenter tamen exercet, r, ne caput lædat. Atq; ideo dum caput times grauari, vehementiori quidè attentione

Aspirationes sub cantu assuetudine que. Otium omne quo modo exterminandum sit.

Exercitium sub cantu frequentandum quod.

Cantus cur potissimum institutus sit in Ecclesia.

Capitis ratio in spiritu. si exercitio habenda.

Oratio ante horas canonicas dicenda.

Renouationem spiritus vt per quælibet externa obiecta recipere liceat.

Distractiones quomodo sedanda.

Attentio vigorosa qui exercenda.

uone

tione principio animum tuum fige. Quæ ubi fixa fuerit, leuiori potes conare animum tunc retinere, Porro si cogitationes impertinentes (velut improba impudicæq; mulier procantium solet nuntios) volueris recipere, & illis adientiam præbeas, aut ad eandem quasi curiositate ductus te conuertas, & quid suadere, dicere, aut ostendere velint auscultes, difficulter tandem eiterum easdem eiecturus: Miser, cur ad eod. horas tuas soluis negligenter? Legere, satisfacereq; Ecclesiæ præcepto te necesse est, cur per negligentias atque desidiam tuam, tibi infers grauamen? Cur laborem tibi conduplicas? Desidia te propria grauat. Negligenter autem legere, conscientiam tuam non consolatur, sed grauius onerat. Cur non potius (cùm tamen laborare te oporteat) iua legis, vt expulsa desidia a lacritiam in legendis horis sentias, consolationeq; quod rectè tua solueris debita, conscientia? Multo namque labore maiori ex distractionibus & negligentijs tuis quam ex deuotionis studio, grauaris. Idcirco dico, satius est horas, debita quoque tua deuotius attentiusq; solui, vt defunctorum animæ consolationem, tu verò in conscientia lætitiâ recipias, quam vt vtrunq; destruas, vtrunq; perdas, & ubi etiam gratiam Dei obtinere debueras, inde supplicium à Deo iudice expectes. Quando distractio vehemens est, (vt supra dixi) simula rari & noui quid te lecturum, quod nunquam audieris, vt vehuriositate te hac sancta fallas, & retineas animum firmum ad attentionem. Dic tibi: Ego legam quod nunquam audiui. Quid lectio hæc mihi insinuet, non possim modo non auscultare. Iuuat attentione auscultare, vt quando dicitur, auditurue hoc nomen Dominus, aut Deus, reuerentiam Deo exhibeas: idq; fiat aut capite, aut genibus, aut signo aliquo, secreto tamen, vt si fueris inter homines, nemo te de singularitate notet, nemo aliquid præ cæteris te facientem deprehendat. Vigila tu super teipso, non solum vt attendas, verum etiam an ad orationem attendas, attendendo. Quam primum enim te euagari senseris, cor tuum mox reuoca. Non est in tua situm potestate, vt non euageris corde, sed tu i est arbitrij tuxq; facultatis vitio (quod cauere & debes & potes) non euagari. Quomodo lectio est vocalis & mentalis, sic & oratio. Oratio quæ vocalis est tantum, vilior est quidem, quæ verò mentalis, est melior. Porro si vocalis simul est & mentalis, optima est. Hæc tamen raro admodum præfertim in horis canonicis, & orationibus formatis continua inuenitur. Nam ea quæ ex corde nascitur oratio, & in vocem erumpit, vocalis est & mentalis: optima quoque est, quia facilius effunditur, vt pote, ex orandi affectu, & desiderij vehementia fusa. At ubi vocalem quis formatamq; orationem recitare debet, tardius laboriosiusq; huic orationi se adiungit, affectus pura vt hoc ipsum pro hoc tempore desideranter mens optet, quod oratio statuta desiderandum præscribit. In oratione mentali facilius est attentio. Neque enim diuersa potest mens cogitare. Vbi enim aliud ab oratione cogitauerit, iam non orat. Distractio igitur mentis orationem mentalem prorsus sistit omnem. At in oratione vocali secus est. Potest namque orare vocaliter homo, & nihilominus alia mille ab oratione diuersa meditari. Eam obrem oratio mentalis multo est utilior ac melior atque vocalis. Quapropter ubi ea quæ ex Ecclesiæ, aut tui status instituto vocaliter legere teneris, vocaliter etiam (quomodo par est) absolueris, reliqua exercitia utilius est vt mentaliter soluas, psallasq; iuxta Apostolum, spiritu & mente.

Attentione
iuuantia que
fiat.

Oratio du-
plex.

Oratio opti-
ma.

Cate.

Ceterum, vt attentius quoque soluas, ea quæ vocaliter sunt soluenda, imaginare quasi mentaliter soluere eadem tenearis, & velis, hoc est, mentem ad exercendam se per attentionem vrgeas: ita tamen, vt nihilo secius vocaliter te soluisse scias. Oret igitur lingua voce, oret autem intus & mens, quæ loquitur lingua foris, vtaturq; ad nunculo verborum, è quibus singulis congruos elicere conetur ad Deum affectus. Quomodo ex testa dura dulcem nucis nucleum educis, quem posteaquam eduxeris testam abijcis, ita in Psalmis vbi sensum eduxeris, verborum testas humi cadere sinas, & nucleum, id est, sensum verborum inuestigans, hunc Deo offerendum sursum prouehas. Si labor est deuote attendere orare, certè maior est labor, grauioremq; post se relinquit desolationem, in sterilitate, distractione, & sine deuotione orare. Causa autem ne tu tibi ipsi causa sis huius laboris. Qui si non fueris, nihil timere habes. A te enim non exigetur quod non recepisti. Verus est proverbium, ita nos inueniendos in oratione, quomodo ad orationem accedimus. Antequam igitur ad orationem accedimus præsertim illam canonicam, & quæ ex Ecclesiæ præcepto legi debet, accesseris, antequam inceperis, statue cordi tuo pactum firmum, nullam scilicet velle cogitationem admittere, quæ vel Deo displiceret, vel beatæ Virgini, occasionem quoq; peregrina cogitandi tollere omnem.

Et si semper, præcipue tamen inter diuina, potissimum autem quando ipse se oras, diuina est abs te præsentia meditanda: tunc enim maximè, ne Deum deridere videaris verecundia tibi excitanda est, mens tua commonefacienda, atque excutienda rerum temporalium sollicitudo, vt Dei attendas præsentiam, erga quam parata quoque in te semper sit reuerentia, quam illi exhibeas. Dic igitur sapius tibi ipsi: Deus videt. Itemque: *Oculi mei semper ad Dominum.* Item: *Viuat Deus meus, in cuius conspectu, sto hodie.* Pro attentione inter orandum seruanda, non hoc tantum sufficit, vt pactum propoficiumq; statuas quo non sis admissurus scienter cordis distractionem. Verùm vt ante ad compunctionem aliquam quoque cor tuum inuites, allicias atque exerceas necessè est, qua cor tuum possit stabiliri. Compunctio enim facit, vt cogitationes tunc prophanæ vilescant, quod est contra distractiones pene victoriam pro hoc tempore obtinuisse. Omni tempore, præcipue autem orationis tempore & quando in diuino es officio occupatus, dedecet te aliquid leuitatis exhibere. Maximo opere enim tunc disciplinam in moribus, gestibus, & signis seruare necesse est. Leuissima enim est occasio, quæ distractioni occasione præbet, compunctionem dissipat, cordisq; euagationem introducit. Oratione canonica soluta, dicito: *O agne mansuetissime & mitissime Iesu fili Dei vni, misere te mei. Deus propitius esto mihi peccatori, qui me tuo pretiosissimo sanguine redemisti. Idcirco manus, & in vulnerata, commendo spiritum meum. Redemisti enim me Domine Deus veritatis.* Hoc modo faciendum post horas canonicas beatæ Mechthildis, aut (si bene recolo) beatæ Thrutæ, hoc est. Gertrudi reuelatum est. Si multum in oratione festinas, si acceleras nimium, quantum temporis lucraberis: profectò vix orationis Dominicæ vnus aut alterius tempus sub vna hora canonica redimis. Nonne satius foret diligenter omnem nauare operâ, vt attentè soluas temporisq; tantillum (si ita dici liceat) simul propter Christum perdas. Quomodo enim legeris, si negligenter ac imperfectè le-

1. Cor. 14.

Præsentia diuina inter orandum attendenda.

Psal. 24.
4. Reg. 17.

Compunctio ante orationem assumentia.

Leuitates esse cauendas. Precatio post debitum absolutio. Psal. 30.

Festinantia nimia in diuino officio reprehenditur.

geris horas canonicas, primò nihil consolationis spiritualis ex lectione, neque in conscientia, neque in affectu sentias, deinde magis tibi culpam contrahis quam meritum, imò vbi gratiam inuenisse debueras, ibi iram tibi comparasti. Ah animaduerte, cui, quidue in oratione loqueris. Nempe ei loqueris, qui intus forisq; te videt, qui cogitationum quoq; tuarum ac intentionu nullas penetrat & cognoscit. Quis verò cui est, loqueris? Excelsus nimirum, omnipotensq; vniuersorum Dominus ac Deus. Caue igitur ne inter orandi cor nò apponens, derisor potius habearis ab eodem, quam orator. Quod pro tui status conditione orare aut agere teneris, diligentissime & sine dilatione,

Exercitia debita proprijs anteferenda esse.

1. Reg 15.

seclulis omnibus quæ impediunt age. Nullum peculiare exercitium admitt, cuius gratia aliud, ad quod teneris impediri negligite contingat. Sed oratione statuta, alijsq; obedientijs consummatis, quicquid supererogando poteris exercitiorum deuotionis adijcere, impiger adde. Omnia potius deuotionis propriæ, exercitia intermitte, quam orationem statutam, opusue quoduis obedientiæ, pro illo tempore necessarium negligas. Si enim id quod debet cum Saule obtuleris, neglecto interim eo quod debes, cum eodem enim habebis reprobari, non acceptari. Ante horæ canonicæ inchoationem discipuli. Ecce hanc ad minus horam deuotissimè, quantum poteris legam, si vel vnam possim legeri horam deuotè, quomodo oportet, in qua nullas admittam fantasias. Cæterum quam primum te tuum propositum infirmis miseris, gemens pœnite, & id ipsum quam totius restaura, imò ac si nequam deliqueris, confidenter ad Deum redi, notum propositum iterari ac quasi non deliqueris, vires, animum, feruorem atque conatum pristini resumens. Est tamen generale tantum, nihilominus propositum attentionis singulos ad psalmos dum incipiuntur renouandum, atque hoc modo tam in emendandi proposito quam in propositi renouatione semper perseverandi. His quæ ex debito propter obedientiamue Ecclesiæ vocaliter legenda sunt, solutis (vt sunt horæ canonicæ, pœnitentiæ, defunctorum vigiliæ, & huiusmodi) consultissimum est sanctis exercitijs te mentalibus occupari. Vocalia enim non admodum sunt excitatiua, quamdiu solum vocalia sunt. Nihil enim ex affectu vehementia in vocem orans prorumpat, vt iam non vocalia tantum, sed mentalis etiam sit oratio (puta desiderio, quod intus ad orandam mentem incitat, foras per linguam quam vrget prorumpente) semper anteferenda est oratio mentalis, orationi vocali, hoc est, nisi oratio simul & oratio proferatur & mente fundatur, melior est sola mentalis, quam oratio sola vocalis.

Exercitijs mentalibus post debita inuoluendum.

*Arma validissima vt sint orationes ad vsum tentationum:
vt, quæue tentationes vincantur sui humiliatiōe
ac resignatiōe, quæ item superentur con-
temptiōe pia.*

CAPVT XIII.

Esaï. 58.

IN tentatione tibi constituto potissima sint arma tua, de te & tuis viribus desperare, fugereq; ad Dominum, atque illum in adiutorium toto corde inuocare. Clama igitur & dic: Domine vni pator, responde pro me. Ne derelin-

quas me Domine Deus meus, ne discefferis à me. Intende in adiutorium meum, Do-
 mine Deus salutis mee. Item: Deus in adiutorium meum intende, &c. Deus meus ne
 elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice. Item: Adiator meus esto, Domi-
 ne ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Item: Deus propiti-
 us esto mihi peccatori. Tu es Domine Deus meus. Item: Eripe me de inimicis meis, Do-
 mine ad te confugi, doce me facere volumatem tuam, quia Deus meus es tu. Item: Ie-
 su fili Dei viui, miserere mei, & adiuua me. Item: Adiuua me Deus salutaris meus, &
 propter gloriam nominis tui libera me. Item: O a. ne mansuetissime Iesu fili Dei, mi-
 serere mei. Item: Saluator mundi salua nos, &c. Ora quoque contra vitium hoc
 ad quod tentaris, seu contra quod pugnas. Domine Deus meus da mihi videre &
 cognoscere, detestariq; superbiam meam (aut hoc illudue vitium) & ex animo to-
 tuq; viribus eandem persequi, & conterere, vt hac expulsa, per tuam gratiam, tu
 quoque humilitatem mihi infundas. Item: Domine Deus meus, quicquid mihi mea i-
 niquitas suggerit, nolo & damno, imò quoties illud in cogito, per ipsam, quantum ma-
 lam cogitationem, aut pro ipsa saltem, toties te adoro, laudo, & benedico, meq; tue bo-
 nitati, prouidentie, & beneplacito subiungo. Dicat tentatus ad Dominum: Domine
 Iesu, ego nolo, ego nolo. Pyssime Iesu adiuua me, ego nolo, (id scilicet quod illicitu
 tum est.) Atque vitium pyssime Iesu tu facias vt vere, ex animoq; semper nolim, sun-
 ditius, persequar & detestor quicquid tibi displicet. A generali proposito tuo nun-
 quam recedas, sed tentationibus quantilibet impulsus, deiectus & obrutus,
 clama ad Deum. Domine Deus meus quicquid tu non vis, ego nolo, ego nolo, &c. Fiat
 voluntas tua. Item: Doce me facere voluntatem tuam &c. Seuiant quantum velint
 cogitationum passionumq; tumultus, ego aliud nolo Domine quam tu vis, Iesu bone,
 quicquid prauum cor meum meditatatur, anathema sit. Ego id damno. Hæc superiora
 maximè locū habent in tentationibus violentis, ad quas homo ceteratus suap-
 te complexione, consuetudine, seu inclinatione nimium est pronus, ijs quoq;
 qui in tentationibus nondum sunt exercitati. Porro in leuioribus facilius
 resistitur exhibendo, deridendo, exstilandosq; tentationes, atque in eas expu-
 lsa. Et hoc modo suggestione malam tu quasi rem indignam per contemp-
 tu ab-
 ipere, imò ceti re auditu indignā, & cui respondere nō debeat, nō curare debes.
 Quando senseris inclinationem malam nimiam (siue cogitando, siue ope-
 rando, loquendoue hæc constet) ad rem illicitam, cui vere atq; ex animo non
 pugnales te opponere, nisi fortasse vtrunque per rationis atq; synderesis con-
 tradictionem, & quasi ex metu consentiendi, tunc vere ijs generalibus reme-
 dijs, supra habitis, dicēs: Ego nolo Domine Iesu, nisi qua tu vis. In hac enim gene-
 rali facilius verum q; cōtradicitur tentationi, cui cōtradictioni cor quoq;
 consentiat, quā si rem ipsam, quæ concupiscitur, pro obiecto impugnādo tibi
 ante oculos statueres. Facilius nanq; veriusq; cor tuū dicet, Domine Iesu ego no-
 lo, qua tu non vis, quam diceret: Ego hoc quod concupisco, nolo. Ea propter vbi
 non ad id ex animo vereq; resistere tentantis, in re aliqua singulari, resiste eidē
 in vniuersali, dicens: Iesu Christe adiuua me, ne aliquid velim contra tuā voluntatē.
 Expediit quoq; ita fieri interdū propter aliam causam, puta ne id imaginando
 quod cōtentat, sub specie contradicendi eius concupiscentiam profundius
 tibi imprimas. Tunc enim satius est ad generalia diuertere, quibus nihilomi-
 nus ijs quæ singulariter te impugnant, contradicas. Si tērationibus importu-
 nis ita perturbatus fueris, vt inuenire cor tuū nequeas, nec eidē valeas domi-
 nari.

Tentationibus importunis qui resistendum.

Interrogationibus interis quomodo respondendum.

Tentatione quibusmodi eorum memendo facilius quam pugnanando vitentur.

Blasphemie perfrictaque cogitatione quomodo repellendae.

nari, vt instinctui diuino tibi ediuerso illucescenti plenè assentias, sed traharis nimium ad alteram partem, quæ vitiosa, defectuosa & imperfecta est, pudenta dicere aliquid aut reprehendere, aut pro te respondere, facere quicquam quod ambiguum habeat exitum, & cui instinctus diuinus ratioq; magis contradicit quam fauet, dic: Ego nihil agam aut loquar, nisi quod Deo placeat. Verbi gratia. Si perperam aliquid fieri videas, & passio zeli te admo neat, vt illud reprehendas, aut non sustineas, aut à proximo, quamobrem id faciat, expostules, aut iniuriam certè tibi factam calumniamve illi improperes: inquam, tunc cor tuum non possis inducere, vt æquanimiter sui læsionem taceat, sustineat, atque ab improperatione abstineat, iniuriamq; sibi factam dissimulet, ad generalia remedia recurre, & dic tibi ipsi ac Deo: *Ego nihil diuinitate te su nihilq; propterea agam, quod displiceat tibi. Tu Domine dabis, si loquendi occasio præstita fuerit) mihi gratiam, aut tacendi, aut ita loquendi, vt te non offendam. Et vt quod ego absque periculo non possim, per te aut sine periculo agam, aut securior prorsus abstineam.* Hac generalitate cogitationum tumultum variatque eadem sapius narrantium sedabis, donec tranquillitas redeat, & donec validum atque expressum concipias propositum, quo inspirationi prorsus consentias diuinæ, iniuriam, molestiamve dissimules, ab eoq; quod illicitum timebat, aut suspectum inquam tanquam à re certa, quæ Deo displiceat, cū nauca abstinea. Interrogationes (siue curiositas humana, siue tentatio diabolica est moueat) periculosas, ad quas vir perfectus vix rectè simul ac verè respondere possit, vt sunt an martyrium suscipere velis, huiusmodi aut huiusmodi. Aut si proximo inimicanti, atque verbis huiusmodi te maledicenti infamitque velis tacere? Aut certè an mulier nobilis, & alioqui honesta, omnibus conditionibus procacibusq; instructa, nuda ad te nudum veniret in lectum ex amore, an eam velis eijcere, seu fugere? Eiusmodi inquam, periculosas inuestigationibus, nisi tentatus se ex animo sciat sincerū atq; perfectum (quod difficile esset de se præsumere) non est respondendū, nisi generatim hoc modo. Ego spero in Domino, nihil super me vterurū, quod vires excedat meas. Si huiusmodi quid super me permiserit Deus, confido etiam omnino illum additurum gratiam & vires, vt tentationi huiusmodi non succumbam. Ad hanc responsonem nihil addendum, nec vltra audienda est diabolica interrogatio, sed exhibenda, quia humiliter & satis bene responsum est. Turbulentè semper est cū tentationibus non ingredi bellum, sed mox vbi natus fuerint, mox vbi senseris vitium quod te tentat, id est, quod malè te allicit aut terret, illud vt rē indignā, & q̄ audire dedecet abijcere, continere, execrari atq; conspuere. Veruntamē in præsentia aliorū ita exhibeas te, ne noteris, neq; alios tui propositi ignaros, tuis exputō bus (quas tu cōtra vitia & prauas incidentias facis, ipsi verd aliter factū, & propter aliud iudicāt) contristes. Hoc remedio præsentius nō est cōtra perfidie blasphemieq; cogitationes, cōtraq; sceleratas incidentias circa humanitatē Christi, aut B. Mariæ virginis, sanctorūq; aliorū, aut circa Sacramenta, & huiusmodi mysteria alia, quæ eas prorsus omnes contemnere. Non tribuas eis tantum honoris vt illas timeas, aut vt aliquid pensi de illis habeas. Cōtemne igitur, exhibita, & deride illas: nec farpulum (nisi prorsus ex delectu illas ad te sumpsisset) aut timorē inde habeat Diabolo hæc susurrata, cuius etiam sunt, imputa, qui aliud nescit quam Deum

um blasphemare, non tibi, quia Dei vis promouere honorem. Breuiter dico: Quisquis hic fuerit in te qui hæc loquatur, quæ contra Deum sunt, tu non at- trahas tibi, nec ea tibi ascribas, quæcumq; subito aut violenter inciderint, aut quæ sensisti quidem, non tamen ijs animo consensisti, nec placet quæ in- ciderunt: Haud quaquam enim tibi imputabuntur quæcumq; eiusmodi tibi inuito occurrunt, quia hæc ad ruinam tibi non erunt, sed ad purgationem & ad gloriam. Confutissimum igitur est omnes quidem tentationes contē- nendo abijcere, nec earundem suggestionem tanti facere, vt illis respondeatur, siue vt audiantur, admittantur ve ad colloquium mentis, quo suas sua- siones proponant. Quapropter dixi contra tentationes vtilissimum esse, non inire pugnam cum illis, aut disputare, ex aduerso inspicere, aut contra pu- gnare. Tantum enim familiaritatis, tantum ve licentiæ illis non debet admit- ti, vt ad colloquium recipiantur, siue vt eisdem præbeatur audientia. Neque enim tam diu sustineri debent, vt quid velint aut suadeant, narrent. Sed mox vbi deprehensæ fuerint accedere, exufflandæ exhibilandæq; sunt. Nam si ad pugnam colloquium ve eas receperis, difficilius abiges, earundemq; (præci- pua quas formidas, vt sunt tentationes blasphemæ, perfidiæ &c.) imagines atq; timorem profundius tibi imprimes. Contra huiusmodi spiri-uales tē- tationes pugnare, nihil est aliud quam hominem contra anseres sibilantes, aut contra canes oblatrantes, aut certè contra mulieres pessimas & litigio- sas pugnare. Huiusmodi enim non vincuntur, nisi transeundo, tacendo & cō- temnendo. Si enim contra eos pugnare, eis ve contradicere nisus fueris, nihil ages, quam vt ad maiorem eos prouoces insultum. Porro si nihil timens eos transieris contemptos, tacebunt.

Disputandū
non esse cū
tentationi-
bus.

*Diffidentia circa fidem, dissipientiaque ad proximum tenta-
tionibus quomodo resistendum sit: vtq; nulla pia exerci-
tia, nullaque bona opera ob quasuis tenta-
tiones sint omittenda.*

CAP. XV.

Cum cogitationibus quæ cor tuum nituntur intrare, vt fidei rationem inuenias, vt capias quid post mortem sit futurum, & an vera sit salus in fide nostra, & cætera huiusmodi, contra quæ vel in scripturis, vel in ratione sapientum obijci possunt nonnulla quæ repugnare videntur, tu noli disputare, noli pugnam certamen ve contra illas inire, nec ad hoc niti, quasi lumine rationis ea velis inuestigare: sed omni curiositate, sollicitudi- neq; disquirendi abiecta, dic: Ego credo quod sancta credit Ecclesia. Amplius nolo disputare, nec meum animum super his occupare. Et signa cor tuum eruce.

Cogitatio-
bus curiosis
circa fidem
quò sit res-
pondendū.

Quæcumq; etiam in scriptura sacra aut fide intelligere nequis, noli super ijs curiosius inuestigare, nec dubitationem admittere, sed omnem ambigui- tatem, disputationemq; proscinde, & dic tibi ipsi: Ego nolo scire, sed volo cre- dere. Tendit enim laqueos difficillimos atque inextricabiles, hostis mali- gnus, eis, qui suis ingenijs ea quæ fidei sunt, aut quorum in Ecclesia secreta est

ratio, nituntur intellectu & inuestigatione comprehendere, eorumq; velle reddere rationem. Timor nimius validiorem sæpenumero tentationem, quemadmodum imaginatio fortis casum, facit. Quod enim plus timentur sapius cogitatum, profundius memoriæ imprimitur. Si tentatus contra proximum tuum irascaris aut displicentiam amaritudinemve senseris, contra illas cogitationes tunc ingruentes assume aut te compelle ad affectum charitatis, vt in corde repetas sæpius: Ah charissime frater, frater mi dilecte. Nos ciues vnius patriæ sumus. Nos Dei sumus filij. Nos cohæredes vni sumus Christi, &c. Dic tibi: Tu misera ac ingrata bestia: Nunquid non veneraberis amicum & seruum Dei: An iram Dei non metues, si fratrem tuum centuplo te meliorem spreueris aut contristaueris? Si in tentatione aliqua tibi constituto, occurrat ambiguitas perplexa, in qua vtrumuis elegeris, hoc est, sine hoc, siue alterum, æquè tibi periculum imminet, neutrum elige, quamdiu non cogeris eligere, sed iudiciū atque voluntatem tuam hoc modo fige, dicens in corde tuo: *Ego Domine Iesu nihil volo quod tu nolis. Ego respice, qui quid tibi displicet. Quicquid elige eligo.* Porro si alterum tibi fuerit eligendum, Prælato aut Confessore consulto, id elige quod ille suaserit, & hoc modo absq; periculo manebis, quia fecisti quod debuisti, puta tuo non credens ingenio, consulens prælatum, illiq; acquiesces.

Exercitia deuotionis solita non esse propter tentatione deterrenda.

Quæ fideliter fit Deo seruendū.

Honorem B. Mariæ impensum non manere iternum.

Nulla debet esse tentatio adeo grauis aut valida, quæ te deiiciat, vt solita deuotionis tuæ exercitia intermittas. Arma enim sunt tua hæc, quibus diaboli tendicula euadere, redireq; ad Deum potes, idè nulla vnquam desperatio relinquenda. Nam etsi extra charitatem te esse scires, nullo tamen modo consuetudines tuas bonas, & exercitia solita deseras. Per hæc enim tibi iterū oriri potest lux gratiæ, qua prauitatem erroremq; tuum videas, viuis fieriq; in charitate. Deo autore, & te te applicante. Quanquam te scires damnandum (quod nulli scitu possibile est, ei præsertim qui se non recusat corrigere in his quæ sibi sunt manifesta peccata) nihilo scius Deo seruire deberes, quæ si scires te saluandum, idq; quantum posses diligentissime, atq; fidelissime eiusdem procurando honorem, pro immensa ipsius bonitate, qua tot beneficia tibi, quem ingratum ac pessimum præsciuit, prærogauit, tanto tempore peccantem te iustitiam non damnauit, sed vt amicum fouit: Taceo creationis & passionis eius beneficia. Certè pro ipsius iustitia atq; iudicio æquitate, si te rebellem, contumeliosum & corrigere se nolentem, tanto licet tempore expectatum, tot beneficijs quoq; admonitum, atq; adiutum (vt nulla sit tibi excusandi occasio) damnare vellet, ipsum diligere deberes, quia non ipse, sed tu solus causa tibi fores, tuæ infelicitatis, ipse verò quia iustus est, idè tua obstinatione ad executionem iustitiæ impellitur, vt aliud, quam obstinam damnare atq; incorrigibilem delinquere non possit. Quomodo igitur, vel propter eius iustitiam ipsum non diligeres, quandoquidem totus, bonitas ipsa est? Quamuis nulla (vt dixi) sint exercitia, nullæ consuetudines sanctæ, propter tentationes relinquendæ, quin potius magis tunc frequentandæ, ea tamen quæ ad honorem pijsimæ Mariæ fiunt, potissimum mordicus teneas, nec ad mortem vsque relinquant. Quicquid enim huic virgini misericordiz matri impenditur, non tacetur, non transit irremuneratum, non præterit in oblivionem, sed opportuno tempore fructum operatur. Nunquam le-

gitur vel minimum quid in beatissimæ huius Virginis honorem oblatum, aut factum, in vanum abiisse aut sine fructu periisse. Angelum habes bonum ad custodiam à Deo tibi deputatum, & angelum malum, qui est dæmon turpissimus, crudelissimusq; hostis tuus, ad exercitium. Hi tecum cōtinuè sunt. Diabolus mala suggerit, affectiones excitat prauas, illicitas proponit cogitationes, indefessiq; studio in mortem te præcipitare conatur. Porro Angelus bonus, modo tu illum audire volueris, tibi consulit, bona suggerit, te defendit, adiuvat, instruit & liberat. Quando itaq; tentaris, perpende quis sit is qui te tentat. Nempe inuidiosissimus, pessimus, crudelissimusq; inimicus tuus. Percunctare igitur te ipsum, si huic pes, imo diabolo seruire, si te perdere festinãti obedire malueris, atq; cum eodem pauld post stagno ignis infernalis immergi (aliam enim suis non reddit mercedem seruis) an angelo bono, puta vt eius acquiescas monitis, Christum seruenter diligas ac imiteris, atq; pauld post perpetuam cum eodem latitiam possideas? O si hæc benè expenderes, aded te malitia diaboli, eiusq; terribilis præsentia memoria sola terrere deberet: reuerentia verò præsentia angelicæ allicere, ne (vt es) aded fores ad otiosas, vanas, immundasq; cogitationes suscipiendas, pronus. Si ante fores tuos stantem scires hostem cum gladio te quærentem, atq; ad te ingredi, occidereq; te molientem, num illi ostium aperirè? Num ad tui occisionem fores illi referares? Hoc modo carnalibus, malisq; cogitationibus hostis malignus vallatus ad cordis tui ostium pulsat. Si tu illum illasve admiseris interficient animam tuam. Solet diabolus nonnullos à bonis deterere operibus, per tentationem vanæ gloriæ, aut inuidiæ &c. qui diabolo, hoc est, vitij ne consensisse videantur, timore harum passionum inducti, abstinent à bonis operibus. Tu verò haud quaquam ita facias. Sed vbi passiones huiusmodi senseris vitiosas, dic illis: Ite. Propter vos hoc bonum neq; faciam, neq; omitam. Deo enim hic, non vobis seruiam. Quo dicto, in passiones vitiosas quas sentis expue, eaq; cum contemptu abige, & ad virtutis oppositæ affectum te quanto potes studio, exerce. Ei, qui in conflictu est vitiorum, si perplexitas occurrerit, vt duo se offerant, quorum alterum sit necessario eligendum, vtrumq; verò sit peccatum, hoc eligat quod minus est peccatum, si non alia re fiat via declinandi. Potest enim benignus Dominus facere vt hoc ita electum, puta ne in altera parte peccatum committatur grauius, propterea non fiat aut sit peccatum, licet fortassè ibi peccatum esse potuit, quo homo in hanc necessitatem, hoc est in perplexitatem hanc, sic scilicet agendi præcedente aliqua culpa sese coniecit. Hoc modo qui pro castitate, pro charitate, aut alia virtute pugnat, quamuis in pugna leuia, puta delectationum subreptiarum vulnera recipiat, cito tamen hæc curantur: quia labor certaminis & amor virtutis quos in pugna non consentiens malo, exhibuit, veniam apud Deum illi impetrabunt, modo ipse doleat ex animo, de quocunq; vulnere, quamuis maximè exiguo. Peccatum enim quantumlibet modicum non remittitur, nisi pro eo doleatur, & nisi damnetur.

Angeli boni
& mali officia
circa hominem que.

Opera bona propter vanam gloriam non esse facienda, nec omittenda.

Perplexitate occurrente quid faciatum.

Scopus quisnam omni operi exercitioque præfigendus; opera cuncta vt modo perfectissimo fiant: corpus discretè qui regendum: quæ item intentio triplex sit nobis necessaria.

CAP. XVI.

Mat 6.

Ibidem.

Scopus omnium actionum quis esse debeat.

Finis mediæ & utilitas in omni opere attendenda.

Intentio quò casta, simplex, ac recta esse debeat. Modo prudentissimo omnia facienda.

Cant. 2.

IN omni opere, studio exercitioque finem tibi ac scopum sanctum præfige. Sit oculus tuus (quomodo Christus docet) hoc est intentio tua, simplex, & rectum sit corpus lucidum. Nam si tenebrosa fuerit intentio, nihil lucis, nihil candoris inesse potest operi. Si enim in vobis inquit, quod lux esse debet, tenebræ sunt, quid de reliquo quod tenebrosum agnoscitur est æstimandum: Finem tu ipse hunc omnium actionum tuarum tibi constitue, scopumque, in quem semper respicias, ad quem tuos conatus dirigas, hunc videlicet tibi præfige, nempe charitatem, placentissimamque Dei voluntatem, vt in nulla re quamlibet bona te ipsum quæras, sed Dei solius gloriam, honorem ac beneplacitum. Finis hic oculis præfixus ad bona instruit, prouocatque studium. Nunquam igitur ab hoc fine, ab hoc fundamento atque scopo sancto diueras. Cura quantopere vales, vt hæc intentio sancta in te sit perseueretque semper. Quicquid loquendum, cogitandum fuerit aut agendum, præmeditare & expendere quantum profit id, de quo tecum consultas, humilitati ac charitati, quantumue officiat eisdem. Nam si humilitas, charitasque inde nihil roboratur, tuum non erit de hac re ultra cogitare, sed illam abijcere. Attende semper quid te moueat ad faciendum hoc, siue dicendum. Vbi te discussisset sapienter, inuenies consilium in te quod vehemens forte ac sanum putabas, non à Spiritu sancto inspiratum. Dissipetur igitur & pereat. Respice igitur (vt præmonui) ad finem atque scopum tuum, deinde nihilo secius vide quæ cuiusuis rei, quam cupis, sit futura, utilitas. Postremò expende, per quæ media, licite an illicita, debeat res eadem perfici seu obtineri. Esto res bona sit & utilis, si tamen obtineri non potest nisi per illicita media, haud quaquàm in eandem rem consentias, nec à te recipiatur aut probetur. Vltimus enim omnium finis tibi est in cunctis quæ agis, aut conaris, vt placeas Deo. Deus igitur præcipuum est quod intendis, ipseque & eius honor eiusque voluntas ac beneplacitum, vniuersa est ratio, quare aliquid facias aut omittas, diligas aut odias, quæras aut execreris. Intentio tua esse debet casta simplex ac recta. Casta, vt neque sit adulterata, neque vitio villo permixta. Simplex, vt absque fictione aliqua Deum solum quærat. Recta, vt errore, peccatoque careat. Quo modo ante opus discutiendam dixi intentionem vt inuestiges animi tui secreta, sciasque quid te moueat, & si quid vitij inuentum fuerit in ea, ipsa corrigatur, aut mutetur intentio: Ita etiam de modo faciendi peruestigandum est, an meliori vtiliori que quam decreueras, modo quod futurum est fieri possit. Neque enim ex sacra scriptura charitatem duntaxat seruandam discimus, sed etiam ordinandam vt omnia ordine debito, non præpostero, modoque prudentissimo vtiliter faciamus. Non solum opera credas ad finem, hoc est ad charitatem quæ Deus est, & ad eius perfectissimam esse voluntatem mouenda.

tienda, verum etiam mores, gressus, gestus & verba, quæ omnia in te quasi iuxta regulam ordinentur, & nihil sit in te otiosum. Otiosum dicitur, quod sine necessario, aut iusto, intentionisq; bonæ caret ratione. Quicquid igitur agendum, dicendumve est, ided agatur dicaturq; quia Deo sic placet. Quicquid verò execrandum, ided execretur, quia Deo displicet. Itaq; cura semper vt hæc in te radix permaneat, & non tibi nocebunt quæcunq; acciderint. Vni enim voluntatis tuæ cum Deo, ex omnibus angustijs liberabit te. Hæc in te semper inueniatur, & sufficiet.

Otiosum quò nihil debeat esse in homine.

Hæc est regula quam tenere debes, hucq; tendat omnis conatus tuus, vt in corde tuo iuge semper sit silentium, perpetuaq; solitudo, vt ab omnibus, quæ aut propter Deum non admittuntur, aut quæ in Deum cor sursum non vehunt, maneas animò occupatus. Intellectus enim tuus purus, simplex, atque nudus ab omni cogitatione, ab omni re sensibili, à formis, imaginationibus & fantasmatibus esse debet, quo tranquillè liberèq; soli Deo vacet atq; in hæreat. Porro affectus tuus ab omni amore sensibili erga quamcumq; creaturam abstractus, ac liber sit, vt nullam creaturam diligas aliter, quam aut in Deo, aut propter Deum. Itaq; illuc tende, vt affectus tuus semper sit eleuatus ad Deum, cui adhæreas soli. Quare nihil quocunq; cogites oportet, nihil desideres, nihil loquaris, ad nihil afficiaris, nihil velis, nil desideres, nil diligas, cum nulla re te occupes, nisi cum Deo, aut ea re quæ te trahit in Deum, & hoc propter Deum. Non tamen externæ hic sunt occupationes propterea relinquendæ, quæ ex obedientia, aut charitate, aut ex necessitate etiam obseruandæ sunt, vt potè quæ propter Deum fiunt. Sed mens huiusmodi operibus non ad se esse debet intenta, quin nihilominus in solitudine & interno silentio Deo interim loquatur. Quicunq; ad hæc aliq; huiusmodi imperfectiorem te inuenis, necum ora continuè ad Dominum hoc modo: *Deus meus, quam longe adhuc disto à beneplacito tuo qui necdum inter eos numerari possum, qui tua seruat præcepta. Ex me (quando me ipsum intueor) desperare quidem possem, at misericordiatua maior est mea infirmitate, cui me innecto, cui inhereo & inuitor. Ah misericordissime Iesu, vtinam vel ad veræ perfectionis principium queam peruenire. Vtinam vel perfectæ perfectionis viam merear incipere. O pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, miserere mei, & adiuua me, vt perfecto atque toto corde iugiter tibi seruiam, placeamq; tibi totus & perpetuo.* Alia adhuc tibi necessaria est regula, vt te ipsum totum, omnia quæ tua sunt, & quæ tibi eueniunt, aut euenire possunt, soli Deo committas, ex intimo corde in illum solum sperans, in illum respiciens, te illi credas, ab omni deniq; solitudine & cura propria exutus, confidentis in eum te illi (cui de te cura est) relinquant. Si hoc feceris crede, imò certissimum tene, tibi ab eodem in omnibus prouideri, tubueniri, teq; à malis omnibus saluari, non eo semper modo quo tu velles, nec quando tu oras, sed quomodo & quando expedièrit. Cuncta igitur de eiusdem paterna manu libenter accipe, teq; illi plenè resigna ac relinque, nihil aliud volens, nihil desiderans, neque præsentis, neq; tempore futuro, quam vt ipsius laudabilissima voluntas de te, per te, in te, & in omnibus fiat. Hoc, inquam, solum optes & propter hoc ipsum quæcunq; postulanda sunt, postules. Cæterùm quod dicta diligentius custodias, addenda est tertia regula, vt non aliud tibi videatur, quam anima tua separata sit à corpore, & extra mundum constituta.

Silentium solitudoque interna quò iugiter seruanda.

Preçatio pro perfectione obtinenda.

2. Cor. 1.

Resignatio necessaria quæ.

1. Pet. 2.



Corpus suū
quod cuique
curandum
ac diligen-
dum sit.

Imaginare igitur coram Deo te esse, cui nulla singularis post hac, aut maior sit cura de corpore tuo, quam de corpore proximi. Itaque te habet ad corpus tuum, sicuti te habes ad alienum, cui necessaria propter necessitatem, non propter voluptatem prouideres: de quo parum aut nihil doles, siue despiciatur siue laudetur, affligatur, aut conioletur. Quomodo ergo proximi corpus secundum Deum diligis, eidemque ex charitate ministras, sic tuo exhibe corpori idem ministerium, non ex priuato aut proprio, sed Dei amore. Quando itaque despiceris, dic tibi ipsi, nihil hoc pertinere ad te, sed despice te ipsum quodque cum cæteris te despicientibus. Spiritus corpore separatus, nihil curæ habet de suo corpore, hoc tantum agit, ut Deo inauertibiliter inhæreat, cui totus est coniunctus, totus vnitus, totusque in eundem absorptus.

Precatio pro
diuinarū in-
spirationū
perfectione
Psal. 36.

Dic: Domine Iesu Christe, qui ad eam misericorditer bonum nobis semper inspiras, et continuo inuitas ad meliora, quanta est ingratitude mea, qui nihil adhuc horum fecerim. Misereere igitur mei Deus meus, misereere mei. Quamuis (ut supra dixi) recte feceris, ut omnem actionem, orationemque tuam tanquam ad finem, in & iuxta placentissimam Dei voluntatem ordines, nihilominus simul quoque intende, quicquid agis, propterea etiam agere, ut consuetudinem bonam habitumque virtuose ac sancte operandi tibi introducas, quo non modo semel sed semper alacriter bonum facias. Placet autem vehementer hæc intentio Deo, qua non semel tantum, sed sæpius semperque te eidem optes intendasque placere. Est enim in omni actione intentio. Prima est qua actio ipsa, quia creditur seruire adminiculari ve virtuti, idem recipitur. Altera est, qua non solum actio recipitur, quia ad virtutem inducit aut famulatur, verum etiam frequenter recipitur sæpius, ut deuotio ita agendi habituetur, & quod semel placuit, ut semper placeat iteratur. Propterea enim in consuetudinem duci curatur. Tercia est, quæ quantam utilitatem, siue multam siue nullam hæc actio inducat, non respicit: sed solum an Deo hæc placeat actio interrogat, ita ut intentio Deo placendi, sola sit causa hoc modo agendi. Quam ubi placere didicerit, non solum ex actione illa Deo studet placere, verum etiam per actionem huiusmodi, ad Deum mentem leuet, eidemque conetur ut inhæreat.

Præmedita-
tio quid sit
ante actionem
seu loquuti-
onem.

Ante actionem loquutionemve quamcumque, expedit præmeditari quid occurrere possit mali, aut in quem finem res concepta sit abitura, quæ item scandalorum occasiones, aut etiam offensionis diuinæ suboriri queant, aut interim ad illa, ac si occurrerent, aut præsto iam adessent, quomodo tibi agendum sit, quomodo ve te habere debeas, dum res adhuc tranquilla est, te ipsum inspicue. Animum quidem semper debes habere paratum ad aduersa ac molesta pro Deo sustinenda: at verò intentionem ut sincera hæc castaque sit ac recta, ante omnia prouide. Multum enim coram Deo aut accusat, aut laudat opus intentio. Neque enim opus quamuis in se grande exiguumve æstimetur, iuxta sui generis mensuram, sed ex intentione, studio, amoreque placendi Deo æstimandum est.

VI
16

*Solitarius quomodo sese in cella seu domo exercere debeat:
duplex item solitudo quanto studio ex-
ercenda sit.*

CAP. VII.

Quotiescunq; cellam seu domum fueris ingressus, primum sit quod ante omnia facias, vt ad genua procidas, dominam tuam sanctissimam Mariam reuerenter salutaturus, tanquam matrem tuam, & cellæ seu domus tuæ dominam atq; patronam. Itaq; dic ad minus vnum *Aue Maria*. Deinde bis quotidie ante crucem Domini, aut ad locū orationi à te deputatū, vade, & mentaliter, seu vocaliter ora hoc modo: *Iesu Christe fili Dei viui, miserere mihi Domine Deus meus, propicius esto mihi peccatori, pro quo dignatus es in crucis patibulo mori. Salua me Christe Iesu, per infinitam misericordiam tuam, quia per opera mea saluari non possum. Salua me pyssime & benignissime Deus, per merita passionis & mortis tue, quia abunde saluari non possum. Salua tu me o misericordissime Deus per beatissima matris tue, omniumq; sanctarum virginum, & sanctorum intercessionem ac merita, quia per me alioqui in æternum non saluabor. O sancte Ioannes Baptistæ, sancte Ioannes Euangelista (in uoca Apostole) sanctoq; tuos patronos quibus maiori afficeris reuerentia & deuotione) sancta Barbara, sed & tu fidelissima mater mea sancta Maria Magdalena, &c. N.N. orate pro me nec orare cessetis, donec statum immarecessibilem mansibilisq; hoc est, perpetua gratia diuina obtineam, qua efficiar & maneam semper, quomodo maxime diuina placeret voluntati meo donec ex merito passionis Domini mei Iesu Christi, post hanc vitam percipiam vel tantulam caræ, æternæ felicitatis portionem. Orate etiam quæso pro his quibus ego orare debeo, vt Dominus noster Iesus Christus unicuiq; tribuat suam gratiam & salutem.*

Post matutinas intrans cellam, procide ad genua coram beata Maria, & post eiusdem salutationem, eidem nuntia filium eius Iesum captum. Pete ab eadem veniam, vt tibi ignoscat quandoquidem propter tua captus est scelera agnus innocens. Roga eam vt pro suo vnigenito te in filium recipiat, atq; felicitatione captiuum te ad suos pedes teneat. O felicem vltionem, o saluberriam vicissitudinem, o captiuitatem iucundissimam, sancta Maria, ad tuos detineri pedes, captiuum possideri, in filiumq; adoptari. Quis dabit mihi o domina, vt misericordissimam hanc iram tuam in me exerceas, vltione hac gratissima me punias, puta vt loco filij tui mei causa tibi ablata, me teneas, nec abire sinas? Vtinam hæc crudelitas tua sanctissima aded in me me scruat, vt nulla mihi etiam à te recedendi detur facultas, nulla permittatur abeundi libertas, nulla spes euadendi. Imò omnes sensus, omnes potentias, omnesq; vires animæ & corporis mei indissolubili virginitatis ac puritatis tuæ cingulo, castissimoq; vinculo amoris, o virginum sanctissima, ad pedes tuos inseparabiliter quæso constringe, vt posthac sim tibi filius pro filio, captiuus pro captiuo, adoptiuus pro vnigenito, postremò tuus pro tuo. Audiens ad ostium cellæ seu domus tuæ quempiam pulsare, dic: Anima hæc est defunctorum vna quæ pulsat, & in purgatorio cruciata petit subsidium elemosynæ spiritualis. Mox igitur dicas: *Requiem æternam dona eis Domine:*

Cellam seu domum ingredi quid primo faciendum.

Luca 18. Precario ante crucem domini quotidie bis dicenda quæ.

Sanctorum patrocinia imploranda

Exercitium ad beatam Mariam post matutinas.

Resignatio
ad Deum &
B. Mariam.

& *Aue Maria*: sicq; cum elemosyna huiusmodi ad ostium aperiendum vade Mane ac vesperi, in omni quoq; consolatione deuotionis, te commendes resignesq; Domino Deo, & B. Virgini, omnia beneficia ac dona ipsorum cum gratiarum actione eorundem custodix committens. Roga præterea eos, vt hæc conferuent, augeant, multiplicent ac confirment, ad profundissimam tui humiliationem, ac perfectissimam charitatem. In solitudine constitutus, sæpe numero à Deo tuæ vilitatis tibi cognitionem postules infundi, suæq; eductio bonitatis: faciat quoq; ne de ipsius beneficijs quicquã tibi ascribas, sed ipsum semper benedicas & laudes, in ipsum constantissimè confidas, de te vero, ac de tuis viribus desperes. Ora Deum sæpius pro dono confidentix, quæ reuera nobilissimum habet donum, quisquis hoc recipere meretur. Solitudo tibi non esse debet libertas (puta quia hominum non habes reuereri oculos) ad peccandum, sed potius timor, & respectus vigilantior diuinæ presentix. Ibi enim ante oculos ambulas Dei, cuncta cernentis. Frequentata solitudinem: Quanto enim frequentaueris, tanto etiam amabis. Admittere quantum potes viribus solitudinem obtinere mentis. Hanc tamen scito obtineri non posse, nisi abstractum seruaeris animum, ibiq; potissimum vbicumq; res fuerit quæ te meliorem deuotioremq; non facit. Quanto enim à creaturis abstracta heris, tanto coniunges Deo.

Solitudo
mentis quò
obtinenda.

Solitudinis
laus quan-
ta.

Solitudo
duplex.

Cella vti
B. Mariæ de-
dicanda sit.

Canticis
spirituali-
bus in solitu-
dine vten-
dum.

Nulla vnquam laus cellæ, hoc est solitudinis satis potuit exprimi. Hominem namque timentem Deum, si recipit, seruat, imò facit meliorem. Neque enim perturbatam conscientiam sustinet. Homo verè malæ conscientix in solitudine perseverare non potest, quomodo nec piscis mortuus in aqua recenti, sed aut projicitur, aut corrigitur. Est solitudo corporis, & est solitudo mentis. Prior propter secundam quaeritur. Qui vtrancq; obtinet, rem possidet felicissimam. Quod si altera tantum possit obtineri, solitudo cordis seu mentis multo maximè præferenda est. Quantum vales & præuales, recurre semper ad solitudinem. Ibi enim est purgatio debitorum, serenatio tentationum, illuminatio tenebrarum tumultuumq; hoc est cogitationum tumultuantium sedatio. Quod enim auro facit ignis, hoc solitudo siue cella suo facit cultori. Cellam seu cameram tuam dedica beatæ, imò beatissimæ semper virgini Mariæ, vt hic locus illi maximè sit sacer, familiaris, ac proprius. Et tu quoq; propter B. Mariam, locum, id est, cellam tuam habeas honorabilem, propterea scilicet, quia camera seu cella est B. Mariæ, in qua nil dedecus, nihil non castissimum, nihil deniq; non sincerum dici aut agi debeat: propterea quemadmodum supra monui, quotiescunq; cellam intras, ad genua procide: & antequam cuius operi manum admoueas dominam atque patronam cellæ saluta. Cellam intrans, exiturusq; semper te præmunias oratione. In cella ac solitudine expedit eremicolam ad spiritualem se lætitiã exerce- re: quia solitudo naturaliter tristitiã generat. Idcirco etiam spiritualibus canticis, hymnisq; & psalmis pro recreatione, ac animi deuotione in solitudine vti, bonum est, ita tamen secretè & modestè, ne proximis detur offendiculum. Extra cellam constitutos, & inter homines, seruare decet compunctionem, & morum maturitatem: quia sine his facilliter inter homines de- sumus.

Senfian

VI
16

Sensuum externorum refrenatio ac disciplina quam sit necessaria ad cordis puritatem: quantaque mala adferat eorum lasciuia.

CAPVT XVIII.

Virum sanctum decet modestia, grauitas ac disciplina tam morum quam sensuum: Vnde sanctus Tobias commendatur, quod nil puerile gesserit in opere suo, & Sara Rachuelis filia, quod ludentibus se non miscuerit, gloriatur. Vbiunque enim dissolutio inuenitur, ibi haud esse creditur deuotio. Leuitas namque & iocandi consuetudo, rixæ sunt deuotionis, idè cauendæ.

Sensuum
morumque
disciplina
quam sit ne-
cessaria.
Tob. 4.
Tob. 5.

Quicquid non uideris, id minus cogiras. Concupiscentia sequitur sensum, indeq. irritatur. Quæ non uides, quæ nescis non concupiscis. Scito igitur mundum te cor seruare haud posse, sensibus freno disciplinæ solutis. Si pacem cordis & charitatem ad proximum uolueris seruare, necesse est ut oculos contineas. Quare enim irasceris nunc huic, nunc illi, irreligiôsè se habenti, nisi quia oculos tuos non custodis: Irascere tibi, quia tibi ipsi ut turberis causa es: utpote absque disciplina, & oculorum continentia uiuens. Sensus tui ostia sunt cordis tui. Quicquid cogitare non uis, non recipias per ostia. Seruatur claufas porras, ne intret quòd paulò post haud ualeas eijcere. Ingressus reflectorium, noli hinc inde lustrare quid mensæ appositum sit, sed ad orationem animam tuam para. Porro si aliquem uideris ex fratribus scrutantem, quid in scutella habeatur, &c. ante benedicite, noli tu illi irasci, sed magis tibi irascere, quia non custodis oculos tuos. Ille enim te non lædit, sed incontinentia oculorum, immortificatioque cordis tui te lædit. Vide igitur uter sit melior. Alius scrutatur de cibo, tu de illius moribus iudicas. Tene igitur oculos tuos, & noli iudicare.

Cordis mundiciam & pacem absq. oculorum custodia seruari non posse.

Lingua quare, quantoque studio sit frenanda, quanta item mala effrenis locutio adferat.

CAPVT XIX.

Vir perfectus uti non deberet lingua sua, nisi ad honorem Dei & utilitatem proximi. Hoc modo beatissima uirgo Maria, & non aliter utebatur lingua sua. Tu igitur illius exemplo & amore, non loqueris, ubi tacere potes. Loqui sit tibi in necessitate, filere in desiderio. Cùm enim loqui etiam licuerit, eiusmodi tamen silentium tu seruabis, cuiusmodi conscientiosi quidam tempore seruant silentij, uidelicet, ut pauca tantum & necessaria uerba loquantur, eademque, cum timore, ne ad silentij fractionem excedat, pronuntient. Hoc modo tu quoque omni tempore pauca tantum & necessaria loquaris, eaq. cum timore & uigilantia, ne excedas. Non respondeas plus quam necesse fuerit, seruata tamen semper discretionem & serenitatem. In uultu serenitas semper relucent, ut quasi subrideas dulciter, & in corde seruetur pax erga proximum, ne cuiquam tuum huiusmodi fiat silentium onerosum aut singulari.

Lingua quomodo ad honorem Dei uti debeat.

Verba otiosa
& noxia qua
tatione imi-
tari possunt.
Matt. 12.

Precatio pro
discretionem
in loquendo.

Propositum
super lingue
custodia iac-
pius reuo-
uandum.

Contentio-
nes & dispu-
tationes que
cur sint vi-
tandæ.

gulare. Multa tu statuis, at ex his pauca & propemodum nihil seruas. Quoties (dic) loquutus es, quin excesseris loquendo, aut tuum non prætergressus fueris propositum. Mox enim vbi loqui incipis, ad verba desuis leuia, inde ad sermones de absentibus. Sequuntur risus & nugæ, aliæque id genus vitiosa, quæ Dei seruo vehementer nocent. Esto igitur Domini nostri Iesu Christi nomine admonitus qui verbum omne prohibet otiosum, vt ab omni abstinereas verbo, ad quod nulla te necessitas, nullaque honestas, congruentia respondendi proximo vrget, ne (quod nimis saepe es expertus) cum ad licitam linguam laxaueris, ad illicita quoque labaris. Porro si per silentium hoc modo, hacque intentione seruatum ignoranter etiam deliqueris, facilius (crede) Dominus dimittet hoc peccatum, faciliusque emendabis, quam id quod garrulitate foret admittum. Volat enim irreuocabile verbum, nec tam cito emendari potest quod loquendo, quam quod tacendo peccatur. Quod si è tuo silentio quis turbetur, ora pro eo Dominum ne scandalizetur.

Scis tu enim (dic) Domine Iesu, meam infirmitatem, & quam pronus sum ad lapsus excessusque lingue. Ne quasi igitur aut mihi aut alteri imputes in peccatum quod aliquis propterea turbatur, si ego parum aut penè nihil fuerò loquutus. Neque enim propter iudicium alterum ego me dissuadere debeo in leuitates. Effuso autem si multum quid loqui capero, atque in me loquendi consuetudinem, (imo petulantiam) per hoc confirmo. Oro igitur te piissime Deus serua nos omnes à peccato & scandalo. Neminus recuses respondere quæ rationabilia sunt, dum loqui licet. Loqui tamen quæ necessaria non sunt aut vtilia, aut occasiones alijs de huiusmodi interrogandi loquendique præstare, omni sic tempore tibi interdictum. Propositum tuum super custodia lingue crebriori eger renouatione, quoniam circa alios defectus, propterea quod maior est lingue lubricitas atque pronitas ad lapsum, quam aliorum membrorum. Comprime igitur dentes & labia, ne inutiliter & absque ratione loquaris. Pari modo vbi tibi loquendum præterieris, firma propositum tuum antequam loqui incipias contra occasiones fortasse recipiendas, ne incautus excedas: hoc est, ne mala, dissoluta, aut noxia futuris. Semper in memoria tua habereas, semper internam audias vocem dum loqueris. Pauca verba, pauca verba. Contentiones & disputationes tanquam pacis, charitatis, tranquillitatisque destructionem deuita. Sine alios vt volent agere. Tu age vt obedias Deo prælatique, perficiens quæ ad tuum pertinent statum, Quid enim ad te attinet, quid alij de te disputent aut loquantur, modo tu in conscientia securus sis coram Deo? Non igitur pro tui excusatione loquaris, nisi res fuerit ardua. De scripturis quoque & doctorum opinionibus dimitte vnicique suum sensum, præsertim vbi semel dixeris interrogatum quid tu sentias. Tunc enim maxime niti oportet, ne tuum seorsum & quod semel dixeris, velis defendere. Assuesce quomodo à verbis otiosis, ita à iocis, à cachinno quoque & leuitatibus abstinere: salua tamen serenitate in vultu, & benignitate in moribus. Urgente tamen charitate (si tu quem fortasse laedum, aut tristem, aut de te simistri aliquid huiusmodi suspicantem aduerteris) vt de eius tollatur corde turbatio aut phantasia, vtiliter posses ei adiocari, alioquin generalia ac solatiofa verba, tamen honesta & amabilia, firmatorem ante proposito tuo, quo paulò post ad silentium redeas. Vbiunque in colloquio fueris si causa honestatis, aut propter vitandum scandalum loqui

oporteat, loquere ea quæ sunt vtilia, & nunquam vel pro veritate (nisi periculum animarum ex tuo silentio sequeretur) disputes aut contendas. Semel aut bis si necessitas fuerit, testimonium perhibe veritati. Si nemo vult recipere, sine tu alios vt volunt sentire, & silentio tuo contentiois turbationisq; materiam tolle. Inter familiaria colloquia nõ præsumas alijs prædicare, aut docere, quasi ædificationis causa, quia quamdiu iuuenis es, nec alicuius autoritatis, nemo à te recipere & plerunque eiusmodi prædicatio, aut ex arrogantia præsumptioneue nascitur, aut (si esset etiam sinceritas) ab alijs tamen arrogantia iudicatur. Præfer potius ignorantiam, & sine alios disputare, prædicare, & scripturam sacram allegare.

Grandis est superbia respondere ad aliorum dicta, vbi tu non interrogatus fueris: nec ostentationis specie caret, absque necessitate proferre, quo scientiam tuam videaris alijs monstrare. Abstine igitur ab ijs, ama nesciri, & exhibe te vt nescientem.

Silentium tuum alijs iucundum atque dulce fit, vt pote quod ex verecundia & Dei timore obseruetur. Silentium quod turbulentiam aut amaritudinem præfert inter alios nemini non est molestum, nemini non suspectum ac onerosum. Stude sermones aliorum noxios, aut nimis inutiles, quaestione aliqua rationabili, aut narratione ædificatoria interrompere, citra tamen disputationem. Ob hanc rem ante præmeditatum semper habeas materiam bonam, quæ malis ac vitiosis colloquijs immisceas, & illa ad bona transferas. Caue neminem ex verbis iudices. Multa enim faciliter non præmeditata, nec ex proposito dicta hominibus effluunt, quæ ex animo eos loqui temerarium foret iudicare. Inter alios, siue in mensis siue in colloquijs constitutus, si de rebus noxijs fiat sermo, quos neque reprehendere, neque eorum sermones interrompere audeas, ad Deum conuersus pro illis (quos nequaquam tamen propterea iudices) dic *Benignissime Iesu, si tibi hi sermones displicent, oro auerte illos ac disipa. Tu piissime Deus, tu scis infirmitatem meam, qua nihil nisi cadere noui, quotiescunque tua me non seruaerit gratia. Ideò custodi & libera me à lingua mea.*

Verba aliorum illicita quomodo interrupta pendenda.

Precautio pro loquacium tetrenatione.

Silentium illud quod tempore necessitatis hominem impetuose facit loqui, aut amare, indignanterue respondere, suspectum est. Pari etiam modo loquutio æstimatur adulatoria, quando quod natura non præbet, affectatur, studeturq; suauiter ac benigne loqui, in gratiam hominum. Sunt enim quidam ex naturali passione aut iracundi, aut graues. Hi si fingant se mites mox notantur. Quam diu sine peccato tacere potes, tace. Semper enim vbi expedierit incipere potes loqui, non autem tacere, hoc est, à loquendo cessare, quoties volueris potes. Rarissime tibi necessario foret loquendum, si quid sit necessariū fati expenderes, & si quam vtile sit silentium, quamue perniciofa vana loquutio pensares.

Quandocumque colloquio communi te interesse necesse fuerit, quam cito recedere licet, recede, non tamen subito, sed ad tempus aliquod modicum manere congruit, puta spacium duorum psalmorum, & tunc quasi furtim te subducas. Debes autem proximos aut fratres tuos non fugere quasi malos, sed te ipsum fugias necesse est, hoc est, linguæ tuæ perniciem, quæ bene loqui non didicit. Dic igitur à colloquio recedens Deo. *Domine Iesu, hi fratres aut homines boni sunt, & securè loqui possunt. Ego bene loqui non didici: ea propter ad*

solu-

Precatio eō-
ra loquaci-
tatem.
Detractions
& oblo-
quutiones
quantopere
sunt fugiendae.

Solitudinem vado. Item: Ego non fugio homines seu fratres, sed me ipsum, & propriam linguam meam fugio. Pissime Iesu miserere mei. Detractiones, obloquutiones tam loqui quam audire, adeo tibi esse debet alienum, vt singulari proposito contra has non egeas. Nimis enim omnibus manifestum est eas cauere debere. Atque ideo si incidant, vbi prohibere non potes, tu recede, vt vel hoc signo alij, quam agant perperam discant. Roga autem Dominum vt emendanda ipse corrigat. De rumoribus quoque seculi, quae nihil spiritualis profectus adducunt, elige magis nescire, quam de ijs quid audire velis. Generant enim distractiones & cogitationes inutiles.

Quaestio sui vitanda quantopere sit.

CAPVT XX.

Quaestio
propria vt sit
vitanda

1. Cor. 10.

IN omnibus quae facis, vide ne temetipsum quaeras, hoc est non tuum commodum, non vtilitatem, non profectum, non requiem etiam corporis, nec vt propterea tu leuius faciliusque habeas: sed hoc quod Deo acceptissimum, quod communitati vtilissimum sit elige. Sic enim Apostolus quoque, vt non quid vni, sed quid pro multis obseruemus, admonet. Nihil igitur propter te optes fieri, quod proximo non conueniat, nihil quaeas, nisi denique fieri consentias quamlibet fructuosum (nisi pro voluntate Dei tibi fuerit necessarium) quod noceat proximo: sed ad charitatem seruandam quicquid sit accommodatissimum inquire, illudque elige. Porro honor Dei, eisdemque beneplacitum omnibus vtilitatibus & commodis sunt anteferenda.

Gloria vana quanta sit diligentia vitanda.

CAPVT XXI.

Vana gloria
quam in studiose
cauenda.

Matt. 25.

Opera bona
quando sint
cauenda.

AMa nesciri, & nihil palam ostentes, nec hominibus tu placere studere. Non optes vt de te bene sentiant homines, nisi in graui id re necessitate fuerit, aut pro grandis mali suspitione amouenda. Quid enim tibi prodest homini reuelare ea quae vel eidem vel alteri bona feceris? Nunquid haec vt illi narres, vt iactes, vt ex ijs glorieris, propterea fecisti? Num ideo narras, quasi ab illo pro beneficijs mercedem accepturus? Nonne quicquid proximo facis, siue clam, siue in publico, Christo facis, ab eodem recepturus mercedem. Nunquid hominis gratiam, amicitiam, consolationemue affectas? Haud quaquam. Hominibus quidem facienda sunt bona, sed non propter homines, sed propter Christum, haec impendenda sunt. Christo haud necesse est reuelari tua: omnia enim sunt eius oculis nuda & aperta. Porro reuelare homini quae illi feceris, est aut captare illius benevolentiam, eiusve gratiam affectare, aut quasi ingratitude illum arguere, hoc est, beneficium exprobrare. Sincerius igitur ages si taceas, ne iactando beneficium, non solum pro illo nullam à Deo recipias mercedem, sed amissa etiam, quam aliqui habiturus fueras mercede, propterea quod te ipsum & humanum fauorem quaesisti supplicium à Deo merearis. Statue igitur omne opus bonum, & quicquid laudari ab hominibus solet celare nisi id manifestari oporteat, propter vitandum scandalum. (vt sunt ea ad quae obligamur omnes, aut propter cuiuspiam informationem, aliamue necessitatem. *Adiuua me Domine Deus meus.*)

Et veram perfectissimamque humilitatem mihi infunde. Da mihi odium sanctum contra mundum, & propriae abiectionis, propriaeque contemptus sanctissimum ferventissimumque mihi infunde desiderium.

Precatio pro humilitate vicia.

Singularitas bona quantopere observanda: mala item singularitas quanta mala aduehat quomodoque vitanda sit.

CAPVT. XXII.

Quidquid vel ex praecepto Christi aut Ecclesiae, aut status tui instituto obseruandum est, diligentissime obserues: nec aliorum te scandalizet tepiditas aut negligentia, ut vel eos imiteris, vel etiam iudices, sed quantum potes tuo eos exemplo adifica. Itaque propter illos in ijs aut quae ex tuo aut statu, aut debito obligaris, non oportet te illis conformari, si illicitum alij viuerent: nec huiusmodi singularitas in te est vituperanda, qua tu vel solus legem obseruas. Omnes enim Sancti hoc modo fuisse singulares, qui haudquaquam sancti essent, nisi singulares fuisset. Ceterum in ijs quae proprii sunt deuotionis, non sunt aliqua in publico obseruanda quae singularitatem ostentarent, praesertim eorundem illis ubi haec offensionem generarent. Nihil formidandum est, quod minus propterea proficias, aut quod minus Deo maneat acceptus, si fortasse caeremonias exercitiuae alia corporalia deuotionis, quae neque ex statu Christiano, neque quouis alio quem profiteris, necessaria sunt obseruari, propterea ne inter miseris, ne singularitate tua proximorum animos turbes. Caritas enim fraterna, qua non te, sed multorum pacem quaeris, supplet, quidquid minus eadem obrem, atque solebas, feceris. Corporales obseruantiae, exterioresque caeremoniarum parum habent meriti, utpote, quae Deo acceptae sunt iuxta mensuram affectus & deuotionis internae, ex quibus fiunt. Siue enim caput tegas, siue detegas, in se nihil est. At ubi ex obedientia, charitate, discretione, deuotione uel caput siue texeris, siue detexeris, meritorium est non quia caput nudasti, sed quia Deo nudasti, aut quia sic propter Deum faciens obedisti, & quia discrete circa te ipsum, prudenterque ac humiliter erga proximum te habuisti. Ex velatione igitur capitis, & huiusmodi nihil lucraris: sed ex affectu, studio, intentioneque deuotionis placendi Deo, unde ad caput nudandum aut velandum moueris, lucraris. Quae ergo externae singularitatem in huiusmodi generant, aut ostentationem, illa intermitte: internam uero reuerentiam, deuotionem, studiumque colendi Deum non intermittas: sed ubi solus in secreto fueris, etiam per signa & exercitia externa alijsque insueta, aut tibi singularia, (modo discreta sint) quomodo cumque potes, eadem exerceas. Haec tamen superiora de his sunt obseruantijs intelligenda, quae ex studio deuotionis duntaxat internae habent, ut placeant Deo nec obseruari necessaria sunt. Itaque quod ante per deuotionem propter Deum solebas facere, iam ubi singularitas hoc yciat, ac propterea caritas vetat per deuotionem & charitatem a qua intermitte, ne offendas proximum. Si ante tempore non consueto ex peculiari cultu Dei nudasti caput, nunc propter seruandam pacem proximo quem inde turbari sentis, idem caput in Dei cultum tegas. Quantum homo iuuenis est, & passio, quibus seruit, si interim singulare quid praeter

Singularitas laudabilis quae sit & quae non.

Ceremonias externae unde meritum accipiant.

QQ

ris pra-

Singularitas
quæ cur sit
detestabilis.

ris prætenderit deuotionis, non recipitur illud, sed ostentationis, aut singulari-
tis vitio tribuitur. Quomodo ergo in ijs q̄ necessaria s̄t facienda, si negligē-
tior inuenieris, aut quā decet tepidior, alijs scandalū præbes, ita scandalū dabis, si in
ijs quæ arbitraria sunt, singularitatem feceris notabilem. Habet enim singula-
ritas quænis hoc, quare detestabilis efficitur. Quia quando quod nemo alius fa-
cit, ipsa præsumit, eos qui à se diuersa agunt, aut contemnere, aut iudicare vide-
tur, quasi nemo rectè faciat quisquis aliter, quam ipse facit, fecerit.

*Scandalum quibus modis contingat, quantopere noceat: hone-
stas morum quosnam deceat: superbia
item vt se sub zeli specie
palliet.*

CAPVT XXIII.

Charitati
nihil præfe-
rendum

Scandalum
quanto stu-
dio cauē-
dum

Morum ho-
nestas præ-
latis maxi-
mè necessaria.

Nulla sit tibi res adeo chara, quam charitati proximi præferas. Si proxi-
mus tuus scandalizatur ex re quacunque quam habes, proijce ab te: aut
si petis eandem ille r̄m (præsertim si religiosus est & de proprio non vi-
uens) da illi hanc potius, quam offendas charitatem. Quid enim præciosius cha-
ritate? imò quid præciosius Deoque charius anima, quam sperni non oportet, à
Christo redempta. Num tuum commodum, tuam utilitatem vè illi præferes, vè
illam vulneres aut occidas, quo tuam expleas voluntatem? Tuum erit, si germa-
ne fueris Christianus, te milles potius contemnere, relinquere, & abnegare, quàm
animam cuiuscunque fratris tui spernere aut scandalizare. Hoc tamen intelli-
gendum est in rebus & actionibus quæ licitè possunt fieri, aut intermuti pro
charitate. Nam quæ licitè non possunt, tibi custodias animam tuam, plus quam
proximi (si vtrinq̄ nequis) necesse est. Nihil enim ad charitatem operaris pro-
ximi, quicquid egeris quo offenditur Deus. Deus enim cuius proximo, immen-
so est interuallo antefendus.

Quoniam ex moribus homines potissimè scandalizantur externis, decet non
solum ab omni opere malo, sed etiam ab omni specie mali abstinere, vè virtutem,
vè studiosus, etiam morum seruet honestatem, integritatem, ac matu-
ritatem. Et quamuis ita agere cunctis sit congruum, ijs tamen qui cæteris præli-
ti sunt, aut alijs positi in exemplum, vè sunt hi qui in dignitatibus, officijs, reli-
gionisque cæteris præminent constituti, morum est maximè necessaria hont-
stas. Tu igitur maiore vigilantia, quam ante, eniti debes, ne inordinatus sis in
moribus. Summopere autem caueas à dissolutione, cachinno, à verbis inhont-
stis aut impudicis, ab incontinentia linguæ, & reliquorum membrorum, à co-
rioritate audiendi noua, à leuitatibus quoque & iocis, (nisi ob charitatem in
proximo prouocandam interdum ex conscientia adiocari fuerit necessarium)
& à reliquis id genus, quæ scandalizant. Ab alijs grauioribus delictis idcirco
admoneo tibi cauendum, propterea quod ad eò sit manifestum, ab illis mundum
fore oportere eum, qui Deo placere cupit quam quod est manifestissimum.
Oserua nihilominus quantum superbia propria palliet se sub specie zeli,
quando quasi nolens admittere scandalum, turbatur, si in modico sui æstima-
tionem

tionem putauerit laesam, aut in opinione hominum post hac se fore minorem: tunc enim quasi grandi zelo (ne de se scandalum oriatur, verius autem ne despicatur seipsum excusat, propugnatque. Heu quanta dicuntur, quanta fiunt in hominibus ad sui propugnationem (quia timent de se minus quam velunt sentire) quae putant tamen ipsi quoque iuste se quasi pro amouendo scandalo agere, cum reuera nihil ibi sit scandali, imò nihil sit aliud quam superbiae spiritus, ambitioque, quae non sinit, vt consentiant se non fieri maiores, aut exhonorari. Hæc itaque torquet eos, quauis (vt dixi) sub nomine zeli se palliet, ambitio.

VI
E
Superbia vti se palliet sub specie zeli.

Charitati fraternæ quænam aduersentur: canon charitatis quæ sit: pax item cum proximo quæ seruanda sit.

CAPVT XXIV.

Nillas admitte suspensiones, timoresve, aut cogitationes, quod de congregatione fratres tui tibi machinentur malum, aut quod obloquantur. Crede potius omnes ad te habere charitatem: tamen si interdum quis erga te labatur verbo, de eodem mox pœniturus. Atque idem tu quoque ad omnes serua charitatem. Compertissimum nanque est eiusmodi phantasijs (apud eos qui se persequutionem arbitrantur pati) plerunque inesse falsitatem erroremque, vnde graues oriuntur sæpenumero tentationes, grauiaque sequuntur scismata. Fratri ac proximo tuo, si quid hic ignominia dignum, aut delictum commiserit, tu ex animo cõpatere, & atq; si tu id fecisses, pro eo parè affectu assume vbi proximi tui videris defectu errorève, cui non inest delictu, nec scandalu alijs affert, noli tu defectum illu insinuare alteri, nec etiã ei qui admisit: sed pro illius honestate tu si clã potes, supple aut corrige, atque tanquã proprios tuos defectus te tua ac absconde. Quod si aded graue quid foret, vt vrgente conscientia eidem delinquenti foret admonitio facienda, vel per te ipsum hoc facias, vel per alium quem libenter audit, aut certè per Prælatum, non tanquam per iudicem, sed tanquam per patrem, qui curaturus, non puniturus accedat fratrem, quomodocunq; illi melius consultum videbitur: internum tamen alteri nemini eius debes ignominiam manifestare, sed pro illo orare. Si cuiuspiam defectum, confusionem aut ignominiam præseruare potes, illum si tibi videtur hoc æquanimiter accepturus præmone, ne incidat. Si verò in publico incidit, vt sit, si quis in diuino officio, aut obsequio, palam errorem seu negligentiam committit, tu non accurras ad corrigendum aut supplendum illum defectum, vbi præsto fuerit is cui ex officio huiusmodi emòdare incùbit, aut alij præsentés sunt, qui ad corrigendũ proni sunt.

Suspiciones non eẽ admittendas.

Defectus proximorũ quando sint celandũ, aut ex charitate reuelandũ.

QQ 2

Nul-

Cur non fa-
cite se quis
delectatio-
gere, vt a-
liorum cor-
rigat euata

Nullius itaque defectum tolerabilem in eius praesentia qui hunc admisit sup-
pleas, tum propter tui ostentationem, tum propter illius humiliationem vitan-
dam. Ea quae nemo libenter facit, & quae non laudem sed despectionem ac labori
habent, item ea quae caeteri horrent, tu amplectere, & tibi relictis esse gaude, par-
tim quod vilia tibi agenda relinquuntur, partim quod fratres tuos ab ijs, quae ni-
si grauate ipsi facerent, lenaueris. Haec tamen tu potius in secreto quam palam
facias, propter humilitatis custodiam, & propter sinceriores affectum chari-
tatis. e tibi forte cogitatio iactabunda blandiatur, quod nemo voluerit alius
fecisse. Si vero hic nihil periculi affuerit, potes in tui humiliatione ea quae ne-
cessaria sunt, licet vilia sint, & laude careant humana, palam agere. Sed obserua,
ne haec exterior humiliatio intus generet tibi exaltationem aut aestimacionem,
superbiam quam cecutiens admittas. Addendum quoque pro alijs huiusmodi labo-
res aut opera facere, quomodo animus tibi debet esse paratus ex charitate, ut
vltro teingerere, nisi scias quempiam optare se tuo beneficio supportari, esset pra-
sumptionis.

Charitatis
regula cui li-
bet obserua-
da quae.
Tob. 4.
Mat. 7.

Vna tantum est regula charitatis obseruanda, qua falli non potes, quam si
neglexeris, haud poteris excusari. Est enim quasi pro lege indita naturae aded,
vt huius instinctu, nisi rationis expertus, nemo possit non gaudere. Haec autem
est regula: *Quod tibi oderis fieri, alteri ne feceris. Et e diuerso. Quicquid tibi optas fieri,
alteri etiam libenter impendas.* Hoc tamen intelligendum est de his quae secundum
rationem (quae Deo subiecta est) optantur fieri. Nam luxuriosus homo optaret
sibi multa fieri, in multisque sibi contentiri, ad quae illi acquiescere esset neces-
sarium. Idem quoque propterea, quod sibi optaret ad illicita consentiri non debet
eadem proximis impendere, nec eisdem suffragari aut consentire. Nec in hoc
contra hanc regulam agit naturae, aut charitatis. Vt autem lex haec, quae natu-
rae est (vt meritoria fiat) seruetur, recolendum est verbum Christi, quod in-
uentionem moueat ad operandum, scilicet: *Quod vni ex minimis meis fecistis, hoc mihi
fecistis.* Christi igitur contemplatione haec, aliaque omnia seruanda sunt.

Mat. 25.

Turbatio
proximorum
quam stu-
diose praer-
uenda sit.

Supra dixi, quomodo in te animum debeas transformare proximi, si illum
videris contristatum: Pari (nunc dico) modo, si consolatum audis, cum illo do-
bes consolari ac gaudere, vt in omnibus sincere charitatis exprimas affectum, &
quomodo eius aduersa, ita eius felicia ac fortunata aestimes esse tua. Nihil con-
agas aut promoueas vltro aut seienter, quae sine culpa omitti possunt, vnde pro-
ximos, aut fratres tuos, potissimum eos inter quos viuus, turbari credideris aut
offendi.

Quae enim est utilitas, aut proprijs commodis, aut homini vni inservire, vt
multis interea obstrepere? Accommoda ergo tuum animum, fratrum, aut eo-
rum, inter quos viuus voluntatibus, in his quae licita sunt, vt tu pariter & illi pa-
cem habeant, hoc est ne ex te, aut propter voluntates tuas priuatas, quas fortal-
se contra eorum voluntatem efficere praualeres, turbationem ac molestiam
habeant, sed magis consolationem charitatis, spiritu haec omnia te docente. Ho-
tum autem in te tio nulla esse debet, vt illis placeas, ab illis ameris, aut
commodi quid ab ijsdem recipias: sed ab ijs omnibus desiderijs liber ac
nudus hoc vnum desideres, hoc vnum optes, ne turbentur fratres tui
quos (quia amas & colis) vis non contristari, non turbari, nullam occasionem
vis eos, vnde Deum offendant, incidere: quod totum est querere Dei gloriam, &
proxi-

proximorum consolationem, non ea quæ tua sunt. Alios velle ædificari, omnibus seruilè se exhibere, & nomen sanctitatis aut querere, aut velle retinere. Vide te bene sentiant homines (licet sub specie id fiat ædificationis, quo magis videri possis querere proximum quam teipsum), (crede mihi tamen) rete est hic diaboli, & superbia latet. Quamuis enim alios velis ædificari, & exemplar accipere eos vitæ melioris, tamen quia ex privato id potest accidere amore, dum teipsum simul queris cupisq; vt ex te potius quam ex alio id veniat, quo tu huius laudem habeas, tibi que apud homines hæc opinio famaq; accedat, videlicet te esse ex quo proximus fit ædificatus, destruitur opus totum. Esto igitur coram Deo purus ac resignatus, vt siue hominibus placeas, siue displiceas, perinde sit tibi, nec vnum magis optes quam alterum: Deum autem omnibus, Deoque cunctos placere maximopere optes & satagas. Siue igitur à proximis te videaris despici, siue honorari, vt runque in interiori homine nescias, hoc est neutrum horum ad cor sumas, sed inter vt runque nihil motus, iuxta conscientiam & rationis dictamen mane tranquillus. Porro vbi culpam habes ac malam causam quare ab hominibus ac fratribus habearis odiosus, dole, quia occasionem & causam præstitisti. Dole, inquam, non quod fratrum iudicia & offensiones habeas sustinere, sed quia id fecisti quo mereris dignus sustinere. Propter peccatum enim dole non propter tui contemptum. Maximam pacem inuenit, cum omnibusque charitatem potest seruare, quisquis de re aliena nihil se intromittit, quisquis non quæ sua sunt, sed quæ sunt Iesu Christi querit. Fratribus tuis à te aliquid tibi factu possibile ac licitum postulanti bus, nunquam aliud respondeas, nisi libenter, aut, ego faciam. Hæc autem huiusmodi vultu, voce, & animo proferas, vt postulanti ambiguum non sit, quin libenter facias. Si tu aliquid laudabile egeris, nulla moueati propria complacentiæ passione, sed tibi persuade quod alius hoc fecerit. Sicut exhibere opera charitatis sæpenumero in proximi corde tentationem aut displicentiam sanat: ita à proximo quoque, qui charitatis operibus similiter studet, interdum humiliter rogare aliquid obsequij, eiusdem conscientiam serenat, cui sciat à se nil fuisse petitum, nisi is qui petit confidentiam habuisset, & bene de se, id est, de eo quem rogat, sentiret.

Superbia sub specie ædificationis latens.

Pacem curis proximo quo quis seruet. Phil. 2.

Dilectione Dei cum odio proximi stare non posse. Mat. 23.

Ibidem.

Quemadmodum caput Christi venerans, aut floribus illud ornans, reliqua verò eius membra interim pungens, placere Christo non posses: ita nec Christum potes diligere, qui caput est Ecclesiæ, & alia eius membra scilicet homines intera aut saltem vnum ex his odisse. Si enim Christum diligis, omnia oportet membra eius te diligere, secundum quod membra eius sunt. Quod enim vnus ex minimis meis fecisti (dicit ipse) michi fecisti. Si faceris bene, bene recipies, idque tunc quando tibi dicitur: Venite benedicti in regnum &c. Si vero male, male recipies quando dicitur: Ite maledicti in ignem æternum &c.

(*)

22 3

Pii

Vti quisque sese erga proximum suum gerere, eius mores patienter ferre, offensum sibi denuo placare debeat: denique quonam modo quisque se ad osiores ac detractores suos habere debeat.

CAPVT. XXV.

Testatus
contra pro-
ximum quo-
modo sese
custodiat

Quomodo
Christo in
suis mēdis
seruendum
sit
Mat 25.

Offensus
proximus
quomodo
sit recōci-
liandus.

SI tentationem displicentia, impatientia, aut iracundia aduersus fratrem in corde tuo sustines, summa diligentia custodi cogitationes tuas & voluntatem tuam, ne quicquam moliaris aduersus eum, nec de illo quid mali cogites. Similiter omnes sensus tuos, & linguam contine, ne detrahas, ne corripas, ne accuses illum. Et quantumcumque alias iustum esset corripere illum, tu tamen hoc tempore non reprehendas, nec quicquam agas quod posset ex illa tentatione originem habuisse. Itaque tentationem si auertere non poteris sustineas, non foneas, vt sis patiens non agens. Ora in super Deum vt tui illiusque misericordetur. Si non potes tanto affectu quanto oportet qui tibi infensus est, aut quem inimicum putas, diligere, vt cor tuum omnino sit erga illum tranquillum, caue tamen ne quicquam dicas, quicquam agas, quod ex radice hac mala oriretur. Dole igitur super hoc quod sentis in corde, inuitusq; id senti, hoc est, dole quod nolens erga proximum in te cogaris malum sentire, quem optares bonum, affectum. Intereaque iuxta exteriorem hominem vide vt nihil eorum omittas quae ad charitatis obseruantiam sunt necessaria, hoc est, vt fratri illi data occasione colloquaris, respondeas, non inuideas ex proposito, communia beneficia ei non subtrahas, nec illum impedias: reliquaque charitatis signa & officia, quae omnibus debemus, non illi neges. Haec studiosè si feceris, videbit Dominus adiuuabitque laborem tuum, vt quod tristis modo sentis, aliquando non sentias. In omni obsequio quod proximo impendis, die in corde tuo: Memoriam esse volo huius verbi tui clementissime Iesu. *Quod vni ex minimis meis feceris, hoc mihi feceris, vt omnia cum alacritate & humilitate diligenter faciam. Semper cogita. Si fratri seruo Christo seruiui: si fratrem despicio, si irascor proximo. Christo id feci Semper cogita: Hoc iam fortasse gratum esset domino vt sibi, si ita esset sicut hic proximus, hoc vel illud facerē, faciā ergo ipsi sine mora, nō minus acceptum munus in proximo, quam in propria persona: imo forte plus saepe est illi gratum in proximo, quam in seipso. Quotiescumque te fratrem offendisse deprehenderis, petita licentia à patre, in occulto te ad fratris pedes prosternas, & veniam ab eodem petas. In hoc aut omnino facito tibi violentiam & consuetudinem, tamen si tibi videaris innocens, aut alius videatur iustus debere petere veniam à te. O noli perdere meritum, ne alius capiat humilitatem ex manu tua: sed tu prior teipsum humilia, & pete veniam. Timor veniē saepius petendae te à moribus indignationis, & verbis impatientiae cōpescet. In choro si vel modicū quid fuerit in quo se frater displicentiam habere ostendit, vel aliquo signo innuit, pro placatione illius mox ante eiusdem conspectum super formam cadens, veniam pete. Detrahentibus tibi, teve odientibus, benignus atque placatus occurre, signa eisdem offerens charitatis, beneficiaque cum affabilitate. Finge te necesse*

circ que scis: idque propter Deum, ut hoc modo citius lucreris propriam & al-
 terius animam. Stomachando enim radicaretur in te & in alio indignatio ma-
 ior. Proinde si aliquo durum sit odientibus benefacere, propter Christum
 fiat dulce. Si quando iniuriosum aliquid tibi dicitur, aut fit, omnino hoc à
 corde pellas, & iniuriæ non improperes auctori. Non illum arguas, non accuses
 &c. sed ut ante iniuriã solebas habere te erga illũ. Omnino dissimula te esse mo-
 ri etiã si motus sis, dicalque corde tuo: hoc portare volo & tacere ac si nihil factũ
 esset, propter Deũ. Si ita feceris, fiat postea, ut valde parũ aut omnino nihil mo-
 vearis de iniurijs aut contumelijs factis. Atq; hoc modo melius lucraberis fratrem
 tuum. Certè hæc via necessaria est, alioquin ad mortificatione non peruenies, sed
 magis sepe eris passionatus. Recole quã ex leui re sæpenumero quæ ab extra per
 verba aut signa ostenditur, magna quandoq; & vehemēs tentatio inter duos aut
 plures oritur, quam multo fuisse satius dissimulasse. *Agne mansuetissime Iesu fili
 Dei, adiuua me, protege, dirige & posside me, ut nunquam discedam à beneplacito tuo.*
 Contingit interdum hominem passionibus impetuosis subiectum atque ira-
 tum, verborum mansuetudine faciliter placari. Et tunc expedit non silere fra-
 tremque turbatum contemnere. Non igitur sufficiat tibi, si tu diligas: sed exaf-
 peratum etiã proximum, ubi potueris, reducat tranquillitatem. Neque enim
 leue est genus vindictæ, hominẽ iratum ac stomachantem tibi, ad acriores irarũ
 stimulos prouocare. Sunt enim, qui contentiosis proximum laesunt verbis:
 sunt quoque, qui silentio se vlciscuntur. Nam si patientia simulata homini in-
 iurato respondere dedignaris, atque quem verbo placare posses taciturnitate
 tua lædis contra charitatem agis, non minus silentio quã gladio illũ vulnerans.
 Vide igitur quid conferat charitati & proximorum paci, ut ubi dissimulatio-
 ne opus fuerit, silentio: ubi satisfactione, excusando proximum places. Gra-
 uior tamen est iniuria (modo grauior fuerit contemptus) verborum conuicijs
 proximum inuasisse. Sunt postremò qui foris omni iniuria abstinere, intus ta-
 men remurmurant & proximo obstrepunt animo. Hi quamuis ira nullum ab-
 eis foras prodeat aut verbum aut indicium, non tamen ut delicti nihil, sed ut
 minus habeant, curati sunt. Qui enim externa duntaxat se honestate con-
 tegunt, quamuis neque impiè agant neque scandalizent quenquam, consum-
 mata tamen in eis virtus non est (quamdiu interior homo repugnat) quæ glo-
 riosè coronetur. Si quando iniurianti tibi aliquid est respondendum, si infor-
 mandus aut monendus est aliquis non fiat hoc sine euidenti necessitate, quæ
 estimari debet secundũ iudicium cuiuspiam alterius non offensi, nec in eo-
 dem die quo te lædi contingit, nec quamdiu aliqua passio in corde tuo ex tali
 molestia versatur, quia deceptio est, propterea quod multa tunc videntur neces-
 saria aut bona, quæ postea comperiuntur mala. Si obiurgatio fuerit ne-
 cessaria, fiat potius quando cuncta serena & tranquilla sunt
 in dulcedine pacis.

(::)

VI
 Detrahenti-
 bus & odien-
 tibus q'omo-
 do occurren-
 du sit.

Iniuria ut
 dissimulan-
 da sit.

Iratus Pro-
 ximus quo-
 modo sit pla-
 ca ius.

Verborum
 conuicijs ne-
 mo læscen-
 dus.

Iudi-

*Iudicium temerarium quanto studio, quomodo pacto sit vitandum
quomodo item nos erga delinquentes
habere debeamus.*

CAPVT XXVI.

Iudicium temerarium quanto studio vitandum. Cum viderimus proximum peccasse, quid in corde nostro dicere debeamus.

Pactum atque firmum propositum tibi esse debet cum Deo perpetuum, nulli hominem velle iudicare. Nam etsi suspensiones incidant, nihil tamen vana dissimulare tu, nihil pro certo asserere, aut tanquam verum iudicare debet quodcumque malum audieris de proximo: sed ambigam semper tene suspensionemque sententiam, ubi non vides, quomodo proximus possit excusari. Si quem videris audierisve peccasse, nullo modo in illum amaricari licet, aut murmurare, sed dicito cum gemitu cordis: *Heu Domine quid sumus? Omnes quotidie peccamus, & tu sustines nos. Heu me miserum, qui multo grauius, multoque sapius quam tu, saepenumero peccauit: & nisi gratia me tua tenuerit, quid aliud facio praeter peccata? Vereor, ne ego mox ad adam, illo resurgente. Nemo quia cecidit est iudicandus, nemo propterea estimandus tanquam contemptibilior, nemo quoque suum peccatum agnoscens ac poenitens est obiurgandus, accusandus, iudicandusve: sed omni est fragilitati compatiendum. Tu quoque aequae proximorum plange peccata atque propria. Cogita quam optares tibi impendi compassionem. Tristis fores dolore & ignominia humiliatus. Sufficere tibi videretur dolor quomodo de lapsu tuo idem concepisses, tamen si a nullo reprehendaris. Hunc mansuetudinis indue affectum erga alios quoque delinquentes, praesertim si poenitent. Noli igitur contra delinquentes huiusmodi cogitationibus pugnare aut contendere. Tuum non est iudicare, quantum ille proximus tuus deliquerit. Dominum habet suum, ab eodem iudicandus. Tu dissimula, quantum peccati artinet iudicium, & sinerem indiscussam esse grauem, aut leuem, ut est coram Deo. Quid si redemptor eius illum cadere permisit, ut fortius sublimiusque quam ante fuerat, ex imo illum erigat? Caue igitur maximopere, ne te illi praeseras aut ne post hac de illo minus bene sentias. Nemo dure increpandus est, nemini propterea durius loquendum, quod grauius deliquerit. Eos qui ex ignorantia delinquant potes ac debes modeste (si tamen admittunt) informare, si alij delinquentes aut corripere aut erudire, tu ex humilitate abstine, nisi scires quod delinquens a te aequanimiter exhortationem acciperet charitatis, hanc illi potes impendere, idque quanto secretius, eo vtilius: Recole quod multi inueniant, qui saepenumero plus ex reprehensione aut denuntiatione sola, defectuum suorum periclitati sint, quam ex ipsis defectibus: Quamobrem non facilliter reprehensiones aut obiurgationes fiant. Maxima superbia & temeritas est, delinquentem contemnere, aut iudicare quasi viliorem vel infirmiore se, cum nemo possit non peccare, nemo possit stare nisi quem Deus sustentauerit. Si Deus abstulerit a te quod suum est, tunc quam ille, cades profundius, quem despexisti. Et certum dignus es ut tibi subtrahat alienum, hoc est, ut Deus subtrahat, quod in te est, suum, de quo iniuriose gloria tanquam de proprio. Tu furaris Deo gloriam, quo-*

Delinquentem contemnere, quantum sit inueniatur.

quando effectus qui ex donis eius procedunt, tibi imputari cupis. Mirum est aliquem posse indignationem habere vel displicentiam contra suum proximū propterea quod nesciat cantare, vel predicare, vel non habeat vocem bonam, nec memoriam, nec eloquentiam, ceterave dona Dei gratis data, cum huiusmodi nemo habere possit, nisi cui donata fuerint. Idcirco nequaquam est homini imputandū, si hoc dono alterove non gaudeat. Quomodo enim haberet, quod nō accepit? Non est igitur spernendus, qui hoc illudve Dei donū ideo non habet quia nō accepit. Siquidē & qui accepit propterea certus nō est esse se meliorē. Sūt enim dona hæc gratis data, quæ dantur bonis & malis. Cæterum in eo cui non dedit, laudanda est diuina prouidentia, quia subtraxit illi occasionem superbiendi, & donat occasionem humiliandi: quia etsi habuerit, propterea non esset (ut dixi) melior coram Deo, licet fortasse coram hominibus sic appareret laudabilior & dignior. Sed aduertendum est illud Saluatoris testimonium. *Quod* Luc 16. *alium est hominibus, abominabile est apud Deum.* Debent ergo propterea hoc vniciquē esse dona huiusmodi occasio humiliationis, non superbiæ, ut timeat ne propterea fiat abominabilis Deo, quia placet hominibus. Apostolus quoque dicit: *Si hominibus placere, Christus seruus non essem;* quod tamen sanum requirit intellectum. Compatiendum igitur est defectuosis, tentatis & oneratis, tanquam à mundo despectis, & Deo electis & delictis: quia *Deus elegit abiecta huius mundi, ut confundat fortia.* Tu verò cū talia scias & sentias, num propterea es melior aut beator? Haudquaquam, sed plagis vapulabis multis. Multi hæc melius sciuerunt quam tu, & non iuxta scientiam agentes perierunt. Sic potest contingere & tibi. Quam leuis est tentatio, quæ hæc & meliora facit obliuisci. Magna tibi incumbit necessitas, pauidum scilicet esse, & te semper suspectum habere de superbiâ, ne omnia tua exercitia non sint fortasse accepta coram Deo. Propterea maxime cauendum est, ne alicui fratri indigneris, neve despicias quenquam propter defectum aliquem, neque aliquid de te sentias: sed omnia tua in comparatione aliorum vilipendas, ipsorumque defectus extenues & excuses: eorum vero bona ante oculos tuos ponas, teque continue pro tua negligentia reprehendas. Omni hora in spiritualibus proficis vel deficis, quia stare non potes in eodem semper gradu. Stare enim & non proficere, est deficere. Ignoras qualis eras futurus sis, aut quando te tentatio apprehendet. Si fratrem despexeris, vel iudicaueris in aliquo defectu, in eundem, vel eo grauiorem indubie scias te Domino permittente casurum.

Luc 16.

Gala. 1.

1 Cor. 1.

Luca 12.

Propria bona vilipendenda sunt proximorū vero laudanda.

Intentio ut in omni re, verbo, & opere discutienda sit: tempus quod uis quam fructuose expendendum: inclinationes propriæ ut interrogandæ sint: quid item cor liberum efficiat.

CAPVT XXVII.

DVolunt tibi valde necessaria & utilissima ad tui cognitionem & mortificationem. Primum, ut in omnibus, & ante omnia quæ loqui, cogitare, facere, aut dimittere vis, semper interroges teipsum, quare scilicet hoc vel illud, quid te moueat, cuiusmodi sit intentio tua. Et si tunc inuenis quid incongruū

Mortificatio propriæ uis necessaria.

RR

in cor-

Intentio discutienda quomodo.

in corde tuo, necesse erit vel intentionem mutare, vel opus intermittere. Potè in exequèdo semper eligendū est quod est melius & securius: quia alter nō diligeres tuum profectum, sed tibi ipsi mentireris te velle emendare defectos tuos, quos vbi cognoueris, si nō corrigeres, sed dissimularos. Itaq; in omnibus que facis semper habeam, vt dici solet) bonū quare, hoc est, vt discussa intentione tua, ratione inuenias sincerā ac rectā, quare id velis aut optes. Per hoc, quare, nō minus milles quidē tua vitia deprehendunt: quia existimantes omnia esse honesta, vbi ad discussionem ventū est, qua seipfos interrogauerunt, quare id vellem feceris semper aliquid obstrusum inuenerunt, quod sincerum non erat, vnde potissimum mouebantur. Hoc autem comperto, sibi, vt erat respondendum, ipsi dixerunt Si te aliud quam hoc non mouerit, quiesce, & quod volebas intermitte. Hoc modo tu antequam in opus prodeas, animi tui intentionem, debes discutere. Maximus enim in hoc exercitio profectus versatur, si quis illud in vium duxerit. Alterum est vt tempus à Deo collatum, quam potes vtilissimè expendas. Nunquam autem expendes fructuosius, quam vt iuxta Dei beneplacitum ad eiusdem gloriam & honorem illud expendas. Nam cum de omni tempore nihil habeamus nisi præsens, nunc, quomodo illud vtiliter ac sanctè expendamus quomodo illo nunc feliciter vtamur, nobis est prouidendum. Tertium quoque necessarium occurrit non tādendum vt desideria, propriasque inclinationes at corruptiones tuas semper persequaris, voluntatem tuam, quæ tibi propria est (hoc est, qua te ipsum quæris) sub pedibus conculces, & radicitus extirpa vt non quod libentius faceres, sed id quod rationabilius, quod melius quod denique ad Dei beneplacitū est vicinius, & quod Dei seruit honoris copiosius faciendo proferas. Necessarium tibi est cuncta tua opera cogitationes intentionesque discutere, & ex qua orientur radice inuestigare. Semper enim cor necesse est, vt habeas liberum, purum, eleuatumque ad Deum, & nihilo secius per humilitatem per cordialem quoque propriæ vilitatis detestationem depressum, alioquin haudquaquam proficies. Neque enim aliam ob rem tibi creatura nocet, aut nocere potius creditur: nisi quia tu tibi ipsi nocet, id est, quia tu per affectiones creaturis in hæres, & in eis quiescis. Abstrahere igitur totus ab illis, & iungere Deo & non tibi nocebunt. Peccatum enim non in creatura est, sed in corde tuo generatur. Quapropter si delectationes, si vitia, si denique passionis vincere desideras, ab omni re mundi, cor tuum studeas facere alienum, & ab omni affectione seruare liberum, vt nihil in te sustineas, quod aut medium, aut impedimentum inter te & Deum ponat. Si non potes omni hora, saltem quinquies, vel ad minus ter in die te cura ad iudicium vocare, & cōscientiam tuam discutere quid feceris, quid omiseris, quomodo cecideris vel succubueris, & per quem modum te, qua ve occasione tentatio intrauerit, superaueritque. Deinde supplex à Deo veniam pete, propone firmiter cauere à peccato, & à peccati occasione, Quod vt possis, Deum inuoca.

Tempus vtiliter expendendum.

Cor liberum quid efficiat.

Creatura quando non noceat homini.

Conscientia quomodo & quoties discutienda.

(.)

VII
L

*Confessio ut sit recta, quoniam exigat: quomodo animus ad eam sit
discutiendus; quo item pacto ea peracta propositum
bonum sit resumendum.*

CAPVT XXVIII.

Ante confessionem discute horas & tempora, & ubi fueris, quid egeris, quid dixeris, quidve neglexeris (quod delictum in se habeat) in memoriam reuoca. Maximopere autem ad contritionem, ad dolorem & penitentiam cordis te exerce. Ab omnibus verd ijs quae confiteri vis (si remissionem optas obtinere) necesse est, vt propositum habeas firmissimum abstinendi. Non solum autem ab ijs, sed ab omnibus quoque quicquid fuerit quod in se delictum habet. Circa confessionem potissimum diabolus insidiatur, ne quod lucratus fuerit in homine iterum amittat. Commendabis te igitur Deo beatissimae eius Matris, & Angelo tuo sancto, orans ne diabolica decipiaris fraude, & vt confessionem facere quaeas integram, iuxta beneplacitum diuinum ac perfectissimum. Sancta Maria Magdalena quoque, & sancta Barbara gratiam feruntur habere efficacem a Domino sibi collatam potenter impetrandi veram confessionem se inuocantibus. Haudquaquam palliare tuam confessionem tibi licet. Nū Deum ac simul teipsum decipies: Si non plene fueris confessus, hoc est, si tacueris aliquid confitendum, nihil es confessus. Non omnes tamen scrupuli aut phantasiae tentationesque in confessionem sunt perducenda: sed ea quae graua sunt peccata, aut grauant alia peccata euidenter, ex proposito non negligantur aut excusentur. Confiteri igitur libere, nude, ac simpliciter sacerdoti, quomodo Deo faciteris qui omnia vidit. Non ignominia, sed gloria est confiteri & penitere. Nihil igitur sacerdotis verearis cogitationes. Siue enim te despexerit, siue te dilexerit, nihil tua interfit. Quod vult sentiat. Tu plaris facito fieri te amicum Dei, pro qua re totum quod conscientiam tuam mouet, confiteri nude & plane, quae placere homini. Expleta confessione, renoua propositum tuum, quod fregisti, maxime autem hoc generale, quotidianum ac perpetuum, nunquam scilicet scilicet scilicet aut sponte peccandi, cauendi omnia quae Deo displicent, quae ve ad hoc vt displiceatur Deo inducunt, aut occasionem praebent. Saepius autem in die roga Dominum pro vera intensissimaque contritione peccatorum tuorum commendatione vitae tuae & pro imitatione vitae suae, vt reliquum quod superest, temporis vitae tuae iuxta sanctissimum ac diuinum eius beneplacitum expendas. Quia verd quicquid absque ordine certo, ac sine tempore statuto incipitur, perire iterum facili ex causa solet, potissimè tempus illud pro hac effusione cordis deputa, quo legere soles penitentiam. In omni confessione sic te disponas, quae si in extremis iam constitutus, vltimam esses confessionem facturus moriturusque. Quicquid igitur tunc duceres confitendum modo confiteri.

Confessione
nem prepara
tio cuius
modi praes
dere debet.

Confessione
nem non esse
alliuanda

Confitendū
esse nude &
simpliciter.

Propositum
bonum vti
renouanda
fit.

Confessio
viti facienda.

RR 2

Mor-

*Mortificatio vitiorum, sensualitatis, delectationumque, quam fit
cuique necessario adsumenda, quomodo item ea quo-
que cum fructu exerceri
debeat.*

CAPVT XXIX.

Mortificatio
vitiiorum
quam fit ne-
cessaria.

Rom 6.

Patientia
quando fit
virtus & qua
do non.

Sensualita-
tis desideria
quanto stu-
dio mortifi-
canda sint
In creaturis
non delec-
tandum sed
necessitas
quarrenda.

Quamdiu ad exterioris hominis dispositionem tantum respicis & illum duntaxat fatigis regere atque in tranquillitate seruare, nihil agis. Semper enim in pugna, semper in conflictu verseris, necesse erit, quandoquidem in teipso, hoc est, in interiore homine tuo tēcationem omnium & inquietudinem circumfers fomitem & semen. Oporter igitur vt interiore hominē persequaris, vt teipsum abneges, exuasque veterē hominē, & mortifices concupiscentias tuas, si vel vnā virtutē perfectē volueris possidere. Parum enim iuuat exterioris in rectitudine seruare, si interiora tumultuātur. Sunt nonnulli quoque qui a passionibus non sunt liberi, consistunt tamē linguam & reliquos sensus, ne foras eripant, quod possit reprehendi. Hi propterea sunt laudandi, quod suis dominentur membris, ne arma dent eadem iniquitatis ad iniquitatem: sed imperfecti nihilominus adhuc sunt, vt pote qui virtutes & ea quæ recta sunt non querunt ex affectu, sed cogunt semetipsos per rationem, vt seruos (licet non sine recalcitatione naturæ) quo maneat Deo subiecti. Hi si hoc faciant tantum pro humana honestate, nihil aut parum faciunt, verbi gratia: Si linguam quis suam exasperatus aut offensus continet, propterea ne cogatur reconciliationem querere, si læderet, aut ne inhonestus appareat, opinioneve habeatur exinde minor (nisi & hoc) quod est honestum aut opinione clarum esse (pure appetat propter Deum) euadit certe penam peccati, quia non deliquit: virtutem tamē nondum obtinet veræ mansuetudinis ac patientiæ. Hæc enim patientia sola est virtus, quæ propter Christum exhibetur. Nec vlla dici debet virtus, cuius finis causa & scopus non fuerit Deus. Magno conatu & studio tibi vigilandum est, multaque oratione Deus pulsandus, vt sensualitatis desideria circa oblectationes creaturarum in te mortificentur. Cogitationes enim & concupiscentiæ quæ incidunt hoc modo. Quæ iam hoc illudve habere si tibi aut tibi fore, ô quam esset hoc pulchrum, quæ suauis quam bene olens, quam vtile &c. quæ sub specie boni, vtilis aut delectabilis, occurrunt, aut omnino non sunt admittendæ, aut ilico vbi incederint expellendæ. Nam & si creaturarum vsus pro tempore, loco, personarumque conditione licitus sit, ijs tamen non necessario, sed ad seruiendum concupiscentiæ vti, atque in eisdem consolationem & requiem querere, est grave & periculosum. Nā in solis quoque cogitationibus affectionibusque huiusmodi (quamuis non queratur perficiendæ) quiescere, aut easdē fortiter non continere, ac viriliter impug-nare, maximum est ad perficiendum impedimentum, ac ruinæ proximum. Si cuiuspiam rei desiderium cor tuum fatigauerit, cogita eandem rem te iam habere, aut habuisse, vsuque te fatigatum esse: dic autem Domino Iesu: *Domine Iesu propter te minus et consolatione libenter carere volo.* Si ita feceris, de necessitate facis virtutum

VI
6

virtutem, diabolusque inde vehementer humiliabitur. Nemo te laedere, nemo tibi nocere potest, nisi ipsum te laeris. Erras, si ab hoc, aut ab illo proximo tuo te putaveris laesum. Verius dic: A meipso, hoc est, a superbia & impatientia mea sum laesus. Quid enim aliena te derisio, obrectatio, persecutio vel laederet, quid tibi possit nocere, si tu in teipso compositus, tranquillus, patiensque manseris? hoc est, quando aliena te laederet malitia, si in teipso nihil fuerit inordinatum quod te torquet? Vniuersus (crede) tibi mundus haud nocebit, nisi tibi ipsi nocet. Sine igitur omnes contra te insanire, tu in simplicitate cordis permane. Tibi irascantur omnes, tu nemini irascaris. Tace velut in sepulchro mortuus, & vide quid valeat contra te mundus. Certè nihil aliud facient, præter coronam quam tibi fabricant inimici tui. Væ tibi superbia, quare ita non sentis? O Deus meus eripe me, & libera me a superbia mea, quæ se in omnibus nititur propugnare. Si delectationes sensuum, carnisque superfluas vel inuicelarias amputare velis, oportet vt violenter constanterque desiderio tuo resistas, non fluctes, non corde discipares, nec diu super hoc deliberes? sed impetu, quodam sancti feruoris te cogas ad aliam partem, & cogitationes te impugnantibus ex aduerso non andias, sed dissimulas, & fortiter cum ratione virtuti opposita hære. Hoc studium tamen sensu contrariū sit, sapiat affectui, sapiat rationi, conscientia & intellectui. Quod satis erit. In illa re mortuus diceris, de qua nec cogitas, loqueris, & ad quam non afficieris. In hac verò, quæ cogitas, appetis, diligis &c. haudquaquam mortuus es. Quia vè d. necesse est te mundo, tibi, voluntati, desiderijs passionibusque tuis fore mortuum, & Christo soli viuere, prouidendum est, nihil de mundo, de peccatis, de oblectationibus quoque tam carnis quam seculi in corde, ore, aut actione tua versetur. Christus solus cor tuum possideat, eiusque passio ac diuinitas. Ea quoque quæ absque medio te ducunt in Deum, vt sunt virtutes, Dei amor, Dei gratia, deuotio sancta, horumque desiderium, semper tecum familiariter versentur. Præter Christum itaque nihil in te viuat. O quam breuis est consolatio, delectationis consolationis, & stranæ seu peregrinæ, qua Dei gratiam negligis, tempus perdis, meritum amittis, atque pronitatem infirmitatemque quotidie maiorem tibi comparas ad labendum. Paulò ante quæ tunc placebant audisti, puta musicam & cætera. Ex ijs quid habes modo? aut inde, præter implacatamque turbatam conscientiam cogitationibus plenam: quid lucratus es?

Noceri non posse hominem ab aliquo nisi a seipso.

Delectationes sensuum superfluas quomodo amputanda.

Mortuus in qua re quis dicatur.

Christus vti solus viuere debeat in nobis.

Labor & pugna aduersus vitia propria quam sit utilis: voluntas propria ac curiositas sensualitatis quomodo mortificanda sint.

CAPVT XXX.

Non putes vitia posse mortificari, desideria frangi propria, cum delectatione, vt pote quæ vix labore improbo, frequenique anxietate ac triuitia cordis reluctantis vincuntur. Neque enim ociose dictum est nobis: Regnum caelorum vix patitur, & violenti rapiunt illud. Qui ergo suis desiderijs iracundiam, qui violentiam vitij suis imponere norunt, sperare habent se mortificationem sanctam adepturos. Propterea tamen tu noli à labore studioque cessare.

Mortificationem sanctam sine labore non obtinere. Matt. 11.

Pugnam in-
terdum esse
vtiliorem
quam victo-
riam.

Voluntas
propria quā
to studio sit
persequen-
da

Recreatio
quā mor-
tificanda, &
quā admit-
tenda sit.

Natura ho-
minis civili-
ter tractan-
da.

Curiositas
instructui
quomodo
responden-
dum.

Noli à ceptis desistere: quia et si non consoleris intus ut mox vincas, aut si ve-
niat victoria tardior, nec proflus incruenta, pro virtute tamen obtinenda dum
pugnas tolerantia tua praesura vltro propter Deum assumpta, saepenumero
maiores tibi adferet fructum, quam victoria facilliter & plene obtenta. Hoc
autem non accidit propterea quod pugna nobilior sit quam victoria, aut quod
pugnare felicius sit quam vincere: sed inde id contingere potest ex dispensatio-
ne diuina quae hominem diu, aut ad finem vsque vitae suae finit contra vitium
liquod pugnare, nec tribuit ei vincere. (quod tamen nisi tribuat Deus, nemini
obuenit.) Vnde luctus & humiliatio hominis huius, ex eo quod huc vno su-
cumbit, aut exterminare illud non potest, tanta sunt, ut maior ille inde vitium
creseat ex pugna, quā cresceret ex victoria. Si quidē victoria adepta, humiliatio
sui deficeret, & aliud, quo interim caruit, vitium loco succederet. In fatigabili lu-
dio persequenda est propria voluntas, d. fideri atq. cūcta sensualia: nec id tantū, vbi
inter homines, sed vbi etiā in domo cellave tua solus fueris constitutus & in re-
bus quae neq. bonae, neque male ex suo esse genere probatur. Si itaq. perficere per-
sequi ac humiliate vis propriam voluntatem, vbi inter duo alterum est eligen-
dum, nec alterom altero est melius vtiliusve, hoc respue, ad quod proprie
trahit voluntas, inclinatio ve propria. Nec audias cogitationem, quod studium
hoc inutile sit ac instructum. *Glum*, (propterea quod prohibitum aut illicitum
sit eligere rem licitam) quia per hoc non contemnenda tibi oritur vtilitas, nec
pe, quod appetitus proprius atque vitiosus tui amor in te per hoc infirmatur.
Quoties enim te abnegaueris, quoties concupiscentiam mortificaueris, quoties
denique viceris tentationem, repullabit infirmior. Dic igitur tibi ipsi. Ego vi-
liorem rem praefero magis dilectā. Ego concupitiam respicio non propter neces-
sitate, nec propter conscientiam quasi illa re vti, sit peccatum, sed ad tuū d. mi-
sera voluntas propria, mortificationem & ad tuum d. pijsime Deus beneplacu-
tum. Si quispiam hortum suum intrare vellet oblectationis causa, non necessa-
ris, si hanc sibi ipsi recreationem interdixerit, subtraxeritque, negans conser-
sum intrandi, certē habebit propter laborem hunc mortificandi se abnega-
tionisque suae, à Deo mercedem: quanto maiorem autem habebit, si non so-
lum hortum iam intrauerit, hoc est, si non modo delectatione sensuali se prima-
uerit, verum etiam dum hac potiri voluisset seu potuisset recreatione, operi in-
terea studio ve etiam inhæserit ineliori. Obseruandum tamen non omnia con-
cupita, aut solaria penitus amputanda, quia discretio id exigit, ut natura homi-
nis civiliter tractetur, hoc est, ut regatur non extinguatur. Per discretionem e-
nim saepenumero fit, ut minus vtile, fiat magis vtile, & nobiliore dimisso, quod
alioqui vile fuerat, per discretionē obamētiam ve fiat nobilior. In huiusmodi ra-
men semper consilio vttere patris tui spiritualis, & eius iudicij sequere, ut nequā
sine omni sis licita recreatione, neq. recreationem propter se ipsam aff. etia aut
queras. Vigila circa mortificandā curiositatē sensuam, ut cum curiositas sensu-
ris in suū cū tibi dicē. Vide, interroga, perquire, auscultā, experire, gūsta &c.
respondeas. Nihil mihi hic necessarium est quod videam auscultem aut experiat
sed huius rei scientia, hacque curiositate propter Deum carere volo. Vnum est
necessarium. Non graueris diuturnitate te ipsum mortificandi: quamuis fortal-
se non senseris fructum. Nam vides lapides & saxa atteri paulatim, modo non si-
mel sed saepius frequenter que calcantur. Si nihil aliud tibi proveniret de expol-
ligo

hinc vitiōrū, affectionū, malarūq; cogitationū, hoc tibi merito sufficeret, hoc te saltem excitare deberet, vt vitia expugnares, quo ignominia inducas inimico & pessimo detatori, qui ad eodē super ruina tua letatur, vt omnē tibi inuideat felicitatē, omnemq; miseriam, puta a te etiam, tibi continue procuret. Elige vt vnum vis, aut desiderijs carnis cogitationibusq; & passionibus tuis satisfacere, in illis que delectari, & propter hoc fieri Dei inimicus, proximo odiosus, & diabolo in gehenna ignis perpetuo faciendus: aut desideria & voluntatem tuam frangere, atque in abiciens contemne disque cogitationibus, & delectationibus sensualibus violentiam tibi aliquam, licet modicam facere, esse gratus & dilectus Deo, fratribus exemplaris & edificatorius, & diabolo ad ipsius perpetuam confusione onerosus. Visne Deum offendere, fratres perturbare, diabolo seruire, & neque hic neque in futuro letitiam habere, sed in aeternum te cum diabolo condemnare? An magis in gratia & amicitia vis esse Dei, cum fratribus charitative & consolatorie viuere, pacem & consolationem in conscientia retinere, societatem coelestium ciuium pro modico labore (sicut ipsi fecerunt) obtinere, diabolūque & omnes inimicos tuos perpetuo confundere & confutare. Vis hic paruum consolationem, & breuem delectationem nunc cum multa anxietate cordis habere, & pro hac breuissima vnus momenti delectatione gratiam Dei amittere, eademque perpetuo carere. Dei iram, omniumque electorum indignationem incurrere, aeterna & iucundissima Dei & sanctorum, & praesertim beatissimae & pulcherrimae virginis Mariae, reginae caeli, visione priuari, ab ipsorum perpetua felicitate excludi, & cum daemionibus & damnatis in aeterna miseria & poena sine fine cruciari, quando potes pro breui & fidei labore & patientia, imo gratis pro bona & perseveranti bona voluntate gratiam Dei, electorum familiaritatem, perpetuam requiem, aeternam libertatem & gaudia inenarrabilia obtinere? Cogita quid sit in perpetuis esse tormētis & tenebris, sine spe liberationis, sine fine, sine consolatione cū daemionibus cruciari. Et quid sit cū Deo, cum dulcissima Maria, & electorum omnium sanctissima congregatione in laetitia & exultatione, in securitate & tranquillitate, in perpetua quoque charitate, sine metu amissionis ratorum gaudiorum aeterna felicitate consolari. Ecce quid prodest nunc, aut quid iuuat illos miseros damnatos, quod ad vnum momentum propriam voluntatem, libertatemque habuerunt breuissimam, quae antequam inciperet, defecit & desijt: nunc autem sine fine cruciantur, nec perpetuo vnquam liberabuntur, sed eorum duplicabuntur poenae in iudicio: hoc quoque modo sine fine miseri ardentes & viuentes moriuntur. Si igitur illis sociari volueris potes sicut illi ambulauerunt, ambulare.

Virorum ac
vitiōrum
quandispar
cautus.

O vitiam
haec homi-
nes sapereat
& intellige-
rent.

Voluntas
propria
quid modo
profit dam-
natis.

*Tentationes afflictionesque quantum Sanctis profecerint: illorum
vita cuiusmodi fuerit, mortificationis item vitiōrum
quantus sit fructus ac merces.*

CAPVT XXXI.

SI porro hae quae diximus, minus afficiunt expende ediuertio, quid electus DEI paupertas, desolatio, despectus, labor, poenitentia

penitentia, tentatio & afflictio nocuerint. Profecto citissime hæc transferunt omnia, & felicitatem quæ sine fine durabit, propter ea acceperunt. Quanto fuerunt in terra despectiores & infeliciores reputati, tanto iam sunt gloriosiores. Ecce candentes virginis, ecce rubentes martyres, ecce monachos continentis & penitentes, tripudiantes in regno cælorum. Abstulit Deus nunc omnem lachrymā ab oculis eorum, non est dolor eis, neque luctus, non est eis onus siue tantum. Qui modo his illudit, quis eos despicit, quis increpat, aut cuius defectum modo non supportant, cuius molestiam sustinent? Quid illis deest, nisi quicquid non felicissimum, gratissimum & iucundissimum est? Illorum vitam te oportet imitari, si eisdem sociari in gaudio vis. Vita illorum fuit humilitas, paupertas, abiectio, contemptus, afflictio spiritus, innocentia, simplicitas, continua mortificatio, humiliatio, depressio, contritio, lectio, oratio seruens, affectio ardens, meditatio sancta, & actio iusta. In omnibus patientes, erga omnes benigni, & charitate exuberantes, suæ hilaris, seruentes, obediētes, casti, simplices, in labore fatigabiles, in tentationibus insuperabiles, humiliantes seipfos, neminem iudicantes, cunctos præferentes sibi & seipfos contemnentes. Omnibus subiecti, pacifici, timorati, resignati plenè & abnegati nihil amantes præter Deum, nihil præter eius voluntatem, quam super omnia & in omnibus quaesierunt, optantes. Obserua te ipsum, & discè mortificare desideria sensuum tuorum, tam exteriorum quam interiorum inutilia, ut illis non satis facias. Verbi gratia, ut quoniam pulsat curiositas sciendi an hoc sit rubeum vel album, durum aut molle, pulchrum vel turpe: aut si etiam optes gustu probare, dulce ne sit, an amarum, & huiusmodi similia quæ tametsi experientia quadam curiosa cognita fuerint, nihil tamen præter multas inutiles cogitationes adferunt utilitatis, dicas huiusmodi desiderijs. Quid ad me, siue ita, siue aliter sit dispositum hoc? Ego aliud cogitare habeo. *Vnum est necessarium.* Item similiter ad omnem strepitum, vel motum, vel sibilum leuare caput, respicereque aut videre, quid ibi sit, agaturve, leuitatis est indicium. Atque idèd propter occasiones turbationis aut leuitatis inde emergentes vitandas, nisi res ipsa te expeteret, hæc caue. Similiter ubi tibi non incubuerit aduertendi, obseruandi, docendi, discendive necessitas, aliorum mores aut obseruantias noli explorare, siue audire, nec scire velis operatiorum, nisi quæ omnino edificant. Relinque spem incertam, non interroga, non loquaris de alijs, maxime absentibus: quia sub specie mellis sæpe intrat venenum, scilicet suspensiones, murmuraciones & huiusmodi.

Vita sancto-
rum qualis
fuerit.

Curiositatis
instinctui
quomodo
sit respon-
dendum.

Luc. 10.

Quiescere à
labore quan-
do non sit
deficere.

Sacrificia
grata Deo
offerenda
quæ.

Causa obedientiæ fraternæ charitatis, aut etiam discretionis, quiescere à labore, & non progredi non est regredi. Idèd enim in vno non progreditur, ut ex altero longius progrediatur. Non est igitur deficere, sed proficere, si per discretionem quiescas. Omnia verò tu consilio facias magistri, aut tui patris. Qui propter obedientiam, aliamve virtutem videtur deficere in vno genere proficendi, in alio interim puta in merito charitatis, plus proficit quia propter Deum se ipsum, id est, suum profectum negligit, & Deum in ijs quæ magis necessaria sunt quæve Deo magis accepta sunt, non quæ sibi vtilia quaerit. Multa posset homo Deo deuotus offerre grata sacrificia absque periculo destructionis. Multa sunt enim quibus homo potest se mortificare, desideria sua frangens circa ea quæ aliquid voluptatis: nihil tamen necessitatis habent, & quibus salubrius est carere quam vti. Quicquid autem homo propter Deum dimittit, quicquid sibi subtra-

hit, si vel aliud nihil assequeretur commodi, hoc ipso quod sua frangit desideria propter Deum, meretur placentes Deo. Verbi gratia: Videre, gustare, audire, huc vel illuc accedere, quae solo curiositatis aut voluntatis allestu imperatur, si intermittantur propter Deum, meritum habent. Si cupias leuare oculos & quid ibi fiat videre, & rursus tibi frenum ponens, statuas propter Deum nolle oculos illuc conuerrere & nolle videre, habebis meritum, quod voluntatem tuam propter Deum abnegasti. Praeter hoc meritum, quod ex hac continentia obtines, aliud lucraris, scilicet quod leuitatem aut indignationem (quam forte incidisses, euitas. Inde consideratur vana obiectio eorum, qui semetipsos abnegare nolentes, aiunt. Cur clauderem oculos, cur obturare aures, cur constringerem pedes? Quid enim mali est, si videam quid ibi agatur? Quid si audiam? Esto vt nullam maculam contrahas audiendo seu videndo &c. nihilominus tamen libenter propter Deum desideria tua frangere abnegareque debes. An putas hoc non acceptum Deo, aut irremunerandum? At dicit quis: Quid hoc Deo confert boni si voluntatem aut desiderium meum abnegem? Quid (dic mihi & tu iterum) omnia bona tua opera (et si martyrium patiaris) vtilitatis adferunt Deo? Profecto nihil boni, nihil ve commodi adferunt ei. Multum tamen placet hoc illi, quod amore, & ob gratiam sui aliquid cupitum tibi subtrahis, aliquid ve molestum tibi tolleras aut imponis. Sis itaque fidelis Deo tuo: & in his quantumlibet paruis inuenies occasionem magnam Deo sacrificandi, Deoque gratum aliquid faciendi.

Voluntatis
propriae ab-
negatio qua
tum meritum
habeat etiam
in paruis.

*Ad perfectionem vitae aspirans vti Dei adiutorio semper inuiti, de
suis viribus diffidere. sese Deo nude resignare, desi-
deriumque proficiendi nunquam in-
termittere debeat.*

CAPVT XXXII.

Quantam inueniret pacem, qui erga Deum bonae esset voluntatis, & in illius oculis se stare continue meditaretur, semper compunctus & verecundus, erga proximum cum maturitate morum totus benignus & misericors, in se demique totus humilis, nihil penitus de se boni sentiens, qui peccata & negligentias suas continue lugeret, in confidentia multa & conuersione amorosa ad Deum, sollicitus ne forte ipsius gratiam amicitiamque amitteret. Tu ingitur semper esto vigil in Dei timore, ne opera tua Deo adhuc displiceant, diuinae misericordiae soli innitens, te ipsum ex affectu contemnens, malis denique omnibus ac flagellis te dignum credens. Quamdiu ita non senseris, nihil es. Homo de suis viribus, deq; omni industria & ingenio suo, de libris, & de omni proprietate desperare debet, & in solo adiutorio diuinæ gratiae firmiter stare, inhaerere ac niti. Itaque oportet vt conatum omnem, & quicquid potest, faciat pro virtute, pro bono & contra malum (quia sine proprio conatu, nihil accipiet nihilq; efficiet) & nihilominus in nullo labore suo speret: nihil per laborem aut propter laborem suum se recipere credat, sed per solam gratiam ac misericordiam Dei quae gratis omnia

Pacem ve-
ram quomo-
do quis in-
ueniat.

Adiutorio
diuinæ gra-
tiae soli fir-
miter inha-
erendum.

Dona sua
cur subinde
subtrahat
Deus homi-
ni.

Resignatio
proprie vo-
luntatis quā
fit necessaria
homini.

Ioannes
Thaulerus.

Nihiliteris
proprie co-
gnitionem
vnde accipi-
at homo.

Resignatio
ficta quae fit

donat, facienti tamen quod in se est. Quod vt Deus nos erudiat, & vt sui capiat homo experimentum, videlicet ex se nihil esse, aut posse subtrahit, Deus dona sua, nonnunquam etiam sanitate, vt inter pericula tentationum aut dolores capitis, aut timorem omnino deficiendi, de seipso homo diffidat, vt suum profectum non ex proprijs operibus, sed ex diuina largitate ac bonitate, quae hominem humilem & de seipso diffidentem, in Deo autem fidentem iustificat gratis) metiatur. Ad esse autem debet resignatio propriae voluntatis, qua velis homo fecundum Dei voluntatem & abundare, & pauper esse, permanente nihilominus studio & conatu bonae voluntatis ad proficiendum: qui tamen profectus non debet desiderari, nisi ad placendum Deo. Conatus verò ac studium bonae voluntatis, in exercitium debet poni, quantum discretio, obedientia, & cetera huiusmodi alia prorsus necessaria non prohibent. Neque enim aliquid indiscretum, neque contra honestatem aliquid aut virtutem, aut contra praecipua obedientiae & charitatis Deus exigit, nec talia probat, sed arguit ac damnat. Semper ergo petenda est huiusmodi à Deo directio in beneplacitum suum diuinum, quam resignatio comitetur voluntatis humanae, credentis diuinae prouidentiae cuncta ad meliora gubernanti. Legitur in Ioanne Thaulero, perfectionis maioris esse, hominem (si ei daretur optio petendi, & facultas consequendi quantumcumque vellent virtutum profectum) secundum suam voluntatem nolle eligere, sed hoc Deo potius committere, & rogare tantum sibi dari, quantum illi placeret: nec Deo mensuram, quantum ab eodem habere velit, praescribere, imò ne velle quidem plus habere, quàm illi placeret. Propter hoc tamē nihilominus affectus noster & conatus extendi semper debet, ad perfectionē maiorem, salua (vt dictum est) resignatione voluntatis propriae, qua contentus & pacatus stet ad Deum: etiam si sibi interim videatur vt à Deo ipso, aut à praelato retrahatur, impediaturque à profectu (vt fit) quando scilicet illi exercitia, vel alia in quibus spem habebat tolluntur, aut quando ex infirmitate corporis, alia ve causa urgente (quae non ex desiderio sumitur, nec placet) à bono proposito impeditur. Sciendum tamen à virtute & à profectu, neminem impediri posse, neque per Deum neq; per Praelatum, (si alia voluntas bona non deficiat) quin potius per occultam dispensationem in alio genere proficiendi, multo magis promoueri, prouidentia Dei sapientissima id ordinante. Deus erudit hominem bonae voluntatis, diuersis vijs ac medijs, vt veniat ad cognitionem propriae nihiliteris, & stet in solo Deo, seruiens ei sine propria voluntate, quod maximè requirit Deus. Constat namque ex multis Sanctorum aut Sanctarum vitis seu legendis, seruos Dei grauius tentationibus ac ærumnis affectos (cum se resignarent funditus Deo, non potentes liberari, sed diuinae prouidentiae se committentes, & ad finem vsque vitae suae aut ad finem mundi) si Deo ita placeret (offerrent se ad eiusmodi portanda paratos) confestim post huiusmodi resignationem fuisse ab illis molestijs liberatos. Siquidem Deus tunc obtinuit in anima quod quaerebat, & propter quod diu- rum adhuc hominem, aut sibi prudentem, mortificabat, scilicet resignationem propriae voluntatis, & proprii consilij. Claret hoc in sancta virgine Catharina de Senis, & alijs eiusmodi. Nemo tamen propterea ad eiusmodi se debet resignationem exercere, vt à molestijs liberetur, (quia hoc non esset Deum, sed seipsum quaerere) sed idē se Deo resignet, quo subijciat & conformet se beneplacito Dei, eligens pati quam diu illi placuerit, alioqui esset resignatio ficta. Oportet si profi-

Proficere volueris nunquam quiescere, hoc est nunquam animum & studium proficiendi postponere. Actualia tamen exercitia causa obedientiae, charitatis, discretioris, altioris virtutis, aut magis necessariae (praesertim pro communi bono) occupationis, intermittere aut relaxare, hoc non est quiescere vel deficere, sed bonum pro meliori commutare. Melior est enim perpetuitas parvi boni quam magnus profectus vnius duntaxat diei. Et hoc pro consolatione loquor debiliū, aut alias ex obedientia occupatorum, quibus licet hae occasione dulcedo aut actualis deuotio minuatur quo ad feruorem sentimentī, propterea quod exercitia sua non possunt continuare, non tamen minuitur (si volunt) quo ad bonam voluntatem secundum spiritum siue animum rationalem. Semper enim possunt deuoti debentque habere desiderium & propositū se extendendi in spiritualibus, licet non debeant semper in his se exercere, praesertim si obedientia, si capitis debilitas, si alia ve impedit eos infirmitas, aut etiā necessitas tā erga se, quā erga proximiū, quae est charitas. Hae enim multo est minus omittenda, quam propriae voluntatis, quantumlibet deuota exercitia. Consultum est igitur aegrotis, & obedientia, labore, aut infirmorum obsequijs occupatis per bonae voluntatis feruorem, per intentionisque reuouationem creberrime ad spiritualium exercitiorum desiderium se excitare: per discretionem verò, ne vires grauentur, & ne in potioribus officijs sint inualidiores, actus & exercitia sua spiritualia moderari. Per hoc enim fiet, vt bona in eis voluntas nō pereat, nec careat fructu, quae per negligentiam non omittitur, sed per alia bona magis necessaria impeditur. Saepe etiam dixi posse in vno genere proficiendi hominem deficere, vbi tamen propterea in alio genere fortius vberiusque crescit. Deus enim non sibi vult vt homo placeat in eo duntaxat, quod sua sibi voluntate homo elegit, sed in eo quod iniungit, aut vult ipse Deus, puta, quo sibi vult obtinere hominem, vt in ijs quae ad Dei etiam sunt honorem, discat homo non habere electionem propriam, sed in omnibus Deo se relinquat. Vbicunque enim est resignatio voluntatis in homine maior, ibi pietas est etiam perfectior, & deuotio maior. Perfectio tua non est deuotio sensibilis, sed in vera annihilatione tui ipsius, in perfectissima humilitate, in benigna erga proximum dilectione, in compassione, feruentissimaeque charitate, qua nihil praeter Deum cogites, desideres, diligasque in plena tui abnegatione, in perfectissima excellentissimaque obedientia, atque in vera deuotione, hoc est, in promptissima voluntate ad ea quae Dei sunt, sita est. Humilitatē, charitatē, reliquasque virtutes omnes ex alijs discite. Nonne oculatissimus es circa defectus aliorum? Nonne alienos virtutum defectus ilicō vides? Quicquid igitur indecens, illicitum, defectuosum ve videris in altero, tu, noli imitari. Quicquid decorum, virtutis que consentaneum in alijs repereris, hoc in te transforma. Circa singulas igitur actiones tuas meditare quomodo consilium alteri dares amico, si eidem id quod tibi, faciendum inculcaberet. Quod ergo alteri consuleres, consule & tibi, & quod alium doces, in tuiso exerce. Verbi gratia: Tacere ad increpationes, ignorantiam non dissimulare sed fateri, vilia, abiecta que exercitia libenter amplecti, & huiusmodi id genus plura sunt quae tibi & alijs persuadeas.

Quies nunquam admittenda quae.

VI
C

Desiderium proficiendi semper esse habendum. Voluntas bona quando non careat fructu operis.

Perfectio hominis in quo sita sit.



Perfectioni vite quænam tria sint cum primis necessaria: obedientia quam debeat fore velox: quomodo item cogitationes sint spiritualibus patribus nudè detegende.

CAPVT XXXIII.

Virtutes tres
præcipuè re-
spiciendæ
quæ.

Lucæ 9.

Perfectioni
acquirendæ
necessaria
quæ.

Obedientia
quam debeat
esse velox.

Vitæ spiritualis quicumque incrementum sumere desideras, tria tibi sunt necessaria, ad quæ præcipuè oportet respicere, scilicet ad humilitatem, puritatem cordis, & charitatem, quæ has serues virtutes intermeratas. His enim neglectis, frustr. inanisque erit omnis labor & conatus tuus. Pro virtute, pro spirituali bono acquirendo noli delinquere, noli peccare. Neque enim faciendæ sunt mala, vt veniant bona. Quamobrem quando timidia, iracundia, vana gloria, aliæque passio vitiosa tenet aut stimulat, tunc neminem reprehendas, nec sub specie ædificationis alicui prædices, doctorisve officium tua ipsius voluntatè assumes. Quid enim tibi prodest, si totum lucratum fueris mundum, detrimentum animæ tuæ faciens? Secus tamen est in ijs, quæ non pro arbitrato tuo relinquenda, sed necessario faciendæ sunt. Hæc viro bono, qui ad perfectionem anhelat, sunt necessaria, præcipuè monacho. Solitudinem loci & mentis diligenter querere. Pro peccatis suis, & pro virtutibus indidem crebrò gemere: suspiria multiplicare, & suam negligentiam in se continuo reprehendere. Omnes occupationes, quas obedientia aut charitas nõ requirit inutilis abscindere. Cor ab omnibus visibilibus rebus, aut rerû desiderijs abstrahere, & ad Deû iugiter per exercitiû amoris lenare. Soli Deo per affectû adherere. Seipsû funditus relinquere, & Deû simpliciter ac pure in omnibus querere. Pro nulla re, nisi quæ ad Deû trahit, gaudere: & pro nulla alia re, nisi pro culpa, aut cordis abductione, à Deo tritari. Reliqua omnia vt folia æstimare volatua. Voluntati se diuinæ semper cõfidentissime resignare, ac providentiæ ipsius cõmittere: quicquid acciderit præter peccatû, de manu eius omnia patienter suscipere, & vt in omnibus eiusdem fiat voluntas, semper orare. Ipse enim quid unicuique expedit nouit. Voluntatem propriam nunquam facere, nec proprium sensum sequi. Discretionem patris, atque eius diffinitionem tutissima conscientia tanquam diuino oraculo acquiescere. Quæ ex obligatione status aut ex debito, obedientia, charitate ve sunt faciendæ, alijs omnibus diligentissime semper anteferre. Audito signo aut vocatione quacumque ad obedientiam, illicò accurrere, nec ad tractationem vnus literæ obedientiam differre, nisi quod omni tempore & ante omne opus fieri congruit (commendatione, aut oratione se aliqua ad Deum iaculatoria quis vbi festinandum fuerit se velis præmunire. Paci cordis sc̃per omnia studere & puritati. Nullam penitus discussionem aut disputationem super opera aut defectus aliorum admittere: sed quam cito sentitur cogitatio hæc, eandem tanquam basiliscum quoties redierit cum indignatione projicere, Fratrum vitam & dispositionem soli Deo committere & Prælati, & super cordis sui custodiam vigilare cum simplicitate. Ab omni ioco, leuitate morum

rum, à cachinno, & ab omni verbo infructuoso districtissime abstinere. Dulcedinem charitatis in pectore, & dulcedinem vocis in ore, quando oportet loqui, studiosissime seruire. Cor semper ad humilitatem, ad mititatem, ad abnegationem quoque extremam, diligentissime præparare. Firmissimum pactum sibi constituere ad cauendam omnem contentionem & disputationem, ad extirpandamque quamcumque cordis proprietatem: & ad hæc semper se præparare, violentiamque sibi inferre. Pro nulla re penitus quantumcunque aduersa, querulari, aut aliquo verbo mentionem facere super huiusmodi re, quod sibi onerosa sit (si tamen in huius sufferentia non incidat peccatum) nec ullam pati in se remurmurationem cordis. Omnes cogitationes, non solum malas spiritua-

Cogitationes
spirituali patri
reuelandas.

*Virtutes quonam sint pacto acquirendæ: humilitas, vt sola humili-
atione obtineatur puritas cordis, quàm
sit necessaria, quomodo item obti-
neatur.*

CA P V T. XXXIV.

Sancti docuerunt virtutes assequendas à Deo per sui desperationem, hoc est, Virtutes
venihil eorum quis omittat quantum attinet ad se, oret, conetur, proponat, quomodo
propositumque restauret, plangat negligencias, fugiatque malorum occa-
siones. Et cum omnia tamen fecerit, de suis exercitijs, conatibus atque laboribus
fuit.

cunctis desperet: ita tamen, vt nequaquam eadem deferat, aut intermitat, sed que feiat quidem eadem à se requiri, nihil tamen sibi in ijs promittat profuerunt, nisi sua misericordia Deus ipsius misereatur, illique donet hoc pro quo orat, conatur & laborat. Quamobrem, quando correctionem emendationemque morum, instaurationemque propositi tui renouas, non ita proponas quasi iam sciens aut sperans te hoc propositum post hac perfecturum: Nec confidas tibi propterea quod iam hoc aut illud didiceris ante ignoratum, aut quod auxilium hoc illud ve siue donum à Deo incertim susceperis, ante non habitum, ve in eo lateris, confidas, aut super quo innitens propositum tuum nunc solito validius te seruatorum tibi promittas. O pauper & miser, omnia hæc, nisi Deus tibi affuere &que subministrat, parum te iuuabunt, quando ad rem ventum fuerit, vbi pro virtute agendum sit, hoc est, quando tuis viribus niti coeperis, licet vehementissime diuino sit auxilio intendendum. Nam infirmitas, inopia spiritus, malique consuetudo tua nimis magna sunt, ad id vt ne leuè quidem tentationem superare possis, idque propterea vt vereor maximè, quia nondum plene despecti de te, vt pure in diuina speres misericordia, sed adhuc aliquid de tua confidit industria. Propterea propono quidem, quantum potes, & nihil omittes honorum studiorum, nullam industriam negliges, veruntamen in ijs nihil, sed in solo Deo confide. Non dicas Domino: Domine Iesu parce mihi, ego volo molliter emendare. Non credas voluntati tuæ, quia fallax, instabilis, mentiens, & infirma est: sed dic humiliter quando aliquid boni proponis: Domine Iesu ignosce mihi & miserere mei. Da mihi gratiam tuam, & misericordiam, vt hoc vel illud possim corrigere, aut perficere. Aut ita: Domine, spero in misericordia tua quod iuuabis me, faciesque vt hoc vel illud mali deinceps non agam. Et sic propone bonum in sola confidentia diuinæ protectionis, diuinique auxilij. Triasunt tibi maxime necessaria. Primum & præcipuum est, humilitas. Si enim dona & gratias Dei aut recipere aut retinere desideras, omnino te esse humilem oportet. Totum igitur tuum studium sit, vt te humiliter. Certus tamen cito in te haudquaquam venturam humilitatem, nisi præcedat humiliatio, quomodo virga quoque non efficitur curua, nisi præcesserit curuatio. Et idè vndique quaere modum & occasionem erga Deum & homines, te humiliandi. Te ipsum vilifica, nihilitatem & impossibilitatem tuam, instabilitatem, tarditatem proficiendi, negligentiam pronitatem ad malum, infirmitatem pugnandi contra inimicas cogitationes incertitudinem gratiæ præsentis & futuræ considerans, quid denique hodie aut cras futurus sis, & similia, sollicite ante oculos pono. Videbis quam nihil sani, nihil integri, nihil in te veri perfectique sit boni. In omnibus autem semperque te repræhende, nihil indiscussum in te sinens abire, & penitus de te, & de omni industria tua despera, in Domino solo confidentissime sperans. Semper te quoque accusare necesse est, & maximè in principio orationis, antequam, aut quando petere volueris aliquid à Domino, quo cor tuum defixum sit in tua abyssalis vilitatis cognitionem, & hinc secure ad orandum procedat. Ad proximum similiter, occasionem & modum te humiliandi expedit vt quaras, quo cordi tuo introducat humilitas, scilicet venerando, assurgendo, parumque loquendo coram alijs. Ad humilitatem pertinet quoque nullius sermonem interrompere, neminem velle docere, neminem accusare, nulli detrudere, nunquam contendere, nunquam disputare. Contemptum, iniurias, in-

Propositum bonum in sola confidentia diuini auxilij faciendum.

Virutes tres maximè homini necessariae quæ.

Humiliatio quam necessaria humilitati acquirenda. Humiliandi se erga Deum & homines occasio quaerenda vt sit. Pro. 15.

Humilitatis effectus qui.

pationes, iudicia, suspiciones, & huiusmodi, tacendo sustinere: si nocuisti, humiliter veniam petere: si innocens es, omnia praedicta quasi dissimulando, serena facie & tranquillo corde nihil curare, neminemque propter hoc odisse. Quamcumque enim quis inferat, intuleritve iniuriam, cogitatio rancoris, ubi ubi & quam cito senseris tanquam fornicationis est abiicienda & propulsanda. Ergo omnes homines ante & post tui increpationem, aut contumeliam, ac si tu non fuisses, aut non intelligeres quid d. & tu sit, imò quasi nihil tibi factum sit, debes te exhibere. Ad humilitatem pertinet, nullius dicta aut facta discutere, sed simplici oculo transire, ac si non vidisses. Siue enim perfectum hoc, an defectuosum sit, quid ad te? Nihil te huiusmodi negotijs intromittas. Multum praeterea valet ad obtinendam humilitatem continuè seipsum ad displicentiam, atque ad odium sui exercere, nihilque in se irreprensibile sustinere. Item firmissimū pactum: cum corde suo facere, nunquam, ut vili hominum placeas, studere. Secundum est, cordis puritas, ad quam per vigilantem custodiam atque sollicitam omnium scilicet affectionum & sensuum peruenitur. Oportet enim sic te super cor tuum vigilare, ut non solum malas, aut noxias, sed etiam quasunque cogitationes inutiles, infructuosas, pro temporeque & loco impertinentes, licet alioqui bonas, tuotamen proposito non congruentes, ex corde à principio radicitus abijcias. Hic autem erit scopus tuus in quem tendas, ut liber, tranquille, cor tuum cum omnibus affectionibus tuis abstractum, ab omni re quae est extra Deum, sursum eleuatum habeas, aut eleuare possis per orationes & desideria ignifera actualiter, quotiescunque libet, ad Deum, ut nihil sit quod te liget, retrahat, aut impediatur à Deo, nihil quod mediet inter te & Deum. Cuicumque rei visibili seu omni creaturae in quantum te non ducit in amorem Dei, omnino renuncies atque valescias. Pro nulla re penitus curam aut sollicitudinem inutiliter geras. Contra vitia, desideria & affectiones illicitas vigilantissime pugnes, & ipsa occidas. Quicquid ab alijs dicitur, aut operatur, quod te non trahit ad meliora, tanquam non dictum aut factum reputa, ut sic veluti iam extra mundum imò extra te ipsum insensibilis, & mortuus, nihilque scias nisi Iesum. Hunc semper inspicias, in exemplum ipsius vitam tibi praeponas, & extra ipsum nil sentire velis. Ad cordis puritatem multum iuuat sollicita sensuum tuorum custodia, ut nihil videre, audire, habereque velis in necessarium, aut vnde spirituale lumen non speraueris, & si quicquam videris siue audieris eiusmodi, mox ab initio cohibeas, ne illius rei species aut phantasia tibi imprimatur. Porro si recepta fuerit, eandem mox iterum eijcias, nec villo modo dicta, facta, visa, audita, atque huiusmodi inutilia (maximè si defectus fuerint alieni, aut cordi tuo molesta (ut sunt contumelias & increpationes) in mente tua recogites. Sed quaeque huiusmodi euenerint, siue Lata sint siue tristia, tanquam folia in vento volantia non aduertas. Tertium, est charitas fraterna, cui nihil praeter Deum antefendum est. Sine hac charitate prorsus nihil habes, quicquid habes, De hac supradictum est factis.

Humilis debet sibi ipsi displicere.

Puritas cordis quomodo obtineatur.

Sensuum custodia puritati cordis necessaria.

*Humilitatem sui que humiliationem vt quis obtinere possit
quenam facienda: humilitas vera que sit:
quantaque sit Dei bonitas erga
homines.*

CAPVT XXXV.

Humilitas
ac humilia-
tio sui quo-
modo exer-
cenda sit.

COgitando accipe duos pannos mundos, vnum conserua mundissimum, vt syndonem albissimum, atque purissimum, in quem nulla venerit macula. Alterum per omnia trahe sterquilinia omnibus immundicijs, omni foetore, omnium cadauerum & stercoreum putredine reple, ad eod vt cuiuscumq; ipsum inspicienti nauseam prouocet, ac vomitum, imò ad illum nemo conuertere possit oculos præ foetore, putredine, & abominatione. Eiusmodi foetidum pannum te esse cogita, alios purissimam æstima homines syndonem. Quia & si alij etiam quædam peccata contraxerint, hæc tamen in comparatione delictorum tuorum sunt iustitia: & ipsi sunt quasi purissimus pannus, tu verò pannus & execrabilis. Nam propter innumerabilem grauissimorum peccatorum tuorum enormitatem ac multitudinem, aliorum peccata nullius sunt momenti. Etenim veritate sic est, siue tu hæc ita, siue aliter senseris, in Dei tamen & hominum oculis, si te cognoscerent, factus es vilior & abominabilior quam pannus ille præfatus, sanie, putredine, & sterquilinijs infectus. Humiliari igitur te in omnibus oportet, ac nouissimum virorum abs te ipso te reputari, ad eod vt neque hominis, sed ne creaturæ quidem nomen tibi audeas vsurpare, quo post hac indignum te æstimes. Si igitur non humiliaris, aut si spiritali luctu non contaris, saltem ex hoc humiliare, quia ad eod durus, ad eod superbus & obstinatus es, vt non possis humiliari. Itaque te inspicias, tanquam cadauer putridissimum, vermibus, foetore, sanie, & omni abominatione plenum, quod sine auersione vultus & nausea cerni nequit. Et hoc modo exerceas te ad humilitatem, vt considerata malorum tuorum infinita multitudine, in contritione, luctuque omnines delectationes, omnes inordinatas aut creaturales affectiones, omnium exteruarum consolationum, atque omnium quæ extra Deum sunt, desideria occidas. Nihil tibi remaneat, præter velle semper vilificari & despici, & non posse obprobrijs saturari, velle ab omnibus cõculari, vilissimus reputari: omnibus præterea iniurijs, persecutionibus, aduersitatibus, derelictionibus credere te esse dignum, nec super inferentes tibi huiusmodi indignari, sed gaudere & gratias agere, pro inuenta tuæ purgationis occasione: insuper eum plus diligere, qui te persequendo, aut contemnendo, aut increpando, etiam iniuste te durius præmit, hoc est, qui animæ tuæ purgationem (quam tibi in homine illo transmittit Deus) vberius operatur. Neque enim vlli imputare debes homini, quod te persequitur, quâdo quidem omnes creaturæ, non homines tantum, in creatoris vltionem de te deberent sumere supplicium. Itaque hoc modo, etsi non semper in tua mala, & in vilitatem tuâ intendere potes, tamen sæpius id efficias, & præsertim quando complacentia aliqua, propria subrepat, aut motus displicentiæ siue iracundiæ

VI
C

tundiz, affurgit in corde contra proximum, in hanc tuipfius confiderationem prorumpit, dicendo: Ecce tu talis bestia, & talis, non solum hoc, sed & gehennam, atque omnium damnatorum poenam in oculis Domini iuste meruisti, quanto magis hoc paruum quod ille frater non nisi missus à Domino, tibi facit? Dic tibi: Heu, cur indignor fratri, tot offensionibus Deo obnoxius? An irascendum fratri, pro tam leui culpa in te commissa, quando interim tu tot annis Christum tuis facinoribus blasphemus? Dic tibi: Dominus probat, vel purgat me. Iam habeo occasionem sustinendi, iam gaudeo inuenisse quod semper desiderabam. Nihil tamen penitus possum, quocumque etiam modo, aut vellem cogitare, nisi te auxiliante dulcissime Domine, amantissime Iesu. Considerationem malitiæ & vilitatis tuæ, agere debes coram Domino, & ibi in contemplatione infinitæ bonitatis eius & misericordiz, (ne in confusionem mentis proruas) te accusare & discutere. Oportet enim vt de te, & de omni vita tua funditus desperes, & plenissima rursus atque securissima confidentia totum te Deo committas, maximè eidem confidens. Hic quomodocumque tecum egerit, crede firmiter hoc fore tibi vtilissimum & perfectissimum. Crede etiam Dominum parcere velle tibi ac misereri, non solum in hoc quod omnes remittat iniquitates tuas, verum etiã si fidelis permaneris, si humiliando te, si accusando te, si se, hoc est. Christum ipsũ imitãdo perseveraueris, ad perfectionẽ iuxta mẽsurã tibi congruã eius te benignitas perducatur. Ceterũ peccata tua tecũ rememorari tantũ, aut teipsũ absque diuinæ bonitatis respectu intueri, est in mentis obscuritate teipsũ inducere. Corã Deo igitur, & cũ illo tua plãge peccata. Ante illum expende, illi narra quantum deliqueris, eidem contra te conquerens, eius misericordiam inuocans, te accusans, ipsi supplicans, atque eidem te resignans ad omnia. Hoc modo de peccatis medians, plus illuminaberis, citiusque ab eisdem liberaberis. Cui enim conquereris, aut cui tua narras peccata? Nonne patri misericordiarum, & totius consolationis? Nonne ei qui te creauit, qui sanguine te suo redemit, qui te pascit ab ineunte ætate, & semper tibi benefecit? Sic autem illi tu narres, vt ex animo quoque simul vehementer doleas tam bonum, pium, amabilem, clementissimumque patrem te offendisse: huic tam crebro te fuisse contumeliosum, rebellem, blasphemum atque ingratum: qui tamen ad eũ pius, ad eũ clemens, ad eũ bonus tibi, tanto scilicet, tanquam vili peccatori, tanto que tempore malitiam continuanti, vltro amantissimoque corde peccata dimisit, suam iniuriam dissimulauit, peccata quoque tibi non imputans, nihilominus beneficia sua in te continuauit. Reddidit enim tibi pro malis bona, pro contumelijs gloriam, abominaciones tuas, quã cas non videret, tolerauit. Vocans, imitansque te, tam beneficijs quam terroribus ad poenitentiam te expectauit. Tot gratias, totque beneficia gratis in te cumulans, ex peccatorum tandem te vortagne extraxit. Quid dicam, quod interim tot ingratitudinibus tuis pepercit? quod multis à tentationibus te eripuit? à pluribus præseruauit, quod postremo æterna bona pollicitus est? Ah adiuua me Domine Deus meus, fortuna mea, spes mea, refugium meum, & misericordia mea. Inter duo eligenda id eligendum est, quod magis humiliat, propter virtutem. Absque enim humilitate nescio quare res sit quæ ædificet. Et quid tibi accrescit, si multos etiã ædificaueris, tu verò in de nihil propterea proficias? Si enim lucratus quis vniuersum mundũ, seipsum autem perdat, ac detrimentum sui faciat, quid illi hoc proderit? Opera quæcunque in quan-

Humiliatus & contemptus quid dicere debeat.

Malitiam suam vt coram Deo cõsiderare debeat homo.

2. Cor. 1.

Bonitas Dei quanta peccatoribus exhibita.

psal. 58. Absque humilitate nihil ædificat.

Lucæ. 9.



Humilitas
in externis
moribus nō
semper con-
sistit.

Humilitas
vera quæ sit

Qualem se-
ipsum hu-
milis debeat
reputare.

talibet sint perfectione seu excellentia constituta, sine humilitate, nullæ acim-
pura sunt. Illud igitur crede vtilius quod est humilior, illudque eligendo præ-
fer. Ad humilitatem profectus non modicus est, si te superbissimum, vanissi-
mumque sentias, & pro superbia te indesinenter reprehendas, iudicesque. Ha-
militas in externa morum exhibitione, hoc est, in submissione vocis, in blandi-
cijs, (ne dicam adulationibus) verborum, in verbali sui accusatione, in corpo-
ris humiliatione, & huiusmodi, externis sita non est. Sæpe numero enim contin-
git, vt qui se in prædictis maximè humiliant, impatientissimè, hoc est, super-
bissime ferant, si vel paulò minor quam velint. de se habita fuerit estimatio.
Humilitas vera hæc est, vt optes latere, nesciri, vilis non humilis reputari, vt-
rubeas fugiasque laudari, gaudeas non reputari, atque velis etiam des-
pici. Aliorum sensum & voluntatem tuis præferas. Alijs libenter acquiescas, pa-
tienter cedas, atque de eisdem, quam de te, melius sentias. Fratres & proximos
omnes dilige honoraque eos cum tui ipsius humiliatione, & illorum reuerentia,
quam illis impendas, assurgendo, supportando, cum verecundia coram illis ra-
cendo, dicasque tibi ipsi continue. Tu vile mancipium, ij sunt domini tui, his
debes obedire sicut dominis tuis, hos debes vt patres diligere. Verè dico tibi fra-
ter superbe, non est tanta distantia inter dominum, & seruum quanta inter illos
& te. Vis id manifestius scire? Inspice tu peccata, & abominationes tuas præ-
teritas. Nonne peccator & morti obnoxius coram Deo huc aduenisti? Vide iam
ediuerso eorum innocentiam, qui tamen eum seruiore Deum diligunt, tu verò
post omnia mala tua persistas desidiosus. In corde tuo, semper debet hæc opinio
versari, idque maxime, quando fueris inter homines & etiam ante oculos Dei.
Ego sum omnium peccatorum nouissimus, inter quantoscunq; sceleratissi-
mus. Spuma totius iniquitatis, purgamentum & perispeuma omnis creatura vi-
lissimum in oculis Dei & hominum. Aded enim in anima & corpore vilis sum,
& aded contemptibilis, vt omnibus effem meritò importabilis per iusticia viâ,
vt pote caduere omni foetidior Ego & asinus vnum sumus. Si aliud videbitur
tibi, quam quod omnes cogantur naves suas præ turpitudine tua obturare, &
omnia, quæ facis aut incipis sint foetor, putredo & abominatio ad nauseâ provo-
cantia, nimis superbus es. Dic ided Ego huc veni vt satis obiurgari, despici, huc
illuce pelli, omnibus seruire, omnibus me subijcere, nemini contradicere, sicut
nouissimus & despectissimus seruulorum in curijs principum haberi valeam.
Quicquid igitur in corde aut opere, huic meæ intentioni contrarium inuenere,
non sustinebo, sed vt apostatam me ad propositum reuocah. Pannus, vili
pauperculus, seruulus, inter magnates despicietur, illudatur, tunditur & non ape-
rit os suum, imò gaudet quod non ex toto abijcitur siue excluditur: sic tu inter
fratres aut in congregatione constitutus quantiscunq; afficiaris iniurijs, di-
ctas: Libenter tacebo & sustinebo, vt merear supportari, & non ex toto a cetera
dominorum meorum excludi. Item: O quam bene mihi est, quam felix sum,
quod fratres adhuc sustinent me, tanti viri, tam foetidum, laprosam & mon-
drosam. Ego sum sicut lutum putridum, & sicut sanies fetida inter margaritas.
Statue in corde tuo inter eos inter quos vilius, hospitem te esse & alienum, ad
quem nihil de regimine domus pertinet, vt absque vlla turbatione, & damna
& emolumenta, tristia & iucunda videre æquanimitè valeas. Humilia te quan-
tum vales. Nimis enim adhuc superbus es, quantumcunq; te humiliaueris. In-
circa

terro amplectere omnes modos licitos te humiliandi, vt tandem in affectum trahatur ipsa humilitas. Sine illa enim tibi nulla est salus.

Humilitatem quantopere Sancti qui que coluerint: quenam illi aduersentur: vt que correptus quis gerere sese debeat.

CAPVT XXXVI.

Sancti omnes grandem curam super custodia humilitatis suae posuerunt. proinde si quid (quod à ceteris mirari laudariue solet) habebant, aut agebant, illud magnopere curabāt celare, ne per humanam laudem, sibi labor & fructus omnis periret, hoc est, ne ipsi inter eos, quibus noti essent, apud se inaniter gloriarentur: quare non solum carerent merito, sed etiam supplicio fierent digni. Vehementer nocet superbire, aut de Dei donis Deo, non gloriam dare: Dei enim aut amittet dona, qui huiusmodi est, aut in malum suum possidet. Consultissimum igitur est omnia sua abscondere, hominū fugere opinionem, velle nesciri atque vilem reputari. Hi qui praesunt & seniores quorum exemplo viuunt, habent tueri famam propriam: sed iuuenis, & praesertim monachus, potest negligere sapius famam suam, id est, non se excusare, sed innocenter pati pro custodia humilitatis, aut propter virtutem patientiae acquirendam, & hoc in paruis & communibus defectibus, qui non tantum scandalizant, quantum impatientia & excusationes. Esto igitur, quantum vanam gloriam quid attinet, sicut mortuus, vt nihil tua referat, an honor an ignominia tibi fiat. Hæc vt superbissima cogitatio tua coram Deo, vt te vermiculum vilem reputes. Si vis humilitatem habere, sine qua non potes proficere, tunc ama nesciri, simplex & idiota reputari, oburgari sine reuerentia & fauore, vt vilis communisque frater culus tractari. Quando sentis complacentiam aut vanam gloriam tibi subrepere de bono aliquo, statim dicas: non meum sunt hoc Domine Iesu, sed tua pietatis, qui sola gratuita bonitate miserus es vilissimus peccatoris, condescendens mee miseria ac duritia, vt beneficij me ad tui amorem allicias. Etiam statim refundas in Dominum beneficium hoc, dicens: Domine Iesu, tua hoc commendo, refero, & resigno pietati, hoc tuae custodie committo, quia sentio per superbiam meam spoliari me tuo dono, meque propterea raptorem fieri thesauri tui: conserua me in humilitate, & in tua custodia. Custodia autem has sit miserico dissimum vultus lateris tui Domine Iesu, & ad pedes virginis Mariae benedictissima matris tuae ac meae. Cum videris alium proficientem plus quam te, noli inde triftari, ita vt inuideas fratri gratiam vel profectum huiusmodi, quem tu ipse habere desideras, licet assequi non possis, quia in curia terrestri regis feruentium, aulicorumque magna est differentia. Alij enim consiliarij, alij cancellarij, alij dapiferi, alij coci, alij stabularij sūt. Hoc modo & in curia celestis regis, nō xq̄ omnes sunt praedestinati. Aliqui summi, alij medij, alij infimi, omnes tamen sunt in gloria Dei. Et ideo cogita si te Deus nō vult habere summū, vel mediū, ad huc tamē gratias agere debes, si sua ex gratia fecerit te de suis amicis minimū. Non tamen propter hoc indiligentior fias, neque à desideriorum bonorum seruire te pescas: sed vt alijs non inuideas, sicut stabularius aut coquus regis nō inuidet gloriam eorū, nec principi fauorem apud regē, maiorē scilicet

Humilitate
quanta cura
sancti qui
que serua-
riat.

Superbia quā-
tum noceat.

Famam in
paruis negli-
gere, quam
excusare quā-
do praestet.

Humilitas
quomodo
obtinenda.

Quid dicen-
du n cum a-
liquam in
nobis com-
placentiam
sentimus.

Inuidia aut
triftitiam nō
esse habendā
de profectu
aliorum.

cer quam ipse habet, utpote suæ personæ vilitatis, suæque conscius ignobilitatis sibi. Eam obrem non præsumit eandem gratiam regis ipse stabularius, quam habet consiliarius regis, aut princeps. Et quamuis etiam maiorem gratiam regis quam habet, habere stabularius desideraret, tamen ut dixi, quia suam conditionem agnoscit, ideo collatam principi à rege gratiam non affectat, nec quod illi sibi præfertur, tristatur, aut invidet. Sub increpatione hominum statim incidit tibi Domine Iesu, grauiora merui. Non excuses, recognosce, pete veniam. Si stimulus fueris iracundia, comprime dentes, aut morde labia seu linguam occulte, ut possis tacere. Si astimaueris te innocentem, non crede opinioni tuæ, imputa hoc superbia tuæ, quæ recusat humiliari ad increpationem, & inde magis reum te astima, quia præter culpam cuius argueris etiam superbus es. (*Legem vitam sancti Siluani*). Quando fratrem transis, dic in corde: Huius me miserum, festidamque cloacam. Utinam in conspectu tuo Domine essem talis. Et intellige eum in immensum coram Domino stare in perfectiori & maiori gratia, quam te. Consolare te ipsum, simulque humiliare, quando aliorum profectum cernis. dic. Non omnes sunt in conspectu regis cubicularij aut consiliarij. Utinam Domine saltem in domo tua stabularius essem. Et hoc dic, non ex incuria & negligentia, seu acedia proficiendi, sed studio te humiliandi & congaudendi de alterius profectu. Crede omnibus hominibus, imò omnibus creaturis strictissimo altissimi iudicio præceptum esse, ut te continue despiciant, increpent, contemnant, vexent, corrigan & conculcent. Quicquid igitur tibi fit, adhuc considera magnam creaturarum aut fratrum pietatem. Time aliquid grauius tibi accidere, ob præcepti erga te non seruati negligentiam. Si inueneris consolationem, aut si senseris te non contempitum à fratribus, astima Deo & tibi fieri iniuriam. Ut neq; mouearis laude, neq; vituperatione, seu increpatione turberis, astima te sicut umbram, quæ seminivtilis est, nihil agere fructuosum, sed tempus dumtaxat consumendo viuere. Magis autem humiliabis te si non solum nemini vtilis, sed etiã onerosum omnibus te astimabis, proinde ut stercus foetidissimum ac importabile te contemnant, aliorum defectus præ tui turpitudine non ponderes. Cor tentatum, aut diffractum, per contritionem aut sanctam tristitiam humilia. Ad omnia, quæ tibi incidunt viciosa tam de fratribus quam aliunde, hoc dicas ex affectu: Ego sum asinus. Aut: Ego & asinus vnum sumus. In veritate quoque studeas te inter fratres exhibere animo omnino, quantum sine peccato & aliorum scandalo fieri potest, hoc est, ut sic tacens obedias, seruias, ad laudem quoque & confusionem æque eodemque modo ut asinum te habeas, nihil simules, nihil ostentes, sed vbi que in oculis hominum, & in sensu tuo asinum te facias. Iterum præmonito te, si rectè Dei viam ingredi cæperis, Christumque imitari, ut asinus sis necessè est. Inuenies enim homines qui te deridebunt, propterea quoque quod non sis de sorte eorum, alij calumniabuntur, & stultum te dicent, horum loquutiones ut prætereas, audiensque non audias necesse est factus fueris & mutus, imò & asinus propter Christum. Cur turbaris, irasceris, aut tristis es, quod hoc illud ve iniuriosum de te dicitur? Nū bona de te tantum dicenda sunt? Si nunquam peccaueris, iustum foret ut sola bona de te dicerentur. At quia peccasti, et si non es quæ homines criminatur admisisisti, alia tamè egisti delicta: ideo quo te agnoscas peccator, peccata de te prædicantur. Verum vnde tibi hæc oritur turbatio, tristitia, reflex superbia tua immortalificata? Si quis de te bona errans narrauerit, cur tunc

Increpatus
quomodo
se habere de-
beat.

Apid Suriū
4. Maij.

Afinus in
quibus imi-
tandus sit.

propter errorē non irascaris: Parimodo, nec iam irascere, si quis de te male sentiat, perperam ve loquutus fuerit, sed tace. Haud existimes tibi fieri iniuriam, si quis de te male loquatur, aut perperam sentiat: grauiora deterioraque (dic) ego merui. Nisi enim alios finas de te (vt volunt) sentire nunquā Christi eris imitator, nunquā obtinebis humilitatem. Contēptibilia vbiq; decet te audire. Neque ipsu te opponas, neq; te, nisi grauius tua laederetur fama, excuses. Nihilominus tamē obserua, ne alijs mala de te dicendi, delinquendi ve occasio ē praebes. Tacendo, portando, te ipsumq; humiliando ac patiēdo, quā reluctando disputando, aut excusando plus alios aedificabis. Esto humilis, & causam tuā Christo committe. Sentiāt & loquantur de te quod volunt homines. Tuum erit nō propterea turbari, nec respondere. Christus nonne permisit, vt quicquid vellent de se cogitare, loquerentur que homines? Non tamen) cum id absque vitio potuisset eos arguit. Quanto magis tu contradicere tibi obloquentibus, neque potes, neque debes: vt pote qui aliorum corda scrutari haud potes, quippe qui te ipsum non agnoscis. Nemo molestiam onus ve sentit pressus, nisi quod nolit sentiat. Adhibe ergo animum, & ad volendum te coge, & molestia deficiet.

*Humilitas non modo, verum ceterae quoque virtutes quoniam fam-
cili pacto obtineri possunt: obtreccationes, vituperia,
laudesque aliorum vti humilis reuera
nil curabit.*

CAPVT XXXVII.

Non venitur de vno extremo ad medium, siue ad rectum, nisi conatus fiat, & labor vsque ad aliud oppositum extremum. Exemplum habes in erectione, vel refectione crux virga, quae si fieri debeat recta, non il- lam trahi sufficit ad medium, sed vltra medium etiam trahatur necesse est propter naturae repugnantiam. Simile est de vitio. Si transire volueris ad virtutem, oportet vt conatus se extendat (si licet) etiam vltra medium, in quo est virtus, quia nihilominus vix aliquando venies ad medium, vt si habere humilitatem velis, non solum sufficit, vt non queras, aut etiam fugias superbiam, vanam gloriam, & earundem occasiones, sed vt te etiam extendas ad vteriora oportet, vt scilicet desideres, velis & gaudeas te confundi, increpati, ignorari, ignarus reputari, aliasque tibi tribui imperfectionum aut defectuum vilitates qui non sunt scandalosi. Oportet inquam, vt vbi que studeas & quando venerit occasio, etiam gaudeas te ipsum abnegare, proprium sensum & voluntatem relinquere, alterius sequi, nihil in te despicabile dissi- mulare, in crepationem & confusionem non subterfugere, sed desiderare, humilationem semper appetere, defectus non excusare, & quicquid in te re- prehensibile est, maxime si palam est, vel non scandalosum, neque celare, neque palliare. Obserua tamen, quod nihil horum, hoc est, neque increpationes neque opprobria seu confusiones tibi debes procurare, sed in desiderio habere, & dum euenerint, desideranter expectare, patienterque suscipere, salua tamen sem-

Virtutes
quomodo
acquirendae.

Humilitas
quomodo
obtinetur.

Quomodo
erga oblo-
quentes no-
bis habere
nos debe-
mus.

Displicentia
sui vicini-
que habenda
quæ.

Lachrymæ
amoris hu-
mili corde
effundenda
quæ sint.

per (vt dixi) conscientia propria, & aliorum: vt propter illa non des tibi ateri-
ve occasionem peccati. Quapropter defectus tuos occultos, qui occulti sunt, & a-
lia secreta tua nulli vnquam propterea debes reuelare, nisi quando oportet, se-
licet priori, confessori & magistro vel directori tuo. Si quis aduersum te lo-
quitur, vel tibi detrahit, aut quid scandalosum tibi imputat, si verum est quod
dicit, patienter ferto, ipsum plura, prostratus ante eum, & emendationem pro-
mitte. Si falsum est quod dicitur, maximè si fuerit lethale peccatum, crimen,
aut scandalosum quid, eum qui tibi obloquitur, benignus instrue (ne illi occa-
sionem detrahendi & peccandi tribuas) veritatemque illi ostende. Si autem per-
sisterit, tu satis fecisti, tace & ferto patienter. Causa ne in aliâ quid illi in voce, cor-
de vel opere retribuas aut faueas: sed obsequia nihilo minus humanitatis, boni
verba, & benignitatem illi exhibe, & ex charitate pro eodè ad Dominum ora. Nul-
lo etiam modo eum iudices, sed Deo committe: neque alios de ipso malè loqui
quantum in te fuerit scias, nec illi detrahentes audias. Hæc tibi sit ex animo
humilitas, vt ex toto corde tuo tibi ipsi displiceas, & nihil in te penitus laudabi-
le credas, te ipsum tanquam grauissimum inimicum Dei, & propriæ salutis, odias,
& nullam tibi consolationem, etiam vbi necessitatibus tuis seruire cogeris tantum
malens (si liceret) te ipsum affligere, quam consolari. Itaque in omni consilio
one, vexatione, contumelia & flagello, gaudeas. & illis qui huiusmodi humilia-
tiones tibi inferunt, gratiam in corde habeas, propterea, quod hostem tuum,
hoc est, vilissimam te creaturam, Deoque ingratißimam & inobedientißi-
mam, pro te ipsi vlciscuntur, impelluntque, vt te in conspectu Dei cum summa
erubescencia, tanquam nihilum omnino deprimas, de tua vilitate, peccatorum-
que tuorum enormitate ac turpitudine vehementius in oculis Dei erubescas,
diuinæ bonitatis offensam indefinenter lugeas, & cordialiter pro hac, plus quàm
pro omnibus corporalibus incommodis quæ tibi euenire possint in tempore,
vel æternitate doleas, hoc est, magis desideas gratiam Dei amissam, innumerabiliter
infinitiesque neglectam, contemptam, offensam, & tui separationem à Deo
commeritam, quam pro quacunque æternitatis poena sensibili. Rursum non
pauciores charitatis & amoris lachrymas humillimo corde effundas, quod
Deum tuum qui ad eodè misericorditer te sustinuit, charitate tanta redemit,
tanta pietate vocauit, tanta benignitate à peccatis liberauit, tanta benevo-
lencia te suscepit, tanta diligentia custodiuit, enutrit, pavit, infinita vsque
in præsens tibi impendit, & se totum si illi fidelis fueris tibi possidendum
promittit (cum tamen de tua fidelitate nihil sibi accrescat, nihilque inde ha-
beat, gratis & ex charitate sua immensa omnia faciens) contemnis quotidie,
quam feres ex seruilis timore in tartarum igneam conijciendus. Plora, inquam,
quod illum spernis, cui si modico tempore obediens & seruieris, ille rursum
tempore sempiterno sine fine tuis desiderijs omnibus satisfaciet, & amplius
quam desiderare possis tribuet: & quamuis vt dixi, ne vnâ quidem micam
panis ab eo merueris nec pro minimo fueris beneficio eidem gratus, nihilo mi-
nus tamen talia tantaque tibi facit. Itaque maximè humiliare & deprimere te
debet propria malicia, ingraticudo, vilitas simul ac Dei bonitas. Item, ita humi-
lis esse debes, vt omnia mala quæ mundo eueniunt, propter te euenire credas, &
doleas. Omnino enim haud congruit vt maiorem, vel tam magnum æsumus pec-
torem in mundo, qui cuiusmodi tu, deliquerit grauitè. Postremo, quan-
tumcum-

tuncunque alios etiam inexcusabiliter excedere videris, adhuc tamen omnia peccata aliena parua & incomparabilia tibi sunt aestimanda in comparatione tuorum peccatorum, tuorumque ingratiitudinis. Proinde in omnibus quae facis, cum maximo timore reuerentiali & verecundia te in oculis Dei semper habeas. Quid tibi prodest, si magna de te sentiant homines? Quid iterum nocet, si te vilem credant? Vtrumque instabile, caducumque est, quod coram Deo neque accusat neque excusat. Non igitur ad praesens respicias tempus, nec ad hominum qui nunc viuunt iudicia. Scis quam saepe numero in te erauerint te laudantes, vbi profus nulla habebas, vnde laus tibi accederet, ratione. Quandocunque igitur laudaris ab alijs, aut aestimaris, nihil horum tibi arroges, nihil tibi vindices, nihil ad te sumas. Pari modo, si (vbi mali conscius tibi non es) vituperaris, non trahas ad cor, nec propterea turberis, sed cogita, & vt rem certissimam tene, alios te latentes in te esse defectus, quam obrem vituperationem hanc, & humiliationem tibi euenire sinunt Deus. Porro, si reus fueris, & vituperatione dignus (quando enim indignus es) suscipe humiliter, & geme, non propterea quod vituperaris, sed quod Deum offenderis. O despiciant te homines, despiciant. Contemptus ille via ad salutem, virtutum custodia, & gratiae perseverantia est. Nihil in via proficies humilitatis, quam diu anxiaris, metuis, sollicitus es, quid de te cogitent homines. Si malum est quod facis coram Deo, quare non dimittis, etiam hominibus renitentibus? bonum est, quid vereris homines? Abijce igitur fantasias, curas & inuestigationes has, an placeas, & quid placeat hominibus, & ne displiceas. Inuestiga quid placeat Deo, & illud, quomodo in eius honorem ac beneplacitum perficias, expende: deinde non propter charitatem proximi stude ab ijs quae proximo sunt molesta abstinere.

Peccatorem totius mundi maximū vt se quisque aestimare debeat. Laudes & vituperia hominum quomodo toleranda.

Humilitatis profectum quid impediat.

Voluntas aliorum quomodo preferenda sit voluntati propriae.

Abnegatio voluntatis propriae, vt in omnibus tutò eligenda: quomodo ea exercenda. Iudicium item proprii intellectus, vt Prae-latorum iudicio subternendum.

CAPVT XXXVIII.

In omni re licita loquere tuam sic abnegato voluntatem, vt semper (vbi alius contradixerit) alienam magis, quam tuam facias voluntatem. Nam & si id quod tua suadet voluntas videatur perfectius, atque virtuti vicinius, quam id quod alius suadet, tamen quia tua est voluntate electum, ipsa proprietat facit, vt iam ea re quae ab alio praecipitur vilius sit. Ex propria namque electione opus factum habet quidem fructum suum, quantumscunque is est. At vero quod propter alienam voluntatem subis, fructum quae suum habet, nec fortasse minorem quam id quod ex propria factum fuisset voluntate. Habet praeterea abnegationem tui, cuius fructus, si verè hæc propter Christum fuerit abnegatio, hoc est, si propter pacem & charitatem obseruandam cum proximo te abnegaueris, non est modicus. Vnde constat: nunquam re posse spiritualis profectus damna pati, sed lucrari etiam maxima, si relicta propria voluntate per abnegationis studium alienam, in rebus tamen licitis, & propter Christum sequutus fueris.

Itaque

Abnegatio
in quibus ex
eterna.

Itaque hoc studium abnegationis, à te seruari debet tam in spiritualibus, quam temporalibus, si is qui tunc contradicit voluntati, fuerit vir sapiens, spiritualis & alicuius iudicij. Sin autem in temporalibus duntaxat prudens fuerit, in spiritualibus ignauius. (quod non ita tamen conuenit te iudicare aut sentire, sed formidare) in temporalibus tantum (quæ nullius sunt momenti ad fructum abnegationis comparata) te abnegabis. In spiritualibus verò non ita indifferenter cuiusvis necessarium est te sequi iudicium. (Multi enim reperiuntur, qui in eiusmodi nihil habent iudicij, sed Prælati, confessoris, institutoris tui, aut viri alicuius boni, de quo haudquaquam suspicatur, vt extra vitam salutis si dirigere veller, iudicium est sequendum. Omni tempore vitæ tunc abique ulla cessatione debes in te persequi, calcare & cum indignatione ac violentia frangere voluntatē propriam, sensumque proprium, idque non solum coram hominibus, sed etiam quando solus es, vt non quæ tu vis cogites, legas, aut facias, sed quæ conscientia & timor Dei distant. Quamdiu in te est aliqua electio qua magis vis hoc, quam illud, &c. tamdiu non habebis pacem, sed oportere habere ad omnia indifferenciam, vt si debeas hoc facere, dicas Bene in nomine Iesu. Si dimittere, iterum, bene, & in nomine Iesu, & non sit tibi voluntas, nisi aliena, nulla optio, nulla inclinatio propria erga te ipsum, aut qua te ipsum, tibiua propriū quid quæras. Tenendū est in spirituali vita hoc certissimū & seruandū pro quodam paradoxo. In omni re dubia secure, & cum magno merito dimittitur voluntas propria, aut sensus proprius, & superioris voluntati obediatur, quia etiam si superior errauerit, non imputabitur tamen hic error discipulo.

Paradoxum
infallibile in
propria vo-
luntatis ab-
negatione.

Tunc autem est res dubia, quando in vtraque partem quis est scrupulosus, vel anxius, licet ad alteram partem magis declinet. Debet igitur illud quod Prælati eligendum iudicauerit eligere, quamuis ad altam fortasse partem plus ipse trahatur, quia quod propterea illuc plus trahitur, est causa, quia vehementia tentationis aut timoris eo illum impellit, vt pars hæc sanior videatur. Porro alteri (quamuis in sua causa sibi hoc modo videatur) & in aliena causa, vt potest tunc tranquillior corde, sanius dabit iudicium. Amantissime Iesu, quæ

Precatio pro
abnegatione
proprie vo-
luntatis.

neque velle, neque scire, nec etiam posse aut perficere, bonum habeo mecum, nisi in id tu gratia boni te & dederis & seruaueris. Adiuua igitur robora & confirma hanc virtutē, vt quod dedisti nunc velle, des, faciasque vt etiā perficiam. Fac benignissime Iesu, vt cum displicentia, sanctoque odio meipsum, cum profundissima humilitate, tuoque seruentissimo amore, funditus me vbique & in omnibus abnegem, pro sancta obedientia, idque faciam erga te, & erga omnes creaturas propter te, ne vlla profus in me proprietatis inueniatur vitiosa, siue externa, siue interna. Si quid desideraueris, quo felicitas sit carere, Christum huius loco pone, teque interroga, Christus ne sit, an aliarum quam optabas dignior seu charior? Vide autem quo in veritate ac ex animo respondeas: Mihi melior, mihi optatior est Dominus meus Iesu Christus. Ego ipsum eligo dominum meum pro hac re veli. In consilia tractatusve congregationum, si vocatus fueris, nō esto tu proprii sensus, vt contendas aut pro tua pugnes opinione. Sed hoc quod tibi videtur potissimum ac rationabile pronuncia libere, sine cuiuscunque respectu. Ibi enim iuxta tuam conscientiam, non iuxta aliorum iudicia interrogaris. Si recipitur, bene quidem. Si spernitur quod dixisti, superbissima foret res te velle tuam opinionem tueri. Itaque satis fit animæ tuæ quod interrogatus, quæ sentias dixisti. Sentium igitur tuum & consilium nunquam defendas.

In consilijs
congrega-
tionum quo
modo sit
proprius sen-
sus abnegan-
dus.

defendas. Neminem quoque in tuam opinionem aut sententiam, ante aut postquam consultatio sit, trahere seu illicere coneris, sed tacens roga Deum ut suam alij voluntate ad inspiret. Ceterum, si aliorum consilium in malum abiierit finem, aut inde sequatur, ignominia damnumve, tu tace, nec villo modo, quod tuum non sic sequutus consilium, cuiquam impropera.

Obedientia quibusnam, & quanto studio prestanda: utque omnibus alijs exercitijs ea sit anteferenda.

CAPVT. XXXIX.

V Bicumque Praesidentis aut Praelati tui tibi innotescit voluntas, quocumque id fiat modo, iussionem non expectes, sed parata voluntate mox ad illius offer te exequendam voluntatem: & hoc fiat vultu hilari, corde simplici, intentione deuota, strenue, diligenter, veraciter & integre. Similiter ad charitatem fratribus paratum te offer exhibendam, vbi superioris voluntas non contradicit. O frater, non frater, quare tibi obedientia est onerosa, nisi quia adhuc in te regnat superbia tua, & propria voluntas? Frange superbiam cordis tui, & propriam in te occide voluntatem, iam tibi quod prius videbatur onerosam, valde erit iucundum. Si enim felicitas est vlla in terris, aut in tentationibus securitas, hanc possidet verus & hilariter obediens. Ratio huius est, quia vere obediens non a se, sed a vicario Christi regitur: imò a Christo anima custoditur obedientis, ut ambulet simpliciter, ambulet confidenter, ambulet secure denique ac feciliter. Nullius enim ipse habet rei curam, nisi ut obediat. Quod si fecerit, nihil restat quin tam pace fruatur, quam securitate perpetua. Veh misero & infelici inobediens! Eius enim in terris nunc incipit gehenna ignis, & durat in eternum. Est enim inobediens omnis semper sine requie, semper sine charitate, tentationibus plenus, & daemionibus vndique circumdatus. *Aduua me Domine Deus meus. Occide in me omnem cordis proprietatem. Fac me vera obedientia filium, ut me funditus tibi, & omnibus creaturis propter te subijciam in profundissima humilitate.* Trahe me in te quocumque tibi placuit modo, per aduersa aut prospera, saltem ut perpetua charitate inuertibiliter tibi semper adhereram, & nihil nisi tuam in omnibus desiderem voluntatem. Si in re dubia, timorata conscientia trepidat obedire, dicas in corde: Domine Iesu Christe, quanquam conscientia mihi in hac re mea contradicit, possibilia est tamen hoc ex timore, suspitione, aut a passione euenire. Me enim possum regnare, & peccare rebellando. Quid enim si fortasse alius (quod puto) abud, aliter, meliusque, atque ego, hanc rem, quod me laeret, videri? Ideo proprium sensum meum possideo & contemno, & obedio. Si iuxta tuam voluntatem piissime Iesu, Praelatus iq ueret, quomodo credo & accipio, libenter faciens, facio qua iubet. Porro si contrarium tibi id esset voluntati quod iubeor, etiam faciens non facio, quia te offendere intendo. Hoc modo deposito scrupulo inter ambigua securus obedi. Hoc fundamentum tibi necesse est, ut constituas. Voluntatem propriam nunquam facias Alteri: nunquam facias, quod tibi oderis fieri. Alteri facias, quod tibi fieri desiderares.

VV

Quic-

Tobi. 4.
Mat. 7.
Viliora quæ
quæ eligenda.

Obediendū
vbi sit etiam
inferioribus

Obedientiā
omnibus a
lijs præferre
debet.

Mat. 26.

Insuper
superiorum
nunquam
expectandā

Voluntas
propria vt
coram Deo
sordet.

Cogitationi-
bus contra
obedienciā
qui respon-
deandum.

Quicquid minus vis, & quod sensualitati grauius est hoc (si reliqua paria sunt) elige, hunc laborem diligentius amplectere, qui ab alijs propter utilitatem aut difficultatem contemnitur. Attentus esto, ne aliquando propriam sequaris voluntatem, vbi aliena te non scandalizat. Magnum detrimētum humilitatis te passum esse cognoscas, si tibi alius obedierit, aut sensui tuo acquieuerit. Idē oportet te funditus propriam voluntatem eradicare, si pacem desideras: vt non solum maioribus & æqualibus, sed etiam iunioribus & nouitijs te subicias, & propter Deum obedias. Et in hac obedientia tua etiam nouitij plus edificentur, quam qualicumque verborum instructione. Hac tamē fiat obedientia, semper ex humilitate & proprio contemptu, non ex hypocritis & inani gloria. Obedientiā etiam simplicis aut vili operis disce præferre operibus alijs, quibuslibet, etiam perfectissimis, deinde opus charitatis. Hac præferri oportet omnia pari modo cunctis operibus prioribus, licet necessarij: necessitate tamen cōgruenti, nō ijs quæ extremē sunt necessaria. Nullū labor laber fugias, sed in omni labore, in omni grauamine & timore superuenturæ aliquid tentationis, tribulationis, confusionis, aut cuiuscunque euentus quē horret, aut cui repugnat sensualitas, dic: *Non mea voluntas Domine sed tua fiat. Sicut tu vis, non sicut ego volo. Saltem rogo, adiuues infirmitatem meam & paupertatem, vt hoc vobis illud persiciam aut sustineam. s. tibi placet, & secundum quod optime tibi & persiciam me placet.* Deinde Deo securus confide, atque quicquid super te venerit, de eius accipe bonitate, tanquam de manu ipsius. Nō timeat super te venire, nisi quod bonum tibi vtileque præuiderit. Quod si inuitus receperis, de eius manu quis teceperit, aut quæ gratia erit tibi? Insuper vel petitionem superioris nunquam expectes, vbi de voluntate ipsius confiterit. Similiter fratres ac proximos, si tacendo desiderent obsequia charitatis, præuenias. Vbi autem de ipsorum voluntate nihil tibi constat, non te ingeras, sed Domino te committas, qui cuncta ordinabit, sicut placet. Nullam tristitiam in facie ostendas tempore obedientie, vel obsequij huiusmodi, nec tristitiam in cor admittas, sed hilariter & fideliter ad alterius voluntatem sine vlla contradictione aut disputatione obedias. Gratissimum Domino atque excellentissimum sacrificium est, perfecta voluntatis propriæ mortificatio. Hac est vera obedientia de corde puro. Quantumcunque feceris si obedientia defuit, modicum & propemodum nihil est opus tuum, ad obdisplicet & sordet coram Deo propria voluntas. Hoc tamen de ijs est intelligendum operibus, quæ fieri aut non fieri fas est: hæc enim ornat vehementer obedientia. Melius est ad sustentationem naturæ cum obedientia comedere, quam ex propria voluntate antiquorū Eremitarū abstinentiam imitari, quia quicquid operi licito deest, totū & plus obedientia supplet, ita tamē si verē opus id fiat ex obedientia id est, non pro vana gloria, cōsolatione propria, aut aliquo eiusmodi. Homo enim sæpe querit seipsum, & non Deum. De hoc vide *cap. vicesimum tertium quartæ Revelationum Brigittæ*. Maria ad Brigittā. Cogitationes illæ diabolicæ sunt, quæ homini frequenter incidunt contra obseruantiam charitatis, aut obedientiæ, vt si requisitus aut postulatus fueris ad hoc vel illud faciendum, tuæ cogitationes interna respondeant, quare ipsemet non facit? quare mihi, quare non alteri hoc imposuit? Illas oportet te cogitationes cum violentia abigere, & impelleret cum hilaritate ad faciendum hoc quod iustum est, quia non homo iussit, sed Deus ita tibi disposuit, & tibi mortificandi te, ac propterea etiam merendi, tanquam

VI
6

quam sibi dilecto occasione procuravit. Dicat ergo ratio cogitationi tuae. *Quid ad te? Tu me sequere. Vnum est necessarium, scilicet Deo obedire hominique propter Deum. Prepara cor tuum ad obedientiam: & ad charitatis opera, ut hilariter & libenter omnia facias propter Deum. Necesse est enim ut quae tibi imposuerit, aut feras aut perficias vel inuitus. Verum tunc si inuitus feceris, nullum inde meritum habebis coram Deo. Frustra quoque affligeris, nec unquam pacem inuenies, idem semper dicentibus aut te rogantibus: Libere. Hoc verbum libere, fit etiam in corde tuo, expellendo tristitiam, & melancholica phantasmata. Sit praeterea hilaritas in facie, abijciendo turbulentiam, & cum serenitate vultus, ostendas bonam voluntatem internam. Non contristes fratrem tuum, ea quae praestare poteris, illi negando, reculendo, aut cum tristitia & turbulentia impendendo, eumve quasi gravate adiuuando: quia forte praeter alios maiorem in te confidentiam habuit, ut rogaret te. *Adiuua & perfice in me omnipotens Deus, voluntatem tuam, ut quod docuisti, humiliter & strenue faciam, & quaecumque fecero, ad tui solius honorem referam.* O frater nullius operis tibi discutienda est utilitas, sed ne utilitas quidem tibi sit quod hoc faciendo obedis. Neque enim maior esse potest fructus, quam ille quem obedientia adfert. Quid tua refert, proficuum ne sit quod iubetur, an otiosum? Obedientia tua fructu non caret, nec illam operis iuxta praefinitionem estimationem ve, sed iuxta animum magis feruentem, & ad sui abnegationem paratum, simplicemque recipies. Nullo igitur modo interroges, quare hoc ita iustum sit, quare tibi sic iniunctum, quis fructus sit huius rei. Hoc inquam, ne cogites quidem, quanto minus loqui verba haec non congruit. Sufficienter tibi obedientiae (qua nil melius) utilitas. Vade igitur sicut bonus asinus simpliciter, quicquid iubetur (quamdiu certum non est id displicere Deo) perficiendo, quocumque duceris, non refragando, quicquid denique tibi impositum fuerit, de eadem re non querulando. Si proposuisti operis boni quid facere, & illo tempore interueniente obedientia, vel charitatis opere cogas id quod proposueras intermittere, noli tristari propter euentum obedientiae, vel propter importunitatem operis ex charitate faciendi: quia obedientia & charitas nunquam non suppleant & superimpendant plus meriti, quam opus factum ex propria voluntate habuisset. Tristitia in huiusmodi venit saepe ex immortificatione proprii amoris. Quo denique plus homo diligit, ad hoc plus inclinatur, & plus afficitur. Itaque illud quod agere statuit, plus amat, quam quod sibi charitas vel obediencia iniungit. Tristabitur igitur saepe numerum magis quod non propriam voluntatem agere sinitur, quam quod intermittere cogitur opus bonum, quamuis haudquaquam intermitteret, sed in melius commutet. Noli tristari (ubi gaudendum est) si tibi plura quam caeteris, aut frequentius obedientiae opera, & charitatisque iniunguntur, aut si ad laborandum saepe voceris ad communia, vel in adiutorium sacratae, aut si tu ad aliqua, ad quae non alij, voceris: quia multas gratias agere teneris Deo, quod tantam occasionem mortificandi, merendi, & proficiendi tibi disponit. Tu enim ex voluntate propria boni volebas aliquid agere: Ille te mittit ad opera obedientiae & charitatis, quibus agas meliora. Tu pro argento volebas operari: Ille te mittit ubi interim laborans aurantium tunc recepturus. Singularis (crede mihi) est gratia, a Deo multas accipere occasiones necessitatesve bene operandi.*

IOAN. 21.
LUC. 10.
Opera obedientiae ac charitatis hilariter perficienda.

Cum hilaritate iuuandus proximus.

Obedientiae operis utilitas neque utilitas discutienda.

Opus bonum propter obedientiam vel charitatem intermissum quomodo suppleatur.

Occasiones bene operandi cum gaudio esse suscipiendas.



Reuerentiam quantam teneamur nostris exhibere Prælati.

CAPVT XL.

In simplicitate ambulans, quam sic securus.

Nemo securius ambulat, quam qui in simplicitate cordis ambulat, qui simplici omnia oculo intuetur, qui de superioribus suis sublimiter sentit, illisque affectum reuerentiæ, dilectionis atque obedientiæ, sincerum ac castum semper exhibet. Qui verò aliter agit in tentationes varias à Deo aut labi, aut etiam deficere finitur. Transeundo patrem, quando ei inclinans, in corde tuo dic: O sancte pater, ora pro me. Item: Faciat me Deus participem sanctarum orationum tuarum. Item: Ego commendo me tibi, & per te Deo in visceribus charitatis Christi.

Resignatio sui omnigena quam sit cuique necessaria: pertinacia proprii sensus quam sit detestanda atque Dei providentiæ omnia committere nebeamus.

CAPVT XLI.

Providentiæ quomodo sint omnia committenda diuinæ.

Pertinaciam in propria opinione petitione esse cauendam.

De manu Domini omnia patienter accipienda Occurrentia omnia ut de manu Domini sint accipienda.

Cuncta providentiæ diuinæ, eiusque beneplacito committenda sunt, præsertim ea quæ humanæ non subiacent industriæ, & quæ futura, aut incerta sunt. De illis enim nihil est homini aliud tractandum, quam ut ea beneplacito diuino eiusque committat providentiæ, extra quam nihil est appetendum. Quapropter si in consultatione es multorum, & cogaris tuam sententiam dicere, aut si aliqua te necessitas, siue propria, siue aliena urgeat petere aliquid seu procurare, non sis in tua petitione, sententia, opinioneve pertinax, aut importunus, sed semel bisve dixisse sufficiat. Rem deinceps omnem committe Deo, credens, si quam desideras rem, placuerit Deo, fiet: & verbi studijque tui erit fructus. Sin minus, tu quis es qui procurare auderes rem quæ Deo displiceat? Aut quomodo contra Domini voluntatem auderes moliri quicquam? Quam diu igitur Dei ignoras voluntatem, Deo, vbi semel bisve quod tuum erat pro tuo officio nifus es, totum committe. Peccato itaque quoniam excluso, alienam magis opinionem sequere. Disce re cupita, aut etiam necessaria carere, vbi semel bisve rogaueris hominẽ (nisi obliuio ei qui rogatur & dare velit, intercessisset) donec Dominus ordinauerit, aut prouiderit tibi. De manu Domini omnia accipito, ac si Dominum audires in singulis tibi loquentem. Fili, hoc ferto propter me, aut hoc facito propter me, quia maiora ego tuli propter te. Itaque cuncta quæ tibi occurrunt, siue tristia sint, siue læta, peccato solo excludo, per quem curaque tibi euenerint, à Domino arbitrare eadem tibi missa, nec aliter fieri debuisse aut potuisse. Proinde haudquaquam ad eum respicias per quem tibi sit iniuria

in iuria aut molestia. Hunc enim Dominus sinit labi, pauld post rursus erigendum, propter te, ut in pati habeas. Respice potius ad Dominum, hoc est, ad eum qui hanc tibi ut ferres, molestiam, misit. Non iussit proximum tuum tibi molestum esse, sed te iubet proximi molestiam æquanimiter ferre, ipsumque non prohibet, hoc est, non arceat, ne molestus tibi sit, & hoc (ut dixi) propter te, ne tibi exercitium sanctæ virtutis desit. Atque ideo quem in tuam vides utilitatem peccasse, videlicet ne tibi desit patientiæ exercitium, pro eodem debes orare, ne tui causa illum Dominus puniat, sed ignoscat, atque conuertat. Hoc etiam de eius benignitate maximopere sperare debes. Esto igitur ut qui non habet propriam voluntatem, aut electionem. Hoc tibi videatur magis perfectum, quod proximorum placet voluntatibus, idque nõ studio placendi hominibus, sed Dei contemplatione, qua diligimus etiam proximum. In dubijs, & quæ non sunt necessaria ad salutem aut profectum animæ, noli esse fixus, hoc illud de desiderando, aut optando, quantum minus procurare tibi ea præfertim liceat quæ habent aliquid mundanum, vel carnale, id est, honoris vel consolationis vanæ annexum. Horum desideria non admittas: sed in principio quam primum senties, ut serpentes ea abicias. Resigna autem te Domino Deo tuo, & pete ut ipse te dirigat in omne beneplacitum, & tecum disponat, quomodo ipse melius tibi expedire noverit. Si esses mortuus, ad omnia quæ extra Deum sunt, neque vituperia, neque iniurias, neque quæcunque alia quæ te in Deum non ducunt sentires, imò tanquam folia volantia non adverteres. Vide igitur quid in te vitiat. Nempe illud propter quod inquietudo seu pœna in corde tuo generatur. Tu nihil vis pati pro Christo? Nihil enim fers æquanimiter pro eius amore, & cum silentio cordis & oris, eorum præfertim quæ ab hominibus tibi permittit evenire. Quare non dicis: Bone Iesu, hoc tu mihi misisti? Ego quoque tui id amore suscipis, aut amore per gratiam tuam cur non sustinebo? Tacebo igitur. Adiuva tu piissime infirmitatem meam. Quare non gaudes etiam te pro Christi amore quod sustineas non nihil habere? Itaque quicquid pateris, ita accipias, ita toleres, ut per intentionem ordines ac referas in Deum. Hunc igitur animum patiendi assumes, ut pro Christo, aut propter Christum velis omnia pati: & ita patiaris, ut fructum aut lucrum patientiæ habeas, scilicet charitatis & gratiæ maioris, apud Deum. Intentio inferentis molestiam non facit ut pro Christo aut pro temetipso patiaris. Pro eo enim quod ille in eum inderit, tu neque laudaberis neque vituperaberis, sed in quem finem tu ordinaveris, & cuius amore ac intuitu voluntatem tu patiendi adhibueris, hoc est illud, propter quod pateris. Si pateris ut hominis habeas favorem, aut aliquid eiusmodi illud (sive homo sit, sive quodcunque aliud quod amas) est hoc, propter quod, aut pro quo pateris. Si vero pateris ut Christi iuvenias gratiam, Christus est pro quo pateris.

(::)

Omnia quæcunque patimur ad Deum sunt referenda.

Extra diuinam nihil est voluntatem
appetendum.

CAPVT XLII.

Prælati
quomodo
consultan-
dus atque
rogandus sit

Resignare ut
se debeat ho-
mo in diui-
nam volun-
tatem.
Mat. 6.

Diuinum beneplacitum, omnium sit viarum tuarum regula & directio, ut neque consentias neque dissentias in quamcunque rem, nisi iuxta hanc regulam. In rebus etiam necessarijs esto patiens Deo & resignatus, ut non leuiter, nisi urgeat necessitas, quid à Prælato petas. Quod tamen antequam petieris, resignate Deo, eadem de re, quam cupis libenter diuiniusque velle carere, si Deo placuerit, hoc est, si prælati rem ipsam negauerit. Voluntatem enim Domini ex eius intelliges voluntate. Hæc itaque intentione, hoc pacto accedendus, consultandus, rogandusque est Prælati, non ut succipias, quod cupis, sed ut ex eo, quæ sit Dei voluntas, discas, eademque consentias. Si multum de futuris cogitaueris, si timueris vehementer, nihilominus quod eueniet, eueniet, ideo te committe Deo, dicens: *Miserere mihi Iesu, optime Domine, si voluntas tua, non potest quod tu vis esse malum, sed ordinatissimum sit necesse est, quicquid de te procedat. Non aliud aliter ve desidero tecum fieri, quam tu ordinasti, aut quæ tibi placet. Si me vis habere infirmum, sit nomen tuum benedictum, & fiat voluntas tua. Si vis me habere sanum, sit eque nomen tuum benedictum, & fiat voluntas tua. Si vis me mori, sit nomen tuum benedictum & fiat voluntas tua. Si vis me viuere, sit nomen tuum benedictum & fiat voluntas tua. Hoc tantum obsecro, fac in tua semper gratia sim ac maneam. Nihil desiderem, nihil optem, nihil velim, nihil agam aut possim aliud præter illud quod tibi placet. Itaque in omnibus sic inuentar, sic me habeam, quomodo perfectissime tibi placet.*

Patientia ac mititas in quibus, ad quos, & propter
quid seruari debeant.

CAPVT XLIII.

Turbari nõ
debet ho-
minem pro-
pter aduersi-
tates.

Mat. 6.

Propter aduersitatem quamcunque homo non debet perturbari. Quid enim iuuat turbatio, nisi quod consilij inopem, distractum, amarum reddat, & ad omnia ineptum? Consultare tamen super aduersis imminentibus licet, quomodo si licet, aut patienter toleretur sapienter amoueat, idque propter & iuxta Dei beneplacitum. Huic nanque in omnibus Dei seruum esse maxime oportet subiectum. Circa ea igitur quæ diuinæ tantum dispensationi ac prouidentia subiacent anxie prorsus omnes cogitationes sunt abijciendæ. Porro de futuris malis, atque an eueniant ambiguis, ne cogitandum quidem. Sufficit enim *dies malitia sua*. Noli igitur tu miser esse ante tempus. Noli præterea in ijs quæ præsto sunt, calamitatibus animo inæterem molestiam que conduplicare, ut simul præsentem feram molestiam patiendo, & futuram timendo. Solutum est propter tempestatem, auræque variationes turbari. Hæc enim semper nobis fuisse incerta: Deo verò ab æterno cognitum est hæc horam hocque

momentum (quomodo nunc sentimus) sic futurum. Esto igitur semper patiens esto tranquillus, & Deo omnia committe, quæ tua nequis industria mutare. Quomodo te neminem decet iudicare aut contemnere: ita eundem etiam causam alijs te contemnendi, iudicandi ve (quantum in te est) noli præbere, ne simul quoque des delinquendi occasionem. Porro si ob demerita tua tibi euenerit contemptus, gaudens hunc suscipe, quia meruisti, qui si etiam occurrerit innocenti, non ad eò sumas ad cor, ut pro illo digneris cogitare, vel tantum quantum cogitares si canis in te latrasset. Nemo laudando corripiendo ve facit ut alius iam sis, quam esses, si tacuisset. Prodest quoque magis ad futuram vitæ correctionem vituperari quam laudari. Si aliud tibi quam oportebat aut quam sperabas, factum fuerit, ad hoc, & ad omnem iniuriam tacetis dissimula. O quam bonū & saluterū est, ad iniurias tacendo, hoc est patiendo dissimulare. Quando tibi aduersitatis aliquid acciderit, etiā quando solus es, ut quando te laferis &c. primū tibi incidat, si que in corde & ore tuo: Deo gratias, vel benedictus Deus. Si fuerit magna aduersitas, statim lege: *Te Deū laudamus*, vel *Benedicite omnia opera Domini*. *D. n. i. v. o* &c. exemplo S. Elisabeth ducissæ Lantgrauiz, & pro eo qui te verbo aut facto laedit, flexis genibus lege Orationem Dominicam. Cæterum vbi inter alios fueris constitutus, dic vnam Salutationem Angelicam in silentio. Si vis Deum & homines reconciliare, aut placatos habere, si cor tuum in pace seruare volueris, quicquid tibi iniungitur, semper in corde, & nihil aliud in ore respondeas quam, bene, aut libenter. De quibuscumque item defectibus accusaris (nisi essent multum scandali ob & falsi) semper dicas humiliter, & ex corde. Est mea culpa. Certum est neque monachos, neque eos qui in congregatione sunt constituti vnquam possit proficere, vel pacem habere, si contendere cœperint mutuo aut corrixari, hoc est, si noluerint sese inuicem humiliare. Nam si defectus suos defendere maluerint & excusare, non inuenient pacem. Itaque vnum hoc verbum seruat eos in pace & obseruantia, si accusati vel increpati, statim dicant humiliter. Mea culpa. Superbia quidem hæc recusat ex animo dicere. At necesse est ut tibi principio facias violentiam & hic, & circa quamuis aliam virtutem. Increpatas pro re aliqua, cuius tamen contrarium agere tibi non licet, propterea quod sis obedientiæ obnoxius, quamuis alioqui vtrunque, & quod magis, & quod ille qui te increpauit vult, licitum sit, benigne correctionem accipias absque murmure. Porro vbi offert se occasio qua illi loqui possis, redde eundem rationem, quare sic & non aliter tibi facere incumbat: utpote sub obedientia aut cuiuspiam magisterio constituto, idque dicas breuiter sereno vultu, & humiliter. Si non receperit, noli vltra contendere, disputare ve cum eo (huiusmodi enim colloquia contentiosa, aut disputatiua, pacem turbant, & ad nihil conducunt) sed ipso sic informato quæ obedientiæ sunt, facito. Defectus aliorum, aut peccata quæ tu non potes emendare, charitate cooperias, committe hæc Deo. Nec animum tuum huiusmodi velis occupare cogitationibus aut tentationibus: quin potius huiusmodi à corde proice, & ac si non vidisses, aut non essent hæc clausis oculis trāsi. Ad defectus aliorū patiens esto, hoc est, nō murmurare, non discutere, videns nō considera, audiens nō intellige: quia ipsi fortasse aliter agēdū ignorāt, aut ex necessitate, aut bona in eiuone coguntur ea, propter que turbantur, vel inuiti admittere, quā ob id sūt excusabiles. Potest quoq; fieri ut ipsis necessarij sint modici defectus, hoc est, qui illis proficiendi præstet occasionem.

Cris-

Vituperari interdū melius est quā laudari. Aduersitatibus occurrentibus, quid faciendum.

Quomodo Deus & homines sint reconciliandi.

Pax per quid in congregatione seruatur.

Increpatio benigne accipienda.

Colloquia disputatiua pacem turbant.

Patientia ad aliorum defectus seruanda.

Credis præterea hæc ipsis plus displicere quàm tibi, sed ob aliquid grauius tamen non posse eos vitare hæc minora. non tamen propterea periuadeas hoc tibi, quod ipsis putare debes hac occasione licitum, permissum esse tibi eos imitari. Tu enim hoc modo non esses constitutus, vt fores excusabilis coram Deo. Denique hæc defectuosa (crede) Dominus in ipsis permittit (quæ conscientia ipsorum non lædunt) vt tibi hæc cedant in exercitium virtutis, scilicet patientiæ. Recordare superbe & impatiens, detractorum, obloquutorum, contumeliosorum &c. quas passus est Dominus Iesus, dum tamen innocentissime & irreprehensibiliter vixit, & noli mirari, nec turbari, contra te vas iniquitatis, homines murmurent, querulantur, detrahant &c. Ipsi liberum habent cor, quare non potes tu prohibere, quin sentiant de te homines, iudicent & loquantur vt volunt. Stultum igitur esset contra talia nitri. Patientiam oppone pro clipeo, dissimula, noli te vindicare, noli turbulentiam in te indignationemve habere seu ostendere. Noli timere, nemo quicquam valet nisi quod sit pro te: imò hoc etiam nolentes tibi efficiunt, quod impedire volunt. Non possunt homines impedire prouidentiam & prædestinationem Dei: quia non est consilium, non est sapientia contra Deum. Si est ordinatum à Deo vt hoc fiat vel illud, omnes machinationes hominum diuinæ prouidentie aduersantium erunt inanes. Si non placet Deo vt fiat ipsi efficiantur, tanquam instrumentum quod circa te debet fieri: & si ipsi non essent, nihilominus, completeretur circa te prouidentia Dei. Nemo igitur potest tibi nocere, nemo te potest impedire, tantum ne te ipsum delectas, nec hominibus resistas, sed totum committe te Deo, qui per mala bonaque, imò qui non minus per contraria quam per idonea perficit voluntatem suam, tibi que salutaria prouidet. Horum exempla multa legisti, & etiam vidisti. Quæcumque fuerit molestia aut onus quod tu portas (quamdiu tu illud abique peccato ferre potes) noli abijcere illud ex impatientia, aut alia causa leui, nisi Deum ita credideris velle vt molestia hac careas, propterea quod ad meliora hæc sit impedimentum, alioquin molestiam omnem malueris sustinere, quam increpare contristarive proximum tuum, aut contra eundem querulari. Satius foret indigentiam aut necessitatem aliquam licitam sustinere, quàm singulare quid insuetumque, siue statui tuo illicitum, aut etiam reliquis inter quos visis scandalosum, procurare seu introducere. Memèto quia nò tibi ipsi soli, sed alijs quoque viuendum est. Si tibi probrosum, laboriosumve quid fuerit iniunctum, noli contradicere, noli aspernari, noli querulari, noli denique insufficientiam tuam excusare ad onus subeundum, sed experire vires tuas, & Dei gratiam inuoca. Post quod vbi verè illud implere nò potueris, humiliter ei qui tibi iniunxit id insinua. In rebus tamen arduis, potest quis in principio suam incongruentiam narrare, ita tamen vt prælato informato, si in sententia idem persistit, obediat, vires suas experiendo. Si aliquid emendandum fuerit, & charitas fraterna hoc à te obtinuit poposcerit vt fratrem proximumve tuum admoneas, non facias illud in calore passionis, dum passio zeli feruet, sed dum tranquillus fueris. Aut generalibus verbis circumloquaris, querens occasionem qua instruar, caue etià quantum potes, ne ipsius grauetur vrecundia, ne, si fieri potest sentiat propter se hæc dici.

**Detractiones
patientes
sustinet.**

**Prouidentia
& prædesti-
nationem
Dei, non po-
te impediri
ab homini-
bus.**

Benignitas quanta erga cunctos seruanda sit: utque leto hilarique vultu omnia molesta excipienda sint à quolibet homine.

CAPVT XLIV.

SAepe monitus, sæpius es admonendus, ut omni qua potes violentia caueas, Opera obedientia & tristitia vllum signum in te appareat unde alius contristetur, aut quare peniteat quod te vocauerit. Cogita quod quicquid proximo facis, Christo facis. Noli ergo perdere meritum tuum, sed alacriter perfice cepta, nullam admittens discussionem vel tristitiã, ut in conscientia tua tu quoque possis consolari, quod hoc feceris, & alius non doleat (ut dixi) quod te in obsequium auxiliumve vocauerit. Quicquid enim tristis facis, aut turbulentus, atque inuitus, laborem quidem habes & grauamen, sed gratiam neque habes apud Deum, neque apud homines, quia inuitus facis. Secus tamen foret, si licet te sentias tristem atque inuitum, cogas tamen te ipsum ad faciendum quæ facienda sunt propter Deum, hoc est, ne pecces aut minus Deo placeas. Coge te semper ab intra ad dulcedinem & inuitam erga fratres. Quomodo tu non libenter haberes, quod aliquis tibi cum tristitia seruiret, imò pœniteret te quempiam huiusmodi vocasse, timeresque posthac in simili negotio ad eundem redire: ita tu quoque te alijs non inuoluntarium tristem ve exhibeas: sed eum interna sancta tristitia, id est, compunctione, recollectione, humilitate & sine leuitate. Ab extra hilaris, maturus & taciturnus esto, teque libenter impende cunctis fratribus, non tamen ingeras te non vocatum.

Solicitudo animi, erga res quas cuique siue infirmitates corporis, siue aliorum suspitiones aut timorem vanum, ut sit maximopere fugienda.

CAPVT XLV.

STude ut inter Deum & cor tuum nihil mediet. Cogita quod tu solus sis, & Dominus. Quando aliud incidit, tunc dic in corde: Nihil est eiusmodi. Solus Dominus est in cuius conspectu sto, qui me videt, amat, & seruat. Item: Non est seculum. Non est hoc vel illud &c. Cum nulla re disputare expedit aut contendere, sed simpliciter abijcere, ne curæ, phantasiæ, suspitionesque incidat. Pro nulla re penitus sollicitudo, anxiae cura est viro perfecto habenda. Pro nullo item corporali est defectu tristandum, sed curam tuam omnem in Dominum iactes, & ipse te entriet. Ipse tibi necessaria, ipse salutaria providebit, tantum credas confidasque tu illi & in pace eidem seruias. Porro si conscientia te

vrgeat postulare aliquid, quod ex statutis non debetur (quamdiu enim sanus es, aliud præ cæteris in congregatione constitutis petere non debes) semel bisve (vt supra monui) petas. Si datur, cum gratiarum actione in Dei suscipias nomine. Si verò negatur, dissimulatur ve, haudquaquam indigentiam carentiamve tuam alijs dicas, ne in ignominiam incidat, aut fratrum detractionem is qui negauit. Nullo enim modo te contristari propterea oportet, sed Deo te committere. Tuum fit de quocunque homine in simplicitate cordis bene sentire, atque quod factum est, ex Dei crede prouidentia id tibi accidere, propterea quod aliud fortasse non expediret tibi. Deoque magis acceptum fit vt hac te careas quàm vt habeas, atque idèd ipse, non homo petitionem tuam impediuit. Quando cogitatio aut timor incidit, quod oporteat te deserere conuentum propter infirmitatem, cogita in corde respondendo. *Quamdiu vn. cascintilla fortitudinis seu valetudinis est in corpore meo, non desinam seruire Domino meo. Si sanus, sanus si infirmus, infirmus eidem seruiam. Bone Iesu, tu scis quod ego nihil possum. Quomocunque mecum feceris, totum bonum est: saltem ex culpa mea in seruitio tuo non deficiam. Quomocunque, quocunq; modo mihi euenire permiseris, mihi eueniat, tantùm vt tibi fideliter seruiam, hocq; pacto tibi placeam. In oculis quoq; tuis ita existam, qualè me esse secundùm perfectissimùm tu sanctissimùm cordis beneplacitùm velles. In choro aut alio labore fatigatus, dic in corde. Ecce in hoc loco aut in hoc labore permanebo, & moriar propter Dominum meum, qui pro me in cruce affixus sine vlla sustentatione, aut consolatione stetit. Non egrediar nec recedam, donec præ lassitudine ad terram cadam. Adiuua me possim. Domine Iesu Christe Grandis superbia est, si in aliqua vel pro aliqua re hominem timeas, vbi Deum non times. Fortasse enim idèd Deum non times, quia induruit cor tuum ad suscipiendam verecundiam. Au: idcirco fortasse homines, vbi Deum non times, metuis, quia opus quod fecisti bona conscientia & intentione recta putas factum, quam vtique in abscondito nouit Deus. Homo verò secundùm exteriora tantum iudicat, vnde times scilicet ne is hoc factum tuum male interpretetur, neve de te malè sentiat, ne se tibi comparet vel præponat, ne reuerentiam solitam subtrahat, & in alijs quoque quibus antea de te edificatur, iam dubitare incipiat. Oh superbia multas tibi generat cogitationes, quia non vis modicum confundi, nec vilis sed gloriosus reputari. Si aliquid feceris, vel dixeris, vel aliquid tibi acciderit coram alijs, quod in oculis duntaxat est hominum reprehensibile, si times inde fratrem tuum scandalizari, discute cogitationem tuam, & conscientiam tuam examina: quia ferè semper eiusmodi oritur cogitatio ex superbia, aut pro vana gloria. Cogita quod hoc idem quod tu fecisti vel dixisti, alius fecerit, & interroga te, an etiam tunc doleres, adeoque timeres ne fortasse fratrum intuentiumve quispiam scandalizetur. Si enim ex charitate, ne frater scandalum patiat, formidas, & que in alienis, atque in tuis negotijs id times. Sed vereor, vt rarò id tunc timeres, aut doleres; imò nihil curares. Verbi enim gratia: Si fortè falso aut vero tibi in conspectu alterius vel aliorum impropere tur quod sub psalmo vel aliquo versu, vel lecti one obdormisses, prima cogitatio tua esset, quod hoc nõ deberent mēiri, vel iudicare false, aut coram alijs id tibi verecundo non deberet obijci. Ecce superbiã, quando eorū verba coram Deo nihil tibi nocere, sed prodesse vehementer possunt, siue innocens, siue reus fueris. Dolens quod ille alius, qui tibi obiectum hoc vicium audierit, inde sit*

Infirmi quo se solati debeant.

Fatigato in opere Dei quid cogitandum.

Timere homines & non Deum quare fit superbia.

Scandali timorem sepius nasci ex superbia.

scanda-

scandalizandus. At reuera hoc tantum lædit te, quia non vis te iudicari, vel negligens reputari, vel despici & cætera. Aut fortè si reus es, putas tamen quod non debeat in conspectu aliorum tibi hoc obijci, quia scandalizantur: quanto magis si innocens es, non deberet dici, unde scandalum times? O iterum superbiam, non times scandalizari alios, sed metuis te confundi, minorarique in reputatione aliorum. Tunc enim alium scandalizasti, quando ex te sumptit occasionem peccandi. Ecce dicatur, quia dormierit alius ille vel ille frater in choro. Nunquid cogitas vel times intra te dicens, heu, heu, alij fratres hoc audientes scandalizabuntur? Ex hoc igitur intelligis, quòd non aliorum scandalum, sed tuam confusionem superbissimè times. Post hac amplius non timebis cogitationes, suspitiones, vel iudicia aliorum: sed nec cogitabis quòd de te alij sic vel sic cogitent. Secundum quòd tibi faciendum iuxta Deum videtur, ita facito. Recurre semper ad testimonium conscientia, siue malè siue benè feceris, & secundum hoc doleas, vel gratias agas Deo. Omnem confusionem, hominum quemurmutationem super te venientem, quæ non ex culpa tua accidit & cuius occasio præter tuam accidit voluntatem, puta quia tu causa siue autor non fuisti, vt turbatio murmuratiove fieret; illam inquam confusionem, murmurationemque debes tacendo simpliciter, aut modestissimè parcissimèque excusando libenter ac patienter portare. Quicquid homines fratresve tui de te dixerint, modo conscientia tua non reprehendat te, nec tu illis scandalum dederis, imperturbatus audias. Interpretentur ipsi sicut homines, & quomodo volunt. Humilitatem tu non debes perdere per superfluas excusationes. Nam si scandalum aliunde non ex te venerit, puta vel ex eorum displicentia, vel suspitione indebita in rebus modicis, non occupes animum tuum, quomodo illud sedetur. Suapte enim facilitate qua nascuntur, peribunt quoque huiusmodi scandala seu turbationes alienæ, idque maximè per dissimulationem, patientiam & silentium. Verbi gratia: Silentium temperandum est cum serenitate in vultu, & benignitate in verbo, sicubi necesse fuerit loqui, quo tollas suspitionem, ne in te seruetur silentium indignationis aut rancoris. Itaque si silentij studiosum atque nihilominus serenum atque benignum quis te mutum appellauerit, aut aliquo cognomine alio probroso te spreuerit, nihili æstimes. Perseuera in tuo proposito bono, quasi non intelligens tui contemptum. Vide tamen ne verba (vbi fas est loqui) necessaria neges, aut respondere recuses: quin potius quæ dicenda sunt, quam breuiter quamque humiliter ac dulciter potueris, proferas. Quid stulte sollicitaris & times de futuris, de gelu, deque defectu? &c. Quando dicit tibi cogitatio, quòd gelu & frigore offuses, & pedes intumescant &c. Responde: Sicut Domino placet, ita fiat. Siue sani simus, Domini sumus, siue infirmi fuerimus, Domini sumus. Suspitiones fratrum proximorumve quorumcunque non timeas, si à malo, si à specie quoque mali abstinueris. Non habes proximorum tuorum corda in manibus. Erras vehementissimè, si putas posse omnes aut excusationibus placari, (quamuis in rebus sic fieri debeat grauibus, quo conscientia tua excusetur, vt scandali lapidem amoueas, hoc est, vt ei qui fortasse pusillus, scandalizatur, rationem reddas (aut blanditijs persuaderi, vt non suspicentur obloquenturve contra te mala. Proinde quicquid tibi faciendum est, facito: quicquid omittendum omite.

Confusiones aut murmuraciones quomodo portandæ.

suspitiones alicui quando non sint timendæ.

Palliano
non debe-
mus nos vel-
le excusa-
re.

Sentiât vnusquisque quod velit, iudicet quomodo velit, modo quod facis non sit malum, nec mali speciem habeat. Itaque timore suspitionum istarum haud quaquam vtaris simulationibus, palliationibus colorationibus-sophisticisque responfionibus (vt solent quidam non absque ignominia) sed quod sincere factum est, sincere confitearis. Maior etiam laus sequitur culpam (preferim si non est scandalosa,) quamuis secreta sit, humiliter confiteri, quam palliationibus, quibus eandem excuses, vti.

Puritas cordis quibus modis acquiratur, custodiatque: quenam illam maculent, cogitationibus item ingruentibus nociuis quomodo obfistendum.

CAPVT XLVL

Cordis custodia diligentiſſime obseruanda quæ.

COr tuum nulla re studeas occupare, nulla inquinare, quæ tuo proposito non conducit. Vigila quæm diligentissimè pœces super custodia cordis tui. In illa enim tibi erit salus. Quamobrem nihil exeat cor tuum, nihil intret nisi diligenter ante discussum, an ex Deo veniat, & an in Deum promoveat illum enim ames, quæras intendasque. illum solum in corde tuo possideas, illum teneas intra te clausum, colligatis atque retētis sensibus tuis ac viribus. Tu quoque cogitationes tuas immergas clausasque teneas in vulnere lateris Iesu Christi. Ibi te immerge, ibi quiesce, ipsumq; in te quiescere cupientē deuotns recipe. Carnalibus obscenistis tā imaginationibus quā cogitationibus incidentibus, curre ad piissimam virginem Mariam, dicens: *Aue Maria castissima, adiuua me.* Initio mox vbi senseris occurrere obscenas imagines & cogitationes, ostia cordis præclude, & cum detestatione ad aliud, maximè ad Deum, te conuerte. Quæcunque obscena illicita, occiosave ad cordis tui ostium pulsauerint, & ingressum cupientes, cum indignatione contemne hocque contemptu, antequam locum in corde recipiant, eas reprime. Noli etiam postea reuocare ad memoriam ea quæ inciderunt, aut quæ incidere atque cogitari voluerunt, ne in pace perdas, quod bello tenuisti. Ah nihil in cellam tecum introducas non sanctum, sed omnia antequam cellam intraueris, foris remoue, vt non tam in corporis quam cordis solitudinem, cella introiens, te recipias. Homo stans in aliqua cogitatione, si inopinato tunc accidat aliquid, scilicet rumor, strepitus, sonusve insolitus, statim dimittit vel obliuiscitur illius quod in corde tractabat, & arrigens aures, aulculat ad hoc quod foris accidit, & cætera. Sic quando in corde tuo sentis cogitationes falsas, vel aliquid quo velis carere, tunc subito propone tibi aliud licitum sanctūve (vt sunt vulnera Christi passioque eiusdē & huiusmodi) in quo te figas, & verte prioribus dorsū, quasi eorundē penitus oblitus. Illud verò quod tibi proposuisti, fortiter aspice, donec primum euanescat. Si vere velis proficere, tunc deberes te totum ab omnibus tibi non necessarijs, & ad quæ conscientia te non ligat, abstrahere, totumque te ad Deum conuertere, & studiosè in omnibus inuestigare quæ sit voluntas eius beneplacens & perfecta. Quam vbi cunque cognoueris

Rom. 12.

gnoueris, facias feruenter, semper tamē cum humilitate, vt de te non plus quam
 de alijs, sed semper minus sentias, alioquin Dominus tibi gratiam & auxilium
 subtrahet. Ego semper compunctus, & in hac compunctiōe cor tuum ab inuti-
 libus euagationibus abstrahas, & per bonas affectiōes & aspiratiōes in Deo
 te stabilias, illi soli per voluntatis vnitatem & amorem adhaereas, cum silentio
 tam cordis quam oris. Si cogitationibus volueris malis respondere, hoc tantum
 respondeas: Non estis digna, vt vobis respondeam, aut vos audiam. Si volueris
 cum cogitationibus pugnare (praesertim vbi eas principio admiseris) tunc saepe
 oportet te succumbere. Atque ideo quam primum ipsas aduertis accedere, vel
 incidisse, illico easdem reijcias, despicias, teque ab illis ad aliquod aliud bonum
 conuertas. Fac quasi illas non videris, aut quasi non fuerint tecum. Cor homi-
 nis non potest esse vacuū, ideo nō potes malas otiosasque cogitationes exclude-
 re nisi bonas in earundem locum supponas. Quādo igitur vana senseris incidere,
 tunc fortiter attendas ad aliquid quod cantatur vel legitur, quasi nihil incidisset
 aut aliquid boni quo te figas mox apprehende. Custodi silentium cordis, & noli
 ex aduerso auscultare, vel inspicere incidentes cogitationes à Deo alienas. Noli
 imaginari de illicitis, sed simpliciter vel non curando, vel non respondendo hoc
 tibi, despiciendo eas, à te cum iucunditate projicias, & quasi cum violentia cor-
 tuum claudens, in silentio illud custodias, ne quicquam introeat illud, nisi cum
 quo tractare habes, scilicet Deus Iesus. Ille solus sit habitator cordis tui, ille cor-
 tuū nunquā deserat. Omnis cogitatio quae non est ad Deum, vel de Deo, vel alias
 vtilis & fructuosa, in principio cum indignatione abijcienda est, & contra hu-
 iusmodi habeto generale propositum, pactumque cum Deo, quod nullam velis
 admittere eiusmodi, & maximē illas quae incidunt de seculo, vel aliorum statu.
 Si lectatur aduersus te cogitatio, quando eandem sentis, dic ita conscientiae
 tuae. Ecce tu scis te iniquum cogitare, scis illicitam tibi rem incidisse, iam est in
 optione tua seruare vel eijcere, admittere vel repugnare. Nisi ergo abieceris cum
 violentia & indignatione, inexcusabilis es de peccato, quia scis & aduertis peri-
 tudum. Si ergo admiseris, si sustinueris cogitationem hanc, voluntariē sustines.
 Non enim contradicens, non repugnans, consentis. Et hoc habet maximē lo-
 cum contra cogitationes, quibus annexa est aliqua vitiosa delectatio. *O benignis-
 sime Iesu, per omnia vniuersa tua obsecro te, custodi cor meum, vt nullam cogitationem,
 nullam affectionem, nullam denique malitiam cuiuscunque machinationem noxiam, in
 corde meo scienter admittam, nec aliquid mihi eorum placeat, quod tibi displicet. Vixime
 Iesu, per mortem tuam amarissimam te obsecro fac ne vli horum ad delectandum susti-
 nendumve consentiam: sed meam tutem voluntatem, tua vt semper maneat vniuersa ro-
 tunda: Iesu benedicite, fac ne dem locum iniquitati, nec tentationi succumbam. Hanc ora-
 tionē fundas tempore tentationis in spiritu, seu mentaliter. Ad hoc semper nite-
 re, & omni studio super hoc vigila, vt obtineas, seruesq; puritatē cordis & Domi-
 niua providebit tibi deuotionē, & cetera. Oportet vt incētio tua sit simplex, & re-
 cta, affectio pura, & cogitatio sancta & fructuosa, neque sit vitiosa neq; vana, ne-
 que otiosa. Puritati cordis oportet iungi humilitatem & charitatem. Oh non
 permittas in te cogitationes, affectiōesque malas & inutiles crescere, sed statim
 in momento quo sentis, elide. Tunc enim eijcere eas potes facilius, quam vbi
 conualuerint ex mora. Si enim easdem propulsare distuleris, ex mora robur ac-
 vites in te recipiet inimicus, vt deinceps etiam cum volueris, non poteris eas*

Cogitatio-
nibus quo-
modo solum
cipi adca-
dam.

Silentium
cordis custo-
diendum
quod.

Cogitatio-
nibus mala homi-
nem oppug-
nante, quid
sibi dicat.

Obsecratio
contra ma-
las cogitatio-
nes.

Cordis puri-
tati quanto
studio inui-
gilandum.

Cogitatio-
nes illicitas
statim in
principio e-
lidentur.



Hiero.
Cogitatio-
nes noxiæ
fortiter im-
pugnantes
quomodo
repellendæ.

Cogitatio-
nes quænam
cum detesta-
tione sint
abijciendæ.

plene eijcere, maxime si illis in affectum introeundi licentiam dederis. Nihil est enim tunc cum illis periculose altercari, utpote quæ cum etiam fuerint eiecitæ tantas reliquias post se dimittunt, ut mox repuluent, atque de novo exurgant. Relinquant etiam post se fœtorem hoc est, inclinationem, corruptionem, afflictionemque malam ac onerosam. Candela recenter extincta, & adhuc fumigans, illico attrahit ignem, antequam plene tacta fuerit: sic cor hominis semel infectum, si paululum quod eiecitum inde est, accedens redierit, de nouo inficitur. Ideo principijs obsta. Et ut dicit sanctus Hieronymus, dum paruus est hostis, interfice, nequitia elidatur in femine. Si cogitationes fortiter te impugnant, tunc mentaliter & fixo corde lege: *Aue Maria*, vel aliquam deuotam orationem de passione Domini mentaliter dicito: *Precor te amantissime Iesu, propter illam eximiam charitatem &c.* ut mentaliter te in tali oratione imaginante, priores cogitationes transeant. Neque enim diuersa potest homo mentaliter cogitare, quamuis diuersa possit, id est, vnum cogitare & aliud legere. O si ad hoc peruenires, ut omnino æstimares te esse in toto mundo solum, nihil de aliquo homine, aut quauis mundana re sciens, imò omnia iam æstimans transisset, finemque iam olim habuisse, & te iam solum omni momento finem tuum expectare, quando à iudice voceris. Si inutilibus otiosisque cogitationibus liberum dederis ingressum, præbebis etiam ansam tibi labendi in vanas & malas cogitationes, & desideria mala. Si cogitatio tibi incidit de seculo, non discutienda est, siue bona sit siue mala, sed simpliciter abijcienda. Vadat & nequa audiatur, neque respondeatur ei, sed omnino contempta recedat. Ad hoc autem valet amorosa vigorosaque conuersio mentis ad Deum exercitiue boni cuiuspiam fortissima apprehensio seu imaginatio, donec cogitatio mala atque noxia euanescat. Solent quidam contra importunas cogitationes, quarum haud sibi, quin redeant semper, possunt inducere obliuionem, studium assidue peruestigandæ intelligendæque cuiuspiam difficillimæ questionis, cuiusmodi in libris perulxæ habentur sententiarum, quæ intellectum sua fatigat obliuione, & hoc labore aliarum fantasiarum noxiam memoriam repellere. Elige quod magis securum est, non potes errare in abijciendis cogitationibus, præsertim tempore orationis, etiam si bonas reieceris, & quasi necessarias, pro studio puritatis illo tempore, quo ad alia cogitanda obligaris. Hoc nanque modo facis, quod tibi faciendum est, & quemadmodum facere debes. Omni tunc tempore nullas, hoc est, neque malas, neque eas quæ bonæ alioqui videntur sustineas, quæ pro tunc otiosæ & infructuosæ sunt, ad id quod proponere debes, aut agere intendis, scilicet ad perfectionem charitatis & puritatis, & simplicitatis in solitaria vita. Istas cogitationes precipue ab initio occultas & magis periculosas, debes tanquam cogitationes fornicationis cum detestatione eijcere, quæ hoc modo tibi incidunt: Si essem in seculo vel alio statu aut domo, quid aut quomodo facerem? &c. Item, quare hoc vel illud ab illo fratre sit dictum aut factum. Item quare tibi hoc iniunctum sit. Item cogitationes de perpetratis iniurijs vel molestijs. Et omnes cogitationes de seculo. Omnes suspitiones & iudicia cordis. Item explorationes, quis ibi sit &c. Item, amaricationes contra alios propter ipsorum defectus, & cætera huiusmodi. Nihilominus tamen cogitationes quoque alias quascunquæ, quæ sunt infructuosæ, vel impertinentes, abige. Tam firmum propositum tuum esse debet bonum, ut irruentibus cogita-

cogitationibus possis dicere: *Pissime Iesu per tuam gratiam & si deberem mori, non velim hoc facere, aut ita cogitare, &c.* Quando irruunt cogitationes malae, si non praeualueris penitus abijcere, nec ad aliquod spirituale stabiliter & attente quiveris cor tuum figere seu firmare, nihilominus vehementi & firmo proposito dicas cum indignatione tibi ipsi: Ecce non cogitabis hoc belua. Neque enim admittam tibi delectationem huiusmodi etiam si deberes mori, tu bestia. O Domine Deus, propitius esto mihi peccatori. Adiuva me, ne admittam. Item licet si sterilis & aridus in affectu ad divina, nihilominus tamen cogas te ad sustinendam illam praesuram, ut nullam interea cogitationem alienam, aut vanam consolationem admittas. Fac ita & persevera modicum, & Dominus illuminabit tibi abscondita tenebrarum. Pro remedio contra delectationes cogitationum valet, ut aliquid amarum, cuiusmodi est absynthium in os ponas; illudque quoties tentatio te inuadit, & quamdiu te impugnat teneas, & dicas tibi cum indignatione aut derisione: Ecce, si vis tenere quod delectat, comede etiam quod cruciat. Item: Vexantem te vexabo, donec vexatio tibi det intellectum tu bestia. Pro talibus delectationibus etiam, aut alijs peccatis, facias poenitentiam tibi huiusmodi, ut quando multum esuris vel sitis tempore licito, ponas cibum vel potum ante oculos, & non sumas inde donec aliquamdiu appetitum tuum vexaueris, & dicas cordi tuo: Ecce bestia pessima, semper mihi rebellis atque inobediens, sumendo & tenendo ea quae nolo, iam tibi quoque quae licite desideras, non concedo. Veruntamen quando diu sic cruciatus es, expectando, tunc oportet etiam necessaria discretè sumere.

VI
6

Quam fir-
mum habē-
dum propo-
situm.

Remedium
contra dele-
ctationes
cogitationū

Egregium
morfifica-
tionis studiū

*Pax cordis ac quietes mentis quomodo acquirantur, conser-
uenturque, & quanam illis ad-
uersentur.*

CAPVT XLVII.

NOli occupare cum dictis, factis, moribusque aliorum. Noli quicquā retractare de ijs quae ante sensu percepisti, nec patiaris de eiusmodi cogitationibus quicquam mediare inter te & Deum. Postremo propter quae-
cunque dicta, facta, aut alia quae accidere possunt haudquaquam alium admittas afflictiū in te erga proximum, quam humilem, dulcem, pacificum, charitati-
um, ac in omnibus compatiūm. Quid iuuat te cogitationibus turbari mul-
tis, super defectibus aliorum, qui nec proprios curare potes? Relinque eos Do-
mino, ut ipsos discutere & curare dignetur. Tu serua pacem in corde tuo, & hu-
iusmodi cogitationes super conuersatione aliena mox ubi inciderint, projice. Sufficit tibi defectibus aliorum aut peccatis comapti, non fauere, nullam ijs
occasionem praeberere, nec relinquere malum exemplum. Hoc enim modo
omnia si volueris possunt tibi ad profectum seruire. Si pacificus & quietus
illis volueris, necesse est ut tibi persuadeas, sic te habeas, in corde quoque id
sentias, quasi in toto sis mundo solus, & praeter te ac Deum (ut sy-
pra dixi) sit nemo: tuque de nulla re nisi de te & de Deo aliquid scias.

Pax cordis
quomodo
acquirenda.

Quies men-
tis sancta
quomodo
obtinenda.

Aut

Aut (si alius placuerit modus) oportet vt te habeas, sicutque quasi ante tres annos mortuus, vt quantum potes salua conscientia, pro nulla re habeas sollicitudinem, curam, occupationemve cordis: sed quasi iam à mundo separatus nulli nisi Deo intendas. Et si alicui rei alteri te intendere oporteat, hoc ipsum tamen non aliter atque in Deum referas. Si agnoveris fratrem habentem tentationem contra te occultam, dissimula quasi nescires. Subtrahe quantum potes occasiones, ne ex te illi molestia sit. & quasi non intelligas sis ei eo blandior, amabilior atque affabilior. Hoc tamen maximè intelligendū est, de tentationibus quæ ex suspicionibus fantasiisq; naturalibus, atq; ex infirmitate passionive subita oriuntur. Nā eas tentationes quas quis portat ex culpa tua, seu negligentia, quæ illi aut fratri accidit ex errore, quia putat te culpabilem, expedit, vt in fratre tuo studeas sedare, eidem te humiliando, atque rationem reddendo benigne. Molestias præteritas non in memoriā reducas, ne simul impatientia quoque rofricetur, aut antiqui vulneris cicatrix cruentet. Si olim quid sustinuisse, iam non velles te non sustinuisse. Si enim nihil sustinuisse Dei contemplatione, ceteres quoque patientia illa, patientiaque merito. Ad tuam igitur utilitatem scito hunc tibi esse hominem missum, qui te exerceat. Minister Dei est tibi in bono. Gaude igitur si passus es, quia molestia transijt. Dei autē gratia & meritum non transijt. Ille quoque à quo passus es, iam factus propterea est melior. Neque enim Dominus id permisisset fieri, vt ille frater tuus, Deique æquè ac tu filius perperam ageret, nisi propter patientiam in te (quæ necessaria tibi erat) exercendam. Aut quomodo patientiæ tu meritum obtinuisse, si nemo qui te præmeret, nemo qui tibi foret molestus esset? Si vis veram pacem habere, necesse est, vt in omnibus te habeas inter fratres, ac si esses inter oues, vel omnino solitarius in sylua, vt scilicet quamdiu passionibus viciorum in te sunt, cum nulla re te intromittas, sed te exhibeas quasi nemo sit tecum, quo animum serues liberum atque pacatum, scilicet pro nulla re contendendo, aut disputando, neminem instruendo docendo ve, (puta, ex præsumptione, vel vbi hoc alteri, non tibi est commissum) pro nulla re interrogando, loquendo nihil, nihil quod non est ædificatorium audiendo, neminem corripiendo, nihil de aliorum actis dispositionibusve in corde tuo te intromittendo, cum nullo denique singularem familiaritatem contrahendo: sed omnes vna communi charitate diligas, omnibus obediās & seruias, & offendere studeas neminem. Quando ad aliquid dicendum, monendum, procurandum, tamen si bonum valdè videatur, intus instigaris, tamen si adhuc dubium incertumque, an placeat Deo fuerit (nisi super hoc esset tibi commissio facta) nihil agas, sed Domino hoc committens, dicas: *Pie Iesu, ordina & dispone tu hoc illud ve secundum quod perfectissima tue placuerit voluntati.* Quæ admodum non debes obseruare alios, nec eorundem statum dispositionemve scrutari: sic etiam non admittas cogitationes vel suspensiones, quod alij te obseruent, aut quod hoc alio ve modo de te sentiant: sed semper cum simplicitate omnia dissimules, quæ te turbare possent, fugiendo, tacendo, & nesciendo. Ita vt vt sit homo tuus interior in continuo exercitio propriæ cognitionis, & humiliationis ac charitatis: Exterior verò (quoties occurrit occasio) se debet humiliare, proximisque charitatem impendere, seruiendo, obediendo, obsequendo, auscultando, non contendendo vel disputando cum eis, & huiusmodi. Semper fuge singularitatem in publico, propriamque voluntatem, & habebis pacem

Molestia
præterita
cur obliuio
nisi sit tra-
denda.

Pacem verā
quomodo
quis obti-
neat.

Alii non ob-
seruandi.

Exercitium
interioris &
exterioris
hominis
quale adsu-
mendum.

cem. Nihil est stultius, & quod magis hominem inquietat, quam alios observa-
re, percunctari ve quis hic ambulat, quid fecerit, quid portet, quo eat, & huius-
modi quod multas generant suspitiones, & vulnerant charitatē. Ideo tu non mi-
norem facito diligentiam, ut hæc nescias, imò si etiam videris non attendas, sed
pro nihilo transire permittas, quam alius faceret, ut hæc & similia exploret.
Propter alienos defectus nunquam perturbabis, potissimè officialium quo-
rum opera sæpissimè iniquè iudicantur, nec murmures. Committe omnia Deo.
Spera intentionem proximi tui fuisse sinceram. Crede illum deceptum, modo
refigurasse. Quid enim pro alienis indignaris, quorum tibi haudquaquam cura
est commissa, defectibus? Si igitur cordis optas pacem, si tranquillitatem, neces-
se est hac in re stultum te fieri ac mortuum, ut multa neque intelligas neque
sentias.

VI
6
Observare
alios quam
sit stultum.

*Quies libertasque mentis per quamam media redin-
tegetur, servetur.*

CAPVT XLVIII.

Serua munditiam cordis, ut nihil cogites vel concupiscas, nisi quod te ducat
in Deum. Serua pacem cordis, ut nihil quod videris aut audieris, nihil-
que factum ab alijs quod non ædificat, cogitando retractes. Serua quietem,
ut ab omni inutili occupatione te abstrahas, de nulla re quæ tibi non est com-
missa, & quam potes cum bona conscientia dimittere, te intromittas, sed Deo
inque ad quos spectat huiusmodi curare, committe. Omnem verò tuam soli-
tudinem & coram in Deum projice, ipsum rogans, ut non secundum tuum de-
siderium, sed secundum suum beneplacitum tecum disponat, & voluntati suæ,
tuam in omnibus misericordissime vniat &c. Serua libertatem cordis, & affe-
ctum tuum ab omni creatura abstrahas, nulli rei nisi soli Deo per affectum in-
hæreas, ad ipsum libere, & iugiter aspices, & spiritum tuum per amorem illi v-
nias. Quantum fieri potest delectationes & affectiones ad creaturas mortifices,
naturales inclinationes vincas & exuas, quò purè Deum quæras in omnibus.
Vigila tota mentis intentione, caueasque à superbia, ne vel tibi complaceas, aut
alios iudices, aut contempnas, neve alicui displicentia erga proximum confen-
das. Fuge omnem occasionem peccati, declinando & remouendo. Tace, silen-
tium ori & cordi imponendo, ut nihil nisi interrogatus, aut ex necessitate lo-
quaris, & nihil visum vel auditum cogitando in mentem (si mane id fuerit) re-
ducas. Quiesce, soli Deo per affectum inherendo. Discenunc mori, vide cōditio-
nes mortui. Hic enim non videt, non loquitur, non sentit, non audit, non infla-
tur, non irascitur &c. Sic & tu non loquaris, non audias, non cogites, non concu-
piscas quæ sunt mundi, & mundo mortuus es. Hoc in te vivit, quod cor-
tuum sollicitat, quod affectum trahit, quod concupiscis, quod diligis.

Munditia &
pax cordis
seruanda
quæ sit.

Quies cordis
custodienda
quomodo

Libertas cor-
dis quomo-
do seruanda

Cōditio nes
mortui imi-
tandæ quæ

Moriatur mundus, ut vivat in te
Christus.

YY

Gra.

Gratiæ Deo semper agenda, tam in aduersis, quàm prosperis, quomodo sint.

CA PVT. XLIX.

Gratiæ vti
Deo semper
agenda sint

INter quæcunque tibi occurrentia, siue læta sint, siue aduersa, semper affuecas, æque Deo gratias agere. Vtraque enim de corde eius paterno, æmantissimo ac fidelissimo, procedunt. Quotiescunque igitur tibi quippiam mittitur, aut datur boni, quotiescunque beneficium aut ab homine, aut per hominem recipis, mox ante omnia Deo gratias agas, quia ille est, qui vt hoc reciperes, ordinauit. Si etiam triste, aut molestum quid venturum instat, nihilo secius gratias age Deo, quia salutem tuam querit, ideo expecta & de manu eius illud suscipe libenter. Age gratias Deo non minus pro ijs donis, quæ alteri contulit, quam pro ijs quæ tibi impartitus est. Et quæ tibi contulit dona Deus, non propterea tantum vt tibi, sed vt etiam alijs profis, ea intellige tibi collata. Quicquid enim tibi contulit, alijs simul collatum scito, quia quæ contulit tibi, in tuum & aliorum vsum contulit. Libenter igitur communa quicquid ad proximi vtilitatem potes. Simili modo studet quoque aliorum bonis participare, gratulando, fauendo, pro illis Deo gratias agendo, instructionem, subsidium, & prouocationem ad meliora, à proximi recipiendo. Pro quacunque re, quam à Deo acceperis (licet per homines) gratias age Deo, quamuis hæc minima videatur: reuera tamen haudquaquam est parua, vtpote à tanto Domino (qui tui recordatus, hanc tibi misit) donata.

Dona nostra
proximis
libenter
communi-
canda.

Nihil paruum
existiman-
dum quod
Deo nobis
donatur.

Quandocunque igitur rem aliquam acceperis, dic in corde tuo: Ecce hoc misit mihi Dominus meus, imperator cæli, rex angelorum, Iesus meus dulcissimus. Vide tu nunc ingrata bestia, quantum te diligit Deus, quamuis vilem miseramque creaturam, & ingratisimum peccatorem. Heu me miserum, quomodo tua Deus gratuita pietate mihi benefacit, qui offensus à meretricibus, qui damnare me potius debuit quam consolari. O quam multum ingratus es beneficij Dei. Ecce ventus & pluuia, & tempestas foris, ecce gelu, nix & frigus, quomodo pauperes neque habentes hospitium, neque victum, neque vestitum in his omnibus affliguntur, & tibi donauit Deus sedere & quiescere in cella tua, vbi nihil illorum te tangere inquietareve possit, esque sine cura, solitudine & timore, manens in tuo loco, & de tua præbenda semper certus, vt nihil tibi deficiat. Oh redi sæpe ad cor, & vide quantum sit discrimen inter te & omnes alios homines, quantumque tu præ omnibus alijs Deum offenderis, & solus à Deo nihil vti quam boni merueris, & tamen omnipotens Deus ex gratuita sua bonitate, postquam te ex peccatis & inferno liberauit, & infinites retraxit, non tibi grauem imposuit pœnitentiam, sed in hoc loco & statu animæ tuæ custodiam, & corpori tuo omnem sufficientiam, plus quam habere potuisses iuxta seculum viuens, benignissime prouidit, omnemque indigentiam & curam à te abstulit. Oh ingratus, time, quia recepisti beneficia & dona plura, melioraque ad salutandam animam tuam, quam aliquis hominum in seculo viuens (generatim loquendo) accepit: & positus es hoc in statu, atque in hoc viuendi genere, quod

Ingratitudo
quam sit re-
ligiosis de-
actanda.

præ omnibus statibus mundi te magis reddit expeditum ad seruiendum Deo. Tu habes in ordine Carthusiano vitam, tum eremiticam, tum Carthusien-
 coro videlicet, & vtraque ita à Spiritu sancto temperatam, vt quæ in vtraque sis ordo tam
 esse possunt vita periculo, sint tibi adempta, quæ profectui & perfectioni ser- anachoreti-
 uunt vtrique coaceruata. Solitudo namque ea quæ Carthusiana est, omni ca- cam quam
 ret indiscretione omnique periculo, propterea, quod professoribus huius iuxta canonicã
 obedientiam & Prælatorum regimen, non prorsus suo arbitratu viuere liceat. exerceat vicã.
 Deinde, quod ita non sunt soli, quin auxilio, ministerio, obsequio ve, vbi necesse Solitudo.
 fuerit gaudeant oportuno. Est tamen solitudo eorum reuera anachoretica, Carthusiana
 tamque propter silentium perfecta, vt si volueris, in ea non aliter atque in se- quam sit dis-
 cretissimis habitibus penetrabilibus absconditus. Quid enim officit, an multi pecculo.
 cibusque in solitudine tecum habitent? Quid inquam refert, an prorsus sis so-
 litarius tu vnus, an tecum multi? Quid denique solitudini detrahatur additur-
 ve, siue in nemore, siue in claustro solus habites, modo solus & in silentio perse-
 ueres? Itaque solitudo hæc, ad quam vocatus es, Carthusiana, non inferior,
 tuorumque est, quam priscorum illorum anachoritarum, (si tamen) quod dixi (tu
 ipsi, sicut illi, ad hoc vt sis solus laboraueris). Illos enim oportebat sibi coque-
 re, omere, vendere, & reliqua huiusmodi alia curare, à quibus omnibus sola
 gratia Dei es gratia præseruatus. Si igitur ingratus, superbus, negligensque
 fueris inuentus, grauius sane profundiusque ijs qui hanc gratiam non recepe-
 runt, in infernum demergeris. Ecce testimonium hic habes contra teipsum, &
 ignorantiam iuxta quam iudicaberis, si superbe aut male vixeris. O misericor-
 diissime Iesu, quoniam tua misericordissima bonitate sola, me de inferni faucibus extraxi-
 sti, yipote peccatis iam, absorptum, obsecro te per omnia vulnera tua, perque cunctas
 miserationes tuas, aufer à me omnem superbiam, malitiam & negligentiam, vt post-
 hac ne in modico quidem te offendam, præsertim sciens aut sponte: sed omne tempus
 vna meæ, omnesque vires anime ac corporis mei, fac non solum bene, sed iuxta bene-
 placitissimam tuam voluntatem, in tui laudem honoremque expendam. Da mihi quo-
 que vi dilectissimam matrem tuam, Virginem sanctissimam Mariam, dominam ac ma-
 trem meam misericordissimam seruentissimo, castissimoque amore, pure ac simplici
 corde diligam, eidem quoque reuerentier, deuote,
 humillime, fidelissimeque
 seruiam.

(*)

II 2

Bea-

*Beatissima Virgo Maria quomodo veneranda sit inuocandaque
in cunctis necessitatibus & periculis: quibus item ex-
ercitijs, studijs, quibusue temporibus sit
potissimum honoranda ac
amanda.*

CAPVT L.

¶ Maria
quid à serui-
lis suis re-
quirit.

De mulieri-
bus nunquā
cogitandum

Imploratio
auxilij Iesu
& Mariæ.

Quinque ad
honorem B.
Mariæ obser-
uanda quæ.

SI vis seruuus esse beatæ Mariæ, audi versum hunc, & quid à te velit beata Maria, ex hoc intellige: *Compunctus, taceas, humilis, mitis, serenus.* Esto semper *compunctus*, hoc est, in exercitio aliquo sancto verferis ad Deum, nihil tibi leue, terrenumque libeat. *Taceas*, De silentio satis supra intellexisti, præriter de humilitate. Esto *mitis*, vt iræ motus cohibeas, & nemini quid improperes, neque ignominia, verecundiæve quenquam afficias, sed æquo tranquilloque animo accipias omnia. Esto *serenus* in exteriori homine, ita tamen vt leuitatem declines, maturitatem serues, & compunctioni studeas. Postremo mei amore (inquit gloriosissima Dei mater Maria) nullam de seculo, vel de statibus aliorum cogitationem, præsertim nullius mulieris memoriam admittas, (nisi illarum quæ in cælo sunt virginum sanctarum & sponсарum filij mei,) sed cor tuum mihi purum tineas, vt ego illud sola inhabitem cum filio & possideam. Et omnia debita tua diligenter & attente persoluas. *O Domine mea sanctissima virgo Maria, ego hæc omnia libenter facere decreui & intendo: sed scio quia sine filij tui gratia, & tuo adiutorio nihil præualebo. Adiuua igitur infirmitatem meam, reprime vanitatem meam, & dele superbiam meam: & fac vt quicquid virgineo tuo cordi pudicissimo & castissimo, quicquid præ dilectissimo filio tuo placuerit, deuotissime faciam, voluntatem & beneplacitum vestrum in nullo præteream: sed iuxta delectabilissimum cor illius vestrumque impendā. Ab date mihi propter vosmetipsos verā & profundissimā humilitatē, seruentissimā charitatē, promptissimā, & perfectissimā obedientiā, simplicitatem, castitatem, patientiam ac perseuerantiam. Ad honorem beatissimæ semper Virginis, quinque tibi sunt stabiliter obseruanda. Primum est, nullam cogitationem de seculo, de secularibus personis, statibusve alienis, neque bonam neque malam, scienter in cor tuum intromittere, sed quasi non sit seculum cuncta præterire & nescire, & deo vt cogitatio tua extra cellam, imo extra teipsum non eat, sed inter Deū, & te solū versetur. Secundum est, nunquā de aliorū defectibus vel negligētis cogitare, quod scilicet hoc vel illud faciāt, & huiusmodi, sed mox huiusmodi cogitationes reijcere, & te ad aliud conuertere, antequā cogitatio te ad iudicandum abducatur. Tertium, de nullis rebus aut factis, quæ tibi commissæ non sunt, vel quæ ad te non spectant, cogitare, loqui cum alijs, aut tractare, sed ribijosi intendere. Quartum, nunquam, loqui nisi necessaria, vel interrogatus. Quintum, horas de tempore & de beatâ Maria deuotius, quam hucusque fecisti, persolueres, vt quid legis attendas, & occupationem cordis tui in hoc solo exerceas, sæpiusque quomodo ab-*

huc deuotius possis legere inuestiges, proponas, & studeas. Ad honorem sanctissime Dei genericis virginis Mariæ nullus sit dies, quo non singulare quid obsequi illi insendas. Sabbato autem maximè, in quo aliquid semper fit, quo eius amore abstineas, vel à vino, vel à cœna, vel ab albo aut recenti pane, aut re alia huiusmodi, quæ tibi quidem etsi delectabilis foret, ea tamen absque periculo cedere potes. Itaque illa tibi subtraha, quamdiu sanus fueris, ob illius amorem. Pro amore & ueneratione huius Virginis interdum saltem, si non ualueris quotidie, elemosynam præbe. Si non est tibi res temporalis, quia aut ipse pauper, aut religiosus es, non habens proprium, da elemosynam spiritualem: ora pro contristatis, ora pro defunctis tribus vicibus. *Aue Maria*, &c. aut succurre proximo in auxilio, obsequio, consolatione, aliove officio charitatis. Ut uero ad hoc tempus habeas constitutum, post cœnam, aut collationem lege eam, quæ cani solet, antiphoniam: *Media uita, in morte sumus, quem querimus adiutorem, nisi te Domine, qui pro peccatis nostris iuste irasceris. Sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis & misericors, amare morti ne tradas nos, cum oratione: Pietate tua quesumus omnipotens Deus. Et. Fidelium.* Aut aliud, quod uolueris. Sabbatis præcipue post uesperas uacandam est deuotioni erga beatissimam virginem Mariam, uel rosaria, uel psalterium (ut uocant deuoti) legendum, aut meditando. Habes autem meditationes & exercitia multa ad hoc conuenientia, in Pharetra diuini amoris & alijs. Nihil animo tuo inhæreat firmius, quam ut beatissimæ uirgini Mariæ quotidie cultum aliquem aut uenerationem exhibeas. Post Deum non sit ad quem tanto ferueas amore, atque ad hanc uirginem eximiam, pulcherrimam piissimam, misericordissimam ac gloriosissimam. Eius sanctitati, eius excellentiæ, eius denique gloriæ totus laetabundus gratulare. Hanc in matrem tibi elige, atque ut te filium accipiat, agnoscat, teque dignum efficiat, votis omnibus pete. Nulla sit dies, qua singulare quid illi in obsequium ac uenerationem ipsius non offeras. Duodecim recole gaudia beatæ Mariæ, siue duodecim eius consolationes, siue priuilegia, quæ habuit in præsentis uitæ: Rogans ut in solo Deo obtineat tibi uerum gaudium, mortificata omni affectione uitiōsa, & ut post hanc uitam mortalem immediate ingressum tibi ad beatam uitam impetret, absque medio, omnique impedimento. Sunt autem eius gaudia hæc: *Primum*, quod ab æterno inter omnes creaturas una electa est, quæ Dei creatoris sui fieret mater & cooperatrix redemptionis nostræ. *Secundum*, quod ab omni peccato, ab omni uicio, ab omni denique macula præseruata est, tota semper pulchra, ut ipse quæ nunquam Deo displicuit, nunquam in se habens quod Deo displiceret. *Terrium*, quod uirtutum, gratiarum, honorumque omnium plenitudine, quantum pura capere potuit creatura, excellentissime post Christum decorata fuit. *Quartum*, quod uirgo Deum de Spiritu Sancto concepit. *Quintum*, quod eundem nouem mensibus in utero, non grauatam, sed miris consolationibus diuinis plena portauit. *Sextum*, quod eundem sine dolore intacta & integra uirgo peperit. *Septimum*, quod lacte suo uirgineo eundem aluit. *Octauum*, quod triginta tribus annis eundem cohabitantem secum habuit, ubi creberrimis consolationibus ex eius aspectu, præsentia, & colloquijs recreata est. *Nonum*, quod eundem obedientem & sibi subditum uidit. *Decimum*, quod eius prædicationes audiens, dum illum sequeretur, non absque miro cordis gaudio uidebat quæ gloriose fiebant ab eo. *Undecimum*, quod sub cruce sola in fide perfecta,

YY 3

& in re-

VI
6

B Maria quod
tidie aliquo
obsequio ho
noranda.

Elemosy
na duplex
ad honore
B Mariæ da
da quæ.

Sabbatis de
uotioni ad
B Mariam
uacandum
cuiusm odi
fit.

Maria uirgo
quanto amo
re prosequen
da.

Gaudia B.
Mariæ duo
decim quo
modo reco
lenda.

et in redemptione nostra eidem cooperans, pro nobis patienti afficit. *Undecim* *manu*, Quod modo super omnes angelorum choros exaltata, coronata est imperatrix cœli, sedens à dextris, hoc est, in potioribus bonis cœlestibus, filij sui. Hęc gaudia quotidie recolas, & pro singulis Christo, quod patri hęc eadem suę contulerit, gratias ages. Vbi si tantum habueris temporis, singulis gaudijs angelicam adijcias salutationem. Sunt item alix quinque petitiones à beata Virgine petende. *Prima*, Pro vera penitencia, vt lugeas perfectè contritus, & vitare possis omnia peccata. *Aue Maria. Secunda*, Vt amor mundanus, atque omnialius à Deo extraneus in te moriatur, charitate vera sempiterna ac inextinguibili replearis. Ipsa que Maria magnis suis meritis magnum tibi hoc donum impetret. *Aue Maria. Tertia*, Vt perfectissimam tui ipsius abnegatione voluntatem Dei ames atque perficias. *Aue Maria. Quarta*, Vt in præsentia vita à peccatis totus merearis expiari. *Aue Maria. Quinta*, Vt tandem passio Christi, & sui, hoc est, beate Mariæ virginis castissimus, feruentissimus atque fidelissimus amor patri tuo indelebiter imprimatur. *Aue Maria.*

Petitiones
quinque à B.
Virgine pe-
tendæ, quæ

*Passionem Iesu vti quotidie meditari, exercereque in ea quisque
debeat sese: vulnera quinque Christi quibus modis
veneranda sint: vtque Sancto-
rum vita ob oculos con-
stituenda.*

CAPVT LI.

Passio Chri-
sti quomodo
facile potest
exercenda
sit quotidie.

EXercitium nullo die tibi non sit de passione Domini, quo Christo pro eius charitate gratias agas, quo eius passionem & vulnera pro tuis, atque vniuersi mundi peccatis, offeras: ipsum pro virtutibus, atque vt ad sui terrarum imitationem roges. Debes autem eius passionem non solum orando, gratias agendo, aut meditando venerari, sed etiam operando atque bene viuendo, vt in illius honorem quidem hęc facias, nunc verò illa intermittas, aut abstineas. Si in capite, si in pectore doleas, hunc tuum dolorem Christi dolori, quem in eodẽ corpore pretulit membro, vnias, atque ex eiusdem Christi dolore virtutem tibi patiendi donari roges: & sic tandem in vnione amoris Christi, quo pro te multa præterea sustinuit grauiora, eidem dolores tuos in gloriam & beneplacitum ipsius offeras. Si inter eos habitas, vbi virum perfectum, quem imiteris, non inuenieris, (quod tamen non facile credideris ita esse, sed à te præparâ proximos tuos crede iudicari) tu ipse statuas tibi effigiem perfecti viri aut perfecti monachi in cor tuum, aut etiam ob oculos hanc scribe, & iuxta eius vitam tu illum imitando, viue. Imaginare igitur aliquem fratrem aut sanctum virum qui ita disciplinam seruet in moribus, vt nusquam excedat: ita in membris sit compositus, vt ad nihil in necessarium se moueat: ita in sensibus custoditus, vt ad nulla inutilia se effundat: ita in lingua circumcisus, vt nisi interrogatus, & ad necessaria vix respondeat: ita verecundus, vt inter omnes fratres nunquam rideat: ita in dno vix residere audeat: ita humilis & simplex, vt omnes recte agere, & se solum in multis errare, esseque defectuosum credat: ita feruens, vt quasi vno die omnia

Perfectus a
lingua imi-
tandus.

Perfecti ho-
mims defectus
pno.

nia complere & perficere studeat: ita obediens, vt nunquam verbum expectet, sed vbi praesidentis cognouerit voluntate, simpliciter obediat: ita mansuetus, vt exasperari non valeat: ita patiens, vt quaecunque libenter sustineat aduersa: ita mitis, vt pro quibuscunque sibi euenientibus Deo gratias agat: ita sit timoratus, vt ne minimum quidem quod sciret Deo displicere, aut fratres offendere, facere cupiat: ita benignus, vt omnibus se amabilem faciat: ita compatiens, vt omnibus seruire gaudeat. Nihil cum amore possidens, nihil cum timore vel dolore, amittens. Qui quod habet desiderate resignet, aut alijs comunicet: & quod non habet non desideret. Qui semper sit sobrius, vt praeter necessitate cibi, potus, aut somni nihil sumat. Ita castus, vt vix irritatione carnis non absque nausea sentiat modicam: ita internus, vt ab omnibus creaturis affectum abstractum, quasi semper & continue teneat: ita purus & ad Deum amorosus, vt inter se & Deum nullam cogitationem, nihilque medium admittat aut sustineat. In labore & vigilia strenuus, in agendis prudens & circumspectus, sibi ipsi displicens, licet ab alijs honoratus, feruentissime cum Christo esse & dissolui desiderans, nec minus tamen ad miseras huius vitae sustinendas, quamdiu Deo placet, resignatus. In factis & in disciplina Ordinis, & in horis persolueudis adeo attentus, vt praeter id quod agit, nil aliud interim sciat. Adeo deuotus, vt illum nihil in hoc mundo nisi Deum, & suam pijsimam matrem amare d'lectet, nihilque desideret feruentius quam Christum in carne imitari, & pro eius amore confundi, despici, vexari, affligi, cruciari & mori. Qui nihilominus inter omnia haec, eorum quae retro sunt, praesentiaque oblitus, ad anteriora se extendat, nihil se esse aut profecisse adhuc credens, sed iustitiam & charitatem impatientissimo amore esuriens, feruentissime charitatis perfectionem quarens, incessanter pro illa obtinenda orans, infatigabiliterque pro illa laborans. Huiusmodi tibi fratrem pone in exemplum, & pro studio imitandi, vt ere eo tanquam regula: quem si non inuenieris, saltem animo tuo huiusmodi exemplar, quod imiteris praescribe. Ad honorem quinque vulnerum Christi, haec quinque adeo obseruabis, vt eisdem contraria scienter non admittas. *Primo*, abstinere ab omni cachianno, inordinato risu, & alijs leuitatibus. *Secundo*, nulli dicere tabulosa, iocosa, vel nunciare noua inutilia, & huiusmodi: quia & te, & ipsum in talibus narrandis decipis. *Tertio*, nulli dure loqui vel indignanter: sed cum omni violentia te cogere ad mititatem cordis, lenitatem oris, & benignitatem conuersationis in omnibus moribus. *Quarto*, omnia facienda tam in solitudine, quam erga fratres, ordinare diligenter per intentionem, ac si faceres Christo Iesu, semper eidem dicendo: O bone Iesu, iam tibi lauabo, iam tibi scopabo, fectam aquam, cum punctis etiam passionis eius, scilicet in illius virtutis, aut patris onis tuae honorem, propter illud verbum: *quod vni ex minimis meis fecistis, &c.* *Quinto*, generaliter obseruare, vt discutias te in omnibus faciendis proximo, verum tibi hoc ipsum quoque ita velis fieri, nec ne, si tibi iam, quomodo illi, euuissit. Hinc tibi respondeas: Volo igitur simili modo tacere proximo. Dic: O pijsime Iesu, propter vulnerum tuorum honorem, adiuua me hac humiliter, seruentem, fideliter, perseueranter, perfectiusque quam proposui implere. Noli nisi ea optare tantum, quae inueniuntur in CHRISTO. Si aliud quid te sollicitauerit, tentaueritve, aut allexerit, expende inuestigando an CHRISTVS id in se habuerit, & an pro se suaque matre id eligerit aut

Philip. 2.

Philip. 3.

Quinque ad honorem quinque vulnerum Christi obseruanda quae.

Matt. 25.

aut si charioribus id amicis suis in hoc mundo reliquerit: Si ita non inuenieris, alienum tibi sit & peregrinum. Aliquem sanctum virum tibi propone, quem imiteris, & secundum ipsum vitam tuam ordina. Ecce proposuisti tibi illum virum, Deo dilectum, qui in triplici meditatione, sicut legisti, seipsum exercuit. Fac tu similiter quia fructus multus est in meditationibus huiusmodi. Item sanctum Bernardum, quem totus mundus non potuit erigere, quantum ipse superum solebat deprimere. Magis autem sicut dudum proposuisti, beatissimam imitare Magdalenam, ut continue vacationi sancta studeas in exercitio contritionis, & diuini amoris. Super omnia autem vitam Domini nostri Iesu Christi,

Precatio perfecta imitatio Iesu & Mariæ.

Rom. 5.

& beatissimæ virginis Mariæ matris eius. Dic igitur. *O pijsima mater misericordissima, impetra mihi & dona, ut vitam filij tui, & tuam, vel alicuius perfecti sancti, ego miserissimus peccator pro modulo aliquo possim imitari: quia tanto plus deberem tui & filio tuo placere, quanto gratius & plus omnibus offendi. Ah superabundet ô pijsima mater, filij tui gratia in me, in quo superabundauit iniquitas.*

*Missæ sacrificio quàm sit deuotè reueter què seruiendum:
vñ quotidie communicandum
aû minus spiritua-
liter.*

CAPVT LIJ.

Missæ ministrare quàm sit subtile officium.

Communio spiritualis nunquam omitterenda.

AD seruiendum Missis, toties in die paratissimum cum desiderio te offeras, quoties potueris: non tamen te ingeras, sed Deo hoc committe, qui si ei placuerit, ut ministres curabit. Neque enim longè distant celebrare & ministrare, seu seruire. Sacerdos enim ipse aliud non agit quàm ministrum Christi. (Nihil enim sua virtute aut nomine agit, sed personam Christi exprimens, cuncta agit.) Cui proxime accedit in hoc officio is qui eidem in Christi nomine seruire habet. Quapropter ad Missam ministrare, post sacrosanctum sacrificium seu celebrandi officium, proximum atque maximè Christo vicinum est ministerium. Quando non celebras, nihilo minus ad spiritualiter manducandum & offerendam Dominum, te per gratiam misericordissimi Iesu propterea, & in cella vnum officium Missæ nudum, deuotione qua potes exolve, aut aliud exercitium quoduis pium, ut sic Deus misericordissimus tibi alijsque fidelibus id largiatur, quod præbet digne celebranti. Dominus dixit ad quandam sanctam virginem, maximè sibi placere in homine munditiam cordis, & opera vere charitatis. Quando non celebras, nihilominus peccata tua quotidie confitere (Domino adiuuante) propter fructum & gratiam sacramenti, id est, quæ datur in sacramento confessionis.

(:)

Exercitium ad cor Iesu quotidie seruandum quod.

CAPVT LIII.

Exercitium mentale prebreue ad cor Iesu serua quotidie, atque eiusdem figuram circa ostium cellae, ut primum sit, quod ingredienti exeunti, ve occurrat, teneas. Nunquam illud absque reuerenti & deuoto osculo prae-
 rias. Osculans illud, benedicas, dicendo: *Benedicta sis pissime Iesu sanctissima volu-
 ta; cordis tui, fac ut mei cordis nunquam ab ea discordec voluntas.* Item: *O Iesu be-
 nignissime, aufer à me cor pessimum meum, & da mihi pro illo aut cor tuum, aut cor nouum
 secundum cor tuum, cor amantissimum, fidelissimum, purissimum, compatientissimum,
 misericordissimumque, quod tu simplices, in te absorbeas ac vnias.* Item: *Salue cor a-
 mantissimum, misericordissimum & fidelissimum, Domini mei Iesu Christi, trahere cor
 meum intrate, & gratia tua, inde emanet in me, ut perpetuo inseparabiliterque tibi ag-
 glutines ac vnias in.* Vide Pharetram diuini amoris, & libros Infuuationum di-
 uini amoris, hoc est, S. Getrudis è Saxonia, & plura inuenies exercitia.

*Cauenda ut sit praesumptio omnis, & quod in Dei sola
 sit misericordia speran-
 dum.*

CAPVT LIV.

Periculosa est tentatio religiosorum, si quando se gratiam aliquam acce-
 pisse putant à Deo quam non habent, vel maiorem existimant hanc esse,
 quam est. Inde enim incipiunt alios despiciere, & de se nimium sentire. Pro-
 pterea homo quando se à Domino aliquid accepisse cognouerit, debet quidem
 gratus esse: sed non praesumat quod tam magnum sit, sicut ipse putat, quin po-
 tius seipsum ignoret: imo semper se de superbia & ingratitude, & negligentia
 suspectum habeat & iudicet, timeatque quod minus humilis sit quam debet, &
 indeo minus gratus & acceptus Deo, quam si haec non haberet: cum tamen debe-
 ter tunc è contrario esse magis gratus. Putet se quidem à Deo multa recepisse, ve-
 rum eadem Dei dona, sua quoque accedia malitiaque in se destructa gemat. Di-
 uide inter te & ea quae Dei sunt, & vide quae tua sunt, & quid ex te sis, num occa-
 sionem inuenire queas aliquam superbiendi, aliosve despiciendi: praesertim nul-
 lam. Illa enim in quibus velis gloriari, vel praesumere, tua non sunt, sed solum
 accommodata, & reperenda à te etiam cum vsuris, quando is qui tibi accommo-
 dauit ea, voluerit. Si pauper & mendicus, pretiosa vestimenta à diuite accepe-
 rit, non est propter illa ditior, gloriosior, vel melior, quia ipse non sunt: sed
 est ille idem mendicus, etiam si purpura & serico alieno vestiretur. Vanissimus
 igitur esset, si propterea ceteris pauperibus insultaret, si se praeferreret, quia cras
 cum

cū voluerit is, qui vestes illi accommodauit, repetet easdē, & ille miser nudus vt ante remanebit & miserabilis: Sic etiā tu, si omnium sanctorū dona & virtutes suscepisses, omnia Deo hæc tibi solū sunt accommodabit & ta nec ex istis es melior, sed idē ipse es, qui es. Si ergo nūctū nōnulla bona faceres quæ cæteri nō facerent, aut ea melius quā cæteri faceres, nunquid propterea esses melior, vel honoratior? Minimè. Ideo facis, quia hoc Dominus tibi dedit vt faceres. Si dedit, ergo nō est te te, Dei sunt dona, nō tua. Aliū autē puta quod propterea non faciat, quia illi Dominus hæc nō dedit. Auferantur gratiæ & dona à te, & dētur alij, & quid tunc facias tu, quid ille, perspice. Noli in aliqua virtute, nec in aliquo exercitio, nec in dono Dei, nec in bona consuetudine sed in sola Dei misericordia & gratia confidere. Cū senseris in te cogitationem huiusmodi: Iam volo me bene contempere, aut iam volo malæ cogitationi resistere, quia hoc vel illud facio, & similia cogitationem hanc confestim abijce, atque de superbia ac præsumptione te argua. Cogita cum timore ad singula quæ facis, aut de quibus præsumis, quam sint multi, qui talia melioratq; facientes vel habentes ceciderunt. Nunquam ad id te fortis, nunquā ad eodē recollectus, vt non leuissimæ tentationis te aura concutiat, & sæpe euertat. Potest te tentatio quæcumq; de summo ad infima præcipitare, nisi Dei sola gratuitaq; misericordia hoc prohiberet, te præseruando, confortando, & tentationes amouendo. Exempla huius non solum legisti, sed oculis etiam vidisti creberrima. Time igitur tibi, & aliena te faciant pericula cautum. Nihil enim tu facis boni, quod illi non fecerunt, (ij scilicet quos vidisti, qui videbantur magna agere, & putabantur illuminati, nihilominus tamen desperabiliter corruerunt.) Nihil tu habes quod illi non habuerunt. Nihil es illis maior aut fortior. Quamobrem, si tu non grauius, aut saltem æque vt illi cecideris, nequaquam per te id fit, sed Dei sola benignitate & misericordia te præseruante. Noli igitur melius quam de alijs de te sentire, aut quod sis diligentior, deuotior vel feruentior, &c. quocunq; alio, quia quomodo sit quomodo ve stabis in iudicio & præsentia Dei, hodie ignoras. Cogita quoq; quod vno puncto, vel vna breuissima hora, potes omnem gratiam & dispositionem, & omne propositum tuum, & voluntatem proficiendi amittere, & per tentationes in infinita pericula, atque in amentiam vel obstinationem incidere. Ideo semper time, ne sis (sicuti hucusque fuisti) nimis ingratus Deo, superbus, & erga fratrum infirmitates amaricatus. Nescis enim quæ sint iudicia Dei. Si non humilis fueris, aut si alios despexeris, hæc omnia quæ sancte proposuisti non inuabunt te, nisi ad maiorem tuam damnationem, propterea quod scis, & eadem facienda non facis.

Statuta quindecim à Deo, deuoto necessario obseruanda quæ sint.

CAPVT LV.

HÆc sequētia nisi obserues, neq; nomē neq; habitus tibi prodest religionis. Examina igitur quotidie te, quantū in illis profeceris, & quotidie spiritum tuum exhortare, te reprehende, vrge, coge, propositumq; tuum in dies renouandum obserua. Primum est, vt peccata tua semper ante oculos habeas, & vehementi contritionis dolores faciem Dei erubescat, nihil sentiens de te aliter, quam omnium te esse vilissimum, negligentissim-

Peccata commissa semper ante oculos habenda.

tissimum, omnium etiã consortio & aspectu indignū. Quare de te ipso desperans in sola misericordia Dei firmiter cōfidat. *Secundu*, ut de omnibus alijs bene sentias, ita ut non solum non iudices vel obloquaris illis, verum etiã ad eos sis simplex ut neq; cogites, neque intelligas alicuius defectum, tantum occupatus circa proprios defectus. *Tertium*, nulli vnquam irascens vultum, nulli indignantis animum, nulli denique tristitiz aut malevolentiz affectum exhibeas, sed cor quietum, pacificum, humile, vultumq; serenum, silentio, maturitate, atque honesta verecundia ornatum. *Quartum*, omnibus te ad seruiendum humilem & hilarem, promptumq; exhibeas. *Quintum*, ut à loquutione otiosa, à iocis, à leuitatibus (salua tamen charitate fraterna) perfectam tibi indicas abstinentiam. *Sextus*, ut obloquutiones, vituperia, obiurgationes, & alias id genus molestias, non tam patienter, quam gaudenter sustineas: sciens à Deo in virtutis exercitiū hæc tibi missa. Itaque suscipito ea cum desiderio, resignata ad hæc voluntate nihil animo contradicens. *Septimum*, ut omnem curiositatem, puta sciendi, experiendi, sentiendi, & ea quæ necessaria non sunt habendi in te mortifices, hoc vnū fatigēs, quo modo proficias. *Octauū*, ut cogitationes quasq; extra Deū ducenes, in ortu ipsarū repellas. Nullū itaq; patiaris mediū inter te & Deū, semper aut pro beneficijs gratias agens Deo, aut pro delictis, gemens & veniã petens. *Nonum*, ut pro nulla re sollicitus, præsertim dubia, vbi ignoscas vtrū Deo placeat, nec ne. *Decimū*, ut in omnibus euentibus nō mireris, aut dicas, quare hoc euenerit: sed omnia de diuinæ prouidentiz manu suscipias cū gratiarū actione, indubitanter sperans, quoniam ipsi est cura de te & omnibus, nec aliquid euenire permittet, nisi propter bonum nostrum, licet nos non intelligamus. *Vndecimū*, ut præter cibum communem qui omnibus fratribus ministratur, nihil vnquam desideres, quamdiu sanus es, nihil requiras: & si illum non potes comedere, gratias age Deo, quia dedit tibi licitam occasionem abstinenti. Nihil igitur aliud proques, nisi ex iussu præsentis: neque quamdiu sanus es admittas aliud. Medicinalia, præsertim dubia (nisi aliter fuerit iussum à persidente) ex toto sint tibi interdita: sed quoscunq; defectus & molestias corporis elige portare propter Deum, & salutem animæ tuæ, & propter obseruantiam Ordinis, & cauendum scandalum. Gratias age Deo quia ipse tibi imposuit disciplinam, quam tu (licet desideres) imponere non auderis, quia tui iuris non es. *Duodecimū*, ut de nulla re ad te non pertinente ex necessitate, te intromittas, neque loquaris, neque interrogas, maxime de factis officialium, & defectibus fratrum. De absente nihil omnino loquaris. *Tertiumdecimū*, obedientiam, reuerentiam & dilectionem ex sincero corde semper impendas superioribus tuis, bene sentiens de eis, nec alio modo patiens coram te dici aliquid sinistri aut mali de illis. Similiter nec de alio trare & proximo. *Quartumdecimū*, ut vbique requiras & mentis & corporis solitudinem, nunquam otiosus: studeq; ut mundana cuncta tibi videntur. *Quintumdecimū*, statuta & quæ spectant ad statum tuum diligentissime obserua, loco, tempore, modo, cæterisq; circumstantijs, sicut oportet. Consuetudines etiam alias peculiarias bonas nisi magna necessitate haud postponas. Eas nanque intermittere, aut leuiter sæpius mutare, vbi non vrgeat necessitas, inconstans & rapacitatisq; est signum, & ruinæ proximum. Oportet igitur necessaria ut arma tua non abijcias, si non vis periclitari in tentationibus.

Simplicitas habenda quæ

Curiositas mortificanda quæ.

Omnia de manu Domini suscipienda 1 Pet. 5.

Cibi communis singularibus præferendi.

Prælati quæ impendenda.

Consuetudines bonæ non leuiter postponendæ.

ZZ :

Quæ

Quatuor alia pio homini necessaria,
quæ sunt.

CAPVT. LVI.

Resignatio
vera quæ.

Mat. 6.

Laudes & vi
tuperia ho-
minum non
curanda.

Vnum neco-
sarium senti-
perque cogi-
tandū quod.
Luc. 10.

Primum est (quod alioqui sæpius præmonui, nunquamque satis incolesti potest) vt omnia quæ tibi eueniunt, quomodocunque aut vndeunque fiant, de manu Domini accipias sine hæbitatione aliqua: quia Dominus sic ordinauit, sic iussit, eritque ad salutem animæ tuæ, quanquam id nescias. Secundum, sic eidem omnia resignes & commendes. tam præsentia quàm futura, vt quicquid fiat, aliud non velis, credens quod hoc velit Dominus, vt sine hæbitatione, sine cura dicas: *Fiat voluntas tua Domine: siue hoc siue aliud fiat, quid ad me ita volo sicut tu vis, & non aliud.* Tertium, cogita hoc verbum: Dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis. Ideo quicquid alij de te sentiant, quicquid tibi faciant aut dicant, sit tibi indifferens, quo minus grauare feras omnia absq; fantasia aut recogitatione tacens in silentio cordis, siue videaris vtilis, bonus aut malus. Dic igitur tibi ipsi. Nihil hoc ad me, sum qui sum, is sum qui ante oculos Domini sum. Scio antè quod vilissimus & ingratus sum atq; cõtinuo facinorosus in Dei conspectu sum. Hoc neq; laudes neq; vituperia hominũ mutare possit. Cur igitur reputari õ stulte velis, cũ iniuria veritatis? Nihil igitur aliorũ estimatione cura. Laudantes te, non te faciũt meliorũ; vituperantes non te efficiunt (quam es) deteriorem. Tace igitur, & voluntate Deo vnitus in simplicitate cordis confite. Non etiã cogites quod de te hoc illudve ab alijs cogitetur, neque enim opiniones cogitationesque hominum scire aut prohibere potes, quandoquidem huiusmodi tibi nihil conferunt, nihil tollunt. Arbitrari potest quod benè de te sentiant omnes, quamuis in hoc quod benè sentiunt nimis errent, de quo tu vehementer doleas. Aestimare alium quod malè sentiat de proximo, est malè sentire de proximo, aut iudicare illum, propterea caue, ne tam fratres aestimes huiusmodi. Quartum, ad omnia quæ extra Deum sunt, sic te habe sicut te habuisti nondũ natus, puer triennis, aut iam dudum mortuus. De omnibus nihil ad te. Vnũ est necessariũ, de quo semper cogitare oportet, & illi omnia committere, vt neque audire neque sentire aliquo sensũ, vel cogitare extra te ipsum aliquid velis. Ex omnibus autem quæ audis, aut quæ legis, erigere studeas mentem tuam in Deum, & ea trahas in affectum secundũ propõsitum tuum ad Deum. Nunquam res tam secularis, vel tam absurda dici vel sentiri possit, in qua non inuenias aliquid ex quo eleuare queas mentem ad Deum, applicando ad ipsum quæ audis; vt vel gratias agas, quia bonum prouidit; aut depreceris malum, quod sustines. Nullum eni in verbum tam est carnale, quod non habeat, vel applicari possit ad spirituale.

*Mors uti iugiter ob oculos constituenda: quae nos quotidie
præparare ad eam debeamus: qualem item fructum
eiusmodi præparatio in nobis
efficiat.*

CAPVT LVII.

Memento mori. Veniet enim dies & nescis quis futurus sit, aut quando, in quo non possis dicere, cras moriar, sed hodie migrandum est. In morte hæc omnia quæ nunc vides, quæ tractas, quæ diligis, & cum quibus conuerfari, oportet ut post te relinquant. Nam tu solus ibis ad locum tibi ignotum & nemo comitabitur te nisi opera tua, & pro illis recipies remunerationem: & tunc primo cognosces, si amore vel odio dignus sis. Ecce de omni tempore præterito & futuro, non habes aliquid nisi præsens aut instans nunc, & hoc etiam in puncto transit. Dic mihi nunc quid est, vel ubi est quod vixisti? Ecce præterierunt multi anni, & sunt tibi quasi non fuissent, quia de illis nihil habes. Quid modo iuuat te, quid tibi prodest, aut quid consolatur te de omnibus peccatis tuis? Quid durat, aut quid habes de aliqua transacta voluptate? Quid remanet tibi de aliqua mala delectatione? Ecce pro breuissima delectatione, quæ in vno momento deficit & finita est, incidisti in gehennâ ignis, quæ nunquã terminabitur. Quomodo nõ poenitebit te tanta malitiæ & stultitiæ, quæ te decipis? adeoq; desipis, ut nõ cogites quemadmodum tibi iam est de tempore præterito, sic erit tibi in morte, de omni tempore etiam quod modo tibi restat futurum: quia tunc omnia sine sumentia sine habent, & incipit tibi æternum, quod nunquã finietur. Oh quomodo tunc oprabis, quod nullã delectationem vel consolationem vnquã in mundo habuisses, sed semper laborem, humiliationem & tribulationem. Cogita ergo nunc, sicut cogitaturus es in morte: & iudica de tempore futuro, si quod restat, sicut iam iudicas de tempore præterito, quod scilicet etiam sic futurum transibit sine vestigio, & de nulla delectatione peccati tibi quicquam remanebit, nisi merces durissima. Cogita igitur & consimiliter quid tibi iam noceret aut noceret si pro vitæ salute aliquid laborasti, si aliquid pro peccatis, aut propter Deum ex charitate sustinuisti, si contra vitia viriliter pugnavisti, si delectationi nulli consentisti, si superflua abiectisti, si propria voluntate contempsisti, &c. Ecce quid nocet tibi labor, afflictio, pressura & omnia quæ videntur graua & importabilia, si vique ad præsens ea tolerasti? Iam præterita transferunt, & nihil eorũ de præteritis iam te potest cõtristare, sed conscientiam tuã magis lætificant. Pari modo etiã de futuris iudica, quæ licet modo sint futura vel præsentia, & ideo times, ideoq; tædet te laborare, vel sustinere, tamẽ paulo post erunt præterita, tunc gaudebis, quia transferunt, quia superasti, quia passus es & iterum evasisti. Ecce quod te grauat hodie, cras erit præteritum. Similiter & quod te delectat non stabit, & quæ cras euenient non erunt perendie. Cogita quod hodie sit remuneratio, finisque laborum & operum tuorum. Illud verò hodie, cogita quotidie, & quid nunc opes te fecisse, tunc interroga. Quicquid igitur optas, nunc facito, quia sic tibi eueniet in morte, ut scili-

ut scilicet retribuat tibi tam pro bono quam pro malo. O frater, quid propo-
nis & quid cogitas? Nocte, imò hoc ipso die tibi moriendum est. Quid cogitas de
crastino, crastinum non visurus? Quid proponis in longum, hodie moriturus, ut
Oportet quod homo ita peccata & occasiones fugiat, quasi hodie moriturus, ut
se hodie in ultima contritione & pœnitentia (qua se velit inuenire) disponat. Et
iterum oportet quod tam instanter ac vigilanter pro virtutibus laboret, quasi iam
à nouo vel ab initio incipiat, in anteriora sese extensurus. In omnibus quoque
eam discretionem & modum teneat, quasi semper victurus, hoc est, ita se habeat,
ut si etiam per plurimos annos ipsum viuere contingeret, adhuc ad seruendum
Deo illi vires sufficerent.

*Excessus negligentieque, quibus remedijs curande, quanto-
que studio verbis nostris inuigilare
debeamus.*

CAPVT LVIII.

Iuat pro defectuum negligentiarumq; vbi deliqueris contra propo-
situm, remedio. (Nam si contra Dei præcepta delinqueris, grauior esset etiam
extorquenda pœnitentia) ut pœnitentiam, hoc est, aliquid afflictiuum in vi-
tionem delicti ex zelo Dei, quem offendisti, tibi imponas. Singulis igitur excessi-
bus, singula adhibeas remedia atq; punitiones. Verbi gratia: quia non licet tibi
post hac loqui de mundanis rebus aut iocis, nec vana, sed edificatoria iârum, et
que ideo quoties excolleris, ages pœnitentiam. Custodi oculos tuos circa intui-
tum cuiuscunque hominis in faciem, ibi tamen magis vbi natura proclinet
est ad recipiendum scandalum. Si excolleris, pro pœnitentia aliquid licet tibi
subtrahere. Familiaritatem nimiam circa quoscunque homines in iocis, in blandi-
tijs, &c. abscinde penitus, quia sensualitas & carnalitas clam se admiscunt. Id-
circo quando soltes, vbi deliquisti in aliquo horum, cadens in terram, pete ve-
niam. Pro superfluis verbis, pro leuitatibus, iocis, cachinnis, & huiusmodi, si nò
ex proposito fuerint admissa, quamprimum aduerteris, te ipsum ad cordiam
gemitu, per tunctione pectoris excitandus es. Veni quoque & gratia emendandi
simul à Deo postulanda sunt. Si verò scilicet aut deliberate admissa sunt, in cel-
la ad terram cadere, & à Deo veniam petere necesse erit. Si notabilis excessus
fuerit, aut si detractoria verba, carnalia, inuidia, iactantia, & huiusmodi int-
derint, idq; scilicet, disciplinam, hoc est, virgarum castionem accipe. Si sponte
de seculo, aut alio statuto, aut de rebus seculi cogitationes recinueris aut susce-
peris propter curiositatem aut delectationem cogitandi, toties accipies discipli-
nam, aut in terram cadens, dices: *AHC MALA*. In hyeme, quando molesta tem-
poris consumptio foret vestimentis deponendis, debes prostratus in faciem, vel
in modum crucis expansis brachijs orationem dominicam dicere, & veniam
petere pro eiusmodi defectibus. Quoties in refectorio curiose oculos leuaueris
ad id videndum quod te possit turbare, toties à comedendo tantisper te conti-
ne, donec ter angelicam legeris salutationem. In choro pro simili delicto sumes
veniam,

Familiaritas
abscinde da-
que.

Verba illicita
ta quomodo
resecanda.

Valde pro-
fuit hæ vo-
luntate pœ-
nitentia ex-
citacione

veniam, aut post finem horæ legas salutationem angelicam. Hoc modo subtraheo, aut dilatio cibi ad moram ante oculos positi, & non gustati, donec torquetur satis edendi concupiscentia, pœnitentia erit tibi quando esuris, pro corrigendis defectibus. Duo sunt contra prouitatem delinquendi atque recidivandi opportuna remedia. Primum est, quam cito te deliquisse senseris, doleas, atque propositum emendandi, atque post hac cauendi restaures. idq; tam deuota mente firmoq; proposito, ac si nunquam cecidisses. Itaque hoc facias toties, quoties cecideris. Alterum est, vt delictum commissum absque pœnitentia inultum non finas, sed disciplinam cum virgis, aut afflicturam aliam, quam absque periculo natura ferre potest, tibi impone: aut iuxta discretionem aliqua tibi delectabilia subtrahe: aut saltem (si ijs carere non potes, vt sunt cibus potusve) ad tempus illa differ atque suspende: & hoc ad concupiscentiæ punitiōnem.

Remedia
duo contra
recidivandi
prouitatē.

Propositum emendationis vitæ, vt subinde instaurandum sit.

CAPVT LIX.

CAue ne propter humanæ fragilitatis toties iteratæ, toties lapsæ, experientiam, sias pusillanimitas, & quasi desperando à bonis cceptis deficias. Quoties cadis resurge: quoties deficis, toties animuū resume, & propositum restaura, imò toties à nouo iam tibi (quasi nunc primum incipias) leges statue. Solet enim diabolus quos tentatione non vincit, importunitate, molestia atque pugnandi tædio plerumque vincere, vt quos delectationibus, concupiscentiisq; illicere non potest, pugnandi atque resistendi frequentia fatiget. Tu igitur constans mane, & quotiescunque etiam victus fueris, arma & vires resume. Nunquam victus iudicabitur quisquis ex prælio non recessit, quisquis pugnandi animo perseverat, quamuis fortasse hostem nunquam prosternat. Et tu si pugnando etiam mortuus fueris, pugna diutina ipsa (quam Dei amore ac propter Deum sustinueris) tibi pro victoria atque corona imputabitur. Quia verò multa sunt quæ cuiusmodi tuum propositum sit aut esse debeat, iam dicta sunt, eadem ad modum epilogi recensibo.

Victus in spiritali prælio censendus quis.

EXER-

EXERCITIA TRIA CHRISTI
FIDELIBVS CVNCTIS LONGE VTISSIMA:
ex quibus, velut radicibus, omnia alia pullulant
exercitia.

QVICVNQVE AVTEM TRIA ISTA EXERCITIA
studiose serauerit, citò à peccatis & vitijs omnibus mundabi-
tur, gratijs & donis maximis illustrabitur, perfecta & charitate
& amicitia Deo vnietur, & felici morte consumabitur.

*Vti quisque iuxta suam vocationem viuere, diuinasque laudes, re-
liquaque sua debita, ad quæ ex suo statu obligatur,
pendere debeat.*

CAPVT LX.

EXercitium primum vocatur debitum, vt videlicet, diligenter medi-
tis die ac nocte, quid pro loco & tempore, & hora qualibet debeas fa-
cere, iuxta legem Dei, siue ordinis, siue status tui. Quia ingratum est
Spiritu sancto quicquid feceris, neglecto eo, ad quod teneris. Satage er-
go facere quod debes, nõ quod libet, sed secũdũ sensualitatẽ delectat.
Et libros ad hoc necessarios diligẽter perquire atq; reuolue. Ercuriosos, aliosque
omnes tuo proposito nõ seruientes tibi, non necessarios libros relinque. Deuo-
tos homines de diuinis loquentes, libenter consule, & audi: vagos verò & cu-
riosos fuge, aut ex charitate corripe, & pro ipsis ora. Inter omnia autem debita,
præcipua cura studeas, laudes & officia diuina in templo & cella cum omni dili-
gentia & reuerentia soluere: ne aliqua ex tua parte negligentia contingat, ter-
ritus exemplo Saulis, qui quando intumuit, & neglecta obedientia, quod sibi
bonum videbatur obtulit, à Domino abiectus est. Ad *Gloria Patri*, opta summo
desiderio Deũ ab omnibus creaturis perfectissimè laudari, pro his quæ in *Psal-
mo* commemorata sunt, videlicet pro quolibet beneficio nobis præstito, vel
tormento per ipsum pro nostri redemptione perpeffo, & pro singulis vitijs &
periculis, à quibus te liberauit, cum maximo desiderio eadem vitia de cætero vi-
tandi vsque ad mortem, secundũ quod hæc omnia, vel eorum aliqua, in *Psal-
mo* illo præuio à te fuerunt lecta, cantata, vel audita. Simili deuotione omnia,
quæ tibi ex debito incumbunt exequere & age, tam in spiritualibus, quam tem-
poralibus, omnia illa pura intentione singularim Deo offerendo, ad gloriam
suam, & tuam voluntatem & cupiditatem funditus abnegando, in omnibus
operibus & exercitijs tuis.

Bernar.

Officia diui-
na qui sol-
uenda.

1. Reg 15.

*Vti, & quando quisque suam conscientiam discutere, atque
cum Deo denuo in gratiam redire
debeat.*

CAPVT. LXI.

Exercitium iustum deinde secundo loco hoc modo exercebis. Nam quoti-
die examinando teipsum, quodlibet operam tuorum in se valde defe-
ctuosum, & te in multis offendisse conspicias, teq; cum tali offensa & cor-
dis immundicia, ad deuotum exercitium & Dei aspectum non posse peruenire
cognosces, sicq; tibi necesse videbis, vt Deum sic offensum primò per pœnitenti-
am places, secundo cor ab omni immundicia purges. Nocturno agitur siue
serotino, aut alio tempore apto, quantum tibi possibile fuerit (vt possis deuo-
tum exercitium digne peragere) solus in cubiculo exercias te, scopando spiri-
tum tuum & mundando, cum magna cordis contritione pro multiplici Dei of-
fensione, lauando per singulas noctes lectum tuum, & lachrymis tuis stratum psal. 6.
Hicr. 6.
tuum rigando, & pro singulis peccatis quasi luctu inuigilanti faciendo, & tibi ip-
si pœnam aliquam imponendo, quod tam multipliciter & grauiter peccasti, &
Deum tuum offendisti. De quo & humiliter confitearis, de secretis in secreto, &
de publicis in publico, paratus ad flagella, ad verbera, & ad omnia aduersa, quæ
Deus vel homines imposuerint, vel ipse assumpseris, pro satisfactione imple-
nda: Orans Deum, vt ipse dignetur, quod tu minus facis supplere, & te in isto se-
culo punire, suscipiens omnia aduersa de manu eius, tibi missa ex amore, cum
maxima gratitudine: & habens firmum propositum plangenda vltèrius non
committere, cum bona spe & fiducia de Dei misericordia. Nihilominus tua pec-
cata semper grauisima iudica, & omnium aliorum hominum peccata alleuia,
propter diuersos respectus & circumstantias ad hoc concurrentes. Et ideo teip-
sum plus quam aliquam creaturam odias, velut indignum qui à terra porte-
ris, eo quod tam bonum Dominum sic offenderis. Et omnes homines plusquam
seipsum diligas, æstimans te omnibus illis propter certos respectus, in veritate
peiores: quia non tam grauiter peccauerunt vt tu, neque tot & tanta beneficia,
gratias & occasiones mala dimittendi, & bona faciendi à Deo receperunt vt tu,
si bene illis vti voluisses.

*Deuotio vera in quibus consistat, quibusque ea
modis sit fouenda.*

CAPVT LXII.

Exercitium tertium, id est, deuotum, consistit præcipuè in prompta vo-
luntate ad Dei obsequia, & ad cuncta Deo beneplacita, quo peruenitur ad
contemplanda bona supercœlestia. Ad quod nulla est securior via, quàm vt
mundis

Aaa

mundis

Ioan. 1.

mundis oculis cordis inspicias & mediteris vitam & passionem Domini nostri Iesu Christi, tam secundum eius diuinitatem, quam humanitatem, tam ante seculum, quam in seculo, & post finem seculorum, tam in creaturis, quam scripturis expressam. Ad quod etiam exercitium Psalterium Davidicum non parum confert, utpote mysterijs Christi refertissimum, sicut & cetera scriptura. Quia Iesus Christus est lux vera, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: maximè tamè illū, qui simplici fide, puro ac mundo corde, pijs ac deuota meditatione accedit ad ipsum: non solum intimè compatiendo, sed etiam ipsum pro tali exemplo, & pro tanto beneficio omnibus medullis cordis sui benedicendo, laudando & amando, & in Psalmis & alijs scripturis ipsi gratias agendo & iubilando, & omnes homines & angelos & creaturas ad ipsum laudandum inuocando: sed etiam verbis, factis & exemplis, feruida charitate, perfectaq; uoluntate, pro toto posse suo & conatu maximo, ipsum in hac uia, ueritate & uita, pro uiribus suis sequendo & imitando, & vitam suam & mores illi conformando. Qui hæc tria præscripta exercitia fideliter custodierunt, & in eis perseverauerunt, faciliter & mirabiliter ad magnam sanctitatem summamq; perfectionem peruenerunt, dum totam vitam suam his tribus exercitijs impendunt: ita ut sæpe exterius & interius maximo charitatis ardore, eos in meditatione eorum exardescens ignis diuinæ charitatis, inflammauit. Qui Deo per hæc valde chari & accepti facti sunt: aded ut propter eos etiam multis alijs pepercerit & benefecerit in Ecclesia sua, cum uiuis tum defunctis.

Psal. 142.

Quemadmodum etiam nuper contigit cuidam Dei amico, qui pro exercitio deuoto meditabatur, & aspexit vitam & passionem Iesu, primo in antiquis Patribus in ueteri testamento multipliciter præfiguratam: secundo per ipsum Dominum Iesum mirabilibus operibus personaliter exhibitam: tertio in operibus & passionibus sanctorum membrorum suorum, eidem adherentium, multipliciter exercitatem, & nobis utiliter exemplificatam. Et sic omnia traxit ad vitam & passionem Domini, quemadmodum scriptum est: *Memor suorum antiquorum.* (quo ad primum) *Meditatus sum in omnibus operibus tuis* (quo ad secundum) *In factis manuum tuarum meditabar* (quo ad tertium) Qui tandem recepit in isto seculo ex meditatione uel ex exercitio debito, magnam cum Deo familiaritatem, & familiarem de multis informationem. Et ex meditatione ista perfectam in hac uita peccatorum purgationem. Et ex meditatione deuota mirabiles illuminationes mentis, & rapta etiam usque ad tertium cælum, & secretorum Dei cognitionem limpidissimam, & cum summo Deo amicitiam

1 Cor. 2.

& unionem in vno spiritu: præter ea, quæ in futuro seculo illi reposita sunt, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendunt, quæ præparauit Deus diligentijs s.

De duodecim defectibus, homini pio valde perniciosis.

CAPVT LXIII.

Primo quod nimium est externus, idè & interna consolatio merito ei subtrahitur. *Secundò*, quod nimium socialis & affabilis, quare fit vt Deo minus placeat. *Tertio*, quod nimis audax & temerarius, idè spiritualement quoque verecundiam amittit. *Quarto*, quod impetu quodam ad omnia fertur, quare animi tranquillitatem perdit. *Quinto*, quod in virtutibus, reuera tamen non suis nimium extollitur, idè vera humilitate fraudatur. *Sextò*, quod pronior est, ad alios dijudicandos: quare fraternam in se charitatem iugulat. *Septimò*, quod transitoria ista nimium amat, idè diuinus amor ei subtrahitur. *Octauò*, quod superius nimium est in orationibus, idè interno quoque adfectu priuatur. *Nonò*, quod desidiò est, ad ea peragenda quibus vitia sua edomare possit, quare fit, vt gratiam quoque Dei amittat. *Decimò*, quod externis operibus nimium est adiectus, quare fit, vt ipse sibi perfectè non innotescat, & diuina insuper dulcedine destituatur. *Vndecimò*, quod nimium philautus est, idè ad germanam naturæ mortificationem nunquam perueniet. *Duodecimò*, quod in defectibus suis expandis negligentior fit, idè puritatis animi iacturam facit non modicam.

Decem puncta perfectionis.

CAPVT LXIII.

Multa sanè præclara dicta in diuersis continentur libellis, atqui ex decern hisce punctis, in decem manu digitis locandis totius boni seges excrefcit. *Primo*, vigilanti sedulitate ante diuinam præsentiam semper confitens, solus apud te manebis ac internus. *Secundò*, assidue perpendes omnia verba, operatq; tua, & ea ad Dei honorem diriges. *Tertio*, quæcunque supra te vel contra te venerint, ijs vicissim cum vera misericordia, & patienti mansuetudine obuiare studebis. *Quarto*, proprios defectus, non alienos inspicias & agnoscas, cum vera humilitate. *Quinto*, non solum corpore, sed etiam mente & amore ab vniuersis rebus temporalibus te segregabis. *Sextò*, Deo semper adhaerebis cum æstuantis desiderio, & amorosa coniunctione. *Septimò*, Christi inculpam vitam amarissimam passionem, placidissimos mores frequenter habebis ob oculos, vt ea pro tua virili imiteris. *Octauò*, voluntatem tuam semper abnegatam, cum amabilissima Domini tui voluntate vnies, in tristibus, in lætis, in dulcibus & amarissimis, in habendis & carendis, in vita pariter & in morte. *Nonò*, omnes sollicitudines, omnia negocia tua Deo committendo, de manu Domini nude omnia accipies. *Decimò*, in omnibus & pro omnibus tam minusculis, quàm maiusculis Deo grauas ages & laudabis.

Aaa 2

De

De sex sedulitatibus seu diligentijs.

CAPVT LXV.

Sex diligentia adhibenda.

VT autem homo in vita spirituali proficiat, ac perseueret, sex diligentias facere debet. *Primò*, cor suum frequenter ad Deum eleuet, eiusque gratiam & patrocinium feruenter semper imploret, quoniam à seipso planè potest nihil. *Secundò*, sibi forte deliquerit, protinus cum magna diligentia ad mentem rediens, per veram pœnitentiam & confessionem ad Deum studio iterum se conuertat, cum firmo proposito omnia peccata, omnesque peccatorum occasiones euitandi. *Tertiò*, rei diuinæ audiendæ quotidie operam det, idque ex mera gratiarum actione: quotidie enim renouatur nobis amor ille, quo suavissimus Dominus seipsum nobis reliquit in terris. *Quartò*, sæpius, maxime autem festis diebus se ad sumptionem sacramenti Eucharistiæ præparet. Quod & si semper non accipiat, aut si alioqui parum ad hoc sit dispositus, nihil secus tamen ad hoc se præparabit, quam si verè illud esset accepturus: vt inexhauste illi Seruatoris dilectioni aliquatenus saltem occurrat, faciens quod in se est. *Quintò*, magna diligentia, magnoque adfectu ad verbum Dei audiendum, legendum (sicut ad verum animæ cibum) properet, quod auditum vel lectum, studiosè reuoluens, ita apud sese aliquantisper maneat, perinde ac si Christi corpus verè manducasset, verbum Dei intra se operari sinens. Verùm enimvero errores istos neotericos, qui sub verbi Dei pretextu nunc passim inualescunt, idque contra fidem & instituta Ecclesiæ Catholicæ, quæ sponsa Christi est & basis veritatis, maiori studio cauebit, quam ipsum cacodæmonè, si modo salutis sue curam aliquam habeat. Non est enim nisi vna Ecclesia Catholica, vna fides, per vniuersas mundi nationes dispersa, ab exordio mundi ad finem vsque duratura, in cuius vnitate seruandi sumus omnes. *Sextò*, omnes societates & familiaritates omnium hominum, quantumuis etiam sancti aut religiosi sint, qui ei alicubi occasio esse possunt, boni alicuius omittendi, aut sceleris cuiuspiam admittendi, studiosè deuitet.

Verbū Dei quā studiose auscultandum sit.

Ecclesiæ vnitatis.

Familiaritas fugienda quæ.

Clarum Speculum & amabile exemplar, quod nobis præmonstrauit Dominus noster Iesus Christus, quodque à nobis vicissim exigit.

CAPVT LXVI

Quisquis in virum spirituale euadere desiderat, ante omnia maximā interioris hominis sui curā agere & tacere debet, vt audiat quid in eo loquatur Deus. Omnem etiam occupationem, cordisque distractionem deuitet, ac Deo in solitudine vacet. Sensus suos ab omni vanitate arceat, Deique præsen-

presentiam in omni loco, in omni tempore contemplari studeat. Secum habi-
 ter, zelum habeat manendi semper in veritate & sinceritate cordis & tranquilli-
 tate conscientiar. Mitis semper & humilis sit corde, & deiformis in tota conuer-
 satione. Omnia de manu Domini accipiat, Deum in omnibus operibus semper
 prae oculis habeat. In humili quadam sui ipsius abnegatione erga Deum semper
 consistat, cui etiam subijciat se & omni homini propter Deum. Homo deiformis
 sine intermissione bonitatem, perfectionemque Dei, ac è diuerso vilitatem im-
 perfectionemque suam perpendat, reputans se omnibus hominibus longè infe-
 riorum Summo opere à sui vana complacentia, naturaque suae latente nequitia se-
 metipsum custodiat, nec maiora de se sentiat aut sentiri velit, quam à seip-
 so habet, hoc est nil nisi peccatum. Nouum quendam viuendi modum,
 noua exercitia ad mortificandum seipsum, semper quaerat, & quasi iam pri-
 mum incipiat, ad nouas semper virtutes seipsum extendat. Verbis parcus, vir-
 tutibus locuples sit. Derelinqui & aspernari cupiat ab omnibus hominibus. Mi-
 nimos defectus maximi ponderet. Praecipuum illius studium sit vt Deum intus
 in anima sua semper praesentem inueniat, & foris omnem hominem honestis
 vitae exemplis edificet. Omnia opera sua in absolutissima sua perfectione ad
 Dei honorem perficiat. Verus Dei cultor nil faciat in hoc tempore, cuius illum
 poeniteat in aeternitate. In tribulationibus quibusuis spiritualem tolerantiam,
 in multiplicitate magna recollectam mentem habeat. Nil proprium in hoc
 tempore, nullum delectum in rebus possideat, nil praeter Deum in mente sua
 concipiat, vnde etiam nil praeter Deum solum pariat, hoc est, nihil mentem su-
 am intrare, nihil exire permittat, nisi Deum. Abstractum se ab omnibus homi-
 nibus, vacuum ab irruentibus imaginibus teneat. Mentem asserat, liberamque
 faciat ab omnibus accidentibus. Inspirationem patris sui caelestis assidue in a-
 nima suscipiat. Frequens se in veneranda imagine Domini nostri Iesu Christi
 cernat, & contempletur, num forte in aliquo huic similis dissimilisve sit. Om-
 nibus seipsum exemplar probitatis exhibeat. Verax sit in verbis, maturus
 in tota conuersatione. Assidue originem suam vnde sine medio processit,
 contempletur, & illuc omni cum diligentia repedare studeat. Perpendat e-
 tiam quid sit, vbi sit, vnde venerit, quo reuertetur, quid agatur, propter
 quid agat. Constans, proficiensque in virtutibus & veritate ad mortem vsque
 perseueret.

*Epilogus eorum quae dicta sunt, praecipua quaedam, quae initio
 in usum frequentiore non sunt
 vertenda tyroni, re-
 petens.*

CAPVT LXVII.

Ad haec niti per gratiam Dei tibi necessarium est. *Primo*, omnes consolatio-
 nes corporales ac familiaritates hominum abijcere. Pari modo de cunctis
 rebus facias, quarum causa non est Deus. Deo itaque & patri spirituali te

et elinquis. Voluntatem propriam vbicunq; potueris frange, & proxime
fratribus tuis charitatis officia studiosissime exhibe. Sensui ac consilio proprio,
quatenus licet cedas, & alieno humiliter acquiescas. Omnes occupationes inu-
les rejice, quid perfeceris saepenumero discute. In omni re solum ad Deum, ad
eius matrem Mariam per orationem pro auxilio recurre. Laudem & reputa-
tionem vbicunq; poteris fuge, & quicquid eiusmodi esset cela. Nullam diffi-
cultatem laboris pro Deo aut fratribus refuge: ventrem, linguam & sensus ac-
tissimè custodi. Suspitiones aliorum atque tui despectum (vbi culpa non est)
non meruas. Nihil singularitatis, ostentationis aut laudabilitatis extranea
gram alijs, de te praesertim dicito aut facito. Te ipsum & sensum tuum contem-
ne, vilipende ac stultum te arbitrare. Vanitatem laetitiae, libertatis ac leuitatis si-
mularque turbulentiam vultus absconde, tamen aliquali laetitia atque compo-
sitione cordis, colloquijs & huiusmodi solatijs interesto, ostenta tamen semper
serenitatem in vultu. De absente non est loquendum. Detractionem si corrigere
aut emendare non potes in alio, per alium sermonem interrompe, hoc est, ut
dicitur aliquid offensiuum conscientiae contra aliquem fratrem, si hunc excu-
re, aut si faciem detrahentis nequiteris declinare, saltem quasi araneam
aut vermem in vestibus tuis, simulans excute, dicendo: Ecce, ecce: vel aliquod
rari demonstra, vel quora ista hora interroga, vel quae sint agenda praeco-
ciato &c. quo sermone hoc peregrino, alios sermones noxios ac detractione-
os interrompas, & istam tentationem sepelias. Huiusmodi remedia praeco-
canda sunt semper ante colloquia, quando meliora ex scripturis non occur-
runt, quibus sermonem si quid contra stimulum conscientiae audire contingat
interrompere possis. De alijs quae indifferentia, aut non necessaria dici tacerent
possunt, nisi interrogatus, non loquaris. Tunc tamen quando loquendum est, lo-
quere dulciter, breuiter, & quasi subridendo submitte. Siue taceas, siue loquaris
semper in facie benignitatem ostende, cum humilitate atque verecundia in mor-
ribus, ut à foris appareat in facie serenitas, in corde pax. Contentionem aut dis-
putationem semel prolatam (si visum fuerit expediens,) tua sententia, inter fra-
tres tacendo vince. Simul loquentibus te non admisceas, nisi vocatus. Semper
stultitiam aut ignorantiam, propter humilitatem custodiendam, ab exerci-
tiam simula. Quod per alium dici aut fieri potest, si honorificum illud sit, tibi in-
suis non facito. Docentem te (etiam si errauerit, aut si aliter instructus aut nullus
fueris) humiliter audi, & ad humilitatem, charitatemq; obtinendam in nulla ei
resiste. Dicere tamen potes te à magistro, aut Priore aliter iussum, rogareq; illum
ne si aliter propterea feceris, a gregerat Corripientem te (etiam si innocens fue-
ris, vbi non est mortale peccatum, aut actus valde scandalosus) patienter sustine,
& tace cum serenitate vultus. Si autem necesse sit in magnis, non minus semel
paucissimis verbis excusa, dicendo: Ita contigit, scilicet ex ignorantia,
vel contra voluntatem, vel ex obliuione, vel non mihi constat, (si tamen
innocens fueris.) Nam si iuste reprehensus fueris, quomodocumque eue-
rit, dicas veritatem. Ego malefeci, aut peccaui. Spero quod per gratiam Dei
de cetero diligentius cauebo. Siue: Per gratiam Dei libenter volo emendare. In
modicis si tibi fiat iniuria, humiliter increpationem seu correptionem sustine,
in Dei virtute, & gratia adiuuante, & dic: *Dulcissime Iesu, haec sustinens taceo pro
tui amore, quandoquidem innumeris peccatis quotidie te offendo, pro quibus non cor-
rior. Spero*

Detractiones
quomodo
interrompen-
dae sint.

Correptiones
vbi pa-
tenter ac hu-
militer sus-
tinetur sint.

Spero quod plus mihi & illi proderit patientia tacens, quam superbia vel qua
 in adificatio me excusans. Si ego me excusauero, nihilominus alter si vult, tenet opinionem
 aut suspensionem suam. Tu vero si tamen propter te & amore virtutis, & non vana gloria ta-
 ceras (quod mihi largiaris quasi pessime Deus) dissolues suspensionem eius. Verba tua sub
 quadam dubietate sepe asserere, scilicet ego ita puro, credo, fortasse, an forte sic, vel
 ne potest esse &c. & pro nulla re penitus disputa aut contende. Quid enim tibi no-
 cat sensus aut opinio alterius, si tecum non concordet? Non solum praesidentis, sed
 etiam fratrum, ubi cognoueris illorum voluntatem, statim antequam fueris
 iustus, perlice. Erga fratres tamen (ubi id esset in proprium detrimentum, aut
 praesumptionem, siue eiusmodi quid inhonestum) noli te ingerere nisi rogatus: nec
 tunc quocumque nisi abique peccato etiam fiat hoc opus. Si intellexeris aliquem fratrem vel
 leat delectare re quamcumque etiam tibi gratam, non praecipias, nec praueñas illi, a-
 pudeum qui conferre habet, sed occulte ipsi dimittas petendi obtinendique locum.
 Vbi potueris confusionem generalem aut priuatam alicuius fratris praerogare,
 tollendo occasionem, in secreto id semper facias. Si potueris aliquem supportare
 ab onere alicuius laboris, qui ad humilitatem aut charitatem pertinet, in secre-
 to praueñas, ita tamen si sciueris id alteri non fore molestum, ne forte cum pu-
 taueris te exhibiturum charitatem, praesumptuose te ingerens, amplius offen-
 das fratrem: quia maiorem fortasse quam tu habet emulationem pro virtuti-
 bus, quare nolit se supportari. Quod propter charitatem facis, propter maiorem
 charitatem aut obedientiam etiam dimittas, ubi sic expedit. Neminem increpa
 aut instrue nisi diu deliberatus, nec tamen tunc quoque (si aliqua commotio tibi
 in corde fuerit) aliquem reprehendas, ne passioni, iracundiae, impatientiae & hu-
 milissimi satis facere seruissimae videaris, non zelum habuisse. Contra neminem
 murmuris, neminem iudica aut contemne, semper cogita quia te Dominus sine
 dubio in eundem aut maiorem defectum permittet incidere si temere iudica-
 ueris. Neminem diffama, nulli detrahe, nec male cuiquam loquaris, praesertim
 mala intentione. Hoc specialiter intende, & pactum sic faciendi adhibe, dicens:
 Pactum facio tecum, & cum gratia tua Domine mi dulcissime Iesu, ut me custo-
 dias, quia nolo iudicare quenquam. (Iudicare enim est concludere, aut pro vero
 tenere atque diffinire, seu definitiuam sententiam tenere, quod hoc ita aut ita
 sit) sed suspendam semper sententiam, & ambiguo relinquam. Ideo propone-
 ream de absente omnino non loqui, quod malam posset inferre opinionem al-
 teri: & si etiam loquutus fueris, non tamen iudices, sed si quid dixeris ex loqua-
 tate perperam, omnino reuoca. Defectus naturales & inemendabiles noli eru-
 bescere vel occultare, ut deformitatem, raucitatem & similia: alios habentes de-
 fectus eiusmodi, plus venerare, tanquam pro salute sua onera haec sustinentes.
 Contra nullum delinquentem indignare, at multo magis patiens esto pro paruis
 defectibus, pro inhabilitate, ruditate, ignorantia & infirmitate aliorum, imo
 proximorum defectus leues non intellige aut dissimula, eorundemque confusio-
 nes tuas arbitrare. Confusionem coram fratribus praestat sustinere aut
 contemptum, quam facere contra obedientiam vel contra conscientiam.
 Dei honor alijs est omnibus antefendus. Quando rei cuiuspiam in men-
 tem tibi subit quae est reprehensibilis aut defectuosa in aliquo, illam
 quomodo facta dictaue sit non discutias, neque in memoriam aut rememo-
 rationem cordis rei recipias autorem, neque defectum illum; sed sicut
 venenum

Charitas fra-
 terna quibus
 studijs nutri-
 enda sit.

Iudicia res-
 metaria ca-
 uenda.

Iudicatio
 quid sit.

Memoria re-
moris quo-
modo quo-
tidie sit ha-
benda.

Conscientia
vti de se
discutienda
sit.

Loquendū
quomodo
sit cum alijs.

Accusatus ac
reprehensū
quomodo se
habere de-
beat.

venenum cuncta de corde proijcias cum violentia, & te ad aliud cogitandum compellas. Quotidie semel, aut sub mensa vel post vespas de morte cogitabis, & quomodo vita tua omni hora minuitur, tūq; morti occurris, & ipsa tibi: Item quam sis incertus quando, & quomodo te rapiat, aut qualem te inueniat. Quod præterea ignoras cuiusmodi opera tua sint, & an in gratia, vel extra gratiam inueniaris. Postremò quomodo transibis solus, & omnia post te relinques. Item ante Completorium vel iturus ad lectum, seu inter exuendum, recollige & discute te de singulis factis hac die, vel omissis: Puta cuiusmodi habueris affectio- nes, cuiusmodi cogitationes, & si quid dixeris, aut si propositum tuo quid con- tra feceris. Si inuenieris te culpæ obnoxium, excitabis te ad contritionem & orationem, delictum signabis, confiteberis, emendationem institues, pro- positum de nouo incipies, & in vulnera Iesu, ad pedesq; beatissimæ Mariæ in- custodiendum committes, quos vt à præteritis te mudent, & à futura custodiant etiam enixe rogabis. Cū permaneris ad breue tempus in colloquio propter singularitatem vitandam, loquaris quamdiu illi es cum magistro, aut alio te edificante paucis verbis hilariter, modeste & verecundè tanquam seruus cum domino dilecto. In sermone abstandas, quicquid tibi laudem, aut alteri vi- tuperium ingerere potest, non disputes, non contendas, sed audiendo alios po- tius tu tacitus studeas proficere, quam conferendo docere. Potissimè autem hoc propterea eligas, vt valeas nesciri, ne reputatio aut laus aliena, aut honor obli- tus aufereat, quod ignorantia simulata custodit. De absente (propter vitium de- tractionis) nullo modo loquaris, nisi omnino fuerit necessarium, aut edificabi- le valde quod dicas, præhabita maxima deliberatione: ne si dixeris id tibi sit superbiam, aut in ruinam eueniat. Si accusationis quippiam tibi obijerit, aut si reprehendaris, nunquam excusabis, nisi sequatur de silentio scandalum. Si reus fueris, petas veniam, culpamq; recognoscens, alias tacens patiaris, qua- si tibi nemo loquatur, vel quasi alius iam sis, quam qui accusatur. Tunc quoque hoc modo Domino loquere: Domine Iesu, interdum conari volo, vt per tuam gra- tiam increpanti, aut obiurganti, nullum verbum, signum, aut motū indignationis exhi- beam: sed quantum mihi possibile est, aut tacendo humilis, aut respondendo dulcis in- uentur. Si vero motus interior, displicentiæ aut iracundiæ irrepserit, statim volo me signa- tuo & benignissime Iesu signare in corde. Tu igitur Deus piissime da virtutem, rogamus tuo, da passioni & cruci tue virtutem, & efficaciam, vt omnes vincam insidias inimicū, vt vitia in me cuncta destruam. Inter leuia quoque quæ viciosa sunt, dum occur- runt, mentem ve pulsant, quam primū cor aut frontem tuam signes & Dei in- uocans auxilium, & ne in verba aliqua turpia aut maligna prorumpat, compri- me dentes, morde labia, & ad serenitatē in vultu, ad tranquillitatē in moribus, in conuersatione quoque vniuersa ad charitatē pacemq; te ipsum cohibe. Quan- tū potueris proximo inimicanti aut molesto, plura solito pietatis ac veneratio- nis obsequia offerre studero, Dominumq; Deum pro vtriusque charitate con- seruanda, roga, aut vnā orationem offer pro vtroque. Si verbo, aut opere te aliquem offenderis: deprehenderis, statim superbiae tuae violentiam facias, petas vt tibi ignoscat, & pro pœnitentia legas, De profundis. Si aliquid tibi cum proxi- mo incumbat loqui, ante cum violentia & oratione cor ad mititatem, mansue- tudinem, & ad humilitatem componas, quasi calumniam futuram expectes, & deo te præpara expendet; quam velis sufferre patienter. Pro quacunque re vera

ut falsa non contendas, sed si pro necessitate veritatem dicenti non creditur, semel aut bis, dimittas quemuis humiliter tacens, in suo sensu abundare, & te comittat Deo, omnia operiens charitate. Generaliter in colloquijs & in quouis obsequio fratribus exhibendo: imò in omni conuersatione tua per gratiam Domini Iesu, & matris eius in mente (quantum possibile est) seruato humilitatem, in vultu serenitatem, in corde mititatem, in voce lenitatem, in verbo maturitatem, compositionem in moribus, hilarem verecundiam in gestu. Deliberabis autem ter antequam loquaris, ne quenuquam contristent aut lædant verba tua, ne cuiquam derogent, ne adulationem alteri, aut tibi ambitionem inferant. Quoties aliquid horum prædictorum omiseris, leges salutationem angelicam pro defunctis. *Sac. Disissime Iesu adiuua propositum meum, & perfice. Dulcissima virgo Maria custodi & rege me.* Cogita semper, quod in oculis fratrum cum veritate sis, & ambules quasi vmbra inutilis. In oculis vero Dei quasi cadauer putridissimum. In colloquio, omne verbum leue, aut otiosum caue tanquam impudicū verbum aut turpe. Et quodcunque peccatum quamuis veniale (quod ex proposito seret) non minus cauebis, quam mortale. Non tamen facias erroneam tibi conscientiam, quæ tuncque peccata iudicans mortalia: sed vt boni propositum in te adeo sit maneatque firmum, quo vnum non minus, quam aliud euites. Risum, maxime cachinnum omni violentia qua potueris conpescere. Increpatus pro paruis defectibus falsè, aut iniuste, non te excusabis, quasi non esses tu qui increpatur. Pro graui tamen delicto rogato tibi ignosci, promittens emendationem. Si verò tibi falsum quid imputaretur quod in scandalum verteretur proximi, semel aut bis id leniter excusato. Si tunc in iudicio aut suspitione sua perstiterit quis pertinax non recipiens excusationem, non adicies vltra, sed tacens, dabis locum iræ. Sic enim D. Bernardus docet dicens: Tristitiam quandam animi cum vultus serenitate ostendas inter fratres, sanctam, scilicet compunctionem, ita hanc tu quoque per Dei gratiam diligenter obserua. Verus enim tristis, ex spiritali luctu cordis se vilissimum reputat, ac totum miserum. Non enim curat ab alijs increpari aut despici, quia se ipsum odio habet. Ad eò namque in suam vilitatem oculos iniecit, vt aliorum defectus non reputet. Nemini indignetur, parum aut nihil loquatur, sed tam sua quam aliena malè dicta actaque gemit, hoc autem totum est ex sancta tristitia seu compunctione, quæ habet in se cordis dolorem ex cognitione malorum suorum, cordis humilitatem, mititatem, compassionemque ad alios per experientiam propriæ fragilitatis. Tædiosum quoque est ei iterum leuitatibus, aut consolationibus, aut nimijs affabilitatibus immisceri: sed hoc vnicum solatium habet, plangere se gemitibus & suspirijs amorosis ad Deum, iniuriamque Dei in se vlcisci per iniuriam sibi ab alijs illatam, Dominum velle placare, præsentia aduersa æquanimiter ferre, absentia cum desiderio expectare. Hæc est tristitia quæ erga proximum tædium spirituale non generat, serenitatem non tollit, cor pacat, spem non minuit, confidentiam roborat. Neque enim suam duntaxat vilitatem, sed diuinam etiam pietatem, misericordiam, bonitatemque in oculis habet. Nascitur & crescit cum Dei amore, & de illius bonitatis agnitione augetur, & ideo hilaritatem, confidentiam, alacritatem ad Deum non excludit, mundanas autem consolationes tanquam venenum respuit. In laboribus, aut colloquijs eligas locum (absque singularitate) vbi minus conueniatis, aut cum fratre sedebis taciturno, qui eiusdem est voti tecum. Adte-

Bbb

quana

Conuersa-
tio hominis
cum proxi-
mo qualis
esse debeat.

Increpatus
quomodo se
habeat.

Tristitia
cū
vultus serene-
nitatis inter
fratres ostē-
deuda, quæ,

Colloquio
aliorum qui
quisque se
preparat.

Vita Iesu
quomodo
semper ha-
benda prae-
oculis.

quā ibis ad congregatōē aut ad hominū colloquia genibus flexis *Aue Maria*, cō-
oratione mentalidicas corā imagine B. Marię, vbi memoriale habes propofiti tui,
vt tibi feruet, custodiatq; benignitatem, humilitatem, serenitatem; ad omnia
charitatem impetret, nihilq; loqui, operari aut cogitare permittat, quod humi-
litem minuat, aut quod charitatem non augeat. Ad colloquia rurus in timore
orato canticum, quod benedictissima ipsa suo ore eructauit, Spiritu sancto in-
tus inter virginalia, precordia diſtante *Magnificat*, vel ſaltem mētaliter te com-
menda Beata Virgini. Intra hebdomadam, nullo tempore alteri (ſi monachus
es) facultatem loquendi petas: ſed (niſi maxima neceſſitate urgente) quicquid
habueris differas ad proximum colloquium, & tunc expedias ea qua habes ex-
pedienda ſimul omnia. Ieſu Chriſti vitam ſemper in oculis habe, eamq; aſidua
meditatione recole: huic tuam conferro vitam, & vide quanta ſit diſparitas
quantadiſimilitudo, quanta diſformitas vtriuſque. Vide quantum diſtes non
ſolum ab eius, ſed à cuiuſcunq; etiam Sancti perfectione. Hęc meditans ex ani-
mo contriſtare, & teipſum coram Deo humiliare, orans deſiderio ardentifſimo
vt vitia tua in te corrigat, & ſua innocentifſimę vitę exemplar lucidiſſimum
imitari te faciat Ieſus Chriſtus Dominus & Saluator noſter.

*Enchiridion iſtud quam ſit neceſſarium nouo
Chriſti tyroni.*

CAPVT LXVIII.

Hæc ſunt quę in Chriſti militia nouo videbantur rudimenta tradenda ty-
roni, quę tametiſi nonnullis fortaffe vilia videbuntur, adeo tamen ſeas
hęc, veterem hominem exuere cupienti, eſſe neceſſaria, vt ne vnum vi-
cium quidem abſque ijs expugnari poſſit. Habet certę ars quouis vel mechani-
ca, ſibi congrua quibus vtitur instrumenta, & in varia horum ſuppelleſtili ple-
rumque ſit vt ea, quibus aſperſima quęque aut craſſa ſecanda elimandave ſunt,
præ cęteris apprimē ſint neceſſaria; propterea quod niſi illa primū in manu ſuę
fuerint artificis, nihil interim perfecti, nihil abſoluti, nihil denique operis gra-
phice exarati producere poteſt. Hoc modo ſpiritu vitere incipientibus atq; pug-
nare contra vitia diſcentibus, rudimēta hęc noſtra quęcumq; videātur magis pu-
to fore neceſſaria. Et hęc beneuole ſint dicta lectori. Cęterum aſtidiſis, ſuper-
bia tumidis, atque (vt verbo vtar Paulino) animalibus ſpiritus Dei non habentibus,
quid mirum ſi hęc illis non placeant? Quid enim hiſce hominibus præter
ea quę amant, placet? Porro quid ament, aut quis cordis eorum ſit theſaurus ip-
ſorum, & colloquia & vita clamant. Atque ideo huiuſmodi, qui quę ſpiritus ſunt
ſpernunt, ſapiunt vero quę ſunt carnis, corrupti eos eſſe iudicij maximē perſpi-
cium eſt; quod nullius quoque magis quam Apoſtoli teſtimonio liquet, qui pru-
dentiam carnis, non ignorantiam, non errorem, ſed mortem appellat. Quapro-
pter cū iudicio careant ij, vt pote Dei ſepientiam putantes eſſe ſtulticiam, legant ta-
men vel inuiti oportet de ſe ſcriptum: Perdam ſapientiam ſapientium, & pru-
dentiam prudentium reprobabo. De ijs vero qui ſpiritu opera carnis mortifi-
cant, quosq; ſtultos mūdus iudicat: Quę ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confun-
dat ſa-

1. Cor. 2.
Iud. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 1.

Rom. 8.

dat sapientes. Itaque filium se ostendit mundi, atque seculi amicum, quisquis ea
 quae spiritum instruunt, spernit. At verò qui studioso animo eruditionem spiri-
 tus obsequat, siue per diuinum ea fiat inlicitum, siue per externam (cuiusmodi
 in his rudimentis contingit) instructionem, eandemque vsu frequentiori in con-
 suetudinem duxerit, haudquaquam, si perseverauerit, quin ad maiora, atque a-
 deo ad ipsius perfectionis apicem subleuetur desperandus est. Nunquam enim bo-
 nae dicitur voluntati Deus ad virtutem, ad sanctimoniam, ad anteriora perfectio-
 rum anhelanti.

*Alphabetum Aureum, eruditissimo iuxta ac sanctissimo viro D.
 Ioanni Thaulero, à suo magistro traditum, iuxta quod
 serereget, in nouitate ambulans vitæ, per D. Ioan-
 nem Iustum Lanspergium Carthusianum è
 germanico idiomate latinè donatum.*

CAPVT LXIX.

AD inchoandam vitam bonam adeo te accingi forti ac constanti animo o-
 portet, vt nulli labori, nulli difficultati scias esse cedendum.

Bona agere & cauere mala quomodo possis semper præmeditare, &
 melius operari indies stude.

Confidera in omni re medium, & eam discretionem vbique serua, vt ne quid
 nimis, ne quid minus.

Deuotus esto ac hilaris ad omnia bona, & absque murmure obedias.

Esto castus tam corpore quam anima, ac in cunctis alijs sincerus, quæcunque
 cordis aduersantur puritati à te excludens.

Fideliter te in operibus exerceas misericordiam tam spiritualibus quam cor-
 poralibus, nullam boni operis negligens occasionem.

Gloriæ alienæ non inuidias, nec aliena siue corporalia siue spiritualia sint bona,
 appetas: sed esto contentus diuina providentia circa te: & omnibus bonis indig-
 num te æstima.

Humilia te ipsum in verbis & operibus, ac exteriorem tuum hominem om-
 nibus subijce ex animo; intus vero te ipsum contemne, ac contemni gaude.

In simplicitate cordis omnia intellige, & in meliorem partem interpreta.

Karitas in te semper æstuet: cum fide firma & spe secunda ad Deum. Ad omnem
 vero proximum exhibe te sicut ad te ipsum.

Linguam tuam à malis & otiosis verbis contine: pro peccatis vero tuis ad la-
 chrymas, ad compunctionem & ad vitam abstractam te conuerte.

Mitis & mansuetus esto ad omnes, & nihil tibi occurrat, ex quo non ædifica-
 tionem accipias, & melior inde fieri studeas.

Non retrospicias ad seculi negotia, nec animo verferis circa creaturas negli-
 genter, sed vt spiritu semper proficias annitere, & propositum tuum ac consilia
 bona quasi iam primum incepturus quotidie & renoua, & magis roborata.

Omnem acediam, teporem, molliciem & indulgentiam propriam, violenter
 à te propelle & vince.

Bbb

Patien-

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

- P.** Patienter fertio quicquid tibi aduenerit aduersi, siue id à Deo, siue ab hominibus, siue ab alia quavis creatura illatum fuerit, pro diuini beneplaciti amore, & in peccatorum tuorum pœnitentiam id assume.
- Q.** Quicquid præter simplicem necessitatem naturæ se ingerit, tam in cibo quam potu, aliave quacunq; re, hoc tibi abstrahe, & consolationes omnes quæ sunt extra Deum fuge.
- R.** Remitte omnes iniurias aut molestias ex corde ijs qui te offenderunt, vt neque verbo, neque cogitatione in te appetitus vindictæ refideat, quo minus eos diligas ac beneficias.
- S.** Serua ad omnes homines sine dolo ac fitione veritatem & fidem.
- T.** Tentationibus carnis, mundi atque diaboli viriliter resiste.
- V.** Voluntatem in te propriam perseguere, & radicitus eandem in te stude mortificare, Deoq; strenuè inhære.
- X.** Christi vitam ac passionem imitandam, & quam dissimilis huic sis exemplari, continuè meditare, omnib; conatu quantopere vales ei conformari stude.
- Y.** Indefinenter beatam Mariam pro impetranda tibi gratia, quæ ad hæc prædicta seruanda est necessaria, inuoca.
- Z.** Zelare Dei honorem præ omnibus, & hominem tuum tam internum quam externum sic cohibe, vt subditus Deo acquiescas, pacemq; habeas in omnibus quæ circa te, aut alias quascunq; creaturas ille fieri permittit.
Et vt sine murmure aut contradictione hæc à te seruetur lectio, bona te voluntate alacrem ac promptum semper exhibe.

*Tria sunt iuxta D. Ioannem Thaulerum ad proficiendum
spiritu utilia.*

CAPVT LXX.

Primum: Deum eiusq; gloriam ac beneplacitum teipso relicto, voluntateq; propria posthabita ac contempta, purè ac simpliciter in omnibus intende ac quære. *Secundum:* In omni actione & egressione tua teipsum vigilanter obserua, introspiciens in teipsum & expendens quam nihil sis. Nec à teipso recedas, sed cognoscas quid tractes, & quid in te versetur, quid etiam moueat te, & quare, vt aduertas ad quid ex intimo cordis mouearis. *Tertium:* Non occupes animum tuum rebus aut curis alienis, id est, quæ tibi commissæ non sunt, nihilq; iudices aut discutias sed omnia tibi stent aut transeant, vt sunt in suo esse vel in seipfis. Quod bonum est maneat bonum, quod malum est sit malum, sed non iudicetur. Intra uertas te igitur & maneat intra teipsum, auscultas quid intra te tibi loquatur Deus, & illi semper adhareas.

Duo alia eximia.

CAPVT LXXI.

Primū est, vt in veritate paruus & nihil sis in oculis tuis, siue interiora siue exteriora tua respicias, & ita semper sine glossa & sine simulatione ex animo te nihil pendas.
Alterum, vt veram ac puram studeas semper in te habere & exercere charitatem non amore illo sensibili contentus quo afficimur ad Deū & ad creaturas, sed nudā, simplici, verāq; charitate diligas, qua ex intimo animæ tuæ quæras ac intendas Deum solum.

Basis vitae spiritualis.

CAPVT LXXII.

Boni ac resignati animi basis ac fundamentum est, confidere Deo, ac super eius bonitate niti, omnia de manu eius sola accipere, eademq; optima sibi esse ex diuina prouidentia intelligere: se ex toto relinquere & resignare Deo, nemini querulari nec ad consolationem aliquam quaerendam se conuertere, sed diuinum beneplacitum solum in se semper optare, suam nihilitatem inspicere, quocunq; bono atque terra ipsa, se indignum existimare, usque in finem quam diu placuerit Deo, quaecunq; accidunt sustinere & ad maiora sustinenda paratum esse, atque in omni pressura Deo gratias agere.

Viri cuiusdam deuoti contra vitia capitalia, sententia & decretum.

CAPVT. LXXIII.

Contra Superbiam.

Vbi cognoui Deū altissimū pro me extremē humiliatū, nunquam a deo me deprimere potuit homo, quin maiori me vilipensione dignum iudicauit.

Contra Auaritiam.

Vbi cognoui animam meam nulla re posse satiari, praeterquam solo Deo meo, miratus sum si aliud praeter ipsum quaerere debeam.

Contra Luxuriam.

Vbi cognoui corporis mei nobilitatem, & quod mihi conceditur purissimum corpus Christi sumere in os meum, dignum duxi omnibus viribus laborare pro perpetua cordis & corporis puritate.

Contra Iracundiam.

Nulla hominum infidelitas me perturbare potuit, dum perpenderem quam infidelis Deo meo fuerim ego.

Contra Gulam.

Vbi gustauī ecclestium ciborum dulcedinem, nulla terreni edulij me seducere potuit ingluuies.

Contra Inuidiam.

Vbi cognoui quod Deus me tantum peccatorem in gratiam receperit, non potuit aliquem hominem odisse propter ipsius iniquitatem.

Contra Acediam.

Vbi perpēdi quod post breuissimum laborem, aeterna conquiritur beatitudo, nimis exiguum arbitratus sum quemcumque ego toleraui laborem.

Contra omnia vitia.

Cum Dominicae passionis & mortis amaritudinem ad memoriam reuocō, nihil adeo est asperum, quod non aequanimiter portem.

Enchiridij militiae Christianae

FINIS.

Bbb 3

LECTO

LECTORI CANDIDO IUXTA
ac pio, interpres huius libelli, quam
plurimam precatur salutem.



Vanquã nō ignoremus Lector pie, hocce curioso, nimisq; deplora-
rato seculo aliquid vulgare, quod spiri- tū huius mundi non is-
piat, temerariū, & vt Paulinis vtar verbis, stultū facile iudican-
dū: tamē quia nō sapientibus, & in proprijs oculis prudentibus,
sed solū pijs probeq; Christianis mētibus sudamus, hūc libellū
Germanico idiomate, in quo eū D. Ioannes Iustus Lansperger,
Carthusiani professor instituti, edidit, vir pius iuxta ac erudi-
tus transfundendum suscepimus in Latinum sermonem Nec est, vt existimo, ne-
cesse, vt eiusdem hoc loco laudes referam, qui suapte virtute satis superiq; com-
mendatus, alienis laudibus non indiget. Vetus est namque prouerbium. Vno
vendibili non opus esse suspensa hēdera. Quamobrem gratia immortalis Deo,
qui inter tam graues totius orbis calamitates, pia Religiosorum scripta eruit in
lucem, vt ijs ceu sacra ancora suffulti, nullis huius mundi frangamur aduersis,
quin potius mundo vniuerso, vna cū suis & falsis delectationibus, & veris afflic-
tionibus renūciato, ad solida illa & inconcussa bona animū erigamus. Huc cer-
tē, si nihil aliud, hic maximē prouocat libellus, id potissimum docens, quo pacto,
iuxta quod Christus nos monet, nos ipsos contemnere, abnegare, crucem nostrā
tollere, & Christum sequi debeamus. Hac Euangelica Christi sententia, summa
totius rei quam agit, comprehenditur. Qua non video quid vel vtilius, vel ne-
cessarium magis edoceri possit, hac praeferim tempestate: cū ipsa iam Phila-
tia (quae sola ex diametro huic doctrinae aduersatur) statim nō vniuersum mū-
dū occuparit, cui ceu reginae suae obsequuntur pedisse quae impurissimae, abiectionis,
seu odium crucis, Apostasia à Deo, hypocrisis, liuor, philarechia, philargyria: &
quid non? Clamat electum illud Christi organum Paulus, & recte elamat: *Omnes
quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi. Et regius ille Psalmographus: Omnes de-
clinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bene, ne vnus quidem.* Sed ad
scopum nostrum reuertamur. Quicquid sparsim sanctorum & religiosorum ho-
minum tradunt volumina, in hoc libello ceu in vno manipulo est congestum &
colligatum. Qui etsi in specie humilis videatur & exilis, attamen vix credas,
quantus sub hoc vili testorio thesaurus delitescat. Vale amico Lector, & hanc
qualemcunque nostram operam & qui bonisq; consulto,

Philipp. 2.
Egal. 13.

D. IO.

D. IOANNIS IVSTI
LANSBERGII, CARTHVSIA-
ni, in Speculum Christianae
perfectionis,

PRÆFATIO.

Angusta illa Euangelicæ perfectionis via, non in sublimibus potissimum consistit artibus, non in faleratis intricatisque verbis, non in laxa carnis libertate, neque etiam in externis duntaxat quantumuis præclaris operibus: at qui in eo præcipue cõsistit, vt carnem nostram, vna cum vitijs, voluptatibus, prauisque concupiscentijs crucifigamus, vt nos ipsos sub Deo, Prælati, proximisque nostris humiliemus: nos ipsos contemnamus, nihili faciamus, voluntati propriæ funditus renunciemus: accipientesque crucem nostram, Christi Domini nostri vitam passionemque imitemur, vt inimicos nostros recto prosequamur amore: amorẽ vero inordinatũ erga parẽtes, fratres, sorores, uxores, filios, agros, & erga quãcunq; creaturã in nobis mortificemus, quo sic corde mundati, Deũ diligere possimus ex tota anima nostra, ex tota mente, ex totis viribus, & proximum tanquam nos ipsos. Hæc arcta via (quæ Christo attestante sola ducit ad vitam) hac nostra tempestate adeo prorsus obnubilata est, & caritas etiam Dei in hominum præcordijs adeo refrigit, vt paucos reperias qui hanc viam ex animo querant, pauciores qui inueniant, at vero omnium paucissimos qui ambulent. Quamobrem putas? quia priuato amore, propria voluntate, suãq; complacentia (ceu funiculo quodam triplici) ita obuinciuntur, vt non possint. Faciliter enim

Matth. 7.

Via perfectionis Euangelicæ in quo consistat.

Galat. 5.

Matth. 18.
1. Petri 2.Matth. 3.
Lucæ 14.Matth. 22.
Lucæ 10.

Matth. 7.

Viam angustam cur pauci ambulent.

nimium

Philip. 2.

nimum ad temporalia ista, accidentaliaque bona ambre mouentur aut odio, magis quæ sua sunt quærunt, quam quæ Iesu Christi, nullas non omnibus in rebus electiones habent, nimum per sensus exteriores euagantur, statim iudicare volunt quicquid viderint vel audiêrint in alijs, ad suos verò defectus dijudicandos, quoniam Tres sunt cæciores. Quid? quod neque intentionem suam intimè discant, nec animo feruenti se ante oculos diuinæ maiestatis nudi constituant, neque diuinis inspirationibus per sui perfectam abnegationem respondeant; ea propter multifariam semper distrahuntur, animo fiunt instabiles, & sensibus vagi. Hac de causa in hoc libello, ex sacris potissimum literis, sanctorumque Patrum libris (seu ex varijs quibusdam hortulis) summa totius rei paucis collecta est, ut sciatur, quo tandem pacto homo Christianus ad veram pacem, ad veram cordis mundiciem, ad reconciliationem vniõnemque cum Deo, in vera charitate (ad quod omnes creati sumus & vocati) facilius peruenire possit. Quod si fortè hæc alicui grauiora videbuntur, quam quæ impleri queant, huic primo omnium bona adsit voluntas ea perficiendi: deinde oret Deum ut sibi opituletur, atque ita demum faciat quod in se est, nec protinus desistat, aut animum despondeat, si res pro voto statim non successerit. Procul dubio clemētissimus Dominus aderit bonæ voluntati, opem gratiæ suæ abunde ipsi elargiens. Hic vnicus est scopus, ad quem totus noster conatus dirigebet. Si quis verò hisce nostris non contentus, plura eiusmodi requirat, is legat D. Dionysium Areopagitam, Augustinum, Bernardum, Bonauenturam, Dionysium Carthusianum, Ioannem Thaulerum, Ioannem Rusbrochium, Henricum Harphium, & alios plerosque eiusdem farinae autores, ijs præsertim in libris, quos de hac re elegantissimos reliquerunt.

(:)

SPECVLVM CHRISTIANÆ

Perfectionis, earum scilicet virtutum,

quæ maximopere cuique hominī Christiano necessariae
sunt, omnīque profectus spiritualis summam
in se complectens.

*Flagitia hominum quorundam hoc tempore quam sint graua, quo-
modo ea curanda sint dum tempus est: quamque pe-
riculosè conuersio differatur vsque
ad mortem.*

CAPVT I.



Voniam charitas Dei nouissimis istis diebus in homi-
num præcordijs ad eò prorsus refrigit & elanguit, vt Matth. 24.
maximis diuinæ pietatis beneficijs, ne tantillum qui-
dem moueantur amplius: idcirco necessariū est, vt ada-
mācina ista corda nostra à pondere peccatorū sæpius ad
Deum conuertamus, inflexibilemque illam diuinæ iusti-
tiz censuram, tam priuatim in morte vniuscuiusque,
quam generaliter in iudicio extremo in nos exercen-
dam, iugi memoria retineamus. Deinde & iudiciorum
Dei inexplicabilē abyssū, quæ cernētibus oculis nostris, iudicij Dei
memoria se-
per habēda.

oculto quidem, sed non iniusto iudicio proximos nostros inuoluit, semper re-
erogitantes, expauescamus, ne forte & nos (& quidem fortasse aliquanto iustius)
involuat. Siquidem mortalium genus, hac præsertim ætate nouissima ad eò dia-
boli laqueis irretitum hæret, ad eò misere peccatorum suorum nexibus constrin-
gitur, vt à mille vix vnus diabolicas technas euadere queat. Id Deus vni amico-
rum suorum fideli reuelauit. Quod si compertum hominibus esset, quātis in ma-
lis totus hodie Christianismus versetur, quæ, quantaq; flagitia, cū priuatim, Laqueis dia-
boli quam
multi homi-
nes ireriti-
redantur.
in publicè, desiguntur quotidie, quātz itē pœnz & quā dira tormenta ob hæc fla-
gia patiētur, mirū ni pauore toti exanimentur. Ita quippe scelerate hodie v iui-
tur, sine vilo Dei timore, sine vilo ordine, ita iam bona hominū pars degenera-
uit à pristina illa simplicitate, vt miserabile visu sit & incredibile dictu, quot quo-
tidie luxuriz sordibus inquinentur, fornaci inuidiz, avaritiz voragini immer-
gantur, superbiz præcipitio collidantur. Integras domos; quid dico domos? in-
tegras ciuitates hæc scelerum lerna inuasit. A minimo vsque ad maximum, à vi-
ro vsque ad mulierem, à laico vsque ad clericum, omnes peccatorum iugo colla-
subdiderunt. Quotusquisque modo est, qui officium suum debite exequatur? qui
ita vinit, vt debet, vtrū primum ab Ecclesia Catholica est institutum? Quotus-
quisque

Ccc

quisque

Seuorū Dei
vectorū quā
paruus sit
hodie nume-
rus.
Philip. 2.
Plagē Dei
quid nos
moleant.

Flagitia hu-
ius temporis
quanta sint

Conuersio-
ne ad extre-
mā vitæ ho-
ram differ-
re quam sit
periculosū.

quisque Deum diligit præ omnibus, & proximum vt seipsum? Omnes seipsum
& quæ sua sunt querunt, alios æmulantur, alios opprimunt, vbicunque possunt.
Non est cur excusationum nequam tendiculas, & in alterum culpam reici-
mus. Si vnusquisque sui hortuli curam sollicitam ageret, tanta inibi extirpanda
inueniret, vt nil opus foret per aliena prata curiosum diuagari. Pater ille ce-
lestis natura assequi mansuetissimus, incessabili hominum nequitia exaspera-
tus, diuersis plagis nos vellicat, vt respiciamus, aliquando quidem peste, ali-
quando annonæ caritate, aliquando verò infanis bellorum tumultibus, aut alijs qua-
bus nouit modis. Cæterum, non solum nihil proficit, quin magis non nisi con-
temptum lucrifacit. Verùm enimvero si obstinate perdurare in malina volue-
rimus, nec cito conuerti ad Dominum, tandem etiam & ipsum tædebit con-
temptus diutini, grandis contumeliæ, & intolerabilis blasphemix nomini suo
hactenus irrogatæ, exueniēq; indulgentissimum illum parentem, inducet per-
sonam seuerissimi iudicis, sineq; iustitiam suam superexaltare misericordix
quod omen Deus auertat. Nam si id eueniret, tum omnes fideles Dei amorem
orationibus suis repulsam pari oporteret, & permittere diuinam iustitiam, qua
tenus sibi visum fuerit) de flagitiosis hominibus dignam sumere vltionem, quæ
hactenus tanta patientia & mansuetudine frustra tolerauit. Intolerabilis quippe
contumacia hominum & arrogancia, omnem excedit & modum & ordinem.
Eo namque, proli dolor, malitix ventum est, vt scelera amplius scelera non re-
putentur: quare sit, vt & mors Christi pauciores saluet, quam quibus homi-
num arbitretur. Non solum enim non desistimus, verum etiam magis magisq;
vanitatem vanitati, flagitium flagitio accumulamus, nil minus cogitantes, quam
nos breui morituros, omniaq; hic relicturos: donec imminente iam morte dia-
bolus omnes machinas suas in nostrum exitium expendens, tam acutè ob oc-
ulos ponat omnem retroactæ vitæ vanitatem, vt plurimi in summam desperatio-
nem collabantur. Quoniam enim pacto fieri possit, vt qui sanè valentesq; per
totam vitam suam nullam Dei mentionem, nullam diuinorum rationem habu-
erint, ij iam ad Deum conuertantur tanta infirmitate, & angustia oppressi, vt
præter pressuram illam suam incessabili dolore, & pectus, & sensus eorum acutis-
sime perterebrantem, vix aliud quippiam cogitare sinantur? Ad hæc accedit
nonnunquam & temporalium bonorum, & amicorum carnalium molesta oc-
cupatio. Obscuro te, quomodo tot rebus circumuallati, purè se ad Deum con-
uertere possent, quod nunquam antea prætentarunt? Væ illis, qui in illo tem-
poris articulo primum addiscere cupiunt artem maximè difficilem, seipsum Deo
reconciliandi, resignandi, & vniendi. Et quamuis pius Dominus, nec tum quidem
misericordix suæ viscera vlli vnquam petenti denegarit, attamen in extremam
vitæ horam conuersionem suam velle differre, periculosius ne an stultus esse
dixerim, nescio. Tales namque plerique moriuntur, quibus Dominus Deus a-
deo est infensus, vt post mortem suam ad extremum vsque iudicij diem tam
horribili pœna sint plectendi, vt pœnarum magnitudo neque ratione intelligi,
neque mensura comprehendere, neque vlli alicui tormentorum istorum generi
quantumuis exquisito conferri possit. Hi vt plurimum sunt peccatores graui-
ssimi, qui conuersionem suam vsque ad extremum differentes, leui quadam arri-
pione, eaq; nec pura admodum, nec certa compuncti, vita defunguntur. Hos Deus

ad eum habet excofos, vt vix ipforu meminiffe velit, aut vllas pro ipsis preces susci-
pere. Quonia tamen in omnibus vijs suis iustus pariter ac misericors est Deus: per
misericordiam quidem suam poenam illis remittit aeternam, ita tamen vt tem-
poraria poena iustitiae suae satisfiat. Ceteram quoniam tunc seuerius agetur cum
peccatoribus, quam vulgus hominum fortasse existimet, & diabolus tunc nul-
lum non mouebit lapidem, vt vel in fine vitae per peccatum aliquod hominem
euerat, suaeq; seruituti subijciat: ideo consultum foret, vt sponte a peccando
desistamus, dum adhuc sani valentesq; sumus, ac Deum quaeramus, dum inueniri
potest, & dum tempus est (nam alioqui breui hinc, velimus nolimus, discedendu
nobis est) & obuijs vlnis indulgentissimus Pater ita ad se reuerentes suscipiet,
omniaq; hostium terribilia, in hora mortis procul a nobis arcebit: ab om-
nibus cum peccatis, cum peccatorum supplicijs liberabit, meritaq; vitae & passio-
nis suae impartiet, is maxime, qui ad hoc nunc per gratiam ipsius idoneos pa-
trataq; exhibuerint, quemadmodum mox plenius edocebitur.

Exosi adeo
Deo, quia
cur sint.
Psalm. 24.

Agenda esse
poenitentia
dum sani su-
mus.

*Conuersio vera ad Deum qui fieri debet: poenitendi modus ve-
rus quis, quibusque peccata facile di-
mittuntur.*

CAPVT II.

Quum igitur quis ad Dominum conuerti voluerit, ante omnia districtam
omnium peccatorum suorum examinationem inear, oportet. Deinde
maxima cum indignatione ad se conuersus, ingratitude suae magnitu-
dinem, & diuinae bonitatis inexhaustam multitudinem inuicem sibi conferat:
mox magna fiducia de misericordia Dei concepta, sacerdoti, qui supra se plena-
riam a Deo ligandi soluendiq; habet potestatem, pure confessus, satisfactionem
inunctam suscipiat. Postremo, firmiter secum decernat, non dico grauibus, sed
ne leuissimis quidem peccatis, scienter dataq; opera Dominum iterato se offen-
surum. Sic deinceps irritamenta occasioneq; peccandi deuitet, semper in sancto
illo proposito immobilis perseverans, operumq; diuinae gratiae sedulo im-
plorans. Verum, id poenitenti summo opere cauendum, ne propter contume-
liam, confusionem, dispendium, quae sibi peccando lucrifecit, maiori cor-
ripiatur moerore, quam propter amantissimum illum patrem (quantum
in se fuit) contemptu & ignominia adfectum, parumq; honeste tractatum.
Nam minimum suspirium ita emissum, Deo est acceptius, quam omnis hominum
color sui duntaxat commodi causa extortus. Illa etenim poenitentia, quae ex di-
uino provenit amore, fiduciam maiorem parit homini erga Deum, & in om-
nibus aduersis sufferendis spiritali laetitia a laetorem facit: haec vero priua-
tam potius spectat utilitatem. Quapropter, si omnia peccata tua facile tibi
mitte q; desideras condonari, cum intima cordis attentione reuolue summam
charitatem fidelitatemq; maiestatem Dei, immensam quoque passionis & me-
ritorum Christi thesaurum & gratiam, qui propter te, tuaq; delicta abluenda, sa-
crude-

Conuerti
quomodo
debeat ho-
mo ad Deu

Poenitenti
quid maxi-
me cau-
dum.

Poenitentia
vera quae sit.

Peccata quo-
modo vere
poenitenti
eius dimit-
tantur.



crudeli se morti obiecit, tamq̄ superabundanter pro te satisfecit, eum tamen minima preciosi sanguinis eius guttula, plus satis sufficiens fuisse mille populos, aut mundos ab vniuersis flagitijs expiare. E diuerso, vide ingratitude tuam maximam, & spreta vilitate propriæ satisfactionis, valida immutabiliq̄ dilectione, te ad Deum tanquam ad fidelissimum tuum amicum conuerte, qui profus neminem ad se confugientem, sibiq̄ fidentem, repellere neque vult, neque potest: ac imperfectiorem tuæ satisfactionis in plenitudinem meritorum Christi immerge. Hoc nobilissimo thesauro & precio sufficientissimo, omnia peccata tua, omnem peccatorum tuorum pœnam planè redimere potes. Fieri etiam potest, vt tanta contritione, tanta charitate, tamq̄ firmo amplius non peccandi proposito, ad Deum conuertaris, vt omnia peccata tua licet arena maris numerosiora, & omnium creaturarum peccatis grauiora, in icu oculi ita perfectè tibi condonentur, ac si nunquam de ijs cogitasses quidem. Non enim recogitat Deus qualis aliquando fuerit homo, sed qualem inuenit, talem suscipit. Considerans igitur anima Deo deuota, benignam illam indulgentissimi Domini sui erga se clementiam, vt non solum omnes noxas suas gratis libenterq̄ sibi condonare, verum etiam iam consolari, & nouæ gratiæ infusione adiuuare dignetur, tanta interdum cordis contritione, suiq̄ displicentia compungitur, vt non solum Deum pro peccatis suis per eius misericordiam remittendis exoret, verum etiam ad honorem iustitiæ diuinæ, vtrò iustas eorundem peccatorum oportet dare pœnas. Et quanto eam Deus amplius consolatur, tanto peccata sua magis magisque ponderat, omni se consolatione indignam, omni verò supplicio dignam reputans. Quod si eo perfectionis euadere posset, vt æquæ accepta esset ei iustitia diuina, atque misericordia, omnia ipsius delicta in igne charitatis diuinæ citius consumerentur, quam vnica aquæ guttula in æstuantis incendijs flamma. Nam tum ad ipsum perfectè abnegationis apicem, conscendisset.

Conuersio
ad Deum per
fecta quæ
quid efficiat.

Contritio
vera quæ.

Abnegatio
sui perfecta
quæ.

*Quenam sunt quæ penè cunctos impediunt quo minus ad perfectionis Christianæ metam per-
tingant.*

CAPVT III.

Matth. 16.
Lucæ 9.
Galat. 5.
Via ad vitam
æternam
quæ
Sapient. 1.
Animæ im-
maculatae
natura quæ
fit.
Gratiæ ad
solem com-
partio.

SI quis vult venire post me, inquit Christus, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui Christi esse vult, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs suis crucifigat, oportet. Nec enim alia est via ad vitam æternam, quam resistere peccatis, deserere, persequi, & funditus vsque ad viuum ijs emori, atque ita Deo per vinculum charitatis firmiter adherere. Nam in malivolam animam non intrat sapientia diuina, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quæ admodum enim lapis suapte natura deorsum mouetur, ita casta & immaculata anima ab omni affectu peregrino & vitiorum visco depurata, sursum in Deum moueri debet. Ipse enim est peculiare animæ centrū, ipse finis, propter quæ creata est. Et quæ admodum sol radijs suis vniuersū per lustrat orbē, ita diuinæ gratiæ splendor illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, paratus omnibus adesse & sub-

& subuenire, qui fenestellam liberi arbitrij aperuerint, vitijq; & peccatis suis eam sponte non occluserint. Sunt autem id genus varia peccata, quae Dei gratiam à nobis arcent: quaedam aperta, quaedam verò sunt operta. Ex his tamen sequentibus impedimentis, & vitiorum defectuumq; radicibus, vt plurimum exortiri solent. *Primum impedimentum*, primusq; defectus vitae spiritualis est, inordinatus amor, tam ad seipsum, quam ad aliam quamlibet creaturam. Quis est autem inordinatus creaturarum amor? Is profectò, qui mentem hominis varijs imaginibus inficit, distrahit, perturbat, aut desiderio aliquo hoc illudve habendi, hoc illudve videndi, audiendiue adficit, nisi pure propter Dei honorem. In primis autem cupiditas seu amor temporalium quarundam rerum, puta pecuniae, domorum, vestium, ornamentorum, sudariolorum, librorum, suppellectilis exquisitae, & ceterorum quotidiano vsui accommodorum, siue necessaria illa fuerint, siue superflua: in quibus sensuali quadam oblectatione conquelescunt, quibus toti aded adficiuntur, aded inhærent plerique, vt si hæc ipsis auferantur, animo parum æquo sint laturi. Hi coram Deo, proprietatis vitio verè sunt obnoxij. Nam Euangelica illa spiritus paupertas, in eo potissimum consistit, vt homo transitoria ista ita possideat, adeoq; liber & feriatas in affectu suo inde maneat, ac si non possideret, semperq; ad nutum vel Dei, vel superiorum suorum paratus sit ijs renunciare: quando autem permissione diuina hæc illi auferuntur, ratio saltem voluntasq; illis id æqui boniq; consulat. Nam licet adfectus carnalis obmurmuret, nihil refert. *Secundum impedimentum* est, voluptas nimia & oblectatio sensuum, in cibo, potu, cogitationibus, locutionibus, operibus vanis, in familiaritatibus, leuitatibus, iocis fabulis, nouis rumoribus percipiendis, & id genus alijs sensuum euagationibus non admodum necessarijs, ex amore quodam sensuali, citraq; rationabilem aliquam occasionem. Per ista enim omnis deuotio, hoc est, suavis ille gustus in exercitijs spiritualibus semel amittitur. *Animalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Neque inuenitur in terra sua uiter uiuentium diuina sapientia.* Istæ hæc item voluptas, concupiscentia, & oblectatio sensuum, deorsum trahunt cor à summo bono, & in sensibilibus istis quisquilijs illud quiescere faciunt, mentem turbant, Dei charitatem in homine extingunt. Quamobrem homo pius, omnibus cum discretionem quadam, profragilitatis suae necessitate, uti debet. curamq; carnis cum desiderijs non facere, hoc est, comedere, bibere, dormire, vigilare, & cætera, quibus commodè neque carere, neque sine voluptate tamen aliqua uti valet: omnia hæc vna cum attentionibus ipsis discedere sinat, animum illis non adfigat, neque oblectet: non locum aliquem in corde suo tribuat. Ita Deus moderatam corporis curam ad sustentandum illud in seruitio diuino, haud illibenter ei permittit. *Tertium impedimentum* est sese & quæ sua sunt, nimium querere in omnibus, ex privato quodam amore sui duntaxat compendij gratia, hoc est, ad euitandam confusionem, damnum, vituperium, iacturam rei familiaris, offensam hominum, remorsum conscientiae, tormenta inferni purgatorij, & alia istiusmodi: seu etiam propter pecuniam, amicitiam, fauorem hominum, honorem, auram popularum, vel propter spiritualem aliquam deuotionem, & sensibilem dulcedinem, atque etiam vel ob solum præmium regni coelestis à Deo promerendum. Propter quæ vel fugienda vel assequenda, homines animales plurima vitant peccata, contemnant voluptates præclara poenitentiae opera exercent, ieiunia, vigilijs,

Ioan. 7.
Gratiae diuinae impedimenta duodecim quæ.
Inordinatus amor ad creaturas quis sit.

Matth. 9.
Paupertas spiritus in quo consistat.

Oblectatio sensuum quæ, qui mortificanda sit.

1. Cor. 2.
Iob 28.

Vt cura carnis non in desiderijs facienda sit.

Rom. 13.

Quæ sitio sui quæ, quomodo mortificanda.

Intentio impura vt opera bona inficiat.

Vigilias, orationes, non tam propter Deum, qui summum est bonum, quam, ut dictum est, sui commodi gratia. Nam si præscirent, se à Deo nullo præmio sine temporali, siue æternali remunerandos, non vsque ad eum ad amussim eisdem obsequerentur. Præterea & opera sua maxime faciunt, sibi mirum in modum placeant, in sese conquescent, plus gloriantes in meritis suis, quam in libertate filiorum Dei, quos preciosissimo sanguine suo Christus Iesus sibi redemit, in qua tamen maxime gloriaudum nobis esset. O quam impura & olida hæc est intentio ante oculos Dei, quæ tam splendida opera adeo prorsus vitiat & extenuat, ut nullius vel ponderis, vel meriti reputentur. Cur ita censes? quoniam seipso magis querunt, quam gloriam & beneplacitum Dei: ideo & hæc receperunt mercedem suam. Verum quoniam sola intentio filios Dei locerit à filiis perditionis, totius etiam nostræ salutis cardo, in casta & sincera versatur intentione (quæ pro dolor, hodie rara avis est in terris, nigroq; similissima cygno), in primis opus est, ut in omnibus, tam faciendis, quam omittendis, tolerandis, & appetendis, intentionem, oculosq; mentis ad vnum scopum Deum dirigam, aliud in omnibus querant, optentque nihil, quam purè honorem & altissimum beneplacitum Dei, vniuerso commodo suo, adeoq; seipsis abnegatis, ut quicquid Deo de ipsis placeat, siue in hoc seculo, siue in futuro, id ipsis quoque gratum sit & acceptum. In aduersis alacres sint, pro Dei honore omnia sufferentes. Hæc certissima sunt argumenta, & quasi Lydius lapis rectæ sinceræq; intentionis. *Quarta* est, immodicus sui amor, & (ut ita dicam) complacentia, & occulta quædam mentis elatio, ex rectè factis & exercitijs spiritualibus potissimum exorta, ob quæ (si superis placet) plurimum insolescunt homines vanissimi, quæ ad eorum vsque ferunt, atque ita ex virtutibus suis, vnde alij meliores euadere solent, ipsi fiunt deteriores. Quæ simulata iustitia ceu sterquilinum quoddam olet ante oculos Dei, atque ad superba Luciferi castra potius quam ad humilem Christi scholam attingit. Prodit enim ex immortificato elatoq; pectore, quod alteri se quis comparare, alios præ se contemnere, se extollere audet, putans se aliquid esse, cum nihil sit: quare & ad alios dijudicandos, & ad omnia semper in peius interpetrandis, præceps fertur. Nil æque perniciosum, nil æque Deo est execrabile, atque arrogantia & vana gloria, propter quæ plurimi à Deo deseruntur & perduntur, quotquot in humili suæ vilitatis cognitione, suiq; contemptu non permanferint. *Quinta* est, ambitio seu appetitus immodicus placendi alijs, quæ scilicet quidam nimium semper ad fauorem hominum inclinati, gratiam honorem & amicitiam eorum aucupantur. Ob quæ vel assequenda vel conseruanda solliciti semper æstuant, faciunt non facienda, omittunt non omittenda, tantum ne irrideantur, contemnantur, odio ab hominibus habeantur: quod non mediocre adfert spirituali profectui iacturam. Nam & si aliqui fortè intendant, qui fauorem & laudem humanam non appetant, attamen quorumquemque inueneris, ita mundanis omnibus affectibus demortuum, ut ex animo cupiat, vel ad minus non exhorrescat ab hominibus irrideri, contemni, opprimi, rejici, quo huiuscemodi iniurijs affectus, conformis efficiatur capiti suo Christo? *Sexta* est, propriæ voluntatis & opinionis pertinacia, cui nimium quidam inhaerentes, nolunt se Deo & superioribus suis ex animo resignare, in nulla non re delictum plurimum habentes, idq; tandem molientes, ut omnia iuxta suam ipsorum sententiam fiant. Quod maximas sepe gignit inter homines turbationes & schif-

Matt. 6.

Intentio quo modo rectificanda sit.

Amor sui in ordinatus quæ sit Deo exosus homini quæ dâ nosus.

Galat. 6.

Gloria vana quantum distinetur Deo.

Ambitio humani fauoris quæ mala adferat homini.

Propriæ voluntatis pertinacia.

mata multiplicia. Ex multis & præclaris donibus, quibus hominem Deus con-
 uertit, nobilissimum est, & instar vnionis cuiusdam refulget liberum hominis
 arbitrium, quo sui ipsius factus pædagogus, vnicuique sibi libitum fuerit, ad ma-
 lum fertur vel ad bonum. Cæterum, hac proprijs sensibus obstinata voluntate
 non est præsentius homini venenum. Istæc perpetuo abuti, non iuxta saniorum
 consilia, sed iuxta sensualia sua desideria, basis est omnium malorum, vitiorum
 cunctorum lerna: qua destructa, hoc est, voluntate propria abnegata, ilico cor-
 ruunt muri Hiericho, vniuersa scilicet scelerum structura, ac ita demum perue-
 nit homo in viam regiam perducentem ad Deum, quod scilicet sui compos fa-
 ctus, se posthac rationis habens inflectat, & dirigat, quo lubet. *Septimum* est,
 negligentia, qua quidam ingenita sibi vitia, naturalesq; suos defectus extirpare
 negligunt: quare velociter quoque amaritudine & iracundia concitantur aduer-
 sus Prælatos & proximos suos, quoties eorū voluntati morem non gesserint Alij
 perpetuū quendam rancorem & inuidiam gestant in pectore, proximos cõturbant
 contristant, molestiq; sunt & onerosi omnibus secum degentibus. Et quia ipsi in-
 firmi sunt, varijsq; flagitijs obfusi, simili scabie & alios resperfos exstimat: haud
 secus quam pestifer quidam basiliscus oculo venenato quo ipse infectus est, infi-
 cit & enecat prætereuntes: ita isti sinistro oculo omnia conuentes, singula que-
 que in peius interpretantur, nulli non detrahunt, nullum non calumpniantur. Ob
 aliorum etiam felicitatem profectum, & dona, quæ vel à Deo, vel ab hominibus
 proximi percipiunt, inuidia ipsi contabescunt, nihil non molientes, vt illa eri-
 piant, impediant, & quantum possunt pro vitijs traducant. Hi profectò peccant
 in Spiritum sanctum. Denique qui Prælati suis amarulenter obgannunt, dia-
 bolos verius, quam homines nuncupaueris. Testatur id D. Augustinus, in veteri
 testamento nunquam grauius offendisse Deum, neque acrius punitos filios I-
 srael, quam eum Prælati suis officio Dei fungentibus, impiè obfisterent. De
 huiuscemodi hominibus nulla spes profectus reliqua est. Istæc nanque inuidia,
 obmurmuratio, & propriæ voluntatis obstinata pertinacia, filia sunt diaboli,
 prænticæ damnationis perpetuæ, radices ignis infernalis, quæ omnia rectè facta
 simul deglutiunt, animamq; ipsam totam diabolicam faciunt. *Octauum* est, inor-
 dinata scrupulositas, & carnicina quædam conscientia, nullis confessionum i-
 terationibus placabilis. Quæ hinc ferè proficiscitur, quod & sibi ipsi nimium inni-
 rantur, & Deo sese tuto non credant, nec vitiorum suorum fomites accurate ob-
 seruent, & pro sua virili moribus corrigendis operam non impendant. Hinc in-
 quam, hinc oritur illa mentis inquietudo, non (vt ipsis quidem videtur) ex a-
 more Dei, sed ex amore sui, & conscientia trepidatione. Quoniam autem
 Deum cum primis non diligunt, nec tota ei cordis sedulitate obsequuntur, ideo
 pusillam etiam ad eum habent fiduciam. Quanto enim ardentior in Deum charitas,
 tanto & firmitior fiducia: quãtoq; maior gratitudo & morum emendatio studiosior,
 tanto plus pacis & maior conscientia securitas. Quoniam vero isti (vt dictum est) si-
 bi quadam sui cõplacencia priuatoq; amore nimis inhaerēt, fit vt & pro seipsis plus
 a quo solliciti sint. *Nonū* est, nimia sollicitudo & occupatio rerū externarū, nimium
 cito cõmoueri vel amore vel odio rerū temporaliū, accidentiūq;. Hoc Paulus pro-
 hibet: *Nemo inquit, militans Deo, implicet se negotijs secularibus.* Et Dominus præ-
 cipit, vt de alijs securi, primum queramus regnum Dei & iustitiam eius: & hæc
 omnia adiciuntur nobis. Cæterum, nunc discurrunt homines, tumultuantur,
 solliciti sunt, varijs se negocijs implicant, se excarnificant, toti effunduntur

Arbitrij libe-
 ti excellētia.

Voluntas
 propria quæ
 sit homini
 nociva.

Iosue 6.

Amarulen-
 tia erga a-
 lios causa
 quæ.

Murmura-
 tio quæ sit
 damnabilis.
 Augustin.

Inordinata
 scrupulofi-
 tas: vnde qui
 que curan-
 da sit.

Sollicitudo
 temporalium
 inordinata
 vnde extirpan-
 da sit.
 1. Tim. 2.
 March 6.
 ad eg.

Sapient. 3.

Solicitudinis nimia mala quæta.

Solicitude moderata vt necessaria sit.

Negligentia innotis hominis quæ fit periculo sa.

Cogitationes inutiles & noxiæ quantum impediunt.

Gula spiritalis quæ, quæque extitit sit.

Auaritia spiritalis quæ appetat.

ad externa ista negotia, ita vt omnibus conscientie angulis, rerum secularium fumo oppletis, ne possint quidem Dei meminisse, sese abnegare, Deo ex animo confidere. Et si fructuosum laborem scriptura diuina mirifice commendat, solitudinem tamen, nimiamque cordis effusionem nusquam non detestatur. Nam charitatem Dei prorsus in homine hæc sollicitudo extinguit, eumque infinitis tentationibus & insidijs diaboli obicit, adfectibus sensuum ac nature ipsi captiuum substernit, vt iam planè ad voluptates, vitia, & vanitates moueatur: intellectum obscurat, vires animæ (quas inferiores appellant) ad vnitatem & tranquillitatem mentis redire, vires superiores ab idolis, speciebus, & formis vacuas fieri non sinit. O miserime omnium & infidissime peccator, quamobrem clementissimo illi Domino, qui post omnia illa, quibus te adfecit, innumera beneficicia, ipsam etiam vitam æternam vltro tibi offert, non confidis? Qui paratus est præstare æterna, an momentanea ista negabit? Si credis illi cælestia, terrenata non credes? Satius profectò esset aliquantisper necessarijs indigere, quam tot vanis solitudinibus excruciatum, pariter & cælestia perdere bona, & ne terrestria quidem posse retinere. Nunquid igitur, inquis, Deo omnem curam relinquens, ipse in vtramuis autem otiosus obdormiam? Absit. Hoc quippe est Deum tentare. Licet tibi quidem pro statu tuo, pro vocatione & obedientia satagere, citra importunas tantum solitudines & animi inhaesiones, ne perinde quasi Deo è medio sublato, ipse tibi tutor solus esse debeas. Sine quæso si homo Deum vna tecum curare ac regere, ipsum primo & præ omnibus quærere studeat, & ex animi sententia facilè tibi succedent vniuersa. *Decimum* est, acedia, tepiditas, tædiumque in seruitio & amore diuino: quo fit, vt homo cordis sui custodiendi curam nullam habeat, purumque illud à noxijs vanisque cogitationibus non seruet. Nā imagines, vanaque illa phantasmata rerum in se non malarum, aut etiā inuiciliū, leuiumque, non mediocrè adferunt impedimentū, & arguunt pectus vanū, nullūque Dei amore constabilitū. Cæterū, noxiæ peruersæque cogitationes & desideria peccati, quæ cū delectatione quadam (tametsi plenus non adsit cōsensus) reuoluuntur in mente, maximum adferunt detrimentum. Spiritum Dei sanctum contristant, fugantque. Hi duo defectus ex negligentia potissimum & immortificatione originem ducunt, quod nos ipsos sedulo ad diuina non extimulamur, tempusque nostrum in rebus nihili vane consumamus. *Vndecimum* est, gula quædam spiritalis, qua in Dei donis plerique solam voluptatem venantur, nimiumque in ijs conualescunt. Quorū auiditas eo quandoque excreuit, vt in omnibus suis laboribus, orationibus, exercitijs id vnum spectent, vt amoris delicias, spiritualemque deuotionis sentiant dulcedinem, hanc esse germanam Dei dilectionem arbitrantur, aut certè hanc suis deberi meritis & sanctitati eximantes. Alij ex ingenita quadam sibi adfectione, mutationibus quibusdam externis ad pietatem charitatemque dynam (vt ipsi quidem videtur) facilliter commouentur, id ipsum putantes quæ maximè diuinū. Verūm toto (quod aiunt) cælo aberrant. Naturalis quippe est iste eorū adfectus, non diuinus. Itaque in spiritalè quandam avaritiā præcipitati semper plures cōsolationes, visiones, reuelationes appetunt, in quibus tãta cū voluptate, proprietateque conualescunt, vt iam propemodū dona Dei potius, quam ipsum donorum largitorum præ oculis habeant. Quando verò casu quopiam istis spoliantur, continuo desides, & ad spiritalia quæuis fastidiosi efficiuntur. Vniuersa namque ista dona, tam diuina, quam naturalia hæc potissimum ratione, à Deo

Deo sunt efflagitanda, ad hoc vtenda, vt ad maiorem in omnibus mortificationem, ad ardentiorum ad Deum conuersionem perueniatur, vtiq; per ea dona, veluti per semitam vltimus in Deum tendatur, eiq; pari fidelitate tam in prosperis, quam aduersis, siue donet, siue eripiat, plena fide & nuda essentialiq; charitate seruiatur. Ideo enim hae consolationes inoipientibus praecipue, & a mundi vanitate se ad Deum conuertentibus conferuntur, vt interim quasi paruuli diuinae consolationis lacte sustententur, donec adolefcant in viros perfectionis Evangelicae. Quid multis? quaecunq; a Deo accepimus quaecunq; accipere possumus, nisi in sola sui mortificatione, abnegationeq; in spiritu & natura, sub altissimo Dei beneplacito constituantur, ac fundentur, nil profectò aliud quam natura ipsa, propriiq; commodi quaestione infecta esse, credenda sunt. *Duodecimum* est, profunda quaedam intellectus exercitatio, per altissimas tam diuinarum scripturarum, quam aliarum artium speculationes, vbi vis appetitiua cum charitate, velut pedissequa cum domina sua in Deum non transit. Qui tales sunt, non gustant quam suavis est Dominus. Neque enim ea mente exercent se in scripturis, vt in sui cognitione proficiant, vt se abnegare, aspernari, & Deo ardentibus desiderijs vnire discant. Ideo vani, instati sensu suo, philauti, thrafonici efficiuntur, vires & acumen ingenij in rebus nihili consumunt, idq; frustra, quod execrabilis sit Deo omnis superbia.

Consolatio
spiritualis
vix petenda.

Natura à
gratia qui
discernatur.

Curiosa studia quae sunt
fallacia.

Psal. 33.
1. Petri 2.

*Mortificatio vitiorum omnium quam sit necessaria: quomodo ea
& in quibus fieri debeat, imago item Christi vti in vtroque
homine gestanda sit.*

CAPVT IV.

Caput vitae spiritualis est, vt affectus omnes animales per plenam omnium creaturarum abnegationem (in quibus aliquo modo conuiescere solent) mortificentur, diuinisq; & spiritualibus rebus firmiter addicantur. Quare huius vitae tyronem, duris perpetuisq; conflictibus contra infestas vitiorum suorum phalngas, cum firmo stabilisq; proposito dimicare oportet: contra superbiam, inquam, vanam gloriam, auaritiam, luxuriam, inuidiam, iram, propriae voluntatis pertinaciam, gulam, verborum operumq; leuitatem, contra reliquas vitiorum desideriorumq; carnalium acies. Praeterea & contra omnem sensualem creaturarum amorem, contra inordinatam temporalium rerum sollicitudinem, contraq; omne quod vel Deus non est, vel quo Dei honor pure non spectatur. Praecipue verd contra sensualem adfectus quasdam personas adducendum. Similitudo enim naturarum, res est omnium maxime periculosa. Proinde die nocteq; ab omni peccato ita illibatum se homo custodire debet, vt prudens volensq;, imminente etiam mortis discrimine, ne latissimum quidem lapsum admittat, semper in se vitiorum radicem excindere studeat, quorum non pauci adhuc in cordis penetralibus (quos aratum exercitiorum spiritualium nondum attigit) absconditi latent. Haec sunt prauae inclinationes ad superbiam, luxuriam, inuidiam, iram, concupiscentias sensuales, & id genus alia quae summos a-

Peccatum
quod sit
dico vitia
quomodo sit.

Radices vitiorum
non extirpanda, vt sunt.

Ddd

Ito qui

lioqui viros etiam in ætate prouectiori (dum hanc radicem extirpare negligunt) haud semel supplantant. Ad quod autem se homo maxime propensum sentit, huic validiori pugna obuiare debet, id est in principiis, quam primum intra fetalium cogitationes affectionesve pullulare sentit, cum plebs ab ijs ad Deum conuersione, ne mora & dissimulatione validiores factæ (breui etenim maximas impuritas radices in corde figunt) difficilior iam ei adicari queat.

Tentationū
initio cur re-
sistendū sit.

Diabolus
quā callide
insidietur
homini.
1. Pet. 5.

Hostes ani-
mæ quo pa-
cto facile
prostrantur.

Vt quisque
se erga Deū
habere de-
beat.

Imagines
peccatorum
vbi per Chri-
sti imaginē
scilicet.

Hac ratione quantumuis arduæ tentationes, minimo negotio debellari possunt. Sed qui pusilla negligit, pedetentim ad grauiora pertrahetur. Proinde quanto diutius sic in corde retinentur, tanto profundius semper radicantur, & quo longius in ijs proceditur, eo & periculum maius, & difficilior inde ad Deum erit regressus. Diabolus etiam indiuiduus noster comes, quacunq; ingenium nostrum propensum cernit, hac sese callidus immiscens iniquitati vires subministrat, ac veluti leo saeuus obambulans omnem capiat occasionem, nulli parcat vel industriz, vel labori, centenis nos oculis obseruat, vt vna aliquando horanos parum attentos, ac aliquam sensuum nostrorum fenestellam temere apertam, vllius cogitationi noxiæ datum locum reperiens, statim clancularius irrepat, nobisq; inter osciantes ac securos oppressis, omnem animæ nostræ substantiam violentus auferat. Cæterum, quomodo homo Christianus à diabolo se superari finit, tantumdem est, ac si agmatus miles, vnus muscæ aculeo sponte se enecandum obijceret. Quare si ita victus ad ignotam illam inferorum regionem deciderit, omnibus cacodæmonibus derideadus despiciendusq; propinabitur. Quod sanè omnibus tormentis ipsi erit molestius. Tantum autem nobis roboris, tantum auxilij & gratiæ in hoc seculo (si volumus) à Deo impetrare possumus, vt omnibus scelerum turmis rebellare, omnes debellare valeamus. Proinde si omnes inimicos tuos, vna (quod aiunt) manu prostrernere velis, mundum ipsum, vna cum omnibus peccatorum irritamentis, quam longissimè fugias, corpus tuum moderatè castiges, diabolum feruidis tuis orationibus vras, carnem spiritum subigas, impietatis cathenā violenter confringas. Impuram aliquā adfectionem, vitiosamue inclinationem, quam primū ebullire intra te sentis, maxima cum diligentia protinus ab ea auertere, atque ad Dominum in omni necessitate tua cofuge, cunctiq; salutifera quadam tui abiectioe, ante pedes misericordiz ipsius, ceu pauper quispiam ægerq; mendicus & seruus malæ frugi prostratus, ipsi sceleratam istam tuam & immortificaram conscientiam, cum humili quodam timore ostende, in eoq; permane, ac Domino firmiter confide. Et si confessum non exaudiris, ne protinus animo concidas, sed patienter tolerans, ad externa te solata verbis aut operibus non effundas, & exaudita orationis certissimum habes argumentum. Rursus semper tribulationum tuarum molestiam pijs orationibus Domino reuelare, eumq; familiariter alloqui discite, qui solus & pius pater tibi est & fidus amicus, qui tibi omne bonū largiri, omne malū depellere potest. In ipso totā fiduciā tuā, totā defensionē & patrociniū tuū colloca, & facile tibi succedet vniuersa. Sin vero homini cui piā mortali, atq; aded vel tibi ipsi fidere malueris, in imagines & inclinationes, imagine Domini nostri Iesu Christi quasi clauū clauo pelles. Si Deus tantam contulit efficaciam herbis atque lapillis, vt corporis morbos vel mitigare, vel in totum etiam adimere possint, quantam puras virtutum sanctissimæ tuæ contulit passioni ad animarum ægretudines ressecandas? Ista

passio-

pensione Domini tui frætus ante pedes patris tui celestis temet prosternens, eundem per singulos amarissimæ passionis suæ articulos obsecra, vt tibi succurrat. Ob minimam etenim passionis Christi recordationem, imo vel ob crucifixi Christi imaginem pio quandoque animo inspectam, à munificentissimo Domino singularia tibi retribuentur gratiarum munera. Imaginem formamq; Christi in homine tuo exteriori semper circumferes, eandemq; tibi ob oculos figes omni tempore, omni loco, in omni opere, in prosperis, in aduersis intus & foris. Si manducas, intringe panem tuum in roseis ipsius vulneribus. Bibis, in mentem tibi veniat fel & acetum à Domino in cruce potatum. Lanas, cogita te preciosissimo Christi sanguine locum. Cubitum eundem est, recole Christum in durissimo crucis ligno recubuisse: caput tuum in spineæ illius coronæ ornata reclina. Rursus in interiori homine tuo, in corde, inquam tuo, impresam semper habebis inexhausta illius imaginem charitatis, quæ ipsum sine vllis nostris meritis tanta pro nobis subire & pati coegit. Paupertatis etiam ipsius, humilitatis, mansuetudinis, constantiæ, abiectiõnis, & reliquarum virtutum ipsius catalogus cordi penitus inscriptus, faciet, vt omnes cogitationes, omnia desideria tua in purum ipsius amorem semel transferentur.

Imago Christi quomodo sit in homine exteriori portanda.

Christus vti in interiori homine portandus sit.

Gratie Dei vti in homine locus aptandus, quomodo illi collaborandum: lingua, oculi, mens quæ custodienda: perfectionis item omnis basis quæ sit.

CAPVT V.

Verùm, vt gratia Dei in te peculiarem sibi locum inueniat, te ipsum tute iueris, & iuerit te Dominus: occasiones peccatorum quæ te maximè illestant, pro tua virili deuita: cogitationes, verba, opera tua vigilanter vbi que tam intus quam foris obserua ratione tua ceu freno, cor, aures, oculos, linguam, manus, ne perniciose efferantur libertate in seeste, rationem ipsam & intellectum tuum, omnia opera tua præcedere sine. Nam vbi sensuum excursus velocior percurrat, ibi fons malorum scaturit. Ante omnia verò linguam à fabulis otiosis, quæ neque ad Dei honorem, neque ad animarum salutem quicquã conferunt, summa diligentia frenare stude. De omni quippe verbo otioso, at estante ipso Domino, reddituri sumus rationem in iudicio. Vnde dicit & Bernardus: Multiloquium externum grauiter est detestandum: at internum cum Deo colloquium, longè est, vtilissimum. Proinde quum necessario est loquendum, fiat id eandem prorsus pectore, verbis gratis, paucis, & humilibus, amputata omni diutius garrandi materia. Nulli vnquam morosius verbis refrageris. Lubens eade alteri vel totam litem, qui contentiosus digladiari paratus fuerit, vt tibi pax cum Deo inconcussa permaneat. Nemini indignationis ansam præbeas: oculorum vagos circumflexus vbiunque fueris, sompescas. Plurimæ enim perniciose impressiones, motus, & irrecuperabilia dauna, ex incauto oculorum aspectu in animam sapius inuehuntur.

Lingua quomodo sit refrenanda. Matth. 11. Bernardus.

Oculi vti sint sicnada.

Ddd 3

Valeat

Valeat mundus totus iste: nã vana cūcta sunt in ipso, excepto Deo solo. Mater Deo famulare, qui te docebit veritatē clare, vt in fine ac in senio, multo inde fructus gaudio. Exordiu quidē asperū est & horridum: ast vbi aliquātiſper proceſſeris, vsu mollescit. Charitas enim Dei & consuetudo ipsa boni, haud exigua difficultatis partem leuant. O si tantum quis laboris impendere velit ad Deum & cœlorum regna assequenda, quantum stulti huius mundi admiratores exantillat, ad congerendas fluxas diuitias, vanosq; mundi honores, dies sane ipsi festus de-
 decaretur, & ingenti martyrum præmio potiretur. Quamobrem, prima cura tibi sit, vt mentem tuam, quantum potes, puram, nudam, tranquillam, & imper-
 turbatam conserues, ne vlla creatura, vllum vitiosum desiderium (quod cor tuum aliquo modo distrahere mentemq; obfuscare queat) eidem imprimatur, ac in-
 hæreat. In separatione omnium accidentium, in cordis ac mentis quiete per-
 mane. Nulli negotio tibi non commissio temet ingere, diuagationes noxias fugi.
 Solitudo, quies, recollectio mentis, taciturnitas, & vigilans cordis diu-
 naq; inspirationis obseruatio, basis est vitæ spiritualis. Postremo, non in-
 frugiferam fuerit huius militiæ tyroni verum aliquem Deo charum, in hoc
 itinere probè exercitatum seligere, ad quem omnes animi sui æstus referat, cui
 vice Dei obediat, ne videlicet proprio sensui inniti videatur, atque à diabolo (qui
 se quandoque in angelum lucē transfigurare solet) seducatur. Cauendum tamen
 ne extra confessionem ineptam aliquam leuitatis consuetudinem cum eo con-
 trahat, ne hinc spirituali illa verecundia sublata, profectus religiosus impedi-
 tur.

Mēs quo-
 modo pura
 seruanda

Basis vitæ
 spiritualis
 quæ.
 Ductor ali-
 quis tyroni
 molinæ spi-
 ritualis ne-
 cessarius
 a. Cor. ii.

*Vitia quænam sunt origo omnium malorum: quomodo ea mor-
 tificanda sint: quantusque fructus spectetur ex
 eorum victoria.*

CAPVT VI.

Quamuis ob naturæ fragilitatem, vniuersa venialia (quæ vocant) peccata
 deuitare non possumus: desideria tamen & affectionis peccandi per gra-
 tiam Dei in nobis benè mortificare valeamus. Quod non tam vtile nobis,
 quam necessarium est, quum id vnum vitæ spiritualis sit initium. Hic opera-
 precium est scire, quam longo inter se distent intervallo, accidentia (quæ vocant)
 & stabilia seu permanentia peccata. Accidentia enim ex naturæ fragilitate ple-
 rumque eneniunt. Nam homo secum solus agens, non adfectat quicquam quod
 sensus suos præter necessitatem oblectare, aut alio qui ad peccandum illucere pos-
 set; qualia sunt, vana colloquia, ineptæ societates, fluxi honores, bene pasti, bene
 vestiri, genio indulgere, & cætera, paratusq; est ad nutum Dei omnibus renuncia-
 re quæcunque diuinis oculis ingrata esse cognouerit. At occasione habita, facile
 in ea collabatur, quæ tamen ad mentem rediens, amare deplorat admiffa, ab om-
 nibus Deo displicentibus perfectè se auertens, & nulli stabili vitio diu sciens pru-
 densq; locum in se concedens. Hæc non sunt adeo pernicioſa, quoniam accidens
 solum est vitiosum, proposito & ipso cordis fundo permanente incorrupto:
 quare

Venialia
 peccata quæ
 vti plurimū
 accidant.

quare & confestim à Deo dimittuntur. Cæterum, stabilia seu permanentia peccata longè sunt pestilentiora. Nam his obnoxij, non expectata occasione, vltro ipsi semet irgerunt, & quasi ociofi captant occasiones peccandi, puta ridendi, garruendi, ludendi, genio indulgendi, noua percipiendi, semet efferendi, alios deprimendi, contristandi: nummos, vestes, libros, domos, supellectilia, aliave oblectamenta sensuum curiosa acquirendi & possidendi, quorum Deus vera non est occasio, quæque ad Deum scopum commodè referri nequeunt. His instupescunt folidi, his oblectantur: quod aliud nihil est, quam creaturæ locum Dei in corde suo tribuere. De talibus hominibus nulla spes profectus esse potest, quamdiu venialium istorum delictorum adfectibus penitus mortificandis operam dare neglexerint. Neque quicquam eis aut quam minimum prodest, sapius iterata confessio. Nam licet aliquando videntur pœnitere, non tamen ex cordium penetralibus hæc eorum pœnitentia emergit, omniaq; eorum benefacta imperfectione quadam sordidantur. Quibus vitijs, haud secus quam gypso quodâ crassissimo, aut bubula pelle, oculi mentis & intellectus eorum ita obteguntur, & obæcantur, vt neque se ipsos agnoscere, neque diuinam in se gratiam recipere possint. Hæc etenim pellis internos eorum oculos auresq; ita obuelat, vt cernere nequeant & audire, quid sibi sit conducibile. Sicq; totos triginta aut quadraginta annos, specie quadam, sanctitatis expoliti incedunt, vitia sua tanquam leuia sint minimumq; ponderanda, miris strophis palliare & excusare norunt, rem strenue gestam, cæloq; dignam purantes, si palam lætalia peccata non admittant. Hæc solida confidentia diuinæ gratiæ effectui maxima obstacula, ceu muros quosdam vallatq; obijciunt, nunquam se Deo ex animo resignare volunt, raro vitam, moreq; corrigunt. Nam quicquid ipsis dicitur, perinde ac si furdis fabula caneretur, immobiles permanent, opinioni propriæ, quasi serico filo, periculose nimis inharerent: omnis etiam eorum conuersatio in lætaliū peccatorum adfectibus, quasi super os inferni constituta est: quibus etiam mortalibus peccatis adeo sunt vicini, vt nonnunquam in ea collabantur, priusquam animaduertant. Horum plurimos (nam de palam sceleratis iam non loquor) inopinatz mortis nexibus videmus sæpissimè inuolui impræparatos, ac incertos, an salutem aliquam à Deo sint consecuturi. Et sicubi semel improuisa mors ipsos peccato mortali obnoxios corripuerit, ibi repente diabolus nullo refragante totos secum ad æternum deuehit cruciatum. Hæc vitia, proh dolor, hodie adeo sunt vulgaria, adeo manifesta, vt nihil supra. Vnusquisque iam suos modos, suam consuetudinem sectari ac tueri, suum commodum intus canere, suum solatium quarere conatur sedulo. Heu quantam erit cernere miseriam, in die extremi iudicij, quando omnium corda aperientur, quando omnia singulorum verba, cogitationes, opera, in medium protrahentur ac dijudicabuntur, an Dei honorem magis, proximiq; salutem, quam suum commodum & solatium spectarint. Mihi crede, si cõperum talibus esset, quam periculosum erit eis, quamque horrendum, in ipso mortis suæ articulo, in Dei viuientis manus incidere, si modo correctioni mortuum, vitiorumq; mortificationi operam sedulam non impenderint, præ intolerabili tremore, toti medullitus obrigescerent, ac die nocteq; perpetuos lachrymarum fontes merito extillarent. Nam & si forte per Dei misericordiam tãdè sunt saluandi, plurimos tamen annos in candente illa purgatorij fornace elixiati, torti adeo horribiles luent pœnas, vt si omnia omnium martyrum tormenta

Stabilia minora peccata que sint.

Cæcitas surditasque spiritualis vnde

Venialia ex affectu proce dētia quātum nocēt.

iudiciū quāi horribile quodā mactat. Hebr. 19.

Purgatorij pœna quam sint horribiles.

Ddd 2,

menta

Augustin
Mortifica-
tionis vitio-
rum negle-
ctores quan-
to se gaudio
spolient.

menta (Augustino teste) istis componas, lusus verius quam tormenta dicenda putaueris. Ad hæc si perpenderent, quam copioso premio frustrentur, ob quolibet solatio tum, ob exiguam voluptatulam, genio suo contra Dei beneplacitum concessam, sine legitima etiam satisfactione in alteram secum vitam delatam: si hæc inquam, perpenderent, quantumuis dira tormenta, atque adeo vel mortem ipsam subirent potius, quam vllum minutum delictum in Deum committerent. Quamobrem satis demirari nequeo mortales omnes tam pertiacem sui curam agere, nec naturæ suæ vitiosæ renunciare, quum tamen vera pax cordis, verum gaudium prorsus nullum sit, nisi in Deo solo. O quam beata est illa anima, que sibi mori studet, o quam nitida, quam ab omni vitiorum adfectuumque inordinatorum spurcicie sit depurata, quam tranquilla, quam immunis à poenis, quam aliena est ab omni metu, quam eleuata spiritu, quam vnita Deo, quam felix in æterna felicitate.

*Humilitas vera quæ sit, vt quæ eam obtinere, conseruareque liceat:
quam item nihil sine illa prosit, & è quibus-
nam eam discamus.*

CAPVT VII.

Via regia ad
Deum quæ.
Esaiæ 30.

Humilitas
culminodi-
ficæ fundame-
tum.

Matth. 11.

2 Cor. 12.
Humilitas
quid.

Humilitas
quomodo
obtinenda
Potentia Dei.

Sapientia Dei.

Bonitas Dei.

Regia ad Deum via nusquam nisi in vera vitorum mortificatione, veræque virtutum exercitatione, inuenitur in qua tamen constanter est permanendum, neque vsquam ex ea vel latum culmum siue ad dextram, siue ad sinistram declinandum: alias certè deuabit, etiam si quis inter astra cæli per altissimas suas speculationes, nidum posuisset sibi. Iam verò qui vnquam proficere desiderat, nobilissimam virtutem humilitatem, fundamentum in corde suo iaciat, eamque ad mortem vsque mordicus teneat oportet, alioqui nulla spiritualis ædificatio istructura persistere poterit. Hanc eximiam virtutem Dominus noster Iesus Christus sibi peculiariter elegit, nobiscum verbo & exemplo demonstrauit, dicens: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Hinc & **Dignus** Paulus eandem Christi virtutem appellat: *Libenter*, inquit, *glorior in infirmitatibus meis, vt habitet in me virtus Christi.* Est autem humilitas, demisso quædam, hoc est, profunda quædam animi depressio ante summam maiestatem Dei. Ad hanc virtutem consequendam opus est, vt ipsemet eam à Deo (à quo omne bonum dimanat) seruentibus assidue precibus efflagites. Deinde vt omnibus animi viribus collectis, studiosè pieque inspicias, quidnam ipse sit Deus, quodque adeo incomprehensè magnus, nobilis, & potens sit Deus, vt quicquid voluerit, possit etiam si mille adhuc mundi, imo infiniti essent creandi, regendi, implendi, conseruandi, perfecte & sine vlllo defectu aut labore, id Deus in istu oculi, sola voluntate & que facile possit, atque nos manum vertere. Itidem sapientia Dei adeo est inexhausta, vt & sese & omnes pariter creaturas, omnes omnium hominum cogitationes, omnia verba, omnia opera, omnes stellas cæli, omnes Oceani guttas, omnia terræ grana, & (vt verbo dicam) omnia & singula penitissimè calleat, agnoscat, inspiciat. Rursum adeo immense bonus est, vt perpetua illius fidæque charitas, grataque benignitas (qua omnes creaturas inspiciat, amplectitur, diligit) nulla vnquam

quam ingratitude, nullis hominum sceleribus, quæ vnquam vel perpetrata sunt, vel perpetrari possunt, extingui vel irritari queat. Deus perpetuo manet æque bonus, æque paratus quibusuis hominibus etiam scelestissimis, cum magno desiderio subuenire, tantumq; præstare boni, quantum ipse est, quantumq; valeat in perpetuum. Neminem Deus ledere, nulli malum aliquod irrogare, aut vult, aut potest. Quamobrem quum commendentibus sceleribus nostris afflictamur aduersis, non id diuinæ bonitati, sed nobis potius imputandum. Nam quum liberum nostrum arbitrium ad Deum conuertere nolumus, id fontem in nobis omnium malorum & afflictionum aperit, obstaculumq; ponit, ne diuinæ bonitatis capaces simus. Præterea vide quam potens, quam bonus sit Deus, vt omnia quæ sunt ex nihilo creauerit, nosq; mortales ad tantam gloriam & nobilitatem elegerit, vt planè addubitem quomodo ad maiorem nos euehere potuisset. Ad imaginem quippe & similitudinem Dei conditi sumus, cum ipso futuri per gratiam quod ipse est per naturam. Et cum propter peccata nostra perpetuo perissemus æterni incendij fomenta futuri, clementissimus Dominus nostri miseratus est, seipsum profundissime humiliavit vt nos exaltaret, humanam nostram naturam assumpsit, ita præclara facinora in ea gessit, tanta virtute, tanta charitate in ea effulsit, vt merito nunquam ea obliuioni tradere, sed die nocteq; (patet enim locupletissimus attente obseruantibus, & pie contemplantibus recogitandis capis) toti in ijs versari debeamus. Omnium pauperrimus factus est, omnium infirmus, vel contempitissimus omnium qui vnquã sub cælo vel erunt fuerunt. Vitam humilem, placidam, sanctam, inculpata, prorsus vixit: post quam tamen omnium ignominiosissimam & amarissimam sustinuit mortem, qualem in cunctis retro seculis nullus vnquam facinorosus sustinuit, donec venerandum ipsius corpus lacerum vulneratumq; totum, sacrosancti sanguinis vix pauculas quasdam guttas sibi retineret. Hæc omnia pro sceleratis illis peccatoribus (qui ipsum vt pote inimici, summo odio prosequerantur, quorum aliquot mortis etiam ipsius rei erant) ex tanta, tamq; ineffabili sustinuit charitate, vt & hodie (si fieri posset, & opus foret) pro ijs ipsis qui scelerum suorum enormitate, iterato eum crucifigunt, iterato mori paratus sit. Hæc mirabilia Christi opera, mirabilioraq; tormenta, mirabilissimæ & immensæ illi charitati, quæ ipsum ad hoc cogit, quamq; adhuc erga nos retinet, ne comparanda quidem sunt. Deinde considera innumera Dei in te beneficia, & fidelem eius pro te curam, quam omnimomento ab ipso percipis tantam, vt ne ipse quidem comprehendere queas. Et quod tam paterne, tamq; liberaliter in vniuersis necessitatibus tuis, in corpore & anima tibi provideat, quod à tam diuersis presuris & angustijs animi, in quas sæpius incideres (vt sunt varij rerum humanarum casus) nisi diuino ipsius presidio assidue fulciris, te præseruet. Quum adhuc modum humiliter contemplatus es diuinæ maiestatis excellentiam, qualis scilicet est Deus, qualia pro te fecit, quare fecit, quodque ex mera charitate fecit: non ex auiditate gloriæ, quoniam hinc illi nil gloriæ aut beatitudinis accedit: non ex dominandi libidine, quoniam ipse nostrorum non eget. Tum eregione ad te mer ipsum oculos flecte, & quis ipse sis attende, quã scilicet ex tua pte natura pauper, miser, & planè nihil sis, ex quã vili nihilo prodieris, prius datus, quã natus: quodq; aliud nihil sis, quã foetidum quoddã dolium, quod omnia sibi infusa corrupit, cõspurcat ac in nihilum redigit: quodq; sæper & ad nihilum tedit, & in foetido nihilio terminatur. Porro quod intus tot vitijs sis adoptus vt nisi diuina gratia

Aduersa que que quibus solis impu-
tanda.

Gene. 1.
Humilitas
Christi.

Charitate
quanta pas-
sus fuerit
Christus.

Beneficia
Dei quomo-
do conside-
randa.

Psal. 15.
Nihil citare
proptiã quo-
modo quis
consideret.

te.

Ingratitudo
hominis
quanta.

Te assidue labascentem subleuaret, atque etiam præseruaret, nescio in quæ horrenda flagitia præceps rapereris, post quæ tandem ad inferos cum omnibus caco-dæmonibus æterno cōcremā dus incendio detrudereris. Postremo quod præmulum Dominum, infinitis tuis sceleribus, corde, ore, opere perpetratis sæpius prouocasti, fideli illi patri & domino ingratus & infidelis fuisti, ipsum auersatus es, illius honorem purè in omnibus non spectasti: tempus preciosissimum, ad usum tibi à Domino concessum, parum utiliter expendisti, tuam & aliorum animas, sacrosancto Christi sanguine redemptas, tuis sceleribus violenter ei abstraxisti, diabolique seruitio mancipasti. Nihilominus tamen tibi pepercit fidelissimus pater, nec satanæ vllam in te potestatem (quod optimo iure potuisset) concessit: tot annos assidue delinquentem, maxima cum patientia tolerauit, expectans donec resipisceres: ab innumeris grauibuscq; peccatis (in quæ fortasse incidiss) te præseruauit: blande leniterq; quasi vellicans suis inspirationibus, aut alijs quibus voluit modis, sæpius te admonuit, ex scelera tua vicia ad correctionem reuocauit, ex inimico amicum te sibi fecit (quod sanè plus habet negocij, quam ipsam mundi machinam ab integro reformare) te reuertentem obuiò sinu exceptis, innumera enormiaq; peccata tibi adeo plenè ignouit, vt non solum ea tibi non exprobrare, sed ne meminisse quidem eorum velit vnquam. Omnia tibi in melius commutauit, & quæ culpæ tua collapsa perditacq; fuerant, in integrum restituit, tot prætiosa tibi munera largitus est, multoq; pretiosiora addidisset, nisi tua insigni ingratitude præpeditus fuisset. Ad hæc perpende, quod hominum milia æterni incendi, iam cruciatus ferunt, qui te multo minus Dominum offenderunt, quibus si tantū lucis, tantum gratiæ, tantum beneficiorum, quantum tibi impensum fuisset à Domino, eo miseriarum nunquam detrusi fuissent, sed ut multis parafangis, longoq; virtutum interuallo præcurrissent. Nihilominus tibi adhuc pepercit Deus, illis perpetua, sed non iniusta censura damnatis. Quibus omnibus imò & pluribus, quam vel commemorata sunt, vel commemorari ab homine possunt, ritè pensitatis, tum maxima tum indignatione contra reuertentem, præ rei indignitate quo te vertas, ignorabis. Indignum te reputabis, sacræ adem ingredi, crucifixiq; imaginè vel eminus inueniri dignū verò quæ ob scelerata tua hoc in loco, viuente videntemq; tellus ima degluciat, indignum quæ sitentet, cui alimoniam præbeat. Nullum denique statum adeo pudendum, nullam vililitatem adeo contemptam aut abominandam posse reperiri, putas, quam tu non optimo iure (si alias rem iusta lance trutinare velis) millies commercuisti iudicabis. Proinde fastuoso isthoc animo tuo prorsus humideiecto, te vnam quidem aquæ guttulam fumere, nec leuissimum quoddam verbulum temere proloqui, nisi cum humili timore fiduciaq; ad Deum audebis. Quin & mirum tibi videbitur, quod te in hac profunda deiectione, & indignitate perpetuo non contineas, quod vel exiguam superbiæ cogitacionulam animam intrare sinat. Imò ignorabis quodnam pharmacum huic malo imponas aliud, quam vt fidelissimo Domino tuo illud reuelans, te & omnia tua illi plenè in manus tradas, vt deinceps de te, deq; omnibus creaturis suis, tam in hoc seculo, quam in futuro faciat, quemadmodum sibi collubitum fuerit. Quicquid de excellentia ac fidelitate amoris diuini intelligere vales, minimum quiddam, imò nihil est, si ei, quod in se reuera est Deus, conferatur. Rursum quicquid de paruitate, vililitate sceleribusq; tuis imaginari potes, præter id quod reuera ex te sunt, pusillum admo-

SPECVLVM CHRISTIANAE PERFECTIONIS.

Non est iudicandum. Quapropter te quàm profundissimè humiliabis, abnegabis, & sustinebis omnia quæcunque tibi superuenire possunt mala, cogitans quod ob flagitia tua inferni iam tormentis merito adiudicatus esse deberes, reputans etiam te pessimum totius mundi peccatorem, atque ab omnibus talis reputari desiderans, quantum in te est, dignum quidem te agnoscens, quem omnes auersari, & affligere debeant, quem ve pro pessimis meritis nunquam satis contemnere queant. Lætaberis etiam aut saltem non nimium contristaberis, iniuria pressus, contemptus, adfectus: Qui verò hæc patienter ferre non valet, is profectò nondum sibi plenè displicet, is nondum perfectè humilis est, imò superbiæ adhuc radicem intra se occultam confouet. Non solum autem contemni, verumetiam indignus iniustis humilis iudicari desiderabis, patienter hoc accipiens de manu iustitiæ diuinæ, quæ talem contemptum tibi superuenire permittit, deq; liberalissima eius misericordiæ manu, quæ omnia in tuum commodum ita disponit. Hinc exorietur in te liber accessus, certatq; fiducia ad Deum, imò ardens quoddam desiderium Dei, semper ac in omnibus ipsum intimè laudandi, ac gratias agendi, & non videbis, quo pacto sat honoris Deo, sat reuerentiæ exhibeat. Nam & si solus, quovis momento tantis laudibus, quantis omnes creaturæ pariter, eum posses extollere, minimum tamen quiddam, imò nihil prorsus esset, si maiestati eius, qua verè omni laude dignissimus est, si munificentiæ eius, qua nos totos obstrictos habet, conferatur. Quapropter & te satis deprimere, & Deum satis extollere poteris nunquam. Quicquid autem in te boni est, non tibi, sed Deo acceptum feras oportet: quicquid verò mali, tibi vni imputandum. Humilitermodi excellentiæ, fidelitatisq; diuinæ, ad paruitatem infidelitatisq; nostram contemplatio, tantum in se habet gratiarum & amorum, vt mirum sit nos præ amoris magnitudine totos non liquefieri, aut alijs de rebus vnquam cogitare, vel verba facere posse. Nam hæc exercitatio vtilissima est, & veluti introductoria ad omnium virtutum perfectionem, cordisq; tranquillitatem consequentia, quæ nulla valet creatura disturbare, quoniã ita profunde se depremit, vt à nulla queat creatura reperiri. Incredibile dictu quam horrendis tentationibus & vitijs diuexetur, interdum & concutiat homo Christianus, quibus tamen cedere non debet, quin potius in ipsum pectoris sui fundum, in virtutum inquam suarum (si ita loqui liceat) nihilitatem profundissimè demersus, vniuersam hæc turbidam tempestatem supra se transire permittat, vniuersas dæmonum acies, æelum, terram, & quicquid in eis est, acriter ipsum oppugnare sinat. Omnia ista adeo illi non oberunt, vt mirificè conduxerint etiam, si in propriæ vilitatis contemplatione, inq; virtutum suarum nihilo, cū humili quadã subiectione sub Deo, subq; omnibus creaturis, per veram abnegationem contemptusq; sui ipsius, se continere ac sepelire valuerit. Nam tum Deus pro ipso decetabit, sublimitate sua ad istius humilitatem dimissa. Ecquid multis miser distraheris? Istud vnum tibi est necessarium (quod & è cælo lapsum credidit antiquitas) *Nossete ipsum* quisnam sis. Valeant omnes artes, discedant curæ multiplices. Id vnum discolum, & totius eruditionis arcem occupasti. Hæc etenim humilitas, virtus est adeo excellens, adeo præclara, vt verbis consequi nequeas, quæ & quanta homo verè humilis, à Deo impetrare possit. In tali namque homine dona operationesq; Dei, nullo vnquam obstaculo aut impediuntur, aut repelluntur: atque ideo ad eum perfectionis à Domino deducitur. Porro quæcunque Dominus de ipso

Fiducia ad Deum unde oritur.

Exercitatio vtilissima.

Tentationes vincendi modus optimus

Lucæ 10. Nosce te ipsum.

Humilitatis excellentia

Ecc

facere

Mumilis ve-
re indicia
quæ.

facere voluerit, quicquid ei superuenire permittit, id totum perinde ac vitium
quoddam instrumentum Dei tranquillus ipse patitur, non agit. Nam & omnia
cum gratiarum actione nude accipit de manu Domini, & omnibus tamen existi-
mat se indignum. Infirmirate premitur, suscipit de manu Domini ad utilitatem
suam gratias agens. In cōmunitate lætatur, in idem Deo gratias agens ad diuina ob-
sequia haud segnior accurrit. Contemnitur, maiori se contemptu dignū dicit. Ho-
noratur, haud se tali dignatur honore, sed tanto se magis deprimat, conscius pro-
pria infirmitatis. Omnibus diuinæ pietatis beneficijs peccādo seipsum plane indig-
nam reddidisse, ingenue confitetur. Donis Dei non solum non extollitur, verum
etiam satis demirari nequit insignem diuinæ bonitatis erga se indignissimum
peccatorem munificentiam, ac cum ingenti gratiarum actione ea dona de sola

Displacens
sui quid fru-
gis in homi-
ne conferat.

Dei gratuita benignitate suscipit, iuxta quod Deus bonus est, idē gratis. Ita ta-
dem principium veritatis est displacens sui. Sui autem displacens emenda-
tionem semper præcedere debet. Nam quo pacto emendabo quod antea non
displacuit? In omni tribulatione efficacius pharmacum nullum est, quam abne-
gare, abrenunciare, auersari seipsum. Quum igitur alter te contemnit, id facit,
quod tute tibi ipsi merito facere deberes, is adeo non officit, vt adiumento etiam
tibi sit, viamq; sternat ad consequendam salutem. Mihi crede, non tibi melius ali-
quid fieri potest, quam corrigi, contemni, contumelia adfici, modo ea recte, quæ
admodum par est, vtaris. Quoties quis corde agnoscit, & ore confitetur se vili-
simum peccatorem, reum damnationis perpetuæ, tunc præcipue veræ iustitiæ ve-
rissimum iecit fundamentum, Deoq; concordat, mox liberandus per eum. At ve-
ro quoties se iustum, aut alioqui aliquid esse autumat, mendax est, & ab æquis-
simo iustitiæ vindice condemnabitur. Nam quod tam præclara Dei dona nullum
in nobis locum inueniunt, arrogantis nostræ vitio sit, non solum in spiritu, ve-
rum etiam in natura. Quanto profundius nos ipsos humiliamus, tanto nos Deus
magis exultat: contra, quanto nos ipsos magis erigimus & amamus, tanto nobis
Deus magis elongatur, secundū gratiam inquam, munificentiamq; suam. In
multis sane mortificari debet natura, priusquam talem quis essentialis humilita-
tis habitum in corde suo acquirat, vt sine labore ad vilia & contempta suapte
sponte feratur, vtq; honor ei dolor, & confusio consolatio videatur. V-
nus tamen naturaliter altero propensior est ad humilitatem, castimoniam, carita-
temq; virtutes, atqui ob id sanctior est nihil. Sed qui abundantiori ad Deum fet-
uet charitate, quique accuratius & diuinam obseruat voluntatem, & obseru-
do rebus ipsis pro sua virili, per verā sui abnegationē satisfacit, is demū verē reli-
giosus, verē Deo charus omnium calculis iudicandus est. Haud curat Deus, quis qua-
lisve aliquādo fuerit homo, aut ad quæ natura propensior, quā ve præclara exer-
ceat facinora, quantum exantlet laborem: sed quanta polleat charitate, quam
rectam ad Deum habeat intentionem, & quomodo ex illis operetur. Charitas
Dei nunquam est otiosa: operatur magna vbi est, si verò operari renuit, chari-
tas non est. Aliqui etiam ingenitum sibi habent dulcem quandam adfectum ad
sumnum bonum: Sed quantum se ipsos abnegant, & pro viribus secundum
hoc operantur, tantundem etiam habent diuinæ charita-
tis, & nihil amplius.

Religiosus
vere quis.

Charitatem
Deus maxi-
me requirit
in homine.
Georgius.

(..)

*Abnegatio voluntatis propriae quam sit necessaria: quae etiam
ea reuera sit: quae item exigat, & perfectionis
quantae sit occasio.*

CAPVT VIII.

EX virtute humilitatis pullulat virtus obedientiae ac submissionis propriae voluntatis sub Deo, subque omnibus hominibus propter Deum. Per haec siquidem virtutes homo se funditus discit abnegare, auersari, liberumque suum arbitrium, a Deo sibi donatum, imo verò & seipsum, hoc est, quicquid ipse est, quicquid suum est, quicquid ei accidere, quicquid superuenire potest, in tempore & aeternitate totum id discit relinquere, resignare, offerre altissimo benepiscito Dei, ipsumque Dei beneplacitum in faciendis & omittendis, in patiendis & fugiendis, & omnibus in rebus intus strenuè obseruare studeat, vt quicquid à Deo preceptum, quicquid ei placitum fuerit, rite peragat: contra, quicquid ab eo prohibitum, quicquid ei minus gratum esse nouerit, omittat. Porro ad quae frequenter à Deo se inuicari sentit, ea sola sequatur, propriamque voluntatem, animique propensionem, pro viribus atque ingenio compescat, ac propter Deum derelinquat. Ad haec se sponte subiiciat atque obediatur, non solum superioribus suis, verum etiam omnibus quibuscumque agit & conuersatur, demisso quodam obedientiæ animo, voluntariamque propensionem, ad quaeuis honesta & licita perficienda, cum violenta abnegatione & mortificatione inordinati amoris sui, propriamque voluntatis, semper dicens cum Paulo: Domine quid me iubes facere? Caueat etiam summopere ne quicquam ex propria faciat voluntate, sed tota fiducia sua in Christo solo collocata, nulli priuatum, nisi dilectissimo Domino suo placere appetet, ob nullam rem vnquam merore adficiatur, nisi qua Domino Deo suo displicuerit. Omnia de manu providentiae diuinae sine medio aliquo, nude pureque accipiat, non à creaturis, quae non nisi instrumenta sunt Dei. De omnibus etiam accidentibus, siue gratia ea sibi fuerint, siue ingrata, Deo gratias agat, qui haec omnia operatur, & fieri permittit ad commodum ipsius. Quaecumque viderit vel audierit, quaecumque rescierit, quantum potest ad summum Dei honorem referre studeat, omnia vndeunque sibi aduententia accurate perlustrat, vt optima quaeque inde sibi eliciat. Hic iam summa vigilantia, summa sui obseruatione, totis etiam animi & corporis viribus opus est, priusquam perfecte se quis relinquere, ac Dei potissimum honorem in omnibus inuestigare possit. Ita demum Deus in omnibus suis creaturis, sceleratis & iustis aequaliter inuenitur, qui communis earum omnium est conditor, conseruator, essentia. In omnibus quoque relucet eius omnipotentia sapientia, misericordia, iustitia, &c. Est enim Deus superessentiale bonum, quod vnicuique creaturae vicinius ac penitus est, quam ipsa sibi. Contra cuius voluntatem vel fieri, vel vno momento subsistere planè potest nihil. Quare illi quam remotissime absint oportet, qui diuinae voluntati odiosius semper obstrepunt & relucantur, omnia ex sua ipsorum sententia fieri volentes, ipsi talis pax est, qualis in inferno esse potest, hoc est, prorsus nulla, sed perpetua potius anxietas aeterni cruciatus. Ceterum, homo qui perfecte omnibus renunciauit, probe respondet

Abnegatio vera quae

Obedientia vera in qua consistat.

Voluntas propria quomodo abneganda Actor. 9.

Deus quid

Pacem quomodo quis semper habeat.

Ecc 2

Deo

Deo, semperq; pacem sibi habet familiarem, tam in tristibus, quam in lætis rebus successibus. Deus enim ibi planè præsto est, vniuersa hæc faciens, vniuersa hæc ipse existens. Quinam igitur insiſta tribulatio intolerabilis vlli videri possit, in qua Deum ipsum conspiciat, in qua Deum ipsum inueniat, in qua Dei voluntatem perficit, & propriam voluntatem prorsus non agnoscit? Talis homo in hoc seculo simul atque amœna paradyſi voluptate perfruitur, plurimisq; occultis consolationibus à Deo reficitur. Quæcunque ei accidunt, quæcunque non accidunt, quicquid Deus per creaturas suas operatur, quicquid non operatur, id totum illi prosperrimè cedit. Ad veram quoque abnegationem attinet, vt voluntatem suam quilibet sub Deo & sub hominibus purè propter Deum, sine mora, sine retractione, hilari corde subdat ac resignet, in omnibus illis quæ diuinis iussis manifestè non repugnant, idq; citra vllum delectum, hoc vel istud libenter vel illibenter, facienti vel omitendi. Hic nanque & natura profundissimè deprimitur, & spiritus sublimissimè exaltatur. In illo Christi verbo, quo ait: *Pater non mea, sed tua voluntas fiat*, totius nostræ salutis cardo consistebat. Præstantissima autem, Deoq; gratissima, oratio est ista: *Dona mihi queso Domine, vt altissimum beneplacitum tuum in omnibus circa me perficiatur*. Hæc precatiuncula (verbi quidem permodica) omnia transcendit, adeoq; cælum ipsum penetrat. O quam iucundum est, semper subiectum esse summæ voluntati Dei, camq; ante omnia, post omnia, & in omnibus amplecti. Quid est ergo homo propriæ voluntati deditus nisi qui cum Deo, cumq; pijs omnibus, nullam prorsus communionem habet, sed alienus est totus. Quæcunq; sibi semel persuasit, ijs adeo instupescit, vt inde auelli penitus non possit. Quod profectò non aliunde quam ex superbiæ radice originem ducit. Hinc fit, vt & plurimos semper habeat delectus, pacem nullam, gratiæ item diuinæ capax non sit. Ex propria namque voluntate (sicut ex matris filia) inquietudo discordiaq; omnis nasci solent, siue id sciatur, siue ignoretur. Quamobrem primo omnium tibi ipsi bellum inferas, inordinatoq; te amore prosequi dimittas, & vniuersa dimisisti. Sic demum speciosa libertate potius, tui ipsius victor efficiaris. Quid autem speciosius esse potest, homine sui victore, suiq; compote? Mundus & cacodæmon, hostes nostri perpetui, haud nos alijs copijs oppugnant, quam nobis ipsis. Proinde primo omnium contra te ipsum aciem dirige, & vniuersos hostes tuos debellasti. Quum varijs tribulationibus, iniurijs, ladorijs opprimimur & diuexamur, non tristandum nobis, sed exultandum potius est: opprimimur enim & proteritur acerrimus ille hostis, proprietas nostra, spoliariq; incipimur eo, quod antea priuatim & quasi peculium possidebamus. Quid oro ingratius, quid odiosius esse potest proprietate illa nostra, quæ vniuersas calamitates, in caput nostrum conuehit, quæ obstaculo nobis est, ne Deum cum diuitibus donis suis suscipere mereamur? Quisquis per minimam etiam abnegationem voluntati propriæ renunciat, is (tametsi haud ita videatur) verissimè sua voluntate perfruitur, Deoq; omnium longè sit gratissimus, gratiæq; suscipiendæ maximè idoneus. Et quemadmodum homo propriæ voluntati addictus, difficulter se abnegare valet, (mauult enim vt sibi potius obsecundet alijs quam vt ipse alijs obsequatur): ita è diuerso homo propriæ voluntati demortuus, alijs mauult morem gerere, alios tolerare, alijs obedire, quam imperare. Superbia quippe ambitionis mater, in ipso semel extincta est. Deus etiam in tali homine pro voto suo operans, ad perfectionis culmen eum adducit. Si regnum

Abnegatio
vera quid re
quirat.

Matt. 29.

Oratio opti
ma quæ.

Voluntati
propriæ de
ditus qualis
quis sit.

Inquietudo
omnis vnde
ariatur.

Proprietas
sua quanta
homini ma
la inferat.

quoddam, imò si vniuersum quis mundum relinqueret, ac seipsum in ordinato amore possideret, nihil omnino reliquisse putandus est. Cõtra qui se (vt atunt) relinquit, hanc non opes possessæ, non honores exhibiti, non amici familiares, quicquam obfunt, quoniam mente ijs non inhæret, ac paratus est libenter omnibus renunciare, quoties id honoris diuini poposcerit ratio. Diuitiæ, bona valetudo, corporis robur, prudentia, paupertas, ægritudo, tribulatio, hæc omnia dona sunt altissimi Dei, quibus pij quidem hic vtuntur ad honorem Dei, impij abutuntur ad damnationem suam perpetuam. Scire desideras, an te verè abnegasti? Audi: Si ob confusionem, dispendium, aut aliud quid istiusmodi priuatim te attingens, grauiori mœore corripis, quam si alteri cui libet accidisset, id certissimum est argumentum, te priuato adhuc amore infectum esse, ac nondum perfecte abnegasse te ipsum. Nam qui vmbaticas istas opes nimio mœore deplorat amissas, hoc ipso testatur se indignum earum fuisse possessorem, dum quod solius erat Dei, id sibi peculiariter vsurpare voluit. Qui verò propter confusionem vel contemptum plus æquo exandescit, hoc argumento se reuera omni confusione declarat dignissimum, dum honorem soli Deo debitum, sibi adscribere conatur: amor etiam creaturarum nondum in eo perfecte extinctus est. Christus nanque ait. *Si quis vult post me venire abneget semetipsum (hoc est voluntatem suam) & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Hæc est via regia, ad æternam felicitatem. Quamobrem vigilanter attende tibi ipsi, & vbiunque te, & quæ tua sunt nimirum quæris aut inuenis, ibi ocyus fac abneget siue relinquant te ipsum. Nam quanto celerius te abnegaueris, tanto poteris facilius, & quanto frequentius, tanto exercitatus. Quomodo cunque enim modo egeris, siue distuleris rem, siue maturaueris, nisi à tui abnegatione, vitiorumq; mortificatione adorsus fueris, ad nullam bonam frugem vnquam peruenire poteris. Quantum te & creaturas vniuersas abnegas, siue exis, tantum Deus cum omnibus donis suis se tibi insinuat, siue intrat. Contra, quanto creaturarum amor te magis opplet & possidet, tanto Deus remotius excluditur. Rursus, quanto tibi & vitijs tuis perfectius mori fluas, tanto Deus in te magis viuet, tantoq; ei similior efficiaris. Itaque quo plus est mortificationis, eo plus est in homine diuini saporis. Et qui vitiorum suorum fasciulos deprimetes promptius abiecerit, is sublimius exaltabitur, Deoq; familiarius per charitatis vinculum coniungetur, omnium calculis iudicatus sanctissimus: Quare nullis parcas impensis, nullis laboribus: relinque omnia propter omnia, & inuenies omnia in omnibus: inuenies veram cordis tranquillitatem, nulli facile perturbandam, quantum in Deo fundata est. Nam quicquid priuatam spectantes vilitatem immenso dolore & labore inuestigamus, id nos ipsos abnegantibus, Deoq; adhærentibus abundè suppeditatur. Non tam attendere homines deberent qualia operantur, quam quales ipsi sint. Si ipsi intus fineri sunt, itidem & opera erunt. Animus enim religiosus recta intentione ad honorem Dei suspensus, vniuersa opera sanctificat. Si nos totos Deo resignamus, ipsiq; freu, omnia tam intus, quam foris nobis aduenientia, intrepidi expectaremus, omnia nobis tam essent certa, quam sunt ipsi Deo: & tum demum gustaremus, quam suavis est Dominus. Verùm rarissimi (proh dolor) sunt hodie, qui se voluntati diuinæ penitus resignant atque submitunt, siue hoc attendant ipsi, siue ignorent. Siquidem vehemens ille impetus, feruor, & desiderium Dei iam plane in nobis refrigit, nec aliquis est, qui Dei causa quicquam molestè per-

Opes honoresque cui non obfunt.

Abnegationis veræ argumenta quæ.

Matth. 16. Via regia ad æternam felicitatem quæ.

Matth. 10.

Pro mortificatione vt nullis parcedu laboribus.

Resignatio vera quæ.

Psal. 33.

Abnegatio
sui quantæ
sit ex. ell. 16

peti amplius. Nemo est qui ad eum se totum abnegare aut relinquere possit, ut non adhuc abundè habeat quod relinquat. Vna saluatio angelica, cum plena sui abnegatione ad honorem Dei prolata, Deo est acceptior quam integrum psalterium cum voluntate propria, sicut confidentia millies decantatum. Si post perfectam etiam tui abnegationem (ut interdum fieri consuevit) incauto tibi verbum aliquod asperum, aut iracundum elabatur, non est quod hinc animum despondeas, id Deus tuo commodo fieri permittit, quo tuam sic imbecillitatem clarius tibi ob oculos ponat. Ad mentis elationem te incitante diabolo, quam profundissime in maximam vilitatem, aut nihilitatem meritorum tuorum te ipsum deicies, ut sic subdant tibi arrogantia cristæ: ac humiliaris tam coram te, quam coram hæc audientibus. Nam si patientiam ac mansuetudinem tuam foris ostentasses, fortè in mentis elationem sublatus fuisses. Proinde quum vigilare delectat, somno quædoque indulgendum erit: quum ieiunare cordi est, manducandum, &c. Hæc omnia ad prædictam vilitatis tuæ considerationem viam tibi sternerent. Homo verè sibi ipsi abnegatus, qui & se & omnia sua penitus reliquit, is ad eum firmiter in Deo fundatus est, Deo ipso ad eum circumdatus est, ut qui attingere ipsum velit, Deum prius attingat oportet. Hunc etiam si quid pati necesse erit, si quid ei acciderit vnquam, ab autore Deo, & per Deum prius ipsi accidere debet, vnde & laporè diuinum longè dulcissimum in Deo cõquirat. Nã sicut ad Deum nullum appropinquare malum, ita ab eodem nulla potest dimanare amaritudo. Quisquis ad istum modum se abnegat, huic nihil prorsus obesse potest, non cõfusio, nõ afflictio, nõ interitum, non diabolus, non quiduis aliud. Quoties autem in similitudinè quandam Dei transit homo, quod scilicet ira charus ei fiat Deus, ut se totum, quantus est, homo abneget, nec aliud quippiam in tempore vel æternitate, quam solum illum Deum suum desiderat, hic plerumque omnium peccatorum suorum consequitur veniam plenè ab ipso, etiam si omnia omnium hominum flagitia solus perpetrasset liberatur. Omnia namque hominum flagitia ad inexhaustam Dei misericordiam, ne tanta quidem sunt, quanta vnica aquæ guttula ad Oceani vastitatem. Nec sanè paruo constat priusquam ad sui perfectam quis abnegationem perueniat. Nam natura quæ sua sunt semper queritans, non nisi labore improbitissimo mortificari valet. Ita tandem abnegatio ista & relictio sui, regia est ad Deum viam, & ad ipsum verticem perfectionis euangelicæ.

Religioso
homini ob
esse nihil
possit.

Charitas fraterna quomodo probetur: quam sit ea necessaria: misericordia cuiusmodi in alios exercenda: quantis item periculis sese subijcit qui alios temere iudicat.

CAPVT IX.

Charitas fra
terna in quo
consistat.

Quisquis Deo per charitatem coniungi desiderat, mortales vniuersos, vniuersali quadam flagrantique charitate diligat oportet, ut eos ad æternam felicitatem pertrahat. Corde quoque sit mansuetus, clemens, materno, quod compassionis adfectu facile moueatur, & omnis paupertatis, miseræ, imbecillitatis omnium hominum particeps sit. Se quoque totum aliorum necessitatibus subueniendis, citra vllam personarum exceptionem effundat. Aliorum prosperitatibus congauius, Deo inde ex animo gratias agat, malis eorum condoleat: sicuti Christus testatur dicens: *In hoc cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem eorum habueritis ad inuicem: Et Beati misericordes, quoniam ipsorum misericordiam*

bitur Deus. Et: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Si igitur multum misericors fueris, multum etiam misericordiae consequeris. Si parum misericors fueris, parum misericordiae consequeris. Si omnino misericors non fueris, nihil omnino misericordiae consequeris. Breuiter, quales vis ut tibi peccatis tuis se Deus exhibeat & homines, talem te exhibeas fratri tuo & peccatis illius. Ingenium semper habeas, fauorem & adfectum omnibus & singulis hominibus subueniendi: & vbiunque proximum tuum seu interna seu externa aliqua tribulatione inueneris oppressum, ibi vera animi compassione opem ei & consolationem à Deo exorabis. Sin vero ipse vel consilio vel auxilio prodesse misero quiueris, quantum potes non omittas. Si modicum praestare potes, modico etiam succurras. atque aded (si aliud nihil potes) vel placido humanoq; verbo miserum consoleras, & propitiam tibi propterea experieris Domini tui clementiam. In vnoquoque homine sanctissima Trinitatis imago veneranda: & incidentes menti aduersus proximum amarulentiae, melle charitatis diuinæ condulcorandae, & è vestigio expellendae. Nemo aspernandus, nemo quantumuis infamis aut flagitiosus temere iudicandus: quin potius seipsum lynceis oculis homo totum perlustrare debet, ac quod in eo splendidum videtur, omnibus modis extenuet, defectus tamen negligentiasq; suas maximi ponderet. Proximus autem candidis oculis inspiciendus, virtutes (si quas habet) in caelum vsque sustollat, ex musca si fieri potest, elephantum faciens: vitia illius excuset, contegat, omnia in melius interpretetur: quae coram proferre non audeat, ea nec à tergo susurret. Opus parum in se honestum, recta intentione (qua fortè fieri potuisset) excuses, aut alioqui humane naturae imbecillitati imputes, aut certè Deum, ad illius commodum, id ita fortè permisisse. Denique quod modo forsitan respiscens, Deo reconciliatus sit, teipsum multo humilior & sanctior effectus. Postremo, quod si tu tot tentationibus obiectus, tot irritamentis prouocatus fuisses, nulli dubium, quin multò scedius torruisses. Ad hunc modum apitulæ instar ex omnibus optimis quæque colligere studebis. Mirum quam plerique ad alios dijudicandos sunt oculati, quam seueriorum censores, quam sibi pulchrè Mœuij, qui dum in alijs omnia ad viuū reformare student, & se pariter & alios hæc cum peccato audientes perdunt. Quod profectò non nisi ex sui vana complacentia & aliorum intolerabili contemptu originem habet. O Phariseæ sæcæ, qui alium iudicas teipsum non iudicas? Tu ne lynceus perspicis, quid in intima fratris tui mente absconditum lateat? Quis malus genius tibi indicauit, quo itinere Deus illum ad gratiam suam deducere, aut ad se vocare velit? Quod sibi vni referuauit Deus, quod intus in suis oculis duntaxat perspicuum est, id ne tu (si superis placet) pro rui capitis somnijs hic nobis proferes in medium? Proh stolidam temeritatem, & temerariam stoliditatem. Si vlla esset in te sanæ mentis mica, isthinc coram Deo & omnibus Sanctis pudore totus suffundereris. Non enim hominis alicuius arrogantis, sed diuinæ solius virtutis omne est iudicium. Hæc temeraria alios iudicandi tyrannis, quantas quotidie strages, quanta mala inter homines concitet, ne Demosthenes quidem oratione vlla explicare queat. Si quid habes aduersus fratrem tuum, si iratus tibi fuit sine causa, si damnum aliquod intulit, læsit, contumelia adfecit, vel qualecunq; tandem illud sit, mansuetudinis antidoto protinus illi obuiando, corde placido & misericordi in charitate Dei illum alloquitur, & (si res ita poposcerit, aut tempus tuum fuerit) increpato, sed modeste, ne quum vulnus curare studens, mordacibus dictis decem ei contra infligas. Roma. 2.

Deus

Ioan. 7.
Matt. 5.
Luc. 6.
Misericordia quomodo exercenda sit erga proximum.

Aspernandus cur vnamquam nec sit.

Temeraria iudicia reprehenduntur.

Luc. 6.

Iudicium omne temerarium quare perire cuique excorandum.

Roma. 2.

Si Deus te peccantem tolerans, expectauit in multa mansuetudine, ut respicientem aliquando salute bearet æterna, quid magni fuerit, si tu idem facias proximo tuo? Ne igitur fratrem tuum asperneris, sed si lapsus fuerit, lachrymas potius pro illo ad Deum effundas, quemadmodum & pius Dominus pro tuis sceleribus lachrymari dignatus est in cruce. Alioqui certe supra quod homines te modo erigis iudicando, ac condemnando, tot etiam iudicijs subijceris. Quapropter citius linguam tuam mordicus arreptam proprio dente dilaniare debes, quam temere aliquem iudices, verbis duris irrites, contristes, aut ore viperso obtrectes.

Hebræ. 5.

Quomodo vita & Passio Seruatoris meditanda sunt, & imitanda.

CAPVT X.

1. Pet. 2.
Passio Christi cur meditata.

Meditatio vitæ & Passionis Christi compendiu Salutis. Fructus meditationis Christi.

Dominus noster Iesu Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. Itaque cum Christus ipse sit ostium & via, qua iur ad Patrē, & hunc qui sequitur non ambulet in tenebris: ideo summa cum dilectione, inspicere, perpendere, animoq; in sculpere debes sanctissimā vitā, suavissimā doctrinam, amarissimā Passionem Crucifixi Domini tui, ut ipsum imitando, per hæc illius corporalia, ad eiusdem diuinitatem assurgas. Ut igitur Christo conformeris, Deo te ipsam offeras oportet, ad lubenter, æquanimiter, & (vita loquar) Christiformiter, in vera mortificatione, sufferenda pro honore amarissimæ Passionis eius, omnia aduersa, omnes tribulationes, omnia pericula tibi ipso permittente tam interius quam exterius supervenientia: flagrantibus quoque desiderijs ab ipso postulare debes, ut mortis suæ imaginem in corpore & anima tua, pro summo honore & voluntate sua effigiare dignetur, siue id gratum tibi fuerit, siue ingratum: ipsa enim meditatio vitæ & Passionis Christi compendium quoddam est ad ipsam Theosophiam, ad animæ salutem, ad omnia bona nam in prosperis hominem deprimit, erigit in aduersis, ad omnes fortunæ salutis casus sui similem facit, ab omni malo auocat, ad omne bonum prouocat. Quid multis? quantum in attenta Passionis Christi meditatione boni consistat, hætenus perspectum fuit nemini. Ipsa est liber vitæ, in quo, veluti diuite quoddam penu, quicquid lubet inuenire licet. Et si omnes omnium libri, vna cum ipsis præceptoribus igne ferroq; interfissent: in sola tamen vita Passionis Seruatoris, satis superque eruditionis suppeditaretur nobis. O beatum illum hominem, qui vitam & Passionem Christi veluti scopum sibi semper ob oculos figit. Deus hanc quantam sapientiam, quantam gratiam, quantam peccatorum suorum remissionem, quantam cum Deo pacem hinc sibi promereri & conciliare potest. Si molesta tibi sunt exercitia alia, ad Passionis Christi meditationem confuge, eam præsentem memoria semper recogita. Nam si omnes aduersitates, omnia opera tua conformare, Deoq; in vnione innocentissimæ vitæ & amarissimæ passionis filij sui offerre assuetus fueris, nil planè erit quod tibi durum aut onerosum videri possit: Christus siquidem crucem tecum portabit meritoq; tibi passionis suæ

Suz ad hoc impartietur. Cum diuinæ æquitatis censura, nullum, quantumvis exiguum malum sinat inultum, quid faciet homo peccator, innumeris sceleribus adoperatus, qui vniuerso vitæ suæ tempore iustitiæ diuinæ satisfaciendæ soluendo esse non posset, sed in candenti illa purgatorij fornace infinitis annis nouissimum soluere quadrantem compelleretur? heu quis esset illorum malorum finis aut modus? omnia inquam ista, per innocentissimam Christi passionem minimo negotio euitare poterit. Quo pacto? aded inquam pie & humiliter Deum hunc sibi præclarum passionis Christi thesaurum exorare, adeoque fortiter se à peccatis omnibus ad Deum conuertere potest, vt diutini multorum annorum cruciatu, vniuo temporis momento, perfectè sibi condonentur. Quum igitur morti vicinus, retroactæ vitæ recordaris vanitatem, peccatorumq; inorum multitudinem, magnitudinèq; territis, quo te veritas, ignoras: hoc consilium nostrum ex sanctarum scripturarum, ipsiusq; veritatis promptuario allatum, si securus mori velis, amplectere. Ecclesiæ sacramentis, (si habere potueris) ritè perceptis crucifixi Domini tui imaginem tibi ob oculos pone, hanc attentius intueri, hanc peccatori improme, brachijs amplectere, & te totum in roiea misericordiæ ipsius vulnera immerge, in his requiesce obsecrans, vt in his sanguinolentis vulneribus, per diuinam ipsius virtutem, ab omnibus flagitijs tuis abluaris, pro gloria eius, & tua maxima necessitate: sicque totus cruore tinctus de Bosra ascendens te ipsum Deo summa cum fiducia resigna ac deuoue, ad quæuis acerba, atque aded mortem ipsam pro honore mortis eius libenter sufferendam: spiritumq; tuum in propitijs illius manus commenda, vt de te faciat in tempore & in æternitate, quicquid sibi visum fuerit. Sicq; certus esto per fidem Christianam, quæ fallere nescit, ab omni medio te purgari ac secure moriturum. Verùm si omnino certus esse velis, peccata omnia studiosè deuota Deoq; adhære, dum adhuc sanus robustusq; es & huius tã inestimabilis gratiæ in hora mortis tuæ particeps efficiaris.

Passionis autem Christi recordatio (quum vacat) non est perfunctoriè transcurrenda, sed cum intimo amoris adfectu, & lachrimabili quadam compassione recogitanda. Si tristes lachrimas exstillare nequis, hilari saltem gratiarum actione ob immensam bonam in ea reperta, illam reuolues. Si ne hoc quidem præstare potes, rum Deo, ad honorem eius, in ariditate cordis tui committes, & nihilominus æque gratum ei erit. Porro in ipsa meditatione non id solum attendendū, quomodo Christus omnium hominum sit nobilissimus, purissimusq; verùm etiam quomodo idem sit potentissimus Deus & Dominus omnium, qui cælum & terram & omnia quæ in eis sunt, solo verbo creauit ex nihilo, soloq; verbo in nihilum redigere potest: quòq; in seipso superessentialis & superintellestualis existit. Quomodo scilicet hic talis ac tantus Dominus aded sese deiecerit, adeo (serè dixeram) in nihilum redigi voluerit, idq; vilissimæ suæ creaturæ causa, vt merito totus pudore cooperiri debeas, quod vlli vnquam intra te miserum peccator, superbz cogitationi aut vanæ gloriæ locum dederis. Trifariam verò est Passio Christi meditanda. Primo, opus passionis in se, quid scilicet passus est, vt ex corde compatiaris Domino tuo, in paupertate, ærumnis, æstu, gelu, perlecutione, tribulatione, in vinculorum colligatione, flagellatione, coronatione, contumelijs, sputis, conuiitijs, cruce, morte. Secundo, Modus virtutibus, prædictæ inculpatæq; vitæ & Passionis ipsius. Quomodo scilicet passus est, vt in paupertate, obedientia, humilitate, mansuetudine, aduersitatum tollerantia, & cha-

Securus quomodo quis moriatur.

Etia 6y.

Passio Christi quomodo meditanda.

Tripliciter meditanda. Opus passionis quid. Modus quomodo.

Causa quare

ritate, reliquisq; virtutibus, Dominum tuum pro viribus studeas imitari. Tertio. Causa quæ illum ad hoc coëgit, nempe feruida illius fidaq; erga nos charitas, quam copiosissimam nobis demonstrauit, hanc potissimum ob causam, vt illū redamantes, salutem consequamur æternam. Solius namque charitatis impulsu, ignominiosissimam pertulit mortem, tormenta passus est maxima, nullis martyriū tormētis cōparanda: ad eō vt ne minima quidē præiosi sanguinis gutta, in toto ipsius sacrosācto corpore, superesset. ad eō etiā horrēdo, ad eō exquisito suppliciorū genere pati voluit & mori, vt si ferā quāque bestiam, tot cruciatibus corā se diuexari vir pius conspiceret, rō cōparati non posset. Quid? qui in tantis doloribus, tantillū nō habuerit leuaminis quo plagis liuidū, spinisq; oblitum caput reclinaret, sed tribus clauis tota illa venerādi corporis moles deorsū sidens, pro nobis hærebat, præ intolerabili dolore totus in se exarescēs, totus circumuentus laqueis mortis, foris despectus, intus desolatus. Nōne hæc tibi merito crudelissima videtur? sane. Ad eō enim omni cōsolatione suauitateq; interna priuabatur, vt ad extremū vsque amaritudinis punctū derelictus fuerit. Pendebat lacrimantibus oculis, scaturientibus vulneribus, expansis brachijs, perfluentibus per omnia membra venis, in extrema amarissimæ mortis necessitate constitutus; vsque ad mortem enim perfectam Patri suo obedientiam exhibuit: quibus doloribus & tormentis quid excogitari poterit intolerabilius? atque hæc tamen omnia ex tanta fida charitate, pro nobis sustinuit, vt nobilissimū illud cor suū transfodi, ac aperiri passus sit, ne quicquam sibi retinere videretur, quod nobis lubens totum non impenderet. Mors quidem omnium maximè est terribilis; ideoq; omnes naturaliter mortem horremus, vitam desideramus. Atqui vix credo homini morienti æque desiderabilem esse vitæ prorogationem, atque Christus Dominus desiderauit omnium hominum salutem, vt pro omnium peccatis in se commissis semet effunderet. Proinde prodigiosæ cuiusdam duritiæ fuerit, si tam dira Christi tormenta, & animam & pectus nostrum penitus non transfigant, si hæc animo recogitantes amore totos non liquefaciant. Verū quoniam nemo est, qui maiorem Christo gratiam referre, aut rectius crucem cum ipso portare dicendus est, quam qui operibus eundem imitatur (hoc enim Christo longè est acceptissimum, perinde ac si quis id temporis cum eo mortem oppetisset) iicirco nos ipsos beniuole sub cruce illius, siue extrinsecus siue intrinsecus nobis adueniente incuruemus, ac immanem istum gigantem, animum dico nostrum, immenso turgentem spiritu, sub spinea illius corona deprimamus, sic tandem illius passio fructum aliquem viuificum in nobis producere poterit. Sin verò Christi vultura passionemq; palam in te cupis circumferre, ita vt mundus ipse, cum vniuersa curia celesti conspiciat te immensæ illius bonitati gratum esse, te & omnia tua Deo lubens hilarisq; resigna; semelq; resignata postea non resume: oculos à visu lubrico, aures à vanis fabulis, os ab ineptis locutionibus atque à cibi potusq; voluptate cōspesce, postremò omnibus sensuum oblectamentis semel emorere. Omnibus tibi non admodum necessarijs si abstineas, manus tuæ cruci Christi verè sunt affixæ. Ad bona opera si alacriter accedas, inq; ijs constanter perseueres, sinistrum pedem tuum cruci Christi verè adfixisti. Mentis inconstantiam, cogitationumque lubricarum tumultum, si in Deo constabilias, dextrum quoque pedem tuum Crucis Christi adfixisti. Vires animæ & corporis pernitiōsa quadam tepiditate non flaccescent, quin potius exemplo diuinorum illorum brachiorum cruci ad-

Christus
omni cōsolatione
destitutus.Quis rectius
Cruce Christi
spondeat.Quomodo
concrucifi-
gamur Chri-
sto.

fixorum

fixorum, in seruitio diuino constringantur. Corpus tuum imbecille ad honorem sanctorum Christi crurū in spiritualibus exercitijs saepius lascescat, vt desiderijs suis malignis satisfacere nequeat. Plurimae incognitae tribulationes te ad Dominum, ad ipsam Crucis angariam compellent, vnde fiet vt & corpore simul patiens & sanguine rubicundus totus appareas. Volitaria tua paupertas & adfecto dorso illius lassio lectus erit mollissimos. Naturae tuae mortificatio, inq; omnia vitia hostilis quaedam in te pugna, animum eius mirifice exhilarabit. Cor attentum ac feruidum omnia illius tormenta leuabit. Cum omnia quae in te sunt pro tua virili praestiteris, & tamen ab alijs irrideris, verbis duris castigaris, tuq; Deum pro ijs ipsis contemptoribus, & carnificibus tuis exoras, tunc verè Christo confixus es cruci. Praeterea cum recte facta tua ad se vilipenduntur, vt te ceu facinorosum & impostorem quendam omnes execrentur, tuq; eis id ex animo remittis, atque ita tibi ipi mori studes, tunc verè Christo confixus es cruci. Denique cum propter Deum amicorum solatijs inordinatisq; consolationibus valedicis, in omnibus ijs quae inter Deum & te medium quoddam facere possunt, tunc verè cum Christo crucem portas. Quum relinqueris à Deo in grauissimo dolore, in duritia mentis, in ariditate citra omnem spiritualis suauitatis consolationem, quemadmodum & ipse Christus derelictus fuit in cruce, non externa aliqua solatia quaeras, sed ad Dominum potius te conuertens per veram tui abnegationem, in voluntatem diuinam, vnicum illius auxilium implora, & quantum tribulatio tunc fuerit amarior, quantoq; abnegatio interna seu resignatio perfectior, tanto Deo similior gratiorq; efficietis: nam in hoc electi Dei amici maximè probari solent. adfectus tuos consolationis avidos cōpescere, & sitiens Christū probè refocillasti. Omnium etiam hominum salutē ex animo sitiens anima tua in Patris illius celsis manus semper sic suspensa: spiritus à tempore in aeternitatem morae extremae separationis seu exhalationis segregatus. His inquam exercitijs conformaris & assimilaris caelesti illi Imperatori, cui per multas tribulationes inrandum erat in gloriam Patris, & eodem itinere nos tyrunculi ipsam subsequi debemus ad aeternam foelicitatem.

In derelictione spirituali quid faciendum.

De magna vtilitate tribulationis.

CAPVT XI.

Triplex cruce electis suis, Dominus imponere cōsuevit, alijs quidē maiorē, alijs minorē: prima occurrit in primordijs conuersionis à peccatis ad Deū, quū cunctas prauas adfectiones, voluptatesq; cōsuetas, ad quos natura propensus est homo, relinquere ac mortificare aggreditur. Quod ei sane nō potest nō esse molestū atq; difficile. Omnia enim tū amara sūt oportet, quae prius fuerāt voluptuosa: tantaq; peccatorum debet esse detestatio, quanta prius fuerat delectatio. Quod profectō haud exigui est laboris. Secundam crucem Deus donat, cum aduersitates aliquas, & dolores internos vel externos tibi immittit: quae si a quo posses animo perferre ac ex ipsis diuinæ charitatis penetrabilibus, vnde tibi haec depromuntur, suscipere: o quam hoc esset egregium, quantis praconijs & triumphis dignum: ex ineffabili quippe charitate haec tibi largitur Deus, ceu optimum munus quod tibi conferre possit. Laboras ex capite, frigore cruciaris, inedia torqueris, siti contabescis, verbis factisq; contristaris, vel quicquid illud sit, quod te malè habet, id Deus ab aeterno ita prauidit, voluit,

Triplex electorum crux. Prima.

Secunda.

puta-

Est 3.

putauit, consilium super hoc iniit, numerauit, ponderauit, mensurauit, hoc modo illud & non aliter futurum, siue hoc tibi eueniat cum merito tuo, siue immerito, iuste siue iniuste, siue tuapte etiam negligentia, cogita semper à Domino proficisci. & patienter sustinens Deo inde gratias age, quod æternum suum consilium & beneplacitum modo in te perficiatur. Propter tribulationes omnia Deus in rebellionem armauit contra homines, elementa, planetas, bestias, iumenta, grandinem, niuem, gelu, æstum, æris intemperiem, pestilentiam, bella, annonæ charitatem, & eiusdem farinae alia sexcenta. Ita vt nullus Apelles tantam adhibeat diligentiam, vt imaginem omnibus picturis & lineamentis suis absoluat, quantum adhibeat Deus vt imaginem suam hominem, diuersis tribulationum coloribus & lineamentis humiliatam, leuigatamq; exornet, vt sibi adsumum placeat. Iam aliquos est inuenire, qui non contenti cruce à Domino sibi imposta, suo sibi iumento grauiore etiam fasces vitro accersunt. At propter morosa capita, ineptas fantatias, multiplice q; grauedines hinc ferè pullulantes, iucris faciunt nihil. Ex propria voluntate & animi stulta persuasione immoderatas faciunt abstinentias, importunas meditationes, quibus adeò in stupescunt stolidi vt necesse sit Dominum tantisper expectare, donec isti sua absoluerint. Tandem veniente Domino & suum opus in eis exercere cupiente, natura iam destructa, Dominum subsequi non valet: & si forte impugnationes ingruant arduæ, ad resistendum vires non suppetunt. Præui naturæ adfectus vitiaq; infesta morificanda sunt, corpus non item. Quin magis arrepto mansuetudinis clipeo, alios te diuexare finito, ac cum ipsis tu te quoque condemnato: & Deo rem longe gratiorem feceris, quam si te infinitis cruciatibus excarnifices.

Tertia crux. Tertia Crux omnium est amarissima & sunt horrendæ tantationes, pressuræ, obtenebrationes mentis, quibus miser homo intus adeò coangustatur, vt rebus penè desperatis, quo se vertat planè ignoret, nihilq; aliud quam certam insaniam, aut mortem ipsam iam sibi imminentem expectet. Quisquis in tantis hisce malis semet abnegabit, is profectò carnem & sanguinem, adeoq; naturam suam totà decoquit atque consumit, nitor faciei destituit, totus homo collabascit, multo magis quam in tribulationibus externis: tam etenim grauibus tentationibus, tanta cordis ariditate, tantis tenebris Deus hominem illum inuoluit & visitat, modo tam inconsueto, rebus tam prodigijs, nec nisi experto facile notis: tam etiam horrendis, tamque multiplicibus aliqui inuoluuntur tribulationum crucibus, vt ab ijs haud facile à quoquam explicari queant. Atqui Deus probè callet, quid sibi istis tentionibus velit, & ex immenso amore hunc illis calicem propinat, quem si hoc animo illi dignarentur suscipere quo Deus elargitur, & quam ineffabilem bonorum fontes inde emanarent. Omnis tribulatio siue sponte à nobis assumpta, siue inuitis nobis superueniens, quādo scilicet de necessitate facimus virtutē, sic vt præter Dei voluntatē ea tribulatione carere non cupimus: sed Deo in vnionem passionis suæ ad laudem suam perpetuam, cum humili quadam tollerantia illam offerimus, talis inquam tribulatio Deo est acceptior alijs quibusuis sacrificijs, aut operibus externis. Commodosius namque est, & spiritus nostro iucundius, in abnegatione sui aliquid pati, quam in pari abnegatione magna operari. Inde enim natura nostra vitiosa profundius conculcatur, & spiritus sublimius exaltatur. Hinc est quod à iuuenili validioriq; ætate, validiora quoque corporalia scilicet & externa exercitia requirat Deus, ita tamen vt sint moderata & spiri-

Crucem qui sibi ipsi indigere adaugent quam male faciāt.

Tribulationes nostræ quomodo gratissimæ fiunt Deo.

Quid à iuuenibus, quid à senibus exigat Deus.

spiritualibus exercitijs non infrugifera: à senibus verò & imbecilibus interiorè magis abnegatione spectat. quã opera externa, vt videlicet quicquid eis acciderè possit hilariter patienterq; perferat, se ab hominibus separatos, solosq; contineant, tẽpus suũ inutiliter nõ expẽdant. Tã excellens est virtus aduersitatu tolerancia, vt omnia hominum pectora, ne minimum quidem præmium capere possent in hoc sæculo, quod Dominus præparauit in futuro ijs, qui vel leuissimam quamlibet tribulationem pro sui nominis gloria fortiter perpetuant. Deniq; licet centum quis annos Deum supplex adoret, haud tamen dignas ei gratias agere possit, pro minima tribulatione à Domino sibi immissa. Quid multis? omnes Sãcti hunc tribulationis calicem epotarunt & nulla in eo latere aconita liquidò cõtestantur, sanguinem cordis sui fuderunt illi pro Christo, sanguinem inquam cordis pariter & corporis (hoc est, internas atque externas cruces pertulerunt) nullis tormentis, nullis iniurijs, nullis mortibus denique à Christo separari potuerunt. Et tamen homines illi fuerunt similes nobis, iisdem circumdati infirmitatibus, iisdem malis, eiusdem etiam Dei hæc eadem gratia, qua illi adeo insignes euaserunt, adhuc nobis patet parata subuenire. Quid? an non pudet ergo nos tam supinæ fœcordiæ nostræ & impatientiæ vt ne verbum quidem duriusculum ob Dei amorem perpeti possimus? tantum Dei donum est tribulatio, vt non nisi electis suis illud elargiri soleat, quoniam per tribulationes & angustias via homini aperitur ad æternam felicitatem. Quum se & quæ sua sunt potius, quam Dei honorem proæ oculis habere, aut se cum voluptate ad creaturas, relicto creatore conuertere incipit, & fortassè in multas maximasq; tentationes & peccata impingeret, perpetuoq; periret, tum Deus tribulationibus ipsam exercet, vt illarum imaginibus occupatus, vitiorum quidem voluptatumq; obliuiscatur, ad Dominum verò conuersus supplex auxilium deposcat, & suam fragilitatem iam penitus habeat exploratam. Quapropter magni ponderandum non est si, quid forte sustinemus aduersi, sed ex animo inde Deo magis gratias agamus, quod nos indignos tanti reputet, vt nobilissima dona sua tribulationes conferre dignetur. Per tribulationes enim idoneos nos facit Deus supernaturalibus donis suis possidendis, quæ vt plurimum per multas tribulationes infundi hominibus solent. Plurimos à Deo defecisse constat in prosperis, paucissimos in aduersis. nam in aduersis virtutes solidantur. Quum igitur quis corripitur, irridetur, contemnitur, iniurijs læcessitur, vilipenditur, aut alia qualibet aduersitate premitur, idq; animo infracto sustinet, neq; vel læcessentibus respondere, vel se excusare (quantislibet etiam iniurijs exagretur) non conqueri, non vlisci, nec consolationes externas captare desiderat, sed ad Dominum protinus confugiens, omnes iniurias & afflictiones suas, adeoq; se ipsum totum Deo offert, ac resignat, sicut apud sese, alijs pro sui leuamine non conquerendo permanet; is tum Deo omnium acceptissimus, ita vt quicquid postulare ausus fuerit, citra omnem moram plerumque consequatur. Hunc tremebundi venerantur spiritus angelici, hunc Deus pro voluntate sua abnegata, exaltat in libertatem filiorum Dei. Ceterum quanto maiores consolationes talis homo percipit à Deo & creaturis: tanto se vilior semper reputat, & indigniorem: at quanto ipse vilior est & contemptior in oculis suis, tanto gloriosior & honoratior fit in oculis Dei super omnes Reges & Principes huius mundi: omnibus etiam creaturis suis præcipit Deus vt hunc humilem suum amicum debito honore prosequantur. Multi quidem Deum de-

Tribulationis excellentia.

Tribulationum electorum.

Tribulationes patienter cū resignatione tolerata homines Deo gratissimū reddunt.

Deus qui in-
ueniatur.

siderant, sed qua arte ad ipsum perueniant, ignorant. Germana autem scientia qua Deus inuenitur, est humiliter scire, tolerare & pati, omnia quaecunque Deus homini immittere voluerit. Quum pater immorigerum flagellat filium, nunquid virgis id imputandum est? minimè omnium. Cur tu igitur in homines te lacerantes excandescis, quibus Deus virgarum loco vitur ad correptionem tuam? attende homo quid tibi ab alijs mali fiat, nec veluti canis rabidus irriterem remordeas: sed id solum cures, quomodo dictis & factis aliorum vitas ad commodum tuum: omnia enim tuæ utilitati subservient, neque quicquam obesse poterit modo tute tibi ipsi per propriam impatientiam non obfueris. Deus etiam compatitur homini afflictio, qui & se & omnia sua illi plenè in manus tradidit ac submisit. Quia igitur per Deum hæc ei tribulatio accidit sua vis tora, ac planè diuina efficitur, adeò vt contemptus dolor & afflictio perinde ei sapiat vt consolatio.

Tribulatio
quomodo
reddatur sua
uis.

Quando namq; eo peruenit, vt hæc pro Dei honore iubens perpeti velit, id sine absq; diuinæ suauitatis gustu esse nequit. Plurimos videmus foris præclara opera exercentes, vigilantes, orantes, ieiunantes, infirmis ministrantes, at quotumque inuenies qui contemptum & iniurias æquo animo possit perferre? vix opinor è mille vnum. Quamobrem? quoniam fastuosa omnes arrogantia turgens, & magni sunt in oculis suis. Incontaminatus quidem es corpore: sed quid proderit si intus contaminaris arrogantia, inuidia, virulenta fratris obtractione, & id genus vitiorum excrementis? egregia quidem res est corporis castimonia, atqui nihil tibi proderit si alijs vitiorum sordibus & creaturarum amore conspurcatus intra te templum Dei. Bernardus ait melior mihi videtur homo patiens, quam foris magna poenitentia opera ostentans, aut multos flagellarum fasciculos se flagellando consumens, pane & aqua quotidie vicitans, & impatientia adhuc a se exagitatus: melior etiam est durioribus verbis se lacerantes placide alloquens, quam qui quotidie instupendos rapitur mentis excessus, & in aduersis animo concidit, virtus patiendi præpollet virtuti resuscitandorum mortuorum. Hunc inquit Diuus Bernardus summe odit Deus, quem delinquentem aduersitate aliqua non corripit, quia quem tribulationum verbera non flagellat in præsentis sæculo, indubiè condemnabit in futuro. Certissimè namque indicium est perpetuæ condemnationis, omnia hic prospera & nulla habere aduersa. Exemplo tibi sint Lazarus ille mendicus, qui per omnem vitam in finitibus excarnificatus malis, euolat, in æternam felicitatem: & Diues ille Epulo, qui per omnem vitam fortuna vique prospera genioq; indulgens detruditur in ima tartara. Ita quibus diuersa fuit vita diuersus fuit & vitæ exitus. Hieronymus. Mirandum est quod sub

Bernard.

Condemna-
tionis iudi-
cium certissi-
mum.

Luc. 16.

Hieron.

Perfektissi-
sima vita
quæ.

Tribulatio
martyrum
in cælis.

pedibus damnandorum lapides non mutantur in rosas, in solarium eorum quæ perpeffuri sunt malorum: è regione multo magis mirandum quod sub pedibus saluandorum omnes lapides non vertantur in spinas ac à pedibus in capita illorum insilientes pro peccatis illos puniant, adeò ineffabilia bona brevissimo suo tempore consequentur. Perfektissima vita (vt mihi videtur) est sine consolatione relinqui à Deo & mundo, idq; patienter sustinere ac Deo committere. In quo si constanter quis permanens, Deo laudes & gratiarum actiones decantat: quantumuis exigua ea fuerit gratiarum actio quæ ex animo afflictio & contribulato consurgit: gratior tamen Deo erit quam omnes angelorum hymni in cælis, qui animo tranquillo & sine labore proferuntur. Licet tibi martyrum
pramij

Præmijs potiri sine vlla gladij læsione. Quo pacto? si tribulationes æquo animo sufferas. Sufferamus ergo hilariter omnia nobis aduersa, quoniam nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Per exercitia spiritalia vix tandem proficit homo ad cognitionem sui: cæterum per exercitia tribulationum non tam discit quam experitur quis qualisue sit.

Quoniam verò tribulatione aut infirmitate pressus sensuum oblectamentis perfrui vetatur, internam consolationem à Deo inuestigare compellitur: quemadmodum & arbori inferiores sirculi amputantur, vt eo sublimius in altum erigatur, Deus nobiscum est in tribulatione & eripiet nos quoniam fidelis est, nec patietur nos tentari supra vires, sed faciet cum tentatione pronentum (teste Paulo) vt possimus sustinere. & non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. 1. Cor. 10.

*Amor Dei vt sit scopus omnium operum, exercitiorum & eorum
quæ patimur, qui que præceptum dilectionis Dei sit
intelligendum.*

CAPVT XII.

Amor Dei scopus est, ad quem omnia opera tendunt, propter quem assequendum omnia exercitia sunt ordinanda. Nam & si omnes facultates tuas pauperibus eroges, si corpus tuum tradas ignibus exurendum, si etiam tantum bonorum operum quantum omnes totius mundi homines perficias, charitatem autem non habes nihil tibi proderit. Quantum habes charitatis, tantum habes sanctitatis, & nihil amplius. Hoc charitatis præceptum summum est & maximum eorum que Dominus nobis mandauit, in quo etiam omnes scripturæ pendent & prophetæ. Vnde Augustinus: Si implere, inquit, vis quecunque in scripturis siue explicitè, siue implicite continentur, veram Dei seruam charitatem. *Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, hoc est, ex omnibus desiderijs & voluntate tua, vt nihil desideris, nihil velis, contra Deum, extra Deum, supra Deum: Sed cor tuum Deo soli totum tradas possidendum, cunctis creaturis eiectis. Ex tota anima tua, hoc est, ex toto animali homine tuo, vt quinque sensus tuos contineas & abstrahas ab omni voluptate, ab omni opere diuinis oculis ingrato: verum sensibus ipsis vt aris potius, non ad voluptatem aut peccata, sed ad Dei solius honorem. Ex tota mente tua, hoc est, ex intellectu tuo, in vera fide, & firma ad Deum fiducia, sine vllis opinionum fluctuationibus retinendis aut excogitandis, & tanto magis in Dei amore proficies. Ex omnibus viribus tuis ipsa scilicet ad amorem & honorem Dei expendendo & consumendo, secundum altissimum beneplacitum illius, sine vlla proprii commodi contemplatione. Animam quippe tuam totam sibi possidere desiderat Deus, ideòq; ait, Ex toto corde, ex toto anima. Vt autem plenius intelligatur summum istud dilectionis præceptum, operæ pretium est prius intelligere, quis sit Deus, & quæ anima nostra.*

Amor Dei vt sit omnium exercitiorum scopus. 1. Cor. 13.

Matth. 23. Augustia.

Lucæ 10. Diligere Deum ex toto corde, ex tota anima & cæ. quid.

Anima

Anima rationalis qualis sit: vtque iuxta diuersas operationes variafortiatur nomina.

CAPVT XIII.

Ascensus in Deum nihil aliud est, quam ingressus aut introuersio quadam in nosipos, cum sursum actiuis desiderijs. Quare ante omnia necessarium est homini cognoscere seipsum. Non tam inquam, vt peccata deficiatq; suos homo cognoscat, quam vt animam propriam. Omnis homo in se quodam modo trinus est. Est enim homo bestialis, rationalis, Deiformis: quorum quisque vim quandam potentiamq; habet, qua cognoscere & intelligere potest. Rursus, aliam quoque potentiam, qua inclinatur ad appetendum fugiendumq; quod iam cognouit. Potentia siue vis sensitiva, est homo bestialis, quareperatur & cognoscit per quinque sensus exteriores, puta per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum. Hęc potentia, quicquid per sensus istos percipit, ad cerebrum transmittit, & per imagines quasdam & phantasias perpendit, discernit, & in memoria continet. Huic sensitivę cognitivęq; potentię correspondet naturalis quędam appetitiua potentia, qua exteriora ista, creaturas, opes, amicos, cibum, potum, & id genus delectationes appetimus, aduersitates verò fugimus. Qui secundum hanc duntaxat potentiam viuit, is secundum sensualitatem suam, haud secus quam bruta animalia viuit. Medius autem rationalis videlicet homo potentiam quandam habet, intelligentiam aut rationem alias vocitatem, qua omnia ratione nouit trutinare, quid bonum, quid malum, quid verum, quid falsum sit. Huic rationali potentię correspondet liberum hominis arbitrium. Id mouetur ad agenda & amplexanda omnia, quę ratio ipsa prescribit. Qui in hac potentia sese plurimum exercet, sapientia & virtute locupletatur. Tertius homo dicitur suprema & simplex intelligentia, aut mentis quę naturale lumen suum & primam suam originalem causam immediate accipit à Deo. Hęc intelligentia angelis infima, hominibus suprema est potentia, quia in hominibus quidem supra se nil habet præter Deum, sine aliquo medio, qui angelis pariter atque hominibus naturam, gratiam & gloriam elargitur. Huic simplici intelligentię correspondet etiam suavis quidam, iucundus, & purus amor animę, immediate à Deo accipiens inclinationem ad summum bonum, sibi per simplicem intelligentiam præsentatum, & naturaliter semper mouetur ad bonum. Qui in amatoria hac potentia diligenter se ad Deum exercent, eo plerumque perueniunt, vt intellectus iam paulisper conticescens, sui atque omnium pariter obliuiscatur, totusq; in Deum absorbeatur ac transformetur. Anima hominis hinc potissimum anima vocatur, quod animæ ac viuificet corpus. In viribus autem animę rationalis relucet imago sanctissimę Trinitatis, hoc est, in ratione, voluntate, memoria, quando videlicet ad Deum conuertuntur. At secundum superiorem hominem, secundum simplicem inquam, illam intelligentiam (de qua pauldante dictum est) anima vocatur spiritus, aut intimum ipsum, aut mens, tanta prædita nobilitate vt nullo possit sermone enodari.

Trinitas in quolibet homine qua.

Homo bestialis siue inferior quis.

Homo rationalis quis dicitur.

Homo Deiformis quis sit.

Anima unde vocetur nominibus diversis.

dari. In hac imago sanctæ Trinitatis propriissima est, & Deus ibi mirabiliter operatur, perpetuò huic coninectus permanet, nunquam inde separandus. At propter hoc iustiores sumus nihil, nisi liberum nostrum arbitrium, Deo pariter coniungamus. Spiritus etenim Dei perpetuum quendam respectum habet ad interiorem istum hominis spiritum. E diuersò quoque spiritus hominis perpetuam habet inclinationem & motum, in suam originem vnde pure promanauit in Deum. Hic motus ne in inferno quidem extinguitur, quod damnatis haud minima pars est supplicij. Hunc intimum mentis recessum, nulla res creata exaturare, nihil prorsus implere potest, nisi solus creator cum tota sua immensitate. Istud autem est pacatissimum Dei habitaculum in anima nostra, multo peculiarius, quam cœlū. Nec opus est, vt alibi Deum inuestigemus quam in nobis ipsis, vbi inseparabiliter semper præsto est, inibi omnes animæ nostræ vires ad ipsum conuertamus. Iste spiritus vel istud intimum, vocatur etiam centrum aut apex animæ, ex quo vires animæ omnes profluunt, haud secus quam è sole radij: & in quem refluant, sicut in originem suam ad Deum, idè per charitatem operantem & veram intentionem ad Deum, quem admodum paulò post indicabitur plenius. Cæterum, quanto amore, & amicitia tales homines complectitur Deus, & quā iidem Deo sunt propinqui, quantaq; in eis miracula operatur, ad eò nullo potest sensu aut intellectu comprehendendi, vt ne ipsi quidem sapius ea cognoscant. Verùm cum illis qui mentem suam & vires animæ sponte obcæcant, & inordinato creaturarum amore polluant, nil Deo prorsus est commercij.

Satiare vti
nil possit a
nimam, nisi
solutus Deus.
Centrum ani-
mæ quod.

*Vires animæ quomodo purgentur, ac ad Deum
conuertantur.*

CAPVT XIV.

Quisquis ad Deum perfectè vult conuerti, is intellectum & rationem sensua-
lis hominis sui pædagogos facere debet, semperq; se & vbiq; ab omnibus
incompositis oblectationibus & voluptatibus cogitationum, locutionum,
& operum subtrahendo, ad perfectam sui abnegationem semetipsum compellat,
sensualemq; hominem suum eo tandem perducatur, vt per sensus externos potest hæc
non operetur, neque enagetur amplius, nisi iuxta rationis præscriptum. Huiusce-
modi sensuum mortificatio, naturæ quidem molesta est, attamen instar suauissi-
mi thymiamatis fragrat ante Dominum Deum. Intellectum suum il libatum cõ-
seruet à perplexis ambiguitatibus & hæresibus, fundatum in fide Catholica, & Ec-
clesiæ Catholicæ subiectum: Voluntatem suam expeditam, liberam, amore & in-
clinatione ad creaturas vacuam semper & vbiq; altissimæ voluntati Dei per sui
perfectam abnegationem, substratam: Memoriam ociosam ab imaginibus & for-
mis creaturarum. Has vires ita iam purgatas recolligens, introrsum cum chari-
tate conuertet ad Deum, in ipso animæ suæ intimo recessu, in quo Deus ipse præ-
sens est, quem inibi ita adorabit, venerabitur, cõplectetur, charitateq; totus prole-
quetur. Quem admodum enim per radios solem intuemur, ita per sensitiuas istas
vires manuducimur ad intellectum, & per intellectum vterius ad spiritus arcanū,
atque inde tandem ad Deum. Anima hominis inter tempus & æternitatē hic qua-

Sensualitas
hominis
quomodo
mortifican-
da sit.

Vires animæ
quomodo
purgandæ
atque ad Deum
conuertendæ
sunt.

Ggg si me-

Animam in-
ter tēpus &
æternitatem
esse hic posi-
sam.
Galat. 5.

si media agit. Si foras sese ad tēpus conuertit, æternitatis obliuiscitur, & quicquid diuinum est, illi minuitur & elongatur. Quemadmodum enim ea que eminus cōspiciuntur minora videntur, quam quæ propè, & quanto remotius abscesseris, tanto semper apparent minora: ad eundem modum se habet gratia diuina. Caro etiam nostra semper reluctatur spiritui, eo in festius quod hic domi, ac in natali suo solo existens, auxiliares coniuatosq; sibi habeat amicos, temporaria ista & terrena omnia. At verò spiritus hic non regnum suum habet, sed exilium, fideles suos amicos possidens in cœlis. Quapropter duris pœnitentiæ operibus caro hic est edomanda, ne insolescat aduersus spiritum. Vt igitur homo sanctam quandam diligentiam zelumq; concipiat in mente, nunc sese mortuum reputet quantum alioqui velit nolit, breui mori debet: & quasi anima eius nunc à corpore separata, Deo coniuncta sit in æternitate. Ibi sanè haud ita multū ponderaret quanta corpori suo inferretur in terris, quidve hic in mundo ageretur. Quamobrem viribus superioribus eleuatum semper animum gerens supra seipsum, supraq; omnia, in Deo solo conquiescat: Inferioribus autem viribus deprimens sese infra omnia, in suam nihilietatem, cum vera humilitate, nihil amplius de tempore sibi assumat quam necessarium quandam transitum ad finem, qui ei tamen alius non erit, quam æternitas ipsa.

Creaturarum varietas, venustas, operatioque vti nos ad Deum cognoscendum amandumque alliciant.

CAPVT XV.

Deus quomodo agnos-
cendus sit in
creaturis.

Lucæ 16.

IN omnibus creaturis Deum sedulo inuestigabis nulli tamen cum voluptate ad hærebis, quin potius euestigio proficiscere & transi per creaturas cum amore in Deum, qui illas pariter & omnia creauit, qui conseruat, qui que in omnibus illis semper & vbique presens est. In creaturis etenim suis perinde atque in speculo relucet Deus, in quibus etiam obseruari atque agnosci facile potest, quemadmodum artifex in opere suo. Hinc est quod per sensus etiam corporeos Deum inuenire potes, puta quum venustas, nobiles, amabiles creaturas intueris, proximum tibi veniat in mentem, quam speciosus, quam bonus, quam nobilis, quam amabilis earum sit conditor Deus, ex quo solo omnis decor, omne bonum, omnis nobilitas profluxit. Quum suauem audis melodiam, pensa quam suavis sit illa Dei vox, qua electos suos inuitat & consolatur. Quum voluptatis quippiam aut dulcedinis sensibus percipis, cogita superfluentem illam dulcedinem & iubilum qui in Deo est, qui hæc omnia propterea creauit, vt te ad se pertraheret. Vides magnos triumphos, tripudia, & pompam huius mundi, succurrat animo tuo diues ille euangelicus, purpura byssoq; adopertus, epulans quotidie splendide: & quã horrenda supplicia horaria illã lætitiunculã sint subsecuta. Vides iumēta labore suo hominibus ministrãtia, perpède quã iusto Dei iudicio ingrati homines condēnantur, qui ne id quidē impendūt creatori & domino suo, quod bruta animãcia heris suis. Audis quicquã dici vel legi, accuratè obserua cū in aliquo dilectus Dominus tuus isthic reperiri queat, nū aliquid tibi isthic loqui vel mādare velit. Iã mihi pulcherrimos istos cœlorū orbes suspice, quã sublimes sint, quã magni quam rapido cursu

circā rotundum hunc terræ globum, sursum deorsum gyran-
tur. Et quam ornate cœlum illud quod firmamentum appellat, conuesti-
uit creator illius ac Dominus innumera micantium stellarum multitudinē, a-
dēdē vt minima quæque stellarum quæ nostris patet obtutibus decies octies
maior sit tota terræ sphaera, vna cum Oceano ipso, vt pleriq; sentiunt Astro-
nomi, & res ipsa clamitat ob immensam & incredibilem altitudinem. Huic
supereminet aliud cœlum non stellatum, itidem circumactum: quod in scriptu-
ris vocatur cœlum aqueum: cui itidem imminet aliud cœlum non stellatum
tā circūcursans, quod appellant Primū mobile, eo quod totius mobilitatis om-
nium creaturarum causa sit & origo. Supra hoc aliud adhuc habetur cœlum altis-
simum & pulcherrimum, totum lucidum, purum, & subtilē, quietum semper &
immotum, cœlum empyreum vocatum, quod in se complectitur omnes reli-
quos cœlos incompræhensibili magnitudine & latitudine. Id peculiariter inha-
bitat Deus cum omnibus angelis & electis suis. Tam reuolue quam speciose & ni-
tidæ creaturæ in hoc cœlo existant. Primo mater Dei Maria cum vniuersis Sanctis
& electis: deinde præclari illi & super eminentes spiritus angelici, qui Deum suum
inerrabili amore & iubilatione assidue laudant & contemplantur: in quo e-
tiam omnes nos in hac lachrymarum valle repentes, semper aspiciunt, ad nobis
subueniendū mira charitate succenti. Nihilominus tamen & Deus ipse sine in-
termissione circa nos operatur, nobisq; multo peculiariter, quam angeli auxi-
liatur. Illi tamen Deo quodammodo cooperantur in nobis, quemadmodum sy-
dera soli cooperari & collucere dicuntur in terris. Hæc est nostra beatissima pa-
tria, quæ multis suspirijs merito nobis est petenda. Ad hæc septem planetas atten-
de, qui proprium suum cursum habent subtus infimum cœlum, quorum singuli,
vna duntaxat luna excepta, maiores sunt tota terra. Quantum etiam lucis,
& quantum honorum acerrimum solus ille pulcherrimus sol terris infundit,
præsertim, in vere, quum folia, gramina, flores, & fructus erumpunt, homi-
nes & iumenta præ gaudio toti tripudiant. O nobilissime, amabilissimeq; Do-
mine, sit am pulchra, tam amabiles sunt creaturæ tuæ, quam supra modum pulcher, ama-
bilis & beatus es in te ipso? Video & quatuor elementa, terram, aquam, aerem, ignem,
vniūq; illa vere stupenda prodigia quæ in eis sunt, multiplicem illam dissimilitudinem ho-
minum, bestiarum, volatiliū, piscium, & aliarum monstrorū creaturarū, ineffabi-
liter multiplicem ac diuersarū. Quæ omnia quid aliud, quam omnipotentia tua im-
mensæ sapientiæ & bonitati laudem canunt perpetuam? Quis hæc vniuersa continet? quis
nouit? quis pascit? Tu solus vnumquodque aptas secundū modulum suū, tu solus vnicuiq;
eorum singularem aliquam potentiam & donum præstas: occultaq; sunt iudicia tua
super his omnibus, pusillis & magnis, pauperibus & diuitibus
qui es verus Deus benedictus in secula,
amen.

Cœlorū or-
bes quomo-
do contem-
plandi
Firmamen-
tum.
Stellarum
quanta fir-
magnitudo.
Cœlum a-
queum.
Primum
mobile.
Cœlum em-
pyreum.

Planetarum
proprietates
quæ.

*Deus qualis sit in seipso, qualis in creaturis: quid item sint in Deo
altitudo, longitudo, latitudo, sublimitas &
profundum.*

CAPVT XVI.

S Icharissimum sponsum tuum, quantum possibile tibi est, contemplari desideras, omnes sensus viresq; animæ tuæ recollige, omnibusq; creaturarum imaginationibus occupationibusq; abiectis, temetipsum cum charitate, introrsum ad Deum conuerte, cum humili quodam timore proloquens: *Exquirite facies meæ, faciem tuam Domine requiram*: ac sic demum proprietates à nobis specialiter Deo attributas, mente tua speculari, vt quisnam qualisve sit Deus, videre possis. *Essentia*, vt quidam ait, primum omnium & præcipuum Dei nomen est, tamen reuera supra omne nomen & essentiam incompræhensibilis sit Deus. Hic mihi iam oculos reflecte ad super substantialem illam iugiter permanentem essentiam in simplici sua, nudaq; vni formitate acceptam, omni non esse neutiquam permixtam, abiectaq; omni partita essentia, quæ sunt creaturæ, videbis Deum à nemine prorsus esse, nihil vel ante vel post se habere, sed omnium esse præsentissimum, omnium operosissimum, optimum, perfectissimū, pulcherrimum, cui plane deest nihil, cui nulla inest mutatio, quum sit perpetuum quoddam vnicum vñ intellectuales spiritus, & vita æterna, qui sui ipsius, & omnium qui illo beatè fruuntur in gloria, supernaturalis ineffabilisq; beatitudo est, qui est Rex regum & Dominus dominantium: cuius maiestas & magnitudo finem non habent, qui omnes creaturas immenso superexcedit intervallo, quem nulla creatura perficere cognoscere potest, qui omnem creaturalem essentiam præsentia sua circumscribit, implet, conseruat, regit sine labore, qui omnium creaturarum essentiarum est essentia, qui omnibus rebus bonis & essentia participibus inest, cum tamen omnibus illis ipse connumerandus non sit, sed longè sit supra omnia. Huc spectat quod ait. D. Augustinus: Vides bonum hominem, bonum cælum, bonum angelum, de- mas inde hominem, cælum, angelum, & ipsa substantia boni Deus est. Omnes creaturæ boni & amoris simul sunt participes, non sunt tamen bonum ipsum aut amor ipse, sed Deus solus, is vnus est substantia boni illius & amoris. Hac inquam simplex essentia, summa atque ad eodè prima causa est omnium aliarum generatarum essentiarum, quæ sua peculiari præsentia omne temporaliter natum resoluit, vt pote principium & finem rerum omnium. Quare non incommode dixit quidam, Deum esse veluti circulum quendam, cuius punctus aut centrum est vbique, circumferentia ipsa nusquam. Hic sollicitius velim perpendas, quomodo omnipotens ille Dominus semper tibi adsit, adeoq; tibi insit, suaq; ineffabili & melliflua charitate aspiciat ac perspiciat vniuersam vitam tuam, omnia verba, opera, cogitationes tuas, millecuplo magis, multoq; penitius, quam adem posses ipse. Te etiam obseruat vbique, tibi benigne prouidet, curam tui gerit sollicitam, parat obuiò sinu te reuertentem suscipere. Quamobrem ad Dominum amanter reuertus, cum omnibus viribus & studijs tuis, te ipsum immerge ac effunde in diuinam illius

Psal. 26.

Essentia Dei
vni qualisque
sit.Deus quid
sit.

Apo. 19.

Augusti.

Deus vt sit
causa om-
nium rerumDeus vt sit
omnibus
præsentissi-
mus.

illius essentiam, quo tuum non esse, tuamque impotentia ibidem recipiatur & renouetur, & ut ita dicam, habituetur in diuina illius essentia, quae sola vera est essentia. Essentia autem eius, operationes illius sunt; cognitio eius, amor illius, misericordia eius, iustitia illius est. Haec omnia vnum sunt, sed quomodo haec vnitas fit in trinitate, nulli ingenio est comprehensibile. Huc ingredi, huc multiplicem tuam multiplicem abijce, ut ille eam simplicem faciat, in aeternae diuinitatis suae simplici essentia. Ad haec attendes absconditum illud diuinae maiestatis secretarium, quomodo scilicet in omnibus ipse absconditus delitescit, ut testatur Esaias, dicens: *Veretum es Deus absconditus*. Et alioqui haud vulgare est argumentum omnipotentiae diuinae quod ita semet occultare nouit, ut praesentia illius neque obseruari, neque perspicere facile queat, nisi quantum vniuscuiusque hominis salutem maximè est proficuum: quum tamen Deus vnicuique creaturae multò sit vicinior, quam ipsa sibi. In ipsis item animarum intimis recessibus occultatur, sensibus & viribus ipsis, longèque ignotus ultra omnes cogitationes est externas. Praeterea in omnibus etiam creaturis occulta Dei iudicia intueri. In his occultis temet occulta non imaginario, sed essentiali modo eleuatus supra omnes imagines & formas, supraque omne id quod essentiae dispar est, cum omnibus adfectibus viribusque tuis. Attende etiam diuinam illam caliginem quae in seipsa lucidissima claritas est, qua omnis creatus intellectus (quatenus scilicet claratus est) repercutitur in ignorantiam & obsecrationem sui, haud secus, quam infirmi vespertilionis ocelli solis splendore obcecantur. Huic vicissim confer tuam profundissimam caecitatem, Cimmerijs, ut aiunt, tenebris densiorem, omni verò lumine orbatam, & diuinæ caliginis abyssum sibi soli finito esse perspicuam. Postremo humiliter etiam contemplari poteris altitudinem, profunditatem, latitudinem, & longitudinem Dei, sicuti Paulus scribit. Primo igitur vide quomodo Deus ad eum immensè altus sit, ut quum omnia possit, nullam tamen possit condere creaturam altitudinis suae capacem. Quam altitudinem & tu aliquomodo imitaberis, si mentem tuam summam ad venerationem supra omnia creata fortiter eleues in altitudinē Dei, ubi Deus ad eum altus ad eum tibi apparebit immensus, ut quicquid Deus non est, ceu quisquillas viles & ridiculas derideas. Eodem modo se habet & profunditas diuinæ abyssi, quae & ipsa omnibus est creaturis incomprehensibilis. Huius exemplo totus diffuses in verissimum tuum non esse, & in aegritatem fragilitatemque tuam. Latitudo Dei ipsa generalis est amor Dei, per quem Deus in omnibus creaturis, in omnibus regionibus, locisque vniuersis, in omnibus exercitiis speciebus & operibus bonis, praecipue tamen in Eucharistiae sacramento & in cordibus mundis se donat & communicat. Nil aequè commune, nihil aequè obuium est atque Deus, qui saepe vel vna bona voluntate, vnicuique suspirio ex intimo corde profecto comparabilis est. Hanc latitudinem imitabimur per ociosam & nullis occupationibus distractam mentem ad Deum, perque generalem ad omnes homines dilectionem. Longitudo verò quae & aeternitas Dei (nec praecedens nec subsequens vllum habens nec habitura vnquam) tranquillam quoddam est & immutabile nunc, in quo vniuersa praesto adsunt, per continuum quendam respectum sui, & in ipso omnia etiam praesentia. Hanc longitudinem imitaberis per mentem eleuatam, ac sursum prorumpentem, immergendo & abnegando teipsum & omnes creaturas, in tempore aeterno & in aeternitate.

Deus quā fit absconditus. creaturis. Esaiæ 45.

Iudicia Dei quam sint occulta.

Claritas Dei quanta sit.

Ephes 3. Altitudo & profunditas Dei quomodo contemplanda & imitanda.

Latitudo Dei quomodo confidenda & imitanda.

Longitudo Dei quomodo contemplanda & imitanda.



Bonitas, liberalitas, amabilitas, exorabilitas quæ in Deo, & quam sint incomprehensibilis perfectionis.

CAPVT XVII.

Bonitas Dei
quæ sit incomprehensibilis.

Liberalitas Dei quanta.

Quibusnam modis regatur Deus.

Esaiæ 64. l. Col. 2.

Amor recti percipientium quæ sit fallax.

Augustin.

Inter omnes proprietates Dei nihil æquè supereminet atque inexhausta ipsius misericordia, & gratus ille amor erga nos miserrimas creaturas. Est enim Deus immutabilis & incomprehensibilis illa bonitas, quæ sola nullis vnquam amaritudinibus infici potest, quæ sola nunquam erga nos mutatur, nunquam auertitur, ne ob peccata quidem. Quisquis cum amore ad Dominum reuertitur, is perpetuo æquè bonum, æquè sibi inueniet amicum. Aded nanque fidelis est ad amandum, aded graciosus ad amplexandum, vt nulla id creatura aut intelligere, aut exprimere sufficiat. In Deo quod displicere tibi possit planè inuenias nihil. In Deo omnium petitiones cordium, omnium animarum desideria vltra omnem sunt mensuram. Quanto perfectius Deus cognoscitur, tanto studiosius queritur, & charius possidetur. Minimum illud gaudium, quod ex diuina presentia degustat munda, amansq; Deum anima, omnia huius mundi gaudia, quæ ab vniuersis etiam creaturis, tam in tempore isto, quam in æternitate, proferri aut percipi vlllo modo possunt, aded immensè excedit, vt in amarissimum absinthium illa conuertat. Deus aded ingenuè liberalis est & bonus vt malit semper maxima donare, quam minima. Quisquis diuinam opem humiliter pectore, firmatq; fiducia implorat, non solum non patietur repulsam, sed quæcunque etiam desiderat impetrabit. His siquidem arietibus ab ea parte oppugnatur Deus, qua resistere omnino non valet, aded vt miraculo & supra naturam etiam subueniret, quam aliquem in eo confidentem in necessitate desereret. Quid multius? Paratior est Deus salutaria nobis præstare, quam nos sumus postulare. Quisquis Deo soli pectoris sui scrinium referat, is & viuere suauius & moritur securius, & in hoc sæculo simul atque in futuro amena paradisi gloria perfruitur. *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se.* O quantum inter se distant amor Dei & amor creaturarum. Quam fallacia, quam caduca sunt omnia quæ in mundo præclara videntur & amabilia, quàm apertis mentis nostræ oculis perspexerimus, quam misere seducantur ij, qui amorem suum alio conferunt, quam ad Deum. Obsecro te per Deum immortalem, quid emolumenti nanciscuntur ex vniuerso amore suo, quæ rei omnium præciosissimæ temporis iacturam, inutilium verborum profusio, nec, bonorum operum paucitatem, & conscientiam mille scelerum vitij inquinatam? Momentanea voluptas & diutina penitentiæ amoris mundani sunt indumenta. Effugere quidem nituntur ærumnas & tribulationes, sed medij in illas corruunt miseri. Leui Christi iugo subdere colla renuunt, & mille grauioribus onerum fascibus deprimuntur, ac planè, quod dici solet, incidunt in niuem capientes vitare pruinam. Vnde dicit D. Augustinus: Nimium est auarus, cui non sufficit Deus. Quid oro desiderare potes, quod in Deo abunde non inuenis? Quæcunque omnium hominū pectora exsogitare valent, ea tute totam cogita, & in Deo inuenies.

nies millecuplo plura. Quæris amorem, fidē, veritatem, consolationem, continuā præfentiā? omnia habes in ipso immēsa & infinita. Miraris speciem? speciosissimus est. Quæris opes? opulētissimus est. Ambis potestatem? potētissimus est. Vel quæcun- que tandē desiderare potes, in Deo omnia inuenies millecupla. Ipse nāque summū & optimum est bonū. Quamobrē expulsis ex animo cunctis creaturis, mentē ha- beas eleuatā cū amore ad Deū, semperq; ad eū intro reuertere, qui ad eū impense bonus est, vt si quis illū ritē tractare nosset, quicquid petere ausus fuerit, impetra- bit. Ad eū etiam exorabilis est Deus, adeoq; lubens amicos suos exaudit deprecā- res, vt omnia delicta, & obstacula, adeoq; purgatorium totum lubens condonet ad ipsum ex animo reuertentibus: quam tamen conuersionem idem ipse & largiri & operari debet. Quare magnis quotidie precibus orandum, atque etiam obseruā- dum est, vt quando huc inuicantur, obstaculis omnibus remotis ipsum solum sequantur. Eia quam benigne talibus paternum illud pectus suum pandit fidelis- simus Dominus, opumq; suarum reconditarum thesaurum aperit. Quis quæso id cogitatione compræhēdat, quam sitibundus & auidus est æternus ille Deus vnus- cuiusque hominis, pectus suum euacuatum ad ipsum conuertentis, ac ab omnibus creaturis liberi? Nam huic quouis momento occurrens, adeo amicē eum excipit & humaniter, ac si tota beatitudo sua in huius homunculi salute dependeat. Si hæc tibi incredibilia videntur, cogita quanta Deū tui causa tam generaliter quā specialiter fecerit & pertulerit.

In Deo quæ- nam q; igrē- da sint.

Exorabilis quā sit Deus

Voluntas quænam dicatur bona: quomodo ea probetur quantæ sit efficacia: quænam item Dei amorem impediunt.

CAPVT XVIII.

Essentialis illa & germana Dei dilectio maximē in bona consistit voluntate, quam qui maiorem & efficaciorē habet, is maiorem etiam veriorēq; ha- bet charitatem. Bona autē voluntas consummatur simul atque probatur, in operibus bonis, intq; aduersis Dei causa illatis. Quum mentis constantia manet in- concussa, intentioq; ipsa sincera nil præter Dei honorem spectat, tum voluntas quoque bona est. Quid est autem quod per bonam voluntatem impetrare non possis? Si ex vero pectore verā cupis habere humilitatē, abnegationē, patientiam, ac quod in te est, ad ea consequenda perficis, verē eadem consecutus es. Hæc tibi neq; creator, neque creatura, non mors, non diabolus eripere, aut impedire potest quin tantam inde mercedem accipias, ac si verē illa habuisses. Omnia item bona opera, quæ animo & volūate ad Dei honorē vel facere, vel pati decreuisti, sed citra tuā culpā postponuntur, ea corā Deo pro consummatis reputātur, & perfectis. Cū Deo ad summū homo pius placere tantūq; ipsū & amare, & laudare cupit quantū omnes pariter creaturæ, & corā Deo pro omnium peccatis satisfacere, omnes ad Deū desiderat pertrahere, ac quod in se est ad hæc perficiat, sed desiderio vires non respondent, is coram Deo omnia hæc reuera adimpleuit. Tali bus etiam desiderijs & resignationibus piorum adeo placatur & reconciliatur Deus, vt nonnunquam integro regno, imō toti terrarū orbi propterea pareat. Per solam quippe bonam volun-

Voluntas bo- na qui pro- betur
Voluntas quænam bo- na dicenda quanteque sit efficacia.

woluntatem plus mereri possumus singuli, quam citra eam omnes pariter conglu-
bati, vniuersis operibus nostris externis. Nec aliquis tam pusilla habet exercitia,
quin si istis Deum ex animo spectat, ac in feruentiori Dei dilectione per illa pro-
ficere desiderat, in eoq; permaneat, seipsum sine medio aliquo impedimento vni-
formem continens, Deumq; solum in omnibus operibus suis scopum sibi prae-
gens & adamans, reuera, (etiam si iam animam agens Dei visione frui velit) voti
compos fiet. Id enim Dominus ipse qui mentiri nescit, promissit, dicens: *Petite &*

Luc. 11.
Ioan. 15.

accipietis: Quapropter ob leuia aliquot vitia, aut ob naturae infirmitatem, qua sit,
vt plura bona perficere non valet, nemo se alienum putet à Deo, modo bonam, vt
dixi, habeat voluntatem ad Deum, adq; bona opera (si posset) perficienda. Nam
licet remotissimum se homo putet à Deo, Deus tamen illi haud est remotus: ve-
rum perpetuo potius ei adest, & si statim non admittitur, ante ianuam perstant

Amoris Dei
impedimen-
tum maxi-
mū quod.

pulsat, vt intro mittatur. Impedimentum omnium grauissimum, quod vsquam
reperitur, est quum quis prudens volensq; cor suum amore occupat creaturarum.
A natura quidem nobis insitum est amare, atque ided, quemadmodum absque a-
nima quis viuere non potest, ita nec absque amore. Sed si debitum ordinem in a-
more seruaret, Deum prae se, praeterq; omnibus creaturis amaret. Quid an non
multis lacrymis digna res est, quod à praecleara illa indole sua ita degenerat homo,
& nobilem illum amorem suum, rem omnium longe preciosissimam, ad seip-
sum, adq; temporalia ista turpiter declinat, nec ad summum bonum Deum vn-
quam erigit? Id adeo male habet amicos Dei vt (si posset) sanguineas lacrymas

Amor crea-
turarum im-
modicus quā
Deo iniuriā
iuroget.

profunderent, ne Deus ex hominum mentibus, (pro quibus floridam vitam suam
impendit) tam ignominiosè propter vilissimas huius mundi opes, sensuumq;
turpissimas oblectationes expellatur. Cordis enim amator est Deus, nec moratur
opera externa, corde vitij & creaturarum amoribus data opera semper infesto.
Sed super omnia placet illi pectus verè mundum, quod se totum resignauit, & ex-
stantissimo adfectu iugiter ardet & sitit Deum, Deiq; honorem & voluntatem
semper purè spectat, in eoq; permanet. Haec de charitate Dei in genere dicta sus-
ficiant.

*Exercitio quonam liceat pertingere ad Dei ardentem
amorem: & quae ad illum requiran-
tur necessaria.*

CAPVT. XIX.

Diuus Dionysius Areopagita, & post eum alij illuminati à Deo viri compen-
dium quoddam nobis tradunt, quo ad consummatam dignam charitatis
perfectionem ocysimè facillimèq; perueniamus, nimirum per arden-
tes orationes, adfectus ignitos, & suspiria ad Deum. Verum quoniam adfectus nō
ita facile in amore Dei, nisi pijs quibusdam meditationibus prauijs acceduntur,
ided cui haec via cordi est, Primo omnium tota anima cum vniuersis viribus &
potentijs suis recollecta, omnem externam occupationem, omnem solitudi-
nem & creaturarum amorem semel abiciat, idq; potissimum per tres haec vir-
tutes

Exercitium
pro Dei a-
more acqui-
rendo quale
adsumendu

virtute: Proprie voluntatis abnegationem, creaturarum omnium eiectionem, & diuinorum donorum cum vera humilitate susceptionem. Tum verò maxima illa amoris argumenta, beneficiaq; sibi à Domino collata, amarissimam quoque Christi passionem & mortem: & à diuerso vitia defectusq; suos innumeros attendat, vt paulò ante fufius enarrauimus: Ad hæc incomprehensibilem illam Dei omnipotentiam, æquitatem, sapientiam, liberalitatem, benignitatem, misericordiam, subtilitatem, decorem, gratiositatem consideret; idq; cum tota cordis sedulitate, & virtute spiritus sursum in Deum prorumpentis: ita vt primo, priusquam assueuerit, corpori futurum sit admodum onerosum. Mox Deo ex animo gratias agat, adoret, tollaudet, illumq; solus (si fieri possit) tantundem laudare honorareq; desideret, quantum omnes pariter creaturæ. Aliorum etiam peccata coram Deo emendare, pro omni contemptu & ingratitude nomini diuino vnquam illatis, satisfacere cupiat. Ad hæc autem & omnia illa quæ Deus ab eo desiderabit adimplenda seipsum totum dedit, effundat, ac ex animo altissimæ voluntati Dei, sine vlla cordis rebellionem, offerat ac resignet: idq; ad eum perfectè, vt in omnibus Dei beneplacitum, suum altissimum fiat desiderium in tempore isto, & in æternitate, tam in euitanda, abnegandisq; omnibus voluptatibus & illecebris Deo displicentibus, quam in quouis labore operando, aut onere sufferendo, quæcunque sibi vel à Deo, vel ab hominibus imponuntur. Aut etiam inæquanimiter, citra vllius consolationis aucupium, perpetienda omni confusione, contemptu, dispendio, morbis, tribulationibus, interna derelictione, cordis ariditate, & omnibus quæcunque Deus illi superuenire permittit, ne vnquam charitate ab eo separatur. Cæterum vt hæc ad Dei honorem probè possit perficere & perpeti, gratiæ ad hoc diuinæ auxilium imploret, vt omnia Deo displicentia perfectè in seipso mortificare queat. Cuiusmodi sunt sensuum oblectatiunculæ in videndo, audiendo, loquendo, in cibo, potu, vestitu, aut alijs quibuslibet corporum ornamentis, vanitatibusq; superfluis. Ad hæc naturales passionem in inordinato amore, metu, gaudio, tristitia, &c. Vt cor etiam suum supra omnem multiplicatam & occupationes eleuatum, in Deo semper gerat suspensum, & ab omnibus creaturarum accidentijs vnde cuiq; sibi aduenientibus lætis vel tristibus, liberum seruet & inconcussum. Fideliter etiam postulet à Deo, vt se nobilissimæ Christi humanitati in omnibus diuinis illis virtutibus & amarissimis cruciatibus conformè faciat: vt etiam intellectus illuminatione sibi donet ad cognoscendam summam Dei bonitatem, & suam vilissimam vilitatè, Dei altissimam voluntatem. Postremò sibi eam perfectam Dei postulet charitatem, vt ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus suis ipsum diligat, & à se totus deficiens, in Deum totus transferatur, ardentiq; amore eidem semper inhæreat. Nullis autem exercitijs proprietate quadam voluntatis inhærerere debet, quin potius accuratè semper obseruet, quorsum vel qua via (varijs enim modis electos suos inuitare solet Deus) ipsum ad se pertrahere velit: bonitas diuina. Hoc vbi compererit, consistit omnibus relictis sequatur, & per desideria igne charitatis diuinæ succensa, vltèrius in Deum prorumpat, in interno silentio & quiete sui ipsius, Deumq; tunc intra se operari finat, qui perfectius de omnibus ipsum edocebit. Internos verò Dei tractus amplius non persequens, ad pristina sua exercitia redeat, eaq; peragat, vt perseverare in ijs vsque ad finem possit. Non vt plerisque mos est, qui vix dum inceptum, ob incidentem aliquam molestiam statim deserunt institutum Deo tamen longè gratior est perfecta ad interiora conuersio, quam sine ea, pluri-

Mortificare quatenus debeat studio (us Dei amator.

Amor Dei vt ab ipso postulidus. Matth. 22.

Introverfo quæ sit Deo accepta.

Hhh

ma ex

ma externorum operatio. Nunquam tam modicè aut rarò ad Deum te conuertere potes, quin te multo amplius desideret atque expectet. Isthoc exercitio aliquantisper exercitatus, eo tandem perueniet, vt iam nulla meditatione præuia, prima statim mentis eleuatione, charitate diuina homo inflammetur, ac in Deum subleuetur. Asuantissimisq; desiderijs summo amori, qui Deus est, coniungi, vniri, illum amplecti, in illo submergi, liquefieri & diffuere affectet. Verù vt in omnibus, ita & hic, summo opere cauendù. Ne quid nimis: ne scilicet in donis Dei suauitate nimiam, aut quietè aucupetur, sed ijs pariter atq; omnibus ad veram sui mortificationem, veramq; abnegationè vtatur, alioqui certè vt ingratus à Deo relinquetur. Huic autem præscripto exercitio, aut huius farinae alteri, vt minimù semel per diè incumbet. Nè qui ne semel quidem in die mentem suam recollectà ad Deum conuertit, pro beneficijs Dei innumeris animo pensitatis gratias agit, peccata sua deplorat, veniam exorat, ad virtutum profectum gratiæ diuinæ auxiliũ supplex implorat, bonum animi propositum arripit voluntati diuinæ se torum dedit ac subijcit, is profectò Christiani hominis nomenclatura indignus censetur. Nam quemadmodum ferrum nisi assiduo vsu contrectetur, ruginem contrahit: ita & charitas Dei in continuo vsu exerceatur, pedetentim tepelcit ac deperit.

Amor Dei vt foueatur præsentiæ Dei contemplatione, crebris ad eum aspirationibus orationibusque: qua item via ad veram veniatur perfectionem.

CAPVT XX.

Abstractam vitam quæcunq; promoueat.

Multiplicia sunt ad Deum exercitia, diuersus est hominibus viuendi modus, diuersa ingenia, scripturæ diuinæ abyssus imperscrutabilis, traditio ipsa infinita. Vis igitur paucis certissimam omnium & cõpendiosissimam scire viam? hoc tibi exercitium arripe: Primo omnium (quo ad licet) abstractum te, separatimq; teneas ab hominibus vniuersis, semper quæras tempus & locum opportunum Deo familiarius vacandi. Pectus à peccatorum inquinamenti, vanisq; oblectationibus & euagationibus purum custodias, semper intus tecum permanens. Sensus exteriores cordisq; aditum contra omnes vanitates & incidentes imagines formasq; rerum secularium, quantum potes, obfirmes. Voluntatem & affectus ab omni gaudio & mœrore, spe & solitudine creaturarum & accidentium (quæ libertatem tuam aliquo modo tibi impedire, occupationesq; & cordis additiones seu inhaesionem inducere possent) pura, incontaminata, libera serues. Mentem tuam supra omnia temporalia in Deo geras suspensam, semperq; Deum memoria tenens, cum viuida quadam sedulitate, humiliter ante oculos illius consistas: suauem item animi propensionem continuumq; desiderium vt cum eo vniri possis, ad Deũ habeas: quo subtracto, ocyus ad cor reuertaris, scilicet distractos omnes recolligas. Hæc si primum experienti onerosa videbuntur & ardua, haud a-

nimum abijcias, sed contra audacior progredere, penetra ac perseuera. Id si feceris, mihi crede, vsu ipso tibi protinus fient, non solum leuia, verum etiam iucunda. Sin verd vterius proficere desideras, in omni tempore, in omni loco ita age, ac si Deus praesens praesentem te semper alloqueretur: Fili mi contine te intus, intro ad me reuertere, purum te a peccatis, liberum, nullaque sollicitudine, & amore rerum temporalium distractum, custodi, summo illi bono, summo amore absque medio adhære, quaecunque videris vel audieris dissimula & pertransi. Huic autem negotio in memoria tua praeparatas habeas breues aliquas precatiunculas ad excitandos in Deum adfectus, quas D. Augustinus, haud iniuria iaculatorias vocat. Sunt enim veluti iacula quaedam ignita, quae in ipsum pectus dominicum eiacularum. De his loquitur sponsus in Canticis: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Has iaculatorias sicuti & vocales orationes ad quas obligaris ex intimo cordis adfectu proferes ad vniendum te Deo in aestuantissimo amoris sui incendio, ac te ipsum affuefacies, vt has aspirationes inter eundem, standum, sedendum, iacendum, quiescendum, manducandum, operandum, si non ore, saltem corde semper tibi habeas familiares. Si quid incipiendum aut operandum fuerit, ante singula opera cor, intentionemque tuam ad Deum prius erigas, sic Deum in omnibus facile inuenies, hoc aut simili modo.

Præsentia Dei vel vbi que attendenda.

Augustin. Orationes iaculatoriae que sunt, quae ve spectent. Cantic 1.

Aspirationes

O Domine meus, & Deus meus, o mi amabilissime, electissime amice & sponse, o amor meus, refugium meum, gaudium meum, & quicquid cor meum desiderare potest. O quando perfecto amore te diligeam? quando puro corde te amplectar? o quando totus mihi moriar? quando abnegabo, despiciam, & relinquam omnia propter te? O vti nam posses anima mea totis viribus suis perfecte tibi vniri, nullo postea tempore abs te separanda, sed tota in te coquiescere, demergi, liquefieri, tuisque gratis frui amplexibus posses. O tu vita anima mea, offero ac resigno me tibi ex animo quantum sum, vt me possideas, & de me facias in tempore & aeternitate secundum altissimum beneplacitum tuum. O dulcissime Domine Iesu Christe, desidero & peto, vt ignea illa & melliflua diuini amoris tui virtus, totum pectus meum transfuset, purget, illuminet, atque ad se trahat omnes vires anima mea, vt veluti facula quadam ardens in tuo amore totus consumar, ac a me ipso deficiens, totus in te transfundar, vtq, te solum semper cogitem, te solum desiderem, te cognoscam, te inueniam, tibi soli inseparabilis semper inheream. His & id genus innumeris ignitis aspirationibus (vt Spiritus sancti vnctio edocebit) saepius per diem & noctem ad Deum magna vehementia effusus, spiritus tuus magis magisque in Dei amorem inflammabitur, firmabiturque: idque adeo fortiter, vt quoties volueris, sine vllis cogitationibus aut meditationibus prauijs, in ictu oculi, ceu fulgur quoddam te ad Deum eleuare ac immergere poteris, in ipsam diuini amoris abyssum, cum inenarrabilibus desiderijs, & anhelationibus ad Deum, solum habendum, solumque possidendum. Hæc autem centies, imò vel millies in die fieri possunt mente sola, sine vllis verbis, aut, si placuerit, etiam verbis, dummodo natura tua par sit tanto labori. Maxime opere enim aduigilandum est, ne natura, aut cerebrum intemperantia & immoderatione aliqua lædatur. Quoties igitur hoc modo cor tuum cum amore conuertis ad Deum, toties tibi Deus occurrens, nouam gratiam infundit, quam nisi per peccatum lætiferum amittere poteris nunquam. Verum in hac via perseuerare potest nemo, nisi in humili sui ipsius abnegatione refigurationemque ad Deum continuo permanserit. Ab externis igitur ad interna rediens

Aspirationes cuiusmodi emittendæ ad Deum.

Natura cerebrique ne ledantur inuigilandum.

H h h

protinus

Exercitiū
omniū, scō-
pus quis,

Perfectionē
cur pauci ob-
tineant.

Math. 17.
Luca 10.

Philosophia
mystica qui-
bus tantum
à Deo reue-
latur.

Via certifi-
ca ad perfe-
ctionē qua-

protinus explorā, num fortè in aliquo deliqueris, an te alicubi spectāris. Id ex ani-
mo deplorans admissum, Deo te iterum captiuum dede in voluntatem ipsius, ac
quemadmodum antea, ita nunc quoque cum amore audacter ad eum regressere, in
eōq; vsque ad mortem perseuera. Omnia autem reliqua exercitia, qualia sunt, ieiun-
ia, vigilia, &c. ad istud, seu scopum sunt ordinanda, tantumq; ex ijs est assumen-
dum, quantum tibi ad cordis puritatem, Deiq; amorem subsidio esse potest. Hic iū
paucis totius sanctitatis summam, qua ad apicem perfectionis conscendere potes
tenes: quem inter mille vix pauci mortales apprehendunt, idē potissimum
quod in intentione sua seipso nimium spectant, ac in alijs exercitijs præfixo sibi
sine conuiescunt, atque ita multorum annorum spacia sine magno profectu tran-
sunt. Hęc via est abscondita illa philosophia, quam Pater cœlestis, cœlestibus suis
inspiracionibus electos suos edocet, quam exarat in cordibus paruulorum & hu-
milium, qui id ab eo humili cum fiducia, sædula diligentia, & omnium mundana-
rum voluptatum contemptu experunt. Atque haud rarō, plebeio cuius idiota,
aut ignobili mulierculā à Deo reuelatur, quod literatissimo philosopho (qui elato
supercilio & inani fastu turgidus, reliquos præ se mortales contemnit) occultatur.
Ad hanc autem Philosophiam omnes creati & vocati sumus, qui etiam quouis mo-
mento tantam à Deo gratiam, tamq; ineffabilia bona promereri possumus, vt ve-
rè deplorandum sit, nos hic acedē supinos & oscitabundos ea negligere, quæ irre-
cuperabili damno perpetuo neglecta manebunt. Porro Deus id grauissimæ iniu-
riæ loco ducit, quod ad se propius accedere nolumus, & cœlestia illa perpetuoq;
permansura bona (proh pudor) ob temporaria ista per sensus exteriores impor-
tata negligimus & amittimus. Hęc via est facillima certissimaq; omnium que
reperiuntur. Ad hanc enim non ingenij acumine, non subtilibus aut intricatis ar-
tibus, neque etiam vel corporis robore opus est, nisi hoc solo, vt te totum & omnia
tua in manus Dei resignes & abneges, pectus purum à vitijs & creaturarum amo-
re custodias, ignitis ad Deum affectibus te exerceas, eidem amore perpetuo inha-
reas. Hisce exercitijs omnis multiplicitas, omnia vitia, & quicquid infra Deum est
semel euanesceat, liquefiet, corruet.

*Vita abstracta vti eligenda: quam sit illa necessaria: que sint
eius commoda: quantum item noceat hominum
incauta societas familiari-
tasque.*

CAPVT. XXI.

Vita abstra-
cta quam sit
necessaria.
Societas vt
spiritum ex-
inguat.

VT autem prædicta documenta tibi melius innotescant, notanda sunt hæc se-
quentia. Primo, separatim te abstractumq; teneas oportet (quatenus tibi
per statum & officium tuum licet) ab omnibus hominibus, idque hac potis-
simum de causā, quod plurimæ operationes, cōfabulationes, & societates animum
turbant, diligentiam eneruant, puritatem in sciunt, charitatem diminuunt & iri-
gescunt, vt nunquam ad germanum illius feruorem peruenire quis possit; at-
tentionem internam impediunt, rationem obcecant, vt cernere nequeat quid sibi
sit con-

fit conducibile. Facile admodum elabitur homini verbum aliquod non necessarium, facile tempus preciosissimum per ineptas hominum societates inutiliter teritur. Ea propter Arsenio praeceptum fuit ab angelo, vt fugeret, taceret, quiesceret. Totius quippe beatitudinis fons est, tranquillum se seruare in solitudine. Nam plus praestat eruditionis, purum se & incontaminatum conseruare, quam immensa volumina euoluere. Quisquis cum hoc mundo vult conuersari, vulnera non parca oportet illum tolerare. Nam omnia illa quibus homo distrahitur videndo, audiendo, comedendo, bibendo, loquendo, operando, alijs citra necessitatem semet applicando: omnia inquam, illa praedones sunt puritatis animi & eximiorum suorum bonorum. Ad animi autem puritatem, melius non peruenitur quam fugiendo. Qui à creaturis profugiunt in solitudinem, ij secure admodum confugiunt, modo ibi ita se gerant, vti deoet. At verò qui in seipsos confugiunt, ij periculose nimis confugiunt. Isti sunt homines probi, qui in mundo haerentes, nusquam nisi in seipsos fugere norunt, sui se negocijs officij occupando: quare & ipsorum fuga periculo est proxima. In solitudine homo purificatur & purus permanet, sibi inuoluntate, & Deum diligere discit. In solitudine carnem mortificare, Deo assimilari ac vniueri edocetur. Cui solitudo sapit, huic sapit Deus. In solitudine alienatur ab homine omnia aliena. In solitudine per saporem rerum caelestium omnia onera sunt leuia. In solitudine seipsum homo amittit, & Deum inuenit. Solitudinem quoniam pauci vere agnoscunt, pauci etiam adamant. At si penitus perspicerent, quantus in ea bonorum thesaurus deliteat, mirum non omnes ad illam concurrant. Quapropter in vera Dei dilectione te admoneo, vt (quo ad licet) liberum te feriatumque custodias ab hominibus vniuersis. Nulli nisi qui eiusdem tecum sit animi nimium familiaris fias. Responde omnibus breuiter & humiliter, etiam, vel non, vti conuenit quando te alloquuntur: quod si tibi odium pariat, benignè hoc & hilariter propter Deum sustine. Silentium serua. Oportunum semper quaere tempus locumque solus permanendi, & hominum familiaritates deuittandi. Quid? an non melius est, vt aeternum illum Dominum tibi habeas propitium contra homines vniuersos, qui te a quo animo ferre nequeunt, nec laedere tamen possunt; quam vt omnium creaturarum fultus patrocinio, Deum habeas contrarium, aut alioqui illo carere debeas? Exteriorum hominum tuum quierum, interiorum incontaminatum conserua, tecum intus semper permanendo. Sensuum occasus, veritatis tibi est exortus. Si omnibus creaturis vtilis esse cupis, ab omnibus te abstrahere. Veritati simpliciter satisfacito, & si quid forte accidat aduersi, morosus tibi ipsi auxiliari aut patrocinari noli. Nam qui se nimium defendere curat, studet, is veritatis patrocinio destituitur. Vnde

Christus ait: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, id est, tui ipsius nimis anxiam curam & sollicitudinem abijce, nam in Deo omnia tibi abunde*

sunt exposita.

(:)

S Arsenius. Solitudo vult fit beatitudinis fons.

Puritas animi vti acquiritur per abstractionem.

Solitudinis laus & utilitas.

Familiaritas hominum vitanda cur sit.

Vtilis vti quis omnibus fieri possit.

Luc 19.

Hhb 3

Puritas

*Puritas cordis quomodo acquiratur, conseruetur: vt-
que sine illa nihil Deo placere
possit.*

CAPVT XXII.

SI vnquam Deo coniungi cupis, voluntatem tuam penitus ei dedere & abne-
re, peccus ab omni creaturarum inordinato amore illibatum conseruare, om-
nesq; delicias & corporis blandimenta procul ablegare debes. Quemadmo-
dum enim miles secularis amicos, patriam, facultates omnes derelinquens, corpus
& animam incertæ Martis alex exponit, in externis regionibus ad mortem vique
horrendis prælijs conflictatur, vt vilem aliquem nummulum sibi lucrifaciat: ita
& tu si summum bonum in corde tuo possidere concupiscis, nondum illud feriatum
pauper spiritu, exoneratumq; ab omnibus quæ purè Deus non sunt, quantum po-
tes custodias: sic demum diuinæ gratiæ sol peculiariter in illo splendet ac opera-
bitur. Oculum cordis, hoc est, intellectum tuum, ab omnibus imaginibus & formis
purum quietumq; efficias, incidentes quasuis ineptias abigas. Si ipse eas in ani-
mum non introduxeris, cito earum obliuisceris, minimoque negotio vniuersa
tentamenta superabis. Quorum namque imagines in te non introducis, ea etiam
non concupiscis. Principio quidem graue est, à cunctis imaginibus & phantasia-
rum ineptijs vacuum liberumq; fieri: at vbi eo quis profecerit, vt videns cæcus
factus sit, audiensq; surdaster, hoc est, quod internæ contemplationi, rerumq; diui-
narum studio adeo fit addictus, vt sensus exteriores perfectam suam operationem
iam non exerceant: tum ei non erit amplius onerosum. Proinde quamdiu imagi-
nes formasq; omnes nondum penitus excludere vales, id saltem cura, ne illas tu in
animum sponte inferas & foueas & paulatim in sese euanescent. Pijis vero imagini-
bus de Deo, deq; rebus diuinis, quæ te in Dei amorem inflamment, quemadmo-
dum supra dictum est, mentem tuam occupare ad labora. Si peccus tuum ab impu-
ris adfectibus & amoribus purum conseruare cupis, momentaneæ lætitiæ, carna-
liumque illecebrarum memoriam, quam longissimè ex animo profigare aduolue-
ce. Solitudinem cordis intra te constitue, omnes suppullulantes variarum rerum
adfectus motusq; incidentes rerum caducarum sollicitudines abijce, cogitationum
ineptias tibi ob oculos volitantes propelle, occultum, quoddam diuerticulum & tran-
quillum in corde tuo tibi construe, vbi ab omnibus rerum accidentium amoribus
& sollicitudinibus liber, dilectissimo tuo (sicut desiderat anima tua) quandoque de-
colloqui & vacare vales. Ante omnia cor tuum intus simplex & vni forme custo-
di, in mentis silentio conticesse. Quoniam vnum, hoc est, vnitum cor & purum ab
omnibus ineptis phantasijs est necessarium. Simplici enim, ocioso & quieto corde
super omnia delectatus Deus, nobilissimum opus suum in eo operatur. Anima no-
stra semper multumque laborat, quoniam multis & diuersis semper distenditur
cogitationibus. At quam omisis multis, vnum dumtaxat cogitat, tunc à superfluo
illo multoq; labore liberatur. Idem si nihilum tuum mente pertractes, non ita
multo labore deprimeris. O si quis ad cordis tranquillitatem, ad omnium rerum
obliuionem peruenire possit, illius & rerum amicorumque illius omnium solici-
tam

Cordis puri-
tas quomo-
do acquiren-
da.

Oculus cor-
dis quomo-
do purgandus

Cor quomo-
do sit purum
conseruan-
dum.

Simplicitas
cordis qui
custodienda
fit.
Lucæ 10.

si Deus curā ageret, contraq; inimicos illius pro eo dimicaret. Caterū ad verā pacē, ad veram cordis quietem, nunquam aut quam rarissimē peruenitur, nisi per hanc tranquillitatem & euacuationem omnium creaturarum, cum introueris vultus in Deo vnitis, in æterno illo nunc, diuinitatis ipsius. Istud autem pro vniuersis exercitijs sufficere potest.

Quies cordis
vera quomo-
do obtinea-
tur.

Affectus quomodo mundandus, & ornandus & per nuditatem simplicandus.

CAPVT. XXIII.

Ceterum, vt hæc paulò fufius, præsertim quæ ad vim appetitiuam attinent, explicentur scire conuenit, totius nostræ salutis cardinem, non in alio post Deum, quam in nostri arbitrij libertate consistere. Quum enim nos ipsos per liberum arbitrium cum amore conuertimus ad originem nostram, vnde profuimus, Deum saluamur: omnesq; animæ nostræ vires atque aded corpus ipsum, huic voluntatis arbitrio seruire ac morem gerere compelluntur. Ad verò quum nos per liberum illud arbitrium vel ad nos ipsos, vel ad creaturarum amorem incuruamus, vniuersorum malorum segetem nobis aperimus: anima ipsa (vt pote permixta rebus multò se vilioribus) turpiter sordidatur, haud secus, quam si argenteum plumbo permisceatur. Proinde ante omnia necessarium est, vt toto conamine voluntatem, adfectusq; nostros, ab omnibus peregrinis amoribus & inclinationibus ad res externas, puros custodientes, in nullo penitus nisi in solo Deo conquiescamus. Huc spectat quod ait Augustinus. O nobilis anima, o Dei excellens creatura, quid eum queso extra te quæris, qui totus verè, nudeq; est intra te? Diuinæ naturæ participes facta es, & creaturas sectaris? *Vbi thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Et quocunq; amoris thesaurus præcedit, eo & cogitationes sequantur necesse est. Quod præ omnibus maximè diligis, id sæpissimè cogitas. Et quod sæpissime cogitas, id maximè diligis. Vis igitur scire vbi sit thesaurus tuus? Vide quid magis diligas. Vis scire quid magis diligas? Attende: quid frequentius cogitas, quid potissimè quæris, Deū an creaturas? Cuiusmodi autè in corde tuo frequentius versatur obiectū, istiusmodi & ipse es. Quamdiu à creaturis nondum perfectè fuerit homo liberatus, nondū eas dereliquerit aut excluderit, tã diu neque ad Deum liberè euolare, neq; diuina limpide contèplari poterit. Ideò nos tam raros hodie videmus veros contèplatores, quod momentaneis istis nimium in hærentes, ab amore creaturarum totos se non auertunt. Maximum enim diuinæ gratiæ operationi impedimentum in nobis præstant voluptas gratiositasq; creaturarum. Deus ne tantillum quidem nobis proprii concedit quo nobis ipsis in hæreamus, quodū nobis ascribamus: quantum patiat̄ oculus meus; hoc est, planè nihil quoniam Dei solius omne est propriū. Quare omnibus sine proprietate, non sicut peculiariter nostris, sed veluti ad tempus nobis accommodatis, vti debemus. Fundamentum autem spiritualis necessitatis quæ-

Arbitriū ho-
minis quom-
o sit liberum.

Affectus ho-
minis quom-
modo mun-
dandus.
Augustin.

Matth. 6.

Contempla-
tioni cur pau-
e hodie in-
ueniantur.
Proprietas
omnis abdi-
canda.

Nuditas spi-
ritualis ne-
cessaria quæ-

vt huc

vt huc scilicet pertrahat, pro quo & seipsum totum nobis tradit possidendum, cunctaque in peculium nostrum perpetuum, quæcunque in cælo sunt & in terra, quæcunque ex ipso profluxere, quæcunque angeli possident & sancti, vt ea omnia non minus nostra sint, quam sunt illorum. Nulla re citius tam à seipso, quam à creaturis vniuersis homo exoneratur, quam quod seipsum humiliet, extenuet, creaturas omnes floccipendat, omniaque terrena ista reputet vt stercola, terram & vile lutum, vnde vera sunt confecta, ac in quæ sunt reuersura: Deum verò solum gestet in corde, & animo, idque desideratissimo prorsus adfectu. Nam si Deus est ingressurus, omnia prius egredi oportet, nihilque penitus in te, nisi nuda puraque intentio & desiderium quoddam Dei, perpetuo eidem seruiendi, & supra omnia summum proximique locum ei tribuendi, remanere debet.

Phil. 3.

Voluntas Dei vt in cunctis querenda & sequenda, & quomodo quisque in omnibus sese obseruare debeat.

CAPVT XXIV.

Auspiciaturus, aut perfecturus quippiam, primò omnium cor tuum ad superabundantem diuinæ bonitatis abyssum humiliter eleua, ac citra illius orbem planè agnoscas te posse perficere nihil, humiliterque Deum exores, vt illi & omnia opera tua, hoc est, quicquid volueris facere aut omittere, pro summa sua voluntate, ad suum dirigat honorem. Porro si tibi parum liquet quæ sit voluntas Dei, tunc in intimis tuis ad eum conuersus, cum silentio istic expecta, quid Deus aut ratio tua illuminata faciendum, quid fugiendum præscribit. Sin verò post hæc quæ permans incertus atque antea, tum obseruato perpensoque teipso, id elige quod naturæ, sensualitatisque tux molestius & magis est contrarium. Id autem citra omnem controuersiam tutissimum est, quemadmodum & periculosius est. & conscientiam magis postea premere solet, id ad quod dædetur natura propensior. Illud longè vtilius est, quam multi ad diuersos discursus, quam plurimæ cum magna distractione & paruo fructu consultationes, obseruata tamen semper diuinarum scripturarum sententia. Aliqui quum Deum intus habere cupiunt, ad externa semer effundunt, ad externa autem vocati, intro regredi volunt. Ita semper ad quæcunque à Deo inuitantur, alia atque alia semper ipsi moliantur, suos modos, sui cerebri somnia alijs omnibus præferentes. Contra, alij præclara quædam auspicantur exercitia vt magnum quiddam inde putetur enasciturum, sed priusquam atterdas in pristinam statim consuetudinem & ad naturæ illecebras relabuntur. Alij quidem per ignem transeunt & aquam, sed quum introconuertuntur, quo minus tunc fulcimenti intus experiantur, hoc molestius ferunt. At quanto citius sibi mori studuerint: tanto facilius pertransire poterunt. Proinde quam varij sunt homines, tam varia etiam ad Deum sunt exercitia, adeò vt quod vni vita est, mortui alteri certissima sit occasio: secundum etiam vniuscuiusque naturalem dispositionem, & secundum quod pijs exercitijs se quisque præparat, vt plurimum se applicare solet gratia diuina. Quamobrem non tam aliorum exercitia modocumque, quam

Voluntas Dei quomodo semper obseruanda sit.

Molesta sensualitati vt sint eligenda pig ceteri

Psal. 63.

Exercitia hominū quam sunt varia.

essentiales eorum virtutes imitandas tibi propones. Essentialis siquidem ad Deum via perpetuo sui similis manet ac inconcussa. Arripiendus tibi igitur est viuendi modus, qualem tua exigit vocatio. Ieiunia, vigiliae & id genus carnis macerationes haud parum quidem conferunt ad vitam spiritualem, verum si ob capiens naturam infirmitatem, ea tibi non tam remedio forent, quam exitio, tantundem inde tibi assumas, quantum virium tuarum imbecillitas permittit. Si medium tenere non potes, consultius est, ut paululum infra modum te contineas, quam temere superexcedas, ne postea eueniat (ut fere solet) ut naturae nimis immoderate oppressae, rursus nimis immoderate indulgendum sit. Quare in primis curandum, ut vitia solum in te mortificetur, Deoque per ardentem amorem inhaereas, sic tibi corporis diuturna vita graua non adferet detrimenta. Atqui haec ihs dicta nolim, qui adhuc mundi huius carnisque illecebris toti addicuntur, quibus non carnis cura, sed afflictio potius moderata est assumenda. Ita semper obseruandum est, ad quid te Deus vocauerit, quidue abs te habere velit. Qui mentis suae scrinium, vitiaque sua accuratius obseruaret, ac seipso relicto, Dominum sequeretur, quomodo, quouae calle, Deus ipsum ad se pertrahere vellet, intusque apud sese permaneret, omnia sibi a Deo siue exterius, siue interius superuenientia lubens amplecteretur, cum gratiarum actione occultis Dei iudicij semper se submitteret, Deum potius quam seipsum tam in spiritu, quam in corpore spectaret, huic certo certius esset quid agendum, quid omittendum foret, omnesque difficultates bonis auius, nullo fere negotio transiliret. Quae primo inaequalia quandoque & extranea videntur, ea saepe utiliora comprobantur altissimis esse exercitijs. Deus autem talem suum amicum usque in finem aberrare non permittet, quibusuis etiam itineribus pergeret, modo consilijs sanioribus acquiescere vellet. Quum quis vera lance studioque perpendit quicquid facit vel omittit, omnes vias, mores, omnia verba sua, an forte quippiam in intimis suis, quod pure Deus non est deliteat, tum in multiplici sua inordinatione male se afflicto, (quam alias ne agnouisset quidem) crucem suam vigecuplo grauiorem inuenit, quam ij qui illam semper effugere quaerunt, defectusque suos penitius introspicere renuunt. Ac ita seipsum defectusque suos aded habet exploratos, aded numeratos, ut digitos proprios. Huiusmodi autem continua sui obseruatio, principio quidem dura videtur, & insuperabilis, atqui consuetudine ipsa paulatim mollescet. Vehemens enim ille impetus, nimiusque ardor, quo intus ociosus & liber esse desiderat, ab omni hominem labe expurgat, ac purgatorij ignis poenas, hic in terris abluit.

ieiunia, ex-
niquae. Affli-
ctio: qua-
tenus affli-
mendae.

Obseruatio
sui continua
quam sic in
principio
difficilis.

Quomodo in operibus externis Deum in mente conseruare debeamus.

CAPVT XXV.

Vita verè solitaria & abstracta non tam in externa corporis separatione, quam intus in animi solitudine consistit. Et quemadmodum homini adhuc imperfecto necessaria est externorum omnium fuga, si integrè se ad Deum conuertere cupit, idem magno cum labore & dolore. Ita perfectus, cui difficilis non est ad interiora regressus, hac externorum fuga tantopere non indiget. Prænotandum enim

*Dei presen-
tia vt etiam
in externis
operibus sit
habenda.*

*Labor corpo-
ralis quantu-
m nos impedi-
at a spiritua-
li exercitio.*

*Mens quo-
modo ad
Deum conuer-
tenda sit.*

*Opera exter-
na quæ a
Deo nos im-
pediant.*

*Opera verba
que homini
quando ex
Deo sunt.*

enim ad conuersionem internam, quam ad euagationem exteriores. Nam qui inordinato amore nihil profequitur, is quoties uoluerit ab omnibus se auertere poterit. Ita assuefacere debet animum suum homo pius, vt Deum semper sibi habeat presentem. Quemadmodum in precibus tuis, Deum præ oculis habebas in templo, ita eisdem finitis persevera, maxime quum inter homines conuersandum erit, Deum menti tuæ præfigas, te sollicitus custodias, omnia opera tua sine dispectio interno, & cordis additione perficias, sicuti alius qui spîa qui ea non facit, vel ad quæ nihil profus attinet, liber ab ijs, ac non distractus permanet. Quæcunque uide vel audis, protinus relinquis & expuas, ne cogitationes adfectusq; tui imaginibus, voluptatibus aut amoribus peregrinis inquinentur. Nam quæ extra orationis tempus, cum uoluptate exercentur, ea orantibus plerumq; in mentem redire solent, vel inuitis. Si ad hunc modum vires tuæ superiores in operationibus externis Deo manserint coniunctæ, nil plane tibi oberit labor qui uis corporeus, solitudo, occupatio, aut turbatio, quibus ob Dei honorem secundum inferiores animæ vires necessario aliquantisper distraheris. Re etenim probè administrata, ocyus ad Deum intro reuerteris, qui te maiori cum humanitate, ad se recipiet reuertentem, quod in negocijs externis fideliter illi seduloq; ministraueris. Proinde non tibi sufficere putabis vnâ quamlibet cogitationem de diuinis. Cogitationis enim quam citissimè auolant. Et plerumque euenit, vt ubi vna fuerat pia cogitatio de rebus diuinis, ibi è diuerso decem de rebus vanis, priorem illam uolenter expellentes irruant. Atqui mens cum vniuersis viribus suis funditus ad Dominum est conuertenda, quem & essentialiter cum amoris quadam & vniiformi inclinatione, cum assidua conuersione, intentioneque ad Deum in se retinere debet. In omnibus etiam locis & operibus æqualem ad Deum amorem studiumq; conseruans, eum causam primariam in omnibus tibi constituas: ita profectò nullus tibi Deum eripere, aut impedire præualbit. Quis sic Deo coniunctus manet, is haud facillè iterum ad peccatum aliquod impinget. Cane igitur putes, obedientiæ charitatisq; opera, qualia sunt, cantare, legere, alijs obsequi & inseruire &c. tibi ad Deum impedimenta esse, aut quod omnia debeas relinquere ac soli Deo vacare. Minime inquam: quoniam inordinatio tua impedimento tibi est maximo, quod scilicet Deum pure in omnibus non spectes, te solcite non custodias, propriæ uoluntati nimium inhæreas. Hinc tot imaginibus distraheris, & repletis, ex teipso uidelicet nato obstaculo. Porro quum ex Dei potissimum amore tua proficiscuntur opera, tum Deus (si forte ocyus te colligere nequeas) negligentiam illam aliunde tibi resarciat, qui vel in vno sæpe momento, eam tibi cum senore pensare potest, nec diutino tempore indiget, vt optus suum perficiat. Quamdiu uitijs & creaturarum præpostero amore non exploditur Deus, nil te turbabit operatio quauis externa, aut casus aliquis accidens. Si igitur scire cupis, an opera uerbaque tua sint ex Deo, explora an ex ijs ad veram humilitatem, ad internam conuersionem magis inclineris: Hoc comperto, ea ex Deo esse ne dubites. Sin uerò te turbant potius ac distrahunt, certissimum habes argumentum ea non purè in Deo fuisse fundata, sed aliquid fuisse admixtum, quod uel purè Deus non fuit, uel cuius Deus uera occasio non fuit.

Qno.

*Quomodo natura omnibus quibus se suumque commodum
spectat, interire debet
& mori.*

CAPVT XXVI.

Magno studio & diligentia die nocteque excutienda est cuius intentio sua, Intentio vi
quid scilicet ipsum moueat, quemue in omnibus operibus suis scopum si-
bi praefixerit. Natura enim seipsa & quae sua sunt semper (etiam in ijs quae
necessitatis duntaxat causa sumuntur) queritans, libenter aliquid haberet, ali-
quid sciret, aliquid vellet. Et priusquam hoc triplex aliquid radicatus mortifice-
tur, hoc optus, hic labor est. Natura siquidem post primum illum lapsum suum
quam profundissime praecipitata est & oppressa, modoque incomprehensibili ad
se se incuruata & inclinata: quae vitiosa inclinatio adeo profundè & occultè in ip-
sis hominis exterioris haeret medullis, vt semper obiectum aliquod, quo se-
met oblectet, in verbis, operibus & alijs quibuslibet in rebus aucupetur. Ab
vna autem parte pressa, ab altera se iterum attollit, furtim quae sua sunt, quaeritans, idque (quod mirum est) in donis Dei, in deuotione sensibili, in
suauitate spiritus, atque adeo in Deo ipso. Se quoque magis quam Deum natura a-
mat, omniaque desiderat cum proprietate sibi usurpare. Quidquod aeternum illum
Deum honore laudèque sua defraudat, donaque & operationes illius impedit prius-
quam id animaduertamus? Qui inordinatus sui ipsius amor quam naturam voca-
mus hac tempestate, proh dolor, in omni hominum genere sic inualuit, vt his de-
plorandis non vnus sufficiat. Heraclitus. Ceterum, funditus intercidere, opprimi,
& in sese sibi emori debet, voluntatiue propriae, vitiosis suis defectibus omnibus
arreptis sibi exercitijs siue delectibus, & operosa illi sedulitati, omnibusque modis
quibus sibi ipsi inhærere, seque sustentare conuincitur, penitus interire debet, si le-
gitime alias in Deum transformari, & vniri cum eo velis per multiplicem, mili-
tarem audacemque pugnam: violentam quoque tui abnegationem sine vlla in ter-
mitione, donec in ijs probè exercitatus fias. Verùm isthoc non vnus est diei nego-
cium: labore multo opus est, priusquam animalem nostrum hominem à tempo-
ralibus hisce rebus abstrahere. propriamque voluntatem tam in lætis, quam in
tristibus perficere odomare possimus. Duæ siquidem formæ in vna materia pari-
ter esse nequeunt. Si ignis excitabitur, lignum interea oportet. Si fructus nasce-
tur tritici granum emoriatur oportet. Si Deus intra te peculiariter operabitur, tu
merè patiaris oportet, omnesque vires tuæ ab arreptis sibi defectibus & operosa illa
sedulitate expoliari & in abnegatione quadam sui, nudo, simplicitate illo virtū-
tum suarum nihilo tantummodo niri debeat. Quanto autem isthoc nihilum
fuerit profundius & vastius, tanto & vnicio cum Deo erit essentialior. Vni-
ueritæ quippe iustitiæ nostræ in se sunt immundæ coram oculis Dei, vt pan-
nis menstruatæ. Ex hac mortificatione atque interitu sui ipsius, in eiusmodi
hominibus, intolerabilis quaedam pœna plerumque generatur, adeo vt præ inasti-
mabili dolore vniuersus mundus ipfis videatur angustus, quo dolore natura premitur.

Natura vt se
ipsum in o-
mnibus quaerit.

Amor prius
tus vt hodie
inualuit.

Natura in
quibus emor-
n in se de-
beat.

Ioan. 12.

Estiz 64.
Mortificatio
quanto do-
lore naturæ
premitur.

Iii 2

adeo

Salus vt in
patiendo co-
struita.

Natiuitas
mystica vti
in anima
mortificata
perficiatur

ad eò premitur & angustatur, vt ne ipsi quidem homines afflicti quid sibi doleat, agnoscant. Atqui solus ille interitus sui & naturæ mortificatio est, quæ ipsos ita malè premit, dum & mori recusant & tamen per virtutem mortis Christi mori compelluntur. Quanto autem in sponte arreptis delectibus suis plures defectus & proprietates possederint, tanto pressura quoque grauior erit. Deus salutem nostram in patiendo posuit sicut in operando, & plura possimus pati quam operari. In hac tamen pressura id subrepat incommodi, quod callida natura semper obiectum aliquod venatur, ac tribulatione ista per orationes, per lectiones, questiones, sacramenti Eucharistiæ summptionem, defungi quærat. Verum hic aliquantisper sensibili solatio destituaris oportet, nisi forrè naturæ imbecillitas diuersum expolcat. Sic quippe corpus Dominicum sumere posses, non tam vt à tribulatione ista eruaris quam vt eam paulo fortius ad extremum vsque punctum perferas. Natiuitas diuina absolute in homine consummari poterit nunquam, ni hæc primò mortificatio præcedat, atq; ita eà deinde sequatur diuina natiuitas. Quicquid autè hæc tibi tribulatione conatur excutere, id diuinæ isti natiuitati, quæ alioqui intra te facta fuisset, si in finem vsque fortiter pertulisses, maximè præbe impedimentum.

De varijs amicorum Dei tribulationibus.

CAPVT. XXVII.

Dona Dei
quibus electos suos do-
nar, quatuor
quæ.

Amicos
suos vt Deus
per asperam
ducat semitam.

Abnegatio
vera quomodo
obtinenda.

Tentationes
quorundam
amicorum
Dei quæ sunt
graues.

Quatuor potissimum donis electos suos remunerat Deus: *Primo* imbecillitate & teneritudine naturæ. *Secundo*, humani subsidij subtractione. *Tertio* quod rectè facta eorum in peiorem semper partem rapiantur. *Quarto* quod quum obnixè expectant à Deo gratiam & consolationem, ab ipsis ceu ab alienis auertatur. Eisdem muneribus & Dominum nostrum Iesum Christum à Patre suo cœlesti in vita & morte constat fuisse affectum. Nam dilectos suos amicos, quos ad absolutam sanctimoniam euehere statuit Deus, per horridam quandam & asperam semitam traducere solet, vt vix ipsimet sciant, quo se vertant, probanturq; à Deo sicuti & diuus Iob, sed ad suam ipsorum salutem & profectum. Ac interdum quidem subtracta eis omni consolationis & internæ suauitatis gratia, proinde nudos aridosq; derelinquit, ac si nullam Dei cognitionem, nullam eius dilectionem habuissent vnquam, imò ac si vatiniano semper odio Deum persecuti fuissent. Ita nudus stetit Dominus noster Iesus Christus quum diceret. *Pater meus mea sed tua voluntas fiat.* Hic æquo animo in prosperis pariter & aduersis esse docemur, & veram abnegationem non aliter, quam per adfluens gratiæ subtractionem acquirendam, quemadmodum & in reliquis virtutibus vsu venire solet. Non enim patientia nisi per afflictiones & persecutiones, nec humilitas nisi per contemptum acquiri potest. Interdum vero diris tentationibus amicos suos obijcit Deus, puta superbiæ, luxuriæ, infernalis inuidiæ, quæ vitia diutinis iam & frequentibus conflictibus à se debellata existimabant: aut certè conscientiæ remotionibus, vacillationibus in fide, blasphemijs, odioque Dei, & eiusdem farinæ alijs vix nominandis sceleribus eos concutiendos tradit, vt incredibile sit hominem Christianum talia posse sustinere. Quæ eo quandoque inualescunt, vt iam se plane existiment

stiment superatos: atqui reuera non sunt, quoniam in suprema parte intellectus & voluntatis ipsorum occulta quaedam est repugnantia, ne ipsis quidem tentatis, ob immatas illas pressuras & suffusam quandam nebulam animaduersa. Nam si omnes animae vires superatae, manus dedissent, iam tanta non esset amplius tribulatio, praelium nullum, sed protinus ad peccata, maximè verò ad carnales illecebras praecipites agerentur. Id enim natura nobis inditum est, vt angustijs tribulationibusque pressi, consolationes externas solatiaque capremus, nisi spiritu inde prohibeamur. At sustine o bone has tentationes, siue magnae illae fuerint, siue pusillae, caue violentus perrumpas, perinde ac si caput tibi dissecare velles, neque tamen illapsis imaginibus colludas, sed cum humili quadam abiectioe tui, pedibus Dei prouoluere, ac ob mnsas tibi praeculis volitantes te à facie Domini non subtrahes, sed quemadmodum illabuntur, ita elabuntur, nec de ijs praeterea quicquam cura, id videtur consultissimum. Nam & si omnes maligni spiritus cum vniuersis nequitijs & impuritatibus suis, adeoque mundus ipse totus per animam & corpus tuum, per carnem & sanguinem tuum transmearent, modo tu aliud quam Deum spectans nihil, mortis potius subire discrimen, quam contra Deum peccato alicui consensu reeligis, non tibi quicquam omnia ista officiant, sed emundant potius, ac purgatorij ignis bonam partem leuant, maximisque gratiarum donis, perinde atque in igne aurum aptatur probaturque, te praeparant. O si iohumiliter ac cum tui abnegatione sustinere posses, haud dubium pater ille coelestis (quum sibi visum fuerit) citissime te liberaret, ac innumeris consolationibus per seipsum te exaturaret. Quis nouit quomodo modo profusissima dona sua tibi conferre decreuit Deus? Omnia tibi ad Deum viam sternerent, recta atque obliqua, modo tu ijs debite attendere, rectè uti, tacere ac sustinere velles. Ita suos semper exercet Deus, ac illi quibuscum agunt asperis verbis alijsque modis ipsos exercent, omnia eorum opera, hoc est, quicquid agunt vel omittunt, haud secus quam manifestariam insaniam & hypocrisim iudicant contemptuque habent. Penitus enim tam in suis, quam in aliorum oculis interire, adeoque nude & integre cum Christo sursum in cruce suspendi debent, ab omni prorsus fulcimento, ab omni quod vel ipsi sunt, vel habent, vt ne cubitum quidem latum proprii sibi referuent. Proinde sustine, relinque, fuge, tace, ac intus loquere Charissime Domine tu probe nosti quod praeter te spectem neminem. Si tu ipse bonus & purus fueris intus, alterius nequitia non solum tibi nihil nocere, sed ne appropinquare quidem poterit, modo tute eam ad te non atrahas, aut intra te assumas. Quapropter tace, sustine, ac supra te transire permittite, & mox grata intus tranquillitate perfrueris. Si exploratum tibi esset, quam incredibilia hinc enascantur bona aut ex quam immenso amore hanc tibi tribulationem immittat Deus, & quam oculescentiae huius virtute tribulationis spiritus ille nequam effugetur, mirum ni ad multatamiliaria cruci huic obuiam procurreret, ac vestigia pedum eorum, qui te tribulatione affecerunt, aut angustiae alicuius occasio fuerunt, procumbens exoscularetis. Postremo diem illum, quo nil aduersi esse passus, velut amissum depurades. Deus siquidem gratiam suam adeoque seipsum, non minus in tribulationibus, quam in venerando Eucharistiae sacramento largitur. Quisquis sub occultis illis iudicijs & voluntate Dei ita se sustinere ac temperare posset, quamdiu id Domino visum fuerit, siue vno anno, siue sexcentis, huic Deus per semetipsum respondere debet, adeoque penitus ipsum in se trahit, ac diuinitate sua aded totum eum hominem penetrat, vt in Dei vnitatem omnem suam perdat multipliciter, totusque deificetur, ac

Tentationes
haec quomodo
sustinean-
da.

Electi Dei
quae acriter
exerceantur.

Nequitiae a-
liorum quae
non nocent.

Tribulatio-
num occultarum
quam tribu-
ta utilitas.

In afflictio-
ne quam ve-
te Deus in-
ueniatur.

transformetur de claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu, ut citius seipsum, quam talem hominem derelinquere posset Deus. Denique tanta gratia & lumine humilem illum purumque hominem interdum perfundit Deus, ut anima illius Deo ita fiat unita, ut si semetipsam contemplari posset, videret se in Deo plane nobilem atque præclaram omnia pariter in Deo cognitura. Quum igitur diuinam præsentiam spiritus percipit, à seipso totus deficit, ac in purum nihilum suum descendens, omnium creaturarum se iudicat esse nequissimum. Vbi tantum lucis & veritatis percepit à Deo, ut quicquid Deus non est, sibi plane fiat molestum, Nam in spiritu tanta gignitur exultatio, ut eam gestibus quibusdam corpus indicare cogatur. Verum id omnibus modis celare studens, in vera humilitate permaneat, nec in tantis istis Dei donis conquiescat, ne Deo factus ingratus, iuste ab eo deferatur.

*Quomodo omnia nude sunt accipienda
de manu Dei.*

CAPVT XXVIII.

Abnegatio
hominis ex-
cercitium quod

Psal. 39
Accidentia
omnia nude
accipienda
de manu
Domini.

Hominis perfecte sibi abnegati exercitia atque obiectum in omnibus aliud est nihil, quam submersio ac interitus quidam tam insignis, quam omnium mediocrum. Minimum medium est cogitatio de creaturis, maximum propria voluntas. Proinde quamdiu inclinationem aut formidinem quandam ad vnum magis sentis quam ad aliud, siue de tempore id fuerit, siue æternitate, nondum perfecte tibi mortuus es. Quicquid intra te mutationem aliquam seu commotionem, errorē aut imaginationē excitare potest, id libera prorsus, interna ac eleuata mente pertransas & supergrediaris semper adnitens eleuatus esse supra omnem spem lucri, supra timorem damni, supra ocium & laborem, supra exaltationem & humiliationem, supra prospera & aduersa, confusionē & honorē solitudinem & distractionem, hoc est, supra omnia ea que tibi aliquo modo profuente ascensum, & immensū amoris cursū in Deū impedire queant. Nil enim tibi nocere potest Deo propitio. nā is abundē sollicitus erit pro te. Ad hæc consequenda omnia tibi accidentia siue læta illa fuerint, siue tristia, nō à creatura aliqua, sed directē ab ipso Deo suscipias, oportet, cogitans quod ad supernaturalia dona sua te sic aptare velit Deus, quare actus ei gratijs te ipsū & omnia tua, ad æternā ipsius gloriā, holocaustū offeras, in ipsissimū Dei intimū pectus, vnde hæc tibi sunt profecta, ita tibi vicissim respondebit Deus ac nouæ gratiæ infusionē obuiabit. Deū quoque in omnibus inuenies, in cunctis etiā creaturis Deū agnosces & diliges, atque omnes rursum in ipso, omnesque creaturas in summa sua dignitate, qua à Deo sunt profectæ & procreate accipies, ita tibi cælū & terra libri loco esse possunt. Quibuscumque etiā te adfecerit Deus, tu æquo animo feras. Quāobrem si quid forte tibi minus æquo fiat, aut iniuste, caue Deū in similes aut homines, quā umuis etiā indigne te tractet, expellant, turbent, cadant, derideant, minuentur aduersarij tui, non tamen iniuriā tibi factā putabis, neque alicuius rei culpā vel pusillā vel grandē in aliquē conicies, sed nude omnibus de manu Domini, qui tibi reuera hæc irrogat, acceptis reputabis id quod

quod res est. Deum ad tuum ipsius commodum hæc ita permisisse. Hoc faciens in
 letis pariter & tristibus æquo animo persistis, & sine dolore spiritualiter moreris.
 Talis homo à propria voluntate penitus destitutus est, ac in interna spiritus tran-
 quillitate & pace in Deum perfectè translatus est (quanto autem in Deo quis ve-
 rius, tanto in pace securius) In hac pace habitaculum Dei est in anima nostra, quæ
 pax, quum essentialis in homine fuerit, tum Deus per illum ceu per instrumentum
 suum, omnia opera sua perficit. O beatum hominem perfectè sibi renunciantem,
 peccatq; suum purum custodientem. O quantum is cælestium consolationum per-
 cipit à Deo, gratior est enim Deo solus, mille alijs propriæ voluntati deditis.

De firmâ in Deum fiducia.

CAPVT XXIX.

Ista abnegationis ac expulsionis omnium creaturarum via, præ omnibus alijs
 optima est & compendiosissima, quare & diabolus omnibus machinis suis, eam
 varijs tentationibus, turbationibus, sollicitudinibus, animi torpore, inutilibus
 verbis & operibus, perplexis studijs, immoderata abstinentia, & id genus alijs im-
 pedimentis antea enumeratis, impedire studet. Exiguum admodum fuerit, quod
 tibi hic non exiguum dispendium facere possit. Atqui tu ad ea minimè conuer-
 sus, sed in Deum nude fidens, impedimentum omne cui debito aliquo non adstrin-
 geris (quantumvis etiam bonum & rationale videatur) abijce Deoque soli a-
 more ad hæresce, omnia quæ huc non prouocant, relinque: te ipsum & quicquid
 tibi aliquo modo superuenire potest, in impermutabilem illam Dei prouiden-
 tiam projice, eidem firmiter confide, eundem curare permitte, procul dubio tam
 interius quam exterius longè tibi melius providebit, quam si tu nocte dieq; soli-
 citus & anxius omnes vires tuas consumas: Hac fiducia, de manu paternæ prou-
 dentia, deq; æterna Dei dispositione, pro tua maxima utilitate omnia suscipe, siue
 diues fueris, siue pauper, valitudine prospera aut aduersa, vel quicquid tandem ti-
 bi euenerit, tuæ qui bonique consule. Deus omnibus vt ita essent, dedit, vires &
 effectum ipse eis largitus est, omnia ordinavit in numero, pondere & mensura, at-
 tingens à fine vsque in finem fortiter, & disponens omnia saauiter, neque quicquam
 est quod diuinam possit prouidentiam effugere. omnia siquidem perpetua illius
 ordinationi ad extremum vsque punctum sunt subiecta. Quare quum Deo pa-
 rum confisus, ipse tui curam agere satagis, discurrens anxius & sollicitus, non-
 nunquam te in necessitates & tribulationes incidere permittit, vt discas quam
 nihil tua ipsius ope & industria perficere valeas. Tanta Deus gratia, tanta exu-
 berat charitate, vt quicquid verè cum fiducia ab eo expectis, & quantumcunque fi-
 ducie sintum expandere sufficis, tantundem profectò recipies vel hic vel in po-
 sterù. Bonitatis enim diuinæ thesaurus planè est infinitus. Et sicut Deum nimis dili-
 gere nò potes, ita quoq; eidem nimium considerare nò potes, modo & intentio sit sincera
 & tu, quod in te est, præstes: Quanto autè fiducia in Deum est vehementior, studiosi-
 or, & humilitate reuerentiæq; in Deum sublimior tãto vehementius etiã, citius & abun-
 dantius quod postulas impetrabis. Id tibi nulla peccata tua impedire queunt quoniã
 Deo æq; facile est grauissima queq; peccata tibi atq; leuissima cõdonare. Neq; tuis
 viribus ex vno quis peccato citius exurgere valet q̃ è ceteris milibus. Oq̃ præclarum esset
 si quis

Voluntatis
 propriæ ab-
 negatio quã
 sit Deo gra-
 tia.

Abnegatio-
 nem sanctã
 cur homi-
 ni inuideat
 diabolus.

Fiducia fir-
 ma in deum
 habenda.

Sap. 11.
 Sap. 8.

Fiducia in
 deum quam
 sit efficax.

si quis vel in extremo vitæ suæ tempore, firmam in Deum fiduciam adipisci possit. Quisquis seipsum, voluntatem omnemq; suam sollicitudinem diuinæ providentiæ securus committit confusus, omnia tam prospera quam aduersa sibi esse salutaria, Deumq; bene posse, nosse, & velle opitulari: is coram Deo absolute sanctus confetur, suaq; ista humili fiducia Deo vim infert, Deique suauissimum pectus ad eum transfodit, vt diutius opem suam negare non possit. Impossibile plane est, vt quis à Deo petuntur & sperantur, non impetrentur. Qui magna cum fiducia arduam quandam rem à Deo postulat, is longè citius exaudietur, quam pusillam petens pusilla fiducia. Istud enim locutus est ipse Dominus. *Si potes credere, omnia possible sunt credenti. Et. Quicquid petieritis accipietis, modo salutaria petieritis resta ad Deum, intentione.*

Sanctus coram Deo confendus quis.

Marc 9.
Matth 7.
Marc 11.
Lucæ 11.
Ioan 14.

De vita continue interna.

CAPVT XXX.

Animarum dispendium maximum quod.

Vita interna & spiritualis quomodo obrincatur.

1. Cor. 6.

Ioan 4.

Maximum animarum dispendium (quod ego quidem noui) est liberum non habere ingressum ad Deum, sine medio amoris creaturarum. Quisquis autem suapte negligentia liberum istum ad Deum ingressum amittit, plus internorum spiritualiumq; bonorum vno momento amittit, quam si omnes scripturas edisceret. Ob aliud enim nihil omnes scripturæ composita sunt & instituta, quam vt harum adminiculo, nos ipsi integrum, internum & spirituale efficiamur & simus holocaustum Dei. Proinde ab omnibus distractionibus intro semper reuertere sensus & vires tuas ab externis actionibus, intro in animæ tuæ cubiculum retrahe, cordis ostiolum, contra imagines omnes & ineptas phantasias mentem tuam distrahentes occlude. sensus viresq; tuas recollectas, cum amore ad Deum, in ipsis animæ tuæ penetralibus vbi is præsto est, conuerte. Qui sine medio adhæret Deo, is vnum est cum ipso, supra imagines & formas, vnde gratia suam trahens originem, in omnes inde animæ vires profluit. Gratia siquidem in origine sua Deus est, at vbi profluit in vires animæ quibus operamur, creatura est. Hic igitur te totum offeras, dedas, relinquant, profluas in Deum, adorans ipsum in spiritu & veritate, quomodo verè adorandus est. Conuersationem seruam internam verbis aut operibus per sensus exteriores te non effunde: nam quo plus verborum & operationum hoc etiam plus accidentium. Interiorem hominem tuum diligenter obserua: nam in hoc tota exterioris pariter atque interioris hominis salus dependet. Tecum constanter habita, donec extra te, sine te efficiaris. Naturam freno quodam, ne huc illuc discurrat, coerce. Vnus enim inordinatus excursus perit alterum. Nam licet per Dei gratiam peccata omnia in te iam sint prostrata, inclinatio tamen & fomes peccatorum manent insuperabiles, cum quibus tibi, quamdiu corpus istud mortale circumfers, irreconciliabile bellum sit oportet. Assidue in homine tuo interiori permans, ibi clare tibi, quid factu, quid omisso opus sit, elucescet. Accidentia omnia ceu rem vilem ad te minimè pertinentem, fortiter penetra. Nihil tibi nimis adsume, preter simplicem quandam rerum præsentium necessitatem & vsum, sine notabili cordis appositione: & omnem quarumlibet

Si libet rerum tristem siue letarum euentum, in Deum proijciens, absque multiplicitate permane: vt tibi quoque praesens permaneat Deus. Quem si intus non sentis, totis viribus ad hoc elabora, vt intus habeas, omni abs te impedimento abiecto. Mortem citius subeas, quam quicquam contra Deum velis, aut sponte alicui peccato consentias. Nulli, praeterquam soli Deo, nimis placere appetas: optimam partem cum Maria eligas: huc illuc importunis quarelis omnia replendo, vitraque necessitatem verba fundendo, non discurras. Talia non facere solent, qui parum in se boni possident. Vna namque hora ita egredi posses, vt vix tandem multis annis, ac fortasse nunquam reuertaris. Proinde ad solitudinem semper reuertitor, intus loquitur. Quem quaero, nullo sensu, nullo ingenio comprehensibilis est, sed puris tantum mentibus susceptibilis. Hunc puto, hunc venor, & quicquid mihi aliud occurrerit, pari, & iter meum continuare volo. Sic ad interiora tua, vbi veritas ipsa adest, Temper reuertere. Verborum bullis eo peruenies nunquam. Quam ob rem aace, quiesce, sustine, Deo confide, ac quod in te est perfice, & protinus ad agnoscentias vitae internae perfectissimas vias mirifice illuminaberis. Quatuor autem sunt eiusdemodi vitae, in quibus omnem spiritualium exercitiorum plenitudinem, acque opulentiam experiri potes. *Prima*, liberi mentis ascensus per gratiarum actionem & laudem perpetuam, ad maiestatem Dei. *Secunda*, humiles descensus per abnegationem sui, suaeque voluntatis, sub potenti manu Dei. *Tertia*, virtuosi (vt ita dicam) egressus ad omnes homines, per generalem quandam fidelitatem & amorem, ex ipsa largitate Dei. *Quarta*, vniiformes ingressus, siue introuersiones, per omnium rerum obliuionem, in amplexum vnionis Dei. Hanc inexhaustam Dei opulentiam, vbi haec quatuor vias & oriuntur & terminantur, nulla potest creatura comprehendere. Quare eas experienti iucundum est sibi mori, & spiritualia quaeuis exercitia labore se perficere. Quam hoc modo Regem regum & Dominum dominantium, in throno animae tuae magnifice confidentem, ne inde proturbetur, obseruas, tum ille vicissim interiora tua, flamma charitatis suae ita illuminabit, & succendet, vt omnes vires tuae virtuosae & diuinae efficiantur, & ipse in vitam pland diuinam semel transferaris. Sed quando putas? quum id ei visum fuerit, siue in uenta, siue in senecta, siue etiam in morte tua. Ad hoc autem specialibus opus non est exercitijs, nisi tantum vt corpus tuum serues, & stuantemque cum vera tui abnegatione ad se ad Deum, ad Deum semper habeas, vt superius satis est dictum.

Solitus
mentis qui
incolenda.

Vix perfectio
tionis qua-
tuor qua.

Apoc. 18:

Quomodo quis à vitijs conuertatur ad
Deum.

CAPVT XXXI.

Quam diu corpori anima cohaeret, fieri non potest, vt homo diu in eodem statu perseveret. Quum etenim se relicto in Deum transijt, & per sensualitatem suam, nunquam postea ad se reuerri cupit, & vestigio priusquam animaduertat, in naturae rursus calles collapsus, ab integro habet quod relinquat. Proinde quum sapius euagatur, sensibusque exterioribus praeter necessitatem, & rationis illuminatae praescriptum abutitur, protinus in venialia peccata precipitatur. Quae tamen quoniam occasiones eorum pro viribus deuitat,

kkk

per ama-

per amabilem ad Deum conuersionem, plenamq; à peccatis auersionem, facillimè condonantur. Quamobrem quum vitia aliqua aut inuitas euagationes sentis, uide ne vel illa in te, vel tu diutius in illis conuiescas: sed culpam tuam ingenitè agnoscens, confestim ab ijs cum graui aduersus te ipsum indignatione auertere, ex citatissimè intellectu & voluntate tua, nude cum ijs ad Deum, omnia ei conquiescitur recurrere, pro ijs humilem gemitum ad Deum transmittre, Patriq; cœli amarissimam dilecti Filij sui passionem pro omnibus peccatis tuis offerre. Deinde omnibus relictis, te ipsum summa Dei voluntati captiuum dede, uultuq; iterum cum nouo animi proposito incipe. & mox in pristinam dignitatem omnia tua restant abuntur. Quoties autem cadis, toties iterum surgens ad interiora tua uelociter reuertere, nec uilum opus bonum propterea postpone. Deus enim principium quum sit & finis omnium, facillè tibi uel per unicum suspirium ignoscet uniuersa, ut qui longè sit paratior te suscipere, quam tu ad eum accedere.

De venerabilis Sacramenti Eucharistiæ sumptione.

CAPVT XXXII.

Quoniam ex ineffabili sua erga nos dilectione, ipse nobis locutus est Dominus: *Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Et: Qui manducauit meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* ideo consiliis foret: pijs hominibus, ut frequentissimè sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus reuerenter pieq; suscipiant, quomodo id nobis mater Ecclesia officio Dei fungens, sub specie panis (sub qua ueneranda caro & sanguis Christi uerè continetur) elargiri solet. Quod non tam propter suam perfectionem quam propter insignem suam fragilitatem sapius suscipient, nimirum ut ab amore sui (qui iam proli dolor passim grassatur) & à multiplicibus suis defectibus tam manifestis, quam clandestinis, hoc cibo confortati custodiantur, ut ipsos defectus uitiaq; omnia, tanto fortius eradicare, & mortificare queant. Præstat namque ex amore accedere, quam ex trepidatione omittre. Et uilius est semel per hebdomadam cum profunda humilitate suscipere, quam per annum semel cum propria iustitiæ fiducia. Deus bonum est, quod communicatum crescit, seruatum perit. At qui sine uera penitentiâ, sine firmo se emendandi proposito, temere & illocis, ut aiunt, pedibus huc irruunt, ut ad suam ipsorum damnationem Dominum suscipiunt. Proinde necessarium est, ut seipsum homo probet, mentisq; sit à sensibus exterioribus (quibus fortè ob temporalium rerum multitudinem distracta est) recollecta, perpendat, uerèq; agnoscat peccata sua, & peccatum suum purget perfecta penitentiâ, aperta confessione, firmiterq; proponat se posthac accuratius cauere, tam à peccatis, quam à peccatorum omnium occasionibus, uagationibus & ineptijs: utq; hæc ita putet ac cogitet perficere, Deumq; ex animo querere. Ad ista maxime opus est firma fides, in prima illa ueritate (quæ mentis nescit) radicata. Certum nanque est & indubitatum, quod Dominus noster Iesus Christus nobis reliquerit sacrosanctum corpus & sanguinem suum, uenerandam animam suam, nobis ipsam diuinitatem suam, a que æternam Trinitatem suam. Ad hæc omnem illam gratiam quam homo factus secum inuexit in hunc mundum, omnem resurrectionis & ascensionis suæ fructum, uniuersa quoque & sua

Lucæ 6.
Ibidem.

Eucharistia
eat sepius
suscipienda
sunt.

Eucharistiæ
sumptioni
ut se quis
præparet.

Gratia quan-
ta Eucharis-
tiam digne
sumemus
conferatur.

& omnium sanctorum suorum merita. Hac omnia simul confert Christus vnique viuo Ecclesiae membro, hoc Eucharistiae sacramentum religiose sumentibus: vni minus plus, alteri minus iuxta quod sese singuli ad illum suscipiendum plus minusve disposuerint ac preparauerint. Ad hoc autem quisque se preparare debet, vt Domino sponseq; suo dilectissimo tali modo occurrat, & que suscipiat, quali in hora mortis suae, si alioqui securus mori velit, eidem occurrere auderet, hoc est corde penitus ab hospitibus peregrinis & peccatorum, rerumq; temporalium amorbis emundato, cum flagranti & humili desiderio, suavissimum Dominum amoris brachijs amplectendi, perpetuoq; ei in vera dilectione inseparabiliter adhaerendi. Ita mori debet, ita Dominum maiestatis suscipere debet; sincera videlicet intentione, quae aliud spectet aut quærat nihil, quam purè Dei honorem & omnium Christianorum salutem. Iam verò vt nobilissimo Domino tuo dignè valeas obuiare, reuoluenda tibi est amplissima illa Dei, & incomprehensibilis erga te dilectio, qua ex nihilo te ad tantam felicitatem creauit, tametsi præiuderet foedissimam tuam ingratitude[m] postmodum sibi abs te demonstrandam. Deinde inexhaustam illam contemplare dilectionem, qua seipsum ita humiliavit, fragile nostram naturam assumpsit, penitentiam pro te egit, mortem amarissimam sustulit, non alia de causa, quam vt te à peccatis, & à perpetua damnatione eriperet. (Hic iam aliquantisper vitam passionemq; Domini meditare. Ad hæc, & ineffabilem illam dilectionem, qua omni momento ad eum fideliter tibi intendit, prouidet, tantumq; bonorum sine intermissione tibi largitur, quantum pater quispiam indulgentissimus elargiri filijs potest. Postremò eximiam illam reuolue dilectionem, quæ iam iam ab hac vita decessurum ad hoc coegit, vt in venerando Eucharistiae Sacramento, vsq; in finem seculi, cum electis suis, corporaliter præsens permanere, ac seipsum nobis quotiè tradere, coniungere, ac pro nostris sceleribus offerri voluerit, vsq; ob amoris vehementiam nullo à uobis pacto auelli potuerit. Quæ dilectionem ad eum immensè magnam, si mentis oculis perscrutari vellemus, mirum ni amore toti liquefiamus. In hoc enim amoris Sacramento superexaltans misericordia, iustitiae manus concludit, vt seuire nequeat. In ipso quoque Missæ sacrificio tanta cum charitate ad nos venit clementissimus Dominus, vt nemo sit toti sceleribus ad operus, quem non benigne ferat, cui non sit paratus omnia ignoscere, modo respicere, & que ad ipsum accedere dignetur. Nemo item sit adeo frigidus & obdurnus, quin (si modo ipse velit) diuinæ charitatis flamma succendatur: nemo adeo inops, quin vel opulentissimus fiat: nemo adeo famelicus & siticulosus quin hoc angelorum nutrimento vel abundè saturetur, inebrieturq; nemo toti defectibus obsessus aut cæcus, quin hic planè purgetur: & illuminetur. Ceterum quomodo Dominus in hoc venerando Sacramento verè præsens sit, humanus non potest assequi intellectus: est enim opus omnipotentiae diuinæ. Huiusmodi progymnasmatibus te ipsum ad flagrantem Dei dilectionem incitabis, cum humili quadam abiectio[n]e coram summa Dei maiestate prosternas, ac ex animo vilissimum illud meritum & dignitatis tuæ nihilum agnoscas, & in eo constantè perstaneas. Nam & si omnium angelorum puritatem, omnium sanctorum possideres sanctitatem, ne sic quidè dignus essis hoc venerandū Christi corpus suscipere. Quare humilibus precibus ora Dominū, vt quoniā ex te ipso inops nudusq; es omnis boni ipse preparare te velit, vt sibi digne occurras, & animam tuam in roseo sanguine suo ab omnibus peccatorum inquinamentis emundet;

Kkk 2

humilitate

Occurre[n]tia
quomodo
fit Christo
in Eucharistia.

Dilectio Dei
ineffabilis
quomodo
contēpiada.

Aduentus
Christi in
qualibet
Missæ quam
sit gratiosus.

Preparatio
ad Eucharistiam
optima quæ.

humilitate, puritate, liberalitate, alijsq; egregijs suis virtutibus & vitæ meritis eam conuestiens exornet, omnemq; imperfectionem tuam suppleat: & vt ardente illa dilectione sua, quæ ipsum à summo cœlorum in omnium ignominiosissimâ pertraxit mortem, cor, animam, cum vniuersis viribus tuis ad eum in se fortiter trahat, inflammet, transfodiat, vt ab omnibus vitijs & creaturis separatus, illi amanter vnitus fias & permaneas. Eadem potes & à veneranda Dei matre & à sanctis tuis tularibus postulare, vt pro te exorent, virtutibus meritisq; suis te conuestiant, quo sponsum tuum dignè suscipere & retinere possis. Hæc profectò omnium præstantissima est præparatio, quæ petenti tibi denegabitur nunquam, sicut religiosæ cuidam personæ reuelatum est. Deus siquidem & sancti eius multo sunt propensiores ad te exaudiendum, quam tu ad postulandum. Deinde pia quodam timore, intellectu & voluntate tua, sponso tuo cum ardenti desiderio ei vniendi, occurrat, Dominumq; Deum tuum humiliter adores, gratias agas, & te totum illi dedas, offeras, abneges, in tempore & æternitate, cum firmo proposito ita perseverandi. Tum verò summo cum desiderio, in vniione flagrantium illorum desideriorum & dilectionum quibus omnes ardent sancti, Dominum suscipias: descendensq; in intima cordis tui, ea Domino per exclusionem omnis inordinati & peregrini amoris recludas, ita vt post hac neque mors, neque vita, neque quiduis aliud te ab eo separare valeat in perpetuum. Postea exorabis Dominum per suum erga nos amorem & fidem, vt gratum sibi in anima tua habitaculum construere, tecumq; semper permanere, & huius Sacramenti virtutem in te ita dispartiri velit, vt per omne tempus vitæ tuæ efficaciter intra te operetur, quo tanto hoc edulio confortatus, vitijs vniuersis magno animo rebellare in virtutibusq; proficere possis: & aureo amoris sui iaculo cor tuum ita traiciat, vt amore eius totus languidus, semper ipsum desideres, ardentiq; adfectu ipsi inhareas, ac in summo perfectionis gradu ipsi soli placere queas. Si quid autem præterea hic obsecrare libuerit, absque mora impetrare poteris. Postremo, ex imis cordis penetralibus Domino gratias age, quod te antea præparare, & ad te vilissimum vltro tam benigne venire dignatus sit. Quod si solus hic tantas gratias Domino agere, eumq; tantum venerari & colere posses, quantum omnes pariter creatura, libenter ei ad hæc & corpus & animam tuam dedere atque impendere velis. Orabis etiam vt negligentias tuas tibi ignoscat & suppleat, & huius sacramenti virtutem, viuis pariter vitæq; defunctis, per suam profusissimam liberalitatem subuenire concedat, ne ob tuam fecissimam ingratitude & indignitatem, illi huius virtute priuentur. Ad hæc totum diem in vniione illius charitatis, ex qua Dominus noster Iesus Christus omnia opera sua perfecit ad gloriam Patris, in laude & gratiarum actione, pro immensis Dei in te beneficijs transiges, te ipsum & omnia ad Dei honorem & omnium hominum salutem diriges, precibus tuis nobilissimum hunc thesaurum egenis viuis & defunctis abundanter distribues. Tales namque preces Deo, totiq; curia cœlesti supra modum sunt acceptæ. Multiplicabis etiam pia ad Deum amandum desideria (sicut supra satis est dictum) ne in conspectu tanti hospitis vacuus repidusq; inueniaris, manendob; apud te illo potissimum tempore, à superfluis excursibus, & hominum quantumuis etiam religiosorum societatibus, te custodias. Nam dici non potest, quam cito labimur ad ineptias & sensuum oblectationes, quæ diuinæ gratiæ operationem impediunt, templum cordis contaminant, spiritum Dei fugant. Qui operationem diuini istius edulij intra se obseruare vellet, & quam

Mater sanctique Dei omnia, vti sint inuocandi.

Desiderio quantum obuiandum sicut Christo.

Rem. 1. Exorandum quidnam sit post factam communionem.

Gratiam actio post communionem sacram.

Eucharistiæ gratia quo modo celebranda.

faciliter ab omnibus cum peccatis, tum defectibus suis excuteretur, omniumque negligentiarum supplementum gratiam diuinam, & quicquid desiderare posset acquireret. Deus enim hic & se tibi donat, & te sibi accipit, atque vnit. Tu quidem à teipso deficiis, sed in Deum totus transformaris, omniaque opera tua sancta profusè efficiuntur & diuina. Quidnam igitur extra te quaris obsecro? an tibi satis non est, quod Deum ipsum quem totus mundus tibi eripere nequit, (nisi ipse permittas) intra te possides? Sanè quotiescunque cum bono animi proposito, nulli peccato mortifero obnoxius, Dominicum corpus sumis, toties anima tua Christi sanguine purificatur, exornatur, fortiusque in Deum rapitur, ac superabundanti liberalitate Dei omnes sancti in caelo, vniuersi homines in terris, cunctae animae in purgatorio pariter perfruuntur. Nam oratione nulla enodari potest, quam miranda viuificus iste cibus operetur. Fieri quoque possit, vt tam frequenter, & studiosè magnificum istud Christi corpus homo pius sumat, vt si prius infimo angelorum ordini fuerat adscriptus, conscendat vsque in summum: imò tanta posset eius esse deuotio, vt supra omnes angelorum choros sublimis euehatur. Omnia enim alia exercitia sunt diuina, istud Deus ipse. Cæterum hoc sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum pius quilibet spiritualiter quoque suscipere potest, ardentibus dumtaxat desiderijs, ita vt habeat illud cum omni gratia & fructu suo. Quo pacto inquires? Assumet sibi per desiderium, omnia illa ardentissima omnium sanctorum & amicorum Dei desideria (ijs à Deo violenter extorquere potest, quae cunque voluerit) in quorum vnione offerret Deo omnium missarum, quae per vniuersum mundum fiunt sacrificia, cum omnibus meritis & tormentis Christi in gratiarum actionem omnium beneficiorum, vniuersis creaturis à Domino collatorum, in satisfactionem omnium negligentiarum, peccatorum, & irreuerentiarum Domino illatarum, ad impetrandam gratiam & misericordiam viuis atque defunctis. Denique pro quibuscunque desideramus, vel spiritualiter vel sacramentaliter hanc oblationem ad Deum dirigere possumus. Stupenda enim sunt quae homo pius per hanc oblationem tam in terris, quam in purgatorio efficeret valeat. Quoties etiam venerandum Christi corpus deuote aspicit, aut alioquin si posset libenter aspiceret, tot singulares inde gratias, consolationes & gaudia, habebit ac possidebit in caelis. Hic iam dixerit aliquis: Cur igitur venerandum hoc Sacramentum in multis tam parum profert fructus? Ob duas inquam rationes: Vna, quod oculis quibusdam vitijs, omnem eis fructum intercipientibus, laborant: qualia sunt, inordinatus sui amor, propriaque voluntas: aut certe quod sensuum oblectamenta, quibus pederentim gratiam Dei amittunt, studiosè sectantur, idque quanto diutius, tanto semper peius, donec tandem cor vacuum & ociosum totum relinquatur, haud secus quam dolium quoddam cariosum, vnde per occultas rimulas vinum paulatim effluit, donec totum tandem euacuetur. Maxime verò, quod ineptis perniciosisque fabulis, & diuagationibus vanis semet addicant. Quae iactura plane est inestimabilis. Nam diuinus ille hospes huiusmodi rebus indignissimè tractatur, multoque indignius expellitur. Nobilis est enim amicitia Dei & riualet non admittit, sed cor solum sola possidere concupiscit. Quid? an non deploranda res est, quod plerique ab hoc diuinitatis monte tam repente decurrant ac vilibus hisce rebus semet praecipites immergant? Mirum profectò est, quod ad animas tam in fideles vnquam venire dignetur Christus Dominus. Veritamen qui se intus continet, paulatim ampliorem gratiam & consolationem in Deo acquirit. Altera ratio est, quod ex consuetudine plerique accedat potius quam

Eucharistiae operatio quam sit admiranda.

Eucharistia quomodo spiritualiter suscipienda.

Eucharistia reuerentè inspiciens quid mereatur.

Eucharistiae fructi quam impediunt.

Amicitia Dei quam in nobis exquirat.

Consuetudo
actuum quam
periculosa.
Eucharistia
fumentium
genera tria.

ex affectu seu charitate operante, quodq; apud sese non permaneant, & Deo desi- que ingrati sint. Siquidem dignè præparatis purisq; hominibus, edulium istud pa- nis vitæ est: minus præparatis, & mendo adhuc aliquo infectis, aridus & insipidus est panis: omnino autem impræparatis, hoc est peccato alicui mortifero obnoxio, temporalis ictus, lætalis casus, æterna est maledictio. O quanta quotidie de hono- statio, blasphemia & contemptus à nouissimis istis impræparatis hominibus, piæ illum Dominum in fœtido suo diabolicoq; dolio, creaturarum, vitiatorumq; om- nium spurcitie, data opera semper infecto, suscipientibus, nomini diuino inueni- tur. Quod Deus maioris æstimat peruersitatis, ipsius Iudæ traditoris insuperabili nequitia. Deplorant hoc ad d. occulti Dei amici, vt grati dolore & corda & anima eorum inde faucientur: libenter etiam totum corpus suum in mortem deuou- rent amarissimam, vt id aliqua saltem ratione impedire queant. Verum nihil proflus emolumentum nanciscuntur hinc homines imperitissimi, sed quanto fre- quentius Dominum ita suscipiunt, tanto profundius in suam ipsorum damnationem precipitantur. O si vel paululum sese ad Deum conuertere vellent, quam libens, clementissimus Dominus, eos in gratiam suam reciperet.

Quomodo Deus assidue sit laudandus.

CAPVT. XXXIII.

ANE omnia Deum semper & ubiq; (quamdiu spiritus hos regit artus) ex amo- re laudare stude, vt hic modo auspiceris in terris, quod perpetuo es exercita- turus in cælis. Fidus enim Dei in nos amor, & beneficium a qua quouis momē- to ab ipso percipimus, & imposterum percepturi sumus, ad d. sunt immensa, vt merito aliud nihil vel cogitare, vel desiderare debeamus, quam corpus & animam nostram in Dei laudem semel effundere. Quod & si magni à nobis fortè æstimetur, pusillū admodū erit, si dignitati eius, si ipsi quæ de nobis meritis est Deus, confera- tur. Nullū in hoc mundo certius est argumentū futuræ beatitudinis, quā Deū hila- riter semper laudare: nā talibus laudatoribus & Deus admodū est propinquus, & angeli familiares. Nihil æquè mentē hominis pressā releuat, tribulationes mitigat, diabolum fugat, & omnem animi torporem propellit, atque Dominum Deum hilariter collaudare. Qui & si propter insignem nostram vilitatem peccata nostra plangere potius, quam Deum collaudare debeamus, actamen quoniam omnes creaturæ bonæ & malæ, pusillæ & magnæ, aut Deum collaudant, aut Dei laudem præ se ferunt, cur non & nos corpore nostro, operibus, studijsq; nostris, maxi- mè autem anima nostra, Dei quoque laudem decantemus? Porro, quanto lauda- tio nostra cœlesti laudationi fuerit similior, tanto & Deo erit acceptior: quoniam Deo longè gratior est spiritalis meditatio, quam vocalis laudatio: & in eum cordis suspirium, quam externum oris canticum; si tamen recitatio, ea ad quæ Ec- clesie præcepto obligamur, non postponantur. Humilis sui deiectio, in vere sui contemptu sub Deo & hominibus vniuersis, cum quadam sui ipsius abnegatione, ante oculos nunquam satis laudatæ maiestatis Dei, & diuinæ laudis æquè in tri- stibus ac lætis in prosperis atque aduersis, corde, ore, opere decantatio, & gratia- rum actio, ea demum diuinæ maiestati acceptissima laus est. Nam sic profecto

Beatitudinis
futuræ argu-
mentum cer-
tissimum.

Laus quæ
si Deo gra-
tissima.

haud se ipsum homo, sed Deum solum intendit, spectatq. Proinde te ipsum & quicquid ipse es, quicquid potes, Deo quotidie in hostiam viuam offerens, in Deum intemergeris, citq. adeo constanter adhaere, vt quum Domino de omnibus quaecun- que tibi accidere possunt, ita placere noueris, tu tibi quoque placeat, ad gloriam ipsius. Hec eadem atque omnem pariter sollicitudinem & anxietatem cordis tibi acci- dentia, Deo committes, idq. hoc aut simili modo. *O mi amantissime Domine, quum uera lance perpendo, quasi qualisq. modo sum, & qualis aliquando fuerim, quam sepe tu me custodieris, ex quantis malis & insidijs eripueris, quamdiu expectauis, quam amice me sus- ceperis, neque ubi insignem meam in te ingratiudinem, adhortari, ac in uiam rectam me reducere distiteris, quamq. innumeram mihi beneficia contuleris: quam haec, inquit, perpendo, mirum est quod cor meum in laudem tuam totum non distillat. Quamobrem o cha- rissime Domine resigno, abnego, deuoueo me tibi ex animo, in laudem tuam perpetuam. Sicut placet, ut si iam contemptissimus, abiectissimusq. omnium, ac ignominiosissima morte instar latronis, omnium quos tellus sustinet scelestissimus, dispeream etiam si id commertus non fue- rum, pro gloria tamen tua lubens id tolera uero. Sin uero commertus fuero, tanto prom- ptius etiam pro gloria iustitiae tuae persequar, cuius unius honor infinitis nominibus mi- hi charior est, quam proprius. Quod si eue Angid tu me hinc auferre uelis, haud queram effu- gium, sed mortem ipsam lubens subiero pro gloria tua. Sin uero uitam aliquamdiu mihi pro- rogare uelis, etiam si aliquot adhuc annorum milia uicturus fuero, id solum desidero ut deinceps singuli anni, singuli dies, hora & momenta uiae meae, omnes cogitationes, uerba & o- pera mea te digne collaudent, praedicent, tantumq. glorificent, quantum omnes Sancti, om- nes creature, omnes Angeli pariter te glorificare queunt, in diuina sanctissima Trinitatis reflexione tantum, frequenter & copiose, quam sum atomi in radijs solaribus innumeri. O Domine saxus quiesco, ut me hinc auferas, ocyus uel tardius. Id cordis mei unicum est deside- rium. Adde: Si forte eueniat, ut euestigio hinc decedam, & pro gloria tua foret, ut quinqua- ginta annos, aut eo amplius purgatorio igne discrucier: iam me (quod ad hoc attinet) sub- uita pedibus tuis, lubensq. in seipso ad gloriam tuam perpetuam. Et si cerio praescirem me perpendi damnandam, haud tamen ideo in uita mea a tua laude cessarem, quantumuis etia uisero mihi peccatori intolerabile esset, me a tam desiderata facie tua debere separari. O Do- mine facias de me uilissimam creaturam tuam, pro gloria nominis tui. Eueniat mihi quomodo uis, laus tua erit in ore meo, quamdiu uitas in me habitus super fuerit. Deficiente autem lingua, oro ut uel dignum mei extensio, tua laus sit significatio. At uero corpore meo peni- tus in puluere redacto, desidero ut singuli puluores ad extremum usque iudicij diei in sinum a ad telam adhaerant. Tu enim Domine, non ego, solus es quem intendo, solus quem deamo, solus quem quero. Tuis si gloriae corda pateat, tu nisi quod uere hac ita sentiam &c. Si omni tem- pore Deum laudare desideras, peccata uniuersa sedulo deuota, uirtutibus operam strenuam impende, Deum potissimum in omnibus specta. Ea demum praeclarissi- ma laus est, quum animos ab omni uitioso torpore sensuumq. adfectibus euacua- tus, in tranquillitate fundatur, ita ut tota eius intentio incommutabili bono semper adhaereat. Qui talis homo est, Deum nullo non tempore laudat, quae- cunque etiam agat, manducet, bibat, uigilet, dormiat, omnia haec, aliud suauitabil, quam mera laus Dei. Quaecunque tibi incidunt, quaecunque in- tra te exoriantur, quaecunque accidunt, siue a natura, siue a gratia, uelo- cissima introversione, per resignationem quandam, ad Deum conuerte, desiderans, ut ad illius laudem omnia degerantur, & deficient, (Deus enim natura pariter atque gratia dominus est.) Quod si feceris, ipsa tibi natura bro- nu supra naturam licet. Simili modo diabolicas suggestiones perueniens*

Quomodo
sic homo
ad laudan-
dum Deum
offerat.

Laudandus
ut sit omni
tempore
Deus.

Suggessio-
nes diaboli-
caz quomo-
do a com-
modi nobis
conuertan-
tur.

Visa cunctis
vt ad Dei
laudem co-
uertenda.
Dan. 7.

ad tuum commodum eas conuerter, dicendo: Domine mi quoties malignus hic spiritus, aut alius quispiam has mihi cogitationes inmittit inuito, toties tibi deliberata pietate voluntate, eius loco laudes illas amenissimas refero, quas malignus iste spiritus, in aera felicitate si permississet, tibi referret, vt expulsiōnes illius, ego quodam modo praecentor sim, in laudem tuam. Si in omnibus quaecumq; videris, Dominum laudare concupiscis, quoties copiosam aliquam multitudinem, aut rem egregie venustam conspicis, dicito: O Domine tam numerose tamq; eleganter hodie meo nomine te collaudent mille millium spirituum beatorum tibi ministrantium, & decies illa centena millia immaculatarum spirituum tibi assistentium meo nomine tibi gratias agant: & omnium sanctorum omnia desideria, te pro me desiderent, & omnium exuratum incomparabilis decore, te glorietur, & glorificet in secula seculorum, Amen. FINIS.

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII,
IN ALLOQUIORVM CHRISTI IESV AD QUANCVNQVE
animam peccatricem, primi libri, partem primam.
PRAEFATIO.

Multi sunt lecto amici, quos male delectat peccatum, quibus molestum est & inuisum conuenienter praeceptis Dei vitam transigere, & numerosos leuare sarcinam Christi leuem, & suauem eius iugum ducere. Contra vero incundum ac delectabile vitam agere Deo & sanctis omnibus contrariam, indulgere suis affectibus, praesentibus frui bonis, futura non inquirere, imò nec appetere quidem: cum tamen non sint nisi cum breuissima praesentis temporis oblectamenta sempiternos consequi cruciatus, nec posse quenguam simul hic gaudere cum hoc seculo, & postmodum letari cum Christo. Alij sunt qui iam nonnihil melioris concipiunt voluntatis, cupiuntq; vitam rectius constituisse, suae emendationem meditatur: sed necdum satis vident quae id ratione tum inchoare, tum prosequi debeant: quandoque etiam quodam pusillanimitatis spiritu deterrentur ac impediuntur, vt non satis viriliter constanterq; procedant. His ergo vtrisque pro ingenio mei imbecillitate consulere cupiens, Alloquijs quibusdam (sic enim ea appellare placuit, in quod Christum introducimus anima loquentem) salubres, ni fallor institutiones proposui, quas adhortationes, quibus & à vitijs reuocari peccatores, & ad virtutis studium magis ac magis inflammari possint, quia iam ad meliora aspirant. Feci id charitate, non vanitate simulans, nec mihi cura fuit hominum venari laudes, sed animarum saluti prodesse, sperans apud Deum participem me fore, si qui ex horum lectione, ipso opitulante, fuerint ad vitam in melius commutandam prouocati, aut ad fortiter progrediendum in eo quod iam sint aggressi, corroborati. Obsecro pie lector laborem meum tuis precibus adiuues apud Deum, & bene valeat.

IN SEQVENTES DVOS ALLOQUIORVM LIBROS NOTATIO.
Libri hi duo ab autore ipso Alloquiorum nomen sortiti sunt, eo quod in se continerant lectiones Christi saluatoris nostri secretas internasq; inspirationes, quibus vnanquamlibet animam in peccatis adhuc constitutam, à peccatis, à seculi vanitatibus, extra se ipsam euocant, probentq; Christianam, hoc est, Deo fidelem atque deuotam efficere, ad sui familiaritatem & amicitiam, amorem, insinuere extimulareq; conantur.

Complectuntur autem ij Alloquiorum duo libri, penè omnes illas institutiones ac doctrinas, quae Phatema diuini auctoris in prioribus editionibus comprehendebat.

ALLOQUIORVM LIBRI

Primi, pars prima.

AD ANIMAM QUAM CVNQVE ADHVC IN peccatis constitutam, nondum conuersam, internum Iesu Christi Alloquium.

Anima que eius Christiana, quantam Deo contumeliam irroget, demonibus ludum festumque efficiat perseverando in peccatis: stipendia diabolicæ seruitutis quæ sint, quam item benigne Deus recipiat animas ad se reuertentes.

CANON I.



QUID feci tibi, o anima, aut quo molestus fui responde, ut me spreto, non amatoribus, sed hostibus tuis te prostituas? Relinquis patrem qui creauit te, eum qui te pascit non agnoscis, protectorem & liberatorem contemnis, amatorem, qui sanguine tuo redemit, qui in mortem pro te animam suam dedit, spernis: ei præterea qui vbique tibi benefacit, qui te saluare contendit reniteris, ingrataque ac contumeliosa hæcenus perseveras, dum mihi dorsum vertis, dumque præcepta mea salutaria transgredieris. Vide tu ipsa quæ amas, quem sequeris, cuius consilijs pares, cuius facis voluntatem. Nempe hostis tui peissimi crudelissimiq, qui non potest tibi aliud velle, non aliud machinari, quam malum. Hic tibi nusquam non insidiatur, hic perdere & perimere te festinat: & nisi ego prohibuissem, olim vitam tibi centies milies abripuisset. Huic tu seruis, licet non ob aliud tibi blandiatur, nisi quia hostis est, & te, ne solus pereat, à me à regno meo, à beatitudine cœlesti, à societate ciuium supernorum trahit, atque præcipitat ad perpetua lamenta, ad ignem æternum, ad carcerem tenebrosum, ad frigiditatem ineffabilia, ad horridos sui aspectus, ad vltices & sempiternas flammæ, ad tormenta & supplicia inestimabilia, ad desperationis locum, vbi nulla sit spes refrigerij, vbi nulla spes liberationis, sed miseria intolerabilis interminabilisq; damnatio. Heu anima, heu filia reuertere, reuertere. Solue captiuitatem, solue vincula colli tui. Reuertere ad patrem, di cens: Pater peccauit in cœlum & coram te, non sum digna post hæc vocari filia tua: sed vel inter mercenarios me adnumerari maxime esse puto misericordiæ. Reuertere filia, abijce quod habes cum demone patrum, muta voluntatem, corrige vitam, statum & propone conuersionis regulam. Noli timere ne abijciam te, quia non possum te spernere. Quippe qui etiam angelis meis gaudium atque conuiuium de tuo reditu instaurabo. Noli diffidere, noli desperare: ego rumpam omnia vincula tua. Ego leuia faciam quæ tibi intolerabilia

Mich. 5.

Esai. 35.

Seruis tuis, quam diabolus præmia largiatur.

Esai. 52
Luce 15

Deus, quam benigne te recipit ad se reuertentes.

Luce 15

Lii videntur

videntur, & quæcunque euadere non potes, faciam modo bene velis, vt absque peccato nec sine merito ad probationem non ad damnationem feras.

Vitam protrahere in peccatis quam sit turpe & periculosum: quam sit ediuerso honorificum sese à peccatis conuertere ad Deum.

CANON. II.

Vide autem o anima, quam turpe sit in peccatis volutari. Vide quam deformis in obscœnis delectari, quam ignominiosum dæmonibus seruire, quam destructiuum naturæ contra, aut præter naturam viuere. Vide præterea, si non redieris ad me, quam tristem habebis exitum, quam calamitosum finem, quam desperatam mortem, quam terribile super te erit iudicium meum, quam horribilis sententia à me progrediens in infernum, vnde nunquam ex eas, te prosternet. Aduerte quam certa mors quam breuis vita, quam breuis delectatio peccati, quam sordidum denique ipsum peccatum, ad extremum quam inhonestum sit coram hominibus quoque, malam vitam agere, quamque miserabile infelicissimam expectare mortem. Vide ediuerso, quam honestum sit bene viuere, quam iucundum tranquillam ac bonam conscientiam habere, quam gloriosum mihi seruire, quam pulchrum virtutibus ornari, quam decorum sanctimonia niti, quam honorabile castitatem seruare. Aduerte deinde quod labor ipse quo mihi seruitur, breuis sit, tempus seruiendi exiguum, præcepta non graua, quod auxilium copiosum, idque tibi à me semper paratum: perpende quod interna vnctio dulcoris mihi seruentibus, quod suauitas, quod gaudium bonæ conscientia à me semper infunditur. Vide quæ consolatio bonam mentem comitetur, quantum ve spes de misericordia mea, de gratia, de amicitia, cuius tibi nunc arras ac gustu præbere cupio, mihi seruire confortet; quomodo hunc charitas, vt semper progrediatur, inflammans impellat: Deinde quam lætus veniat ad mortem, quam securus meam expectet promissione, quam misericorditer à me in morte recipiatur, quam lætus egrediatur, quam feliciter coronetur, quam perpetua denique sit ac interminabilis infinita; gaudij eius mensura, qui mihi seruit.

Peccata quænam sequantur calamitates: virtutum sectatoribus quanta in coelis reposita sint præmia: quænam reuertenti animæ ad Deum relinquenda sit.

CANON III.

O Filia interroga omnes qui in inferno modo sunt, animas, quid proficiat modo eis luxuria, ambitio, vanitas, delicia, diuitia, quid conferat iam proximum oppressio ac persecutio, quid fraudes, iniuria, inuidia, & cætera id genus arma diaboli, quibus hosti pessimo seruiuerunt. Nihil profecto. Omnes clamabunt, maledicent diei & horæ quibus mihi fuerunt inobedientes. Maledicent sibi ipsis, quod gratia meæ tempus neglexerunt, quod denique amiserunt opportunitatem.

Merces peccatorum cuiusmodi sit. Damnatam calamitatem.

tatem poenitendi, & quod quouis momento dum hic viderent, ad me potuissent re-
uerti ac saluari, ad quod illos semper ego expectabam, anhelabamq; illis occurrere
& gratiam ineam offerre: sed neglexerunt.

Interroga eos qui tecum sunt beati, quid noceat illis modo, quod olim in mun-
do fuerint humiles, abiecti, infirmi, contempti, casti, & mites & sobrii, quod bo-
num pro malo reddiderint, quod ad iniurias & derisiones patientes tacuerint, quod
frigora, famem, paupertatemq; tollerauerint. En quā gloriosos, quam beatos, quā
sanos, quam gaudio plenos modo perpetuoq; felices constitui, quam deliciosa est
illis requies pro labore breui collata, quam magnus honor pro modico contemptu,
quanta opulencia pro parsimonia & paupertate. Age igitur filia, sume animam, ex-
cita in te fiduciam, relinque noxia, damnabilia, inhonesta, peritura, infelicia, &
amplectere sancta, casta, honesta, semper permanentia, felicia, æterna. Elige ma-
tui amatorem, qui te feci, qui redemi, & à quo habes quicquides aut potes, & re-
linque pessimum inimicum tuum, qui corpus tibi destruit & animam, & secum
trahit ad gehennam. Relinque quicquid tecum non potes possidere. Quicquid il-
licitum est, quicquid ad peccatum te trahit, quicquid damnationem tibi parat
æternam, diabolus tibi est: & ideo illud fuge atque à te proscinde. Ne dicas: Non
possam conuerti. Incipe, sume voluntatem: quicquid tu non potes, possum ego.
Et quomodo tu non posses, quod potuerunt infantes & puellæ? Quomodo tu non
posses, quod millium millia hominum potuerunt? Quomodo illos adiuu, sic adiu-
uabo te gratia mea.

Premia vir-
tutum secta-
toribus quā-
ta reposita
in caelis.

Relinqua-
da quæ nara
sunt reuerti
cupienti ad
Deum.

*Sine Dei gratia sicut prisci Sancti, parum aut nihil potuerunt, sic nec
nos aliquid possumus: cur Deus subinde rogatus dare differat:*

*Deus cur suos tentationibus exerceat, orationesque
nostras uti exaudiat.*

CANON IV.

Sine mea gratia sicut ne ipsi quandoquidem Sancti mei potuerunt quicquam
boni, sic nec tu potes filia: verum hac eadem te faciam ut possis. An persona-
rum acceptor sum? An tibi in quacunque re ad salutem æges, negare possum?
Minimè. Pete à me quod vis, & accipe. Si tardauero dare, longanimiter expecta.
Neque enim ex duritia, sed ex beneuolentia tibi dona mea, quæ etiam alioqui pa-
ratus offero, prorogo. Memento mulieris Chananeæ, quomodo quod petebat, &
quod ipse quoque dare volui, imò quod ut peteret in eius cor posui, ego dare dissi-
mulavi, quomodo distuli, quomodo quasi inuoluntarium me exhibui, quomodo
tam exercui, quomodo etiam ne petendo deficeret, eam prouocavi? Videsne quan-
tum profecerit, cum ego interim quod petebat non negabam, sed differabam? Vi-
desne quantum fide, desiderio, humilitateq; creuerit? Videsne quomodo utilius illi
fuerit tardius, quā cito exaudiri. Hoc modo tu quoq; voluntati meæ cōmiste cōfides
bonitati, sapiētiz ac prouidētiz meæ, & quomodo, & quādo tibi expedir, exaudiā.
Ad utilitatē tuā filia mi cedit, te impugnari, & quādoq; expugnari, deficere & vires
resumere: salubriusq; tibi sapius est nō exaudiri cito, ut semper ores, semper gemas,
semper

A&o: 10

Dona cur
sua Deus
quandoque
proroget da-
re rogatus.
Mat 13

Tentari & à
Deo exer-
ceri.

quam sit
vile.

Oratio per-
seuerans
quam sit
vtilis.

Psal. 54.
Heb. 12.

semper desideres, semper te humiliter, semperque pugnes & pro virtute laboras, qui
vt mox fuisses exaudita: Dum enim habere te putas, orationi & desiderio tuo finis
est impositus, & diuitem atque beatam existimas. At cum deficere te sentis, nec tibi
superesse consilium auxiliūque, præterquam ex me, petis, in istas, desideras. Non
oratio, humilitatem ac fidem, si perseueret, augebit vehementer. Inde fit etiam
sæpe tria quatuorve in te meliora ponam dona & augeam, dum vnum differo. No-
li igitur timere. Necessè est enim orationem exaudiri, & pro quibus sapienter po-
stulas, aut ea tribui, aut quod interim non habueris, sic oranti adeoque desideranti
non imputari. Itaque noli animo deficere, noli ab oratione cessare. auxiliū tuū
præsto est maius atque salubrius, quam ipsa putas. Non igitur in cor tuum despo-
rationem illam intrare sinas, quasi non possis non delinquere. Iacta cogitatum tuū
in me, ego te enutriam. Incipe ex animo, & conuertere ad me, ego suscipiam te. Ego
propugnabo & defendam te. Nondum ad sanguinem vsque restitisti, facile tamen
amicus potuit vincere, cui vltro te ipsam prosternebas: facile potuit superari,
que vltro captiuam te vinculis eius implicasti. Ego tamen adeo sum fidelis, vt nihil
te pati, nihil super te venire sinam, quod nequeas sustinere. Scio infirmitatem tuā,
& ad vtilitatem bonæ voluntatis, non ad tui seductionem tentationem mitto.

*Christus quam lætus occurrat animæ ad se redeunti: quam dulciter
eam consoletur: quanti is animas fecerit: quanta pro eis
passus sit: vti item eas Patri celesti offerat.*

CANON V.

Christus vt
animæ ad
eum reuer-
tenti lætus
occurrat.

Mat. 11.

Exc. 33.

Rom. 5.

Quanti
Christus
animas fe-
cetit.
Hier. 13.

Forti animo esto filia, & pusillanimitate reiecta tota ad me redi. En ego ubi
occurro, en brachia expando, en ad osculum te recipere paratus sum, en omnia
tibi delicta remittere gaudeo, en pro tuo reditu conuiuium instruo. Noli an-
gelos meos, meque simul hoc priuare gaudio. Esto tu vna post hac ex domesticis meis
euola sicut columba ex diaboli laqueis, & veni inter brachia mea. Dulcior,
suauior, honestior, sanctior erit seruitus ea qua mihi, quam illa qua habet
tyranno ancillaris. Iugum meum tibi multo quam illius erit tollerabilius ac le-
uius. Reuertere & veni. Non sit ætas, nulla sit infirmitas qua te impediatur. Delicta
tua nequaquam tibi imputabo. Quacunque hora pro ijs genueris, peccatorum
tuorum non recordabor amplius. Ego te propter peccata tua non spernam, ego
non paucioribus, sed vberioribus ac potioribus te donis ditabo, vt quomodo in te
abundauit delictum, abundet & gratia. Noli me quæso filia passionis mex fructus
spoliare. Vide quæ pro te patior, vide quibus clavis perfodior. Vide quibus amar-
cor pœnis, quantis discrucior pro te angustijs. Vide quomodo vitam meam vti-
bi seruirem, Deus & creator tuus omnem in paupertate, fame, siti, frigoreque con-
sumpserim. Moueat te rosei mei sanguinis vnda, quam pro te fudi. Misereere chari-
tatis mex qua moriens dilexi te. Hæc omnia offero Patri pro te, saltem conuerte-
re ex toto corde ad me. Videsne quàm ardentem tuam salutem sitio? Videsne quàm
amanter te inuito, quàm desideranter expecto? Experire igitur nunc etiam quàm
hilariter tibi occurram, quàm misericorditer te recipiam, quàm paterne denique
non modo in famulam, sed in filiam etiam adoptare cupiam. Ego te mihi recon-
siliabo filia, ego te cordi meo adstringam. Vique quo igitur. nunc morans filia
Vique

Vsquequo non confidis mihi? Quousque tyranno & hosti pessimo seruis? Quamdiu dona mea & quicquid à me habes, in illius cultum, in illius obsequium & in mei contemptum ac probrum, expendis? Abrenuntia diabolo & quasi paleam ipsum contemne.

*Animæ ex seruitio peccatorum, quantum sibi met damnum intulere:
Deo hostique seruire, quantum discrimen: penitentia
item dilata quam multos fefellit.*

CANON VI.

A Nimaduerte filia cui iustius seruias, patri an tyranno: amatori, an hosti: creatori, an destructori: Ei à quo habes vitam, corpus & animam, an illi à quo nihil habes præterquam peccatorum foeditatem terribissimam, infirmitatem, instabilitatem, miseriam infelicitatemque sempiternam? Quæ comparatio mei ad Belial? Noli esse filia diaboli, quam feci vt filia sis Dei. Si tu destruxisti teipsum, si pactum rupisti, ego te scio reficere, ego scio te sanare. Noli modo conuersionem differre. Incerta es quando moriaris. Multos mors ipsa præuenit, multos spes vana fefellit, multi penitere volebant quando debebant exire, multi ad mortem penitentiam distulerunt: sed expectatio dorum vana fefellit eos. Tu igitur modo respice. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: Ambula dum lucem habes, ne tenebræ te comprehendant. Crede vtili consilio; cui nisi credideris, dolebis aliquando quod non acquieueris modo. Verum tunc dolebis, quando dolori tuo nullum erit remedium, quando lætuiti tuo nulla potest adferri consolatio, quando damnationi tuæ nulla potest liberatio impetrari, nullaque erit tibi postea spes: sed horror, confusio, pœna, desperatio, ac perpetua à me separatio.* Modo igitur hæc verba in cor tuum sume: iuuabit aliquando salubri consilio credidisse. Si reuerfa ad me fueris, si meo consilio acquieueris, si amoris meo erga te gaudium nunc feceris, non deerit tibi prouidentia mea, inspiratio & vnctio mea docebunt te, vt non solum gratiam meam obtineas, sed ad sponsæ etiam nomen, ad amicitiam etiam meam peruenias. Fateor, difficile erit tibi assuetæ relinquere, difficile erit quæ delectat, subtrahere. At vide tu quanto in periculo sis constituta, vide in quo præcipitio verferis? Circuit aduersarius tuus diabolus, cui tu seruis, quærens te deuorare atque deglutire, & tu super os inferni interim ambulans ludas: Ea enim agis quibus cum nulla, est vita salutis; quandoquidem pactum cum inferno & morte percussisti. Vita tua impia est & reproba. Spes vana & temeraria. Nihil times me offendere, ianuam gratiæ meæ tibi per impiam voluntatem obturasti, frigida es tota, & ab omni charitate aliena. Et interim promittis tibi veniam atque misericordiam, quam tamen cum possis non quæris, sed nescio quo craftino tibi polliceris te conuertendam.

*Penitentia cur acceleranda sit, dolor de peccatis quando sit vanus:
quamque contritio vera sit hodie rarissima, emendatio item
vsque ad mortem protelata quam sit omnium
periculosissima.*

Pœnitere
aut cito
quisque de-
beat.

Dolor de
peccatis va-
nus quis sit.

Apo. ii.

Pœnitentia
vera quam
sit hodie
rara.

Contritio
in morte
quam sit
rara.

In morte
cur pauci
vere pœni-
teant.

O Filia hodie incipe pœnitentiam antequam peccata tua nimium crescant, hodie redi, hodie conuertere, quia sera conuersio in extremis vitæ periculosa est & raro salutaris. Licet confitearis tunc, licet lachrymeris, licet bonarum orationes tibi inuoces, hæc tamen omnia cum possint & plerumque solent fieri ex timore seruili, non tibi sufficient ad salutem. Idem enim dolens, idem plangens, quia moriendo te ituram nouisti, teste conscientia, ad pœnas æternas. Conscientia ipsa tua accusat & damnat te. Velles non peccasse, Probe. At quare id velles? Probe. Et ne inferni te ream fecisses, ne pœnam æternam sustinere debeas. Propter te igitur, & ex amore priuato quo te ipsam diligis doles, non propter me. Huic pœnitentiæ nihil ego debeo, hic plangens non delet reatum. Nam licet iam sis moritura, si tamen posses vivere, & si extra periculum mortis fores constituta, nequaquam plangeres, nequaquam emendares aut corrigeres vitam tuam: sed quæ sordidit, sordesceres adhuc, & maioribus te indies sordibus pollueres. Peccata moriens deseris. Verum quæ est ista desertio peccatorum, quando peccare amplius non potest? Desere peccata quamdiu potes peccare. Caue dum vales agere peccata, odi ac fuge peccata dum sana es, & dum potes amasse. Hæc pœnitentia vera est, quæ mei causa, quæ mei amore plangit peccatum. Quapropter scito filia, è centum vix vnum verè pœnitere qui in mortem suam pœnitentiam differt. Quomodo enim ille obtinebit contritionem in morte, qui quamdiu viuit semper vult peccare? Quomodo in morte dolebit, qui mei causa nunquam quod me offendit ante hæc dolere voluit? Proinde miraculo non minus est, si quando in morte contritionem atque dolorem infundo cuiquam, qui hæcenus semper peccans ad mortem graui peccatorum sarcina onustus venit, quam tamen deponere tunc potuisset in vita & dum sanus foret, noluit. Prodigiosa inquam res est impœnitentem tunc subito mutari in verè pœnitentem, & ex Ethiope ilico fieri album. Si quis tamen in se senserit in morte, tamen si cum peccatis ad mortem veniat, ut potè ante mortem durat semper, & qui ad hanc ipsam horam pœnitentiã distulerit: si inquam senserit, ut ex charitate qua me diligere, subito mutatus, incipit, doleat. Atque doleat plus propterea quod me offenderit, quam quod sibi pœnam comparauerit æternam. Non desperet, sed confidat firma spe super bonitate mea innixus, quia non peribit: quamdiu nanque anima coniuncta manet corpori, pœnitendi est tempus, & nulla hora pœnitentiam ego non accipio, si vera est, quomodo illam esse debere prædixi. At paucissimis hæc gratia datur. Siquidem habitus peccandi ac consuendo non pœnitendi simul tunc cum tristitia & horrore mortis, obruunt eiusmodi animam in morte, ut nihil nisi pœnas, nihil præter iusta iudicia mea, cum desperatione veniæ possint cogitari. Aspicit enim tunc peccata sua absque respectu aut consideratione misericordie meæ, quo se ipsam antequam iudico ego, damnat: atque desperat.

Ut anima sese ad confessionem peccatorum animare, demonemque ac verecundiam superbam superare debeat, quænam item faciant facile peccata deserere.

Cur itaque o filia tu paribus tantisq; iam vis mergi periculis? Cur ad mortem tua peccata differes confiteri? Quid hominem peccatorem erubescis? Et ipse cui tu te accusas peccator est. Pone igitur pedem super dzmone vnum, alterum pone super verecundiam, aut potius superbiam tuam, & euome viras quod tibi diabolica insauit illusio. Homo est qui te audit similis tui, aut te fortasse in periculis profundior. Quid refert, si hoc illud ve homo de te cogitet? Sim tibi amicus ego, & totus mundus infestus, quid tibi nocebit? Reuertere igitur ad me filia, & execrare dum execrandi tempus est, mala opera tua. Inspice quanta patior pro te. Loquacitatem, luxum, peccata ventris, curiositatem, otium, aliaq; peccata cito superabis, si pœnas meas, si vulnera, si fidelissimum denique erga te amorem meum meditata fueris. Consolaberis, atque in aliam mutaberis. Non erit graue delictis abstinere, non erit molestum carere mundi gaudijs, non erit triste honoribus destitui, quia hæc omnia suauiori modo ac castiori in me reperies. Si impugnat diabolus, ad vulnera mea confuges. Si molestiam sentis aut pœnam, dulcorabunt tibi has angustias meæ. Cæterum si passio te hæc mea non commouerit, si mea charitas te accendere nequiverit, vel pœna æterna te perterreat. Recordare quam breuis momentaneaq; sit delectatio peccati: contra verò quam sine fine perpetuoq; duratura sequatur pœna. Cogita quid sit æternum quod nunquam finietur. Quantumlibet dempseris de æterno, siue de eo quod sine caret, quantislibet annis pœnas tolleraueris, tantundem semper adhuc restat, nunquam enim potest minui, quod sine caret. Et, tunc in illas gehennæ pœnas te præcipitabis, ne breui modo careas delectatione? Tunc tam breue gaudium quod est vnius momenti sempiternis tibi comparabis supplicijs? Verùm de hoc iam satis. Quæ tibi post hæc necessaria sunt, si præbueris aurem, alio tempore adijciam. Respice, resurge, & Viue.

Quenam
faciant faci-
le peccata
deserere.

D. IOAN. IVSTI LANSBERGII.
In alloquiorum Iesu Christi,
Partem II.

PRAEFATIO.

Ego diligentes me diligo, & delicta meæ esse cum filijs hominũ. Sic dilexi mundum vt in mortem darem animam meam, ne pereat, sed habeat vitam æternam quicumque in me crediderit. Ego ð anima pro te laboravi, esuriui, sitiui, contemptum & persecutionem passus sum. Vulneratus sum propter iniquitates tuas, attritus propter scelera tua, mortuus propter delicta tua, resurrexi propter justificationem tuam. Ad hæc omnia me impulit amor, quo te diligo, & in filiam adoptionis adhibeo. Itaque tu respiciens, adamantem reuertere, in vulnerum meorum sanguine laua te, virtutibus & vita meæ meritis vestire. Omnia hæc libens tribuo, nã vt amantissimus pater hæc offerens tibi occurro in amplexum, ad osculum te recipio, & ad redamandum te inuito. Reuertere filia, & mundare. Prebe cor tuum mihi, quia præter hoc aliud abs te non desidero. Porro, quomodo tota ad me reuertaris, quomodo in corde tuo mihi delicias præpares, quomodo amorem meum respicias, quo denique modo tu quoque respiciaris, aduerte.

Pro. 8.
Hier. 12.
Ioan. 3.
Esaie 1.
Esaie 53.
Rom. 6.

Pro. 21.

ALLOQVIORVM IESV Christi ad animam quamcur-

que peccatricem, sed ad suum creatorem,
sponsam & amatorem reuerti cupientem,

Libri I. pars II.

Quod ad vitam emendatiorem incipienti necessaria sit generalis confessio, & quatenam ad eam necessario requirantur: dolor item qualis in confessione sit necessarius.

CANON I.



I qui ad vitam correctiorem adspirat, qui se conuertere mihi, que se totum nititur dedicare, necessarium est vitæ male retroactæ primò verè poeniteat. Consultissimum est etiam in principio conuersionis suæ, dum vitæ nouitatem meditat, quanta potest diligentia de omni vita sua peccatorum suorum faciat calculum, confessionemq; generalem: idq; contra futuros scrupulos conscientiaq; inquietudines, quibus timorata mens post conuersionem vel ex se ipsa, vel diaboli machinatione solet fatigari, & per hoc à studijs interim melioribus præpediri. Conuersionis initium uocet tempus illud, quo à vanis ad me suum creatorem reuerti contendit, tamen annis multis statum religionis ante professus sit. Debet autem hæc confessio esse integra, de omnibus videlicet quorum conscientia illum accusat aut reprehendit, & de quibus opinatur, quod fuerint peccata, præsertim mortalia. Debet etiam fieri cum dolore cordis & detestatione peccatorum: quam si non possit habere sensibiliter atq; cordialiter, habeat rationaliter, hoc est, habeat secundum rationem, qua iudicat se male egisse, doleatq; quod non cordialiter dolet, & optet habere cordis dolorem. Sit itaque ad minus dolor in iudicio rationis, vt peccando se male fecisse iudicet, optetq; ex toto corde se non peccasse, nolitq; deinceps peccare, nulla re magis carere velit, quam peccato, nihil minus optet aut magis excretur, quam peccatum. Doleat igitur quia peccauit, quia me offendit aut saltem doleat, quia non sentit se dolere. Sæpenumerò etenim fit, vt mihi magis placeat desiderium habendi, id est, velle esse contritum aut deuotum, quam sentire contritionem aut deuotionem: quia velle habere, & non habere facit afflictionem cordi. Itaque doleat & irascatur sibi, atque damnabilem se iudicet, quod peccauerit, & quod non dolet, quantum deberet. Hæc contritio (tamen si sensibilis non fit, id est, licet contrariis durum, aridum & ficcum) sufficit ad salutem. Ego enim vestram atrendo miseriam, vestram imbecillitatem, vestram paupertatem: nec villo modo bonæ voluntati desperandum est, quantamlibet cordis sentiat ariditatem seu frigiditatem, quando vellet se non peccasse, statuitq; propter me post hac nolle peccare. Sed dicis: Ego innumerabilia peccata admisi, quomodo de singulis debeo singulatum conteri? Consolatione eges o anima, at sola veritas consolatur. Si multa habes peccata,

Confessio
generalis
cur necessa-
ria.

Initium cõ-
uersionis
quod sit.

Dolor qua-
lis in con-
fessione ne-
cessarius.

Contritio
quæ suffi-
ciat ad sa-
lutem.

peccata, de multis ac omnibus simul generalem habeas contritionem, in qua generali contritione omnia ac singula peccata velis includi, hoc est, vt nullum peccatum, etiam si singularim occurreret, excipi velis, de quo non doleas, aut quod nolis non fecisse, & quod non velis cauere. Hæc namq; contritio generalis virtualiter extendit se ad omnia ac singula peccata, etiam oblita, & de quibus non cogitas. Neque enim hoc exigo, vt de singulis peccatis necessariò habeas singulas contritiones, iuxta numerum aut speciem peccatorum. Ita enim beatæ Mariæ Magdalenz dixit: Dimisi ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Non dixi, Quoniam dilexit multoties. Nec ipsa Magdalena aliter quam simul de omnibus dolere potuit in tam subita compunctione. Ita tu quoque de omnibus doleas, vt nullum sit peccatum quod tibi placeat, siue in genere, siue singulare memoriz occurrat.

Contritio generalis de peccatis multis quæ necessaria.

Luc. 7.

Demonum suggestiones erga animam reuerti gestientem quæ sint: quomodo eadem contemnendæ sint: aduersus desperationem, remedium quodnam adhibendum sit: pietas item Dei quanta erga animam ad se reuertentem.

CANON II.

Non autem filia tristeris, si fortasè imaginationis patiaris ac phantasias, quasi iratus sim, aded vt nolim placari, nolim indulgere, nolim te ad gratiam recipere. Hæc susurræ sunt diaboli, quibus ad desperationem te nititur pertrahere. Huius est enim consuetudo primò dum tentat ad peccandum, meam memoriam à cordibus euellere, misericordiam meam peccantibus promittere, securitatem, audaciam, obstinationem voluntatis impiè confirmare. At postquam delinquentes à se velle sentit auertere, si tentationibus nullis potest retrahere ad facinus, tentatione desperationis animas formidolosas aggreditur. Suedet non confitendum, suadet non posse continere, non posse vinci consuetudinem malam, terret à magnitudine peccati commissi, mentiens quod nolim dimittere peccatum. Tu ò anima noli credere: quicquid sentias, non consentias desperationi. Sufficit hæc contritio, arido licet corde doleas, me offensum optes te non offensis, statuas nolle peccare. Quod si iterum deliqueris, iterum quoque surge, & denuò propositum non delinquendi statue. Si tertio deliqueris, tertio resurge. Denique quarto, quinto, & si postremò septuagies septies quotidie cecideris, toties ad me reuertere, ego suscipiam te. Nonne melius est vt suscipiam te quam amittam, simulq; omnes labores meos & penas pro tui redemptione toleratas perdam? Nihil igitur ò anima, nihil ò filia sanguine meo redempta, te à me auocet, nihil detineat, nihil remoretur. Et si diabolo te tradideris, si me centies negaueris, si me & mei imaginem pedibus conculcaueris, si conspueris, si Sacramento meo contumeliam feceris, dole quia fecisti, & ego dimitto tibi peccatū. Nō sit in oculis tuis aded magnum peccatum, quod spem veniæ adimat. Non sit aded paruum, non aded multum, quod meam misericordiam posset superare. Nihil refert apud me, à multis an à paucis peccatis te redimam. Et magnus & paruus peccator æquè egent misericordia mea, quæ in inexhaustibilis omnibus fluit & abundat.

Demonis consuetudo qua circa peccatores.

Surgendum quomodo à peccatis.

Remedium contra desperationem peccatoris.

Non potest misericordiam meam vincere malitia tua. Quanto plura tu habes peccata,

M m m

peccata,

Misericordia Dei quanta erga peccatores.

peccata, tanto ego libentius ignosco poenitenti. Inde enim elucet maior gloria mea, quanto maiori peccatori maiorem erogo misericordiam. Non sum durus, non sum maleolus, non sum parcus, sed totus in te o filia liberalis, profusus & prodigus. Nihil minus habeo, si omnia mundi peccata tu sola fecisses, & tibi omnia dimitterem.

Peccatum emne ut sit voluntarium. Somnia ut neminem inquietent.

Est tamen fortasse aliud quod te terret, quia peccata te premunt: & quae olim vltro admiseras, iam inuisa cogere tolerare. Persequitur te aduersarius, & suis foeditates tecum habet. Quicquid inuisa sustines filia, non te damnabit: peccatum nanque aded esse oportet voluntarium, ut si non sit voluntarium, non sit peccatum. Cohibe igitur voluntatem tuam a consensu, & sine carnem & diabolum furere. De somnijs etiam nihil metuas, quicquid ibi actum, quicquid passum fuerit a dormiente, si ante & post somnum, ubi rationis compos fueris, tibi displicet, nequaquam venit tibi imputandum. Et licet per vitam conuersationis prioris antiquae tibi occasionem dederis, iam tamen non erit (postquam huius conuersationis poenitueris) occasio aut causa peccatum generans: quia antiqua per confessionem & contritionem deleta non causant peccatum, modo voluntas alioqui abfit.

Contritio pro peccatis sensibilis, quam sit utilis ad abolitionem peccatorum: quinam ea exerceri debeat: quam item sit eadem

Deo accepta.

CANON III.

Contritionis sensibilis bona quae sint.

Quaquam contritio sensibilis atque cordialis, seu sensualis displicentia peccati non sit ad veniam necessaria, valde tamen confert ad delenda & euendaque peccata: valet quoque ad extirpanda vitia, ad obtinendam denique serenitatem tranquillitatemque cordis. Confortat enim spiritum vehementer, sensibiliter, cordialiterque dolere ac gemere: & hoc propterea, quod me Deum totum, (a quo es & habes bona omnia) vnquam offenderis. Qui hanc contritionem sentit, mihi gratias agat, quia & vere donum est meum, purificans animam a peccatis, modo pure doleatur: hoc est, propterea quod ego offensus sum: & dolor isto oritur ex radice charitatis. Neque enim poenitens propterea tantum dolere debet, tametsi etiam dolendum sit, quod peccando incommoda multa obligationesque incidit, quod poenis & debitis obnoxium se fecerit, quod denique ignominiam, foeditatem, infirmitatemque animae lux intulerit, aut ob alia huiusmodi, quae respectum tantummodo habet sui ipsius ex amore proprio natum: sed potius quod me offenderit, quod me inhonorauerit, quem velle debet a se & ab omnibus maxime honoratum, maxime amatum: ita ut poenitentis dolor non propter se praecipue sit, sed propter me. Huiusmodi dolor mihi acceptissimus est, cito placans, cito me reconcilians, aded ut nonnunquam solus sufficiat (ubi aded intensus fuerit) sine alia satisfactione, aut opere poenali ad abolendam omnem poenam peccatis debitam. Oritur enim ex charitate, quae operis multitudinem peccatorum, conscientiamque purificans, & ad me accedendi fiduciam praestans.

Poenitens cur dolere debeat.

Dolor pro peccatis qui Deo gratissimus. Prou. 10. Iacob. 1. 1 Pet. 4.

Quomodo dolor, amor, fiduciaque ad Deum simul crescunt.

CANON

CANON IV.

Inde fit vt crescant simul & dolor suus contritio de peccatis, & amor fiduciaq; erga me. Tanto enim vnusquisque hoc modo magis dolet, quod offendit me, quanto plus amat me: & quanto plus dolet de peccatis, quanto ve plus amat me, tanto etiam fiduciam spernitq; venit maiorem concipit de me. Porro haec tria, quanto vigent amplius, tanto efficacius efficiunt vt simul & peccati macula & poena peccatis debita deleantur. Anima enim poenitens postquam bonitatis meae aliquam notitiam gustumq; susceperit, considerans quod aded sim bonus, aded misericors, quod denique aded non improprio nec imputo peccata, vt non solum illa dimittam, sed poenitentem etiam perinde ac iustum, hoc est, vt eum qui nunquam peccauit, in gratiam & amicitiam meam recipiam, consolor & dona largiar: haec inquam, anima poenitens dum meditatur, suo ex lapsu quoque occasionem sibi acquirit maioris feruoris & gratitudinis erga me, & odij displicentiaq; contra seipsam, irascens sibi ipsi ac detestans se, quod tam benignum contempserit DEVM: qui cum iuste possem & damnare & perdere, e conerariò parco, consolor & benefacio: Eam ob rem quanto me sentit erga se magis misericordem, tanto maiori zelo mouetur iustitiae contra seipsam, quasi pro me vindicare cupiens in se contemptum mei. Atque idem non solum veniam de peccatis petit & reconciliationem, sed ad honorem iustitiae meae desiderat etiam pati, humiliari ac puniri, quod se contra me impiè erexerit. Inde contingit ei, vt quanto plus à me sentit se consolari, tanto magis indignitatem suam horreat ac detestetur, doleatq; suorum enormitatem peccatorum, & indignetur, admirans quod tam ingrata esse possit mihi. Huius animae (quae ad hunc zelum venit, puta vt non minus diligit meam in se iustitiam, quam misericordiam) peccata absorbentur, vt in camino ardenti aquae gutta solet absorberi. Igitur inter omnia poenitendi genera non potest esse melius, quam continue considerare, meam charitatem ac fidelitatem immensam erga se, simulq; suam è diuersò infidelitatem, ingratitude & peruerfitatem erga me.

Anima peccatrix vt Deum amare incipiat.

Genus poenitendi optimum quod sit.

De scrupulis iterandae confessionis, exercitium item peccatricis, sed conuersae animae cuiusmodi fore debeat.

CANON V.

Solet autem diabolus circa poenitentiae luctum, & circa alia omnia, poenitentibus serpens invidiosus ponere, vt plerique efficiantur scrupulosi, iterum atq; iterum eadem confitentes, nec ad tranquillitatem aliquam possint aliquando venire, sed de confessionibus suis omnibus diffidunt, dum circumstantiam semper aliquam vel peccatum inueniunt neglectum, cuius in priori confessione non fecerint mentionem, vnde ad confitendum denovo compellantur. Hi semel vna generali confessione facta, debent hanc inquietudinem irrationabilem omnino posthabere. Neq; enim hoc desidero, neq; placet mihi, vt tu verberis semper & inquieteris in retoluendis peccatis tuis. Quin potius projice te in me, & ego liberabo te. Nā si mille annis teipsam scrutari volueris & confiteri, haudquaquam mundaberis. Quando enim exhaures abyssum? Mihi ergo te committe, postquam semel omni diligentia conatum expenderis tuum ad confitenda singula peccata tua. Dimitte mihi, vt habeam quo tibi propitius. Cognosce quod teipsam mundare nequeas.

In scrupulis iterandae confessionis quid faciendum: Iob. 9.

Hic, quod egeas misericordia mea. Confitere, quod vnum pro mille mihi non

M m m 2 *suffi.*

sufficis respondere: sed in omni opere insufficientis es, & æges misericordia mea. Non ergo fidas in confessionibus tuis, sed in miserationibus meis: hæc enim sunt quibus iustificari te oportet. Interim enim quæ sic occuparis circa peccata tua, conuerti deberes ad me & mea gratiosa præsentia frui. An frandem non aduersus inimici? Idem enim circa peccatorum tuorum numerandos atque recogitandos fructores tuos detineris, vt alia interim multo salubriora, quibus deuotio tua accendi deberet, negligas. Scito igitur hoc mihi præcipuè placere, vt de me sentias in bonitate, & in simplicitate me queras. Sentias me benignum, piuum, compatiuum, misericordem, optimum. Confide mihi, spera in me. Quære potius gratiam, amicitiam ac familiaritatem meam, & pro ijs habendis exercitia deuotionis tue dirigas. Senties procul dubio longè vberiore fructum animæ tuæ, si quomodo amas, quomodo mihi placeas, quomodo me imiteris, studium tuum sit, quam quod confessa denuò confitearis, aut quod scrupulos inquiras, & exhauriens eisdem, novos semper tibi generes. Non potes me nimis piuum aut misericordem æstimare, modo super misericordia mea ne dereliqueris, non potes nimis mihi confidere.

Sapia.

A peccatore conuerso quid Deus sequatur.

Exercitium peccatricis animæ sed conuersæ quod.

Scrupuli conscientia quando omnes abijciendi.

Exercitium tuum igitur sit bene de me sentire, quod nolim te damnare: quia de re vera quemlibet saluari volentem, quemlibet non desperantem, damnare nolo. Sufficit mihi ò filia, quod peccasse doleas, quod peccare etiam deinceps nolis. Iam in statu es salutis: quid trepidas? Dives ego sum, & clemens in miserationibus infirmitatis. Sic me cogita. Inde enim maiori me afficis honore, quam quod quasi crudellem aut durum me imagineris, aut ita formides, quasi ad hoc solum vigilem, quomodo capiam & inuoluam homines, si fortasse hunc vel illum scrupulum, si hanc vel illam circumstantiam neglexerint in confessione. Porro, si mortale certum ad memoriam redierit ante non confessum, illud cum omni tranquillitate confitearis. Habita semel vna bona examinatione conscientia ante confessionem generalem, deinceps post confessionem scrupulos abijce: noli denuò inuestigare conscientiam, ne inquietudinem tibi parias semper confitendi. Per alia bona exercitia ad amorem aduentia, scrupulosam illam inuestigationem exclude. Ceterum si obseruaueris scrupulos, si scrutari, si ruminari, si inuestigare singulas formidines, atque timores volueris, mille tibi parabuntur insidie. Propterea (quod dixi) semel diligenti facta confessione omnium peccatorum tuorum, semel habito proposito nihil tacendi in confessione, quod noueris confitendum, deinceps sta in pace, rejice in os diaboli scrupulos omnes. Ego te desidero, ego tua amicitia potius capio, ego abs te amari peto: curâ igitur meâ vt respondeas voluntati.

Quomodo recolenda sint peccata.

CANON VI.

Intellige, scito & iudica te peccatricem animam esse. Cognosce te multum offendisse, ingratisimam atque rebellem, contumeliosam atque blasphemam, tuis præceptis ac votis te contraxisse: & inde humiliare adeo, vt ne oculis quidem ante me leuare audeas sordibus & abominationibus plena. Porro ad peccata tua singulariter enumeranda (si quando vel sine scrupulo ad contritionem aut humilitationem tui id cupias) non exeat. Nam sunt qui peccata sua recolunt, vt vel ad risum, vel ad delectationem, vel è diuerso ad desperationem,

vel alia eiusmodi inconuenientia moueantur. Quod idcirco fit maximè, quia pro obiecto cogitationis ipsa peccata sua assumunt, illa inspiciendo, & ad illa se conuertendo, loquuntur atque disputant cum illis extra me. Atque idè dum sua peccata secum ipsi tractant quamlibet bona intentione, magis tamen obtenebescunt, quàm illuminantur. Tu verò cum peccatricem te cogitare, cum te humiliare vis, relinquitis peccatis, ad me conuertere: mecum de peccatis, de infirmitatibus, de defectibus tuis tracta: mihi quarimonias tuas aduersum te expone, mihi loquere, mihi quam iniquè egeris, te accusa. Inde fiet vt peccatorum tuorum accusatio in orationem conuertatur. Quapropter ad me conuersa orando, peccata tua mecum tracta. Hoc modo conscientia tua serena efficitur & tranquilla: affectio quoque tua ad me conuersa, ex me inflammatur.

Accusatio peccatorum quomodo esse fieri debeat.

Quomodo satisfaciendum sit pro peccatis.

CANON VII.

IAM verò de satisfactione pro peccatis hoc consilium tu amplectere, vt quicquid manus tua potest instanter opereris: non tamen eo animo, aut eo fine, quasi tu peccata tua redimere velis, aut satisfacere queas. Ad hoc enim opera tua nimis indigna nimisque imparia debes aestimare. Sed age omnia vt mihi placeas, quem offendisti. Meroga potius, & mihi ita confide, vt meritis passionis ac vitæ meæ satisfactissimæ tua velim abolere delicta, atque pro illis Patri meo satisfacere. Hæc humilitas, hæcque fiducia ad me tua, quibus te ipsum operaque tua vilificas, me verò ac merita mea extollis, omnia satisfactionis tuæ opera excellit (quandoquidem vna gutta sanguinis mei excellit, & valoris ac satisfactionis plus habet omnibus meritis humanis: idè pro peccatis totius mundi satisfacit) & me inclinatur ad te, vt meritorum meorum thesaurum tibi faciam communem. Quapropter hoc præcipuum sit studium tuum, vt beneplacitum meum non negligas, vt me continuè cogites, desideres, ames: & quæ iussi siue per me, siue per vicarios meos, imò quæcunque volo diligenter perficias. Et si mille millium peccatorum haberes acervos, omnia sicut vnum peccatum dimitto. Neque enim distat apud me saluare ex paucis vel ex multis peccatis. Vnde mille peccata sicut vnum ignosco. Mirum est quod dicturus sum, certissima tamen indubitataque fide tenendum: Si totus mundus esset globus igneus, & in medio eius de stipula lini pugillus vnus, hic ex sua naturali inclinatione non tam cito flammaram reciperet incendium, quàm recipit abyssus miseræ mentium mearum peccatorem penitentem & conuerti volentem: quia in illa actione naturali quantalacunque pateretur morula, licet minima ac fortassè imperturbabilis, hic verò nulla penitus mora inter penitentem & remittentem, inter gementem & gemitus exaudientem interuenit.

Eccle 9

studium præcipuum penitentis quid esse debeat

Misericordia Dei quæ immensa erga peccatores.

Certis horis diei debet examinari conscientia.

CANON VIII.

CONGRUIT autem homini vt certa habeat exercitia, quibus peccata vel quotidiana exhauriat, & seipsum gemitibus ac cordis doloribus lauet, bestendo genua, suspirando veniam, in terram aspiciendo, pectusque tundendo. Nam

M m m 3 omni

omni momento inquinatis vos, quare non rursus & lauetis vos? Siquidem quicquid agitis, vultis, desideratis, cogitatis & tractatis, quidquid inter vos retinetis, circa quaecumque denique occupamini, quorum ego non sum intentio ac finis, hæc omnia sunt ut pelles aut stercora, quibus oblinuntur oculi vestri, ne omnino videatis, aut minus videatis & me & vosipsos. Igitur tu ter quater ve aut quoties volueris, consuetudinem tibi facias quotidie ad conscientiam examinare eundi pro venia petenda peccatorum, utque simul videas quid interea in corde tuo versatum sit. Hæc occasione multa reperies deffenda, multa delenda, quæ alioqui in obliuionem sine dolore abiissent.

De continua reprehensione sui ipsius.

CANON IX.

NIHILOMINVS OCVLVM debes habere vigilantissimum ad teipsam, ut illic sentias quid tibi deficit, quid assit, quid solliciter, quid incidat, quid denique moretur in te vitiosum. Illudque mox ut nasci cœperit, mox ut senseris, elimina, teque repræhendas ac doleas: mihique conueraris tuam infirmitatem, instabilitatem, malitiam & turpitudinem. Quapropter teipsam indefinenter considera, ac sine simulatione diiudica. In omni acta, in omni verbo, in operibus quoque ac studiis pijs debes teipsum discutere, quia nihil purum, nihil sanctum, nihil ex omni parte integrum in te inuenies. Quicquid optimum apparet, si rectè consideras, inuenies quod summopere in eo sit lugendum. Dic mihi, si omnia que in vita egisti tua vnquam, appenderentur in statera, an aliquid, de quo pronunciare posses, quod bonum foret, inuenies? Minime. Debes igitur teipsam in omnibus repræhendere, & sanctæ tranquillæque compunctionis materiam in teipsa quarere, gemendo, quod bona (quæ si facis) etiam non sunt ea integritate, non ea sinceritate, non ea intentionis puritate, nec eo deuotionis feruore, quo fieri deberent, facta. Plurimum quod multa negligentia, multa vitia, multi defectus se interspergunt, & te quotidie inquinant: ut merito omnis etiam iustitia tua panno menstruatæ debeat comparari. Semper ergo teipsam arguas, nec sine increpationis zelo, sine dolore gemituue compunctionis transire permittas, quoties in te depræhenderis quamcumque inutilem cogitationem aut otiosum sermonem, aut temporis breuissimi omissionem, aut inordinatam affectionem, aut sensus alicuius delectationem in qua requieuiti: aded ut vita tua sit iugis compunctio. Hæc verò omnia facias per conuersionem cordis tui ad me accedens, ut mecum omnia tractes, mihi necessitatem tuam exponas, me contra te inuoces: remedium, consilium, auxilium à me postules: teque ad extremum relinquens, totum mihi offeras.

Verecundia superba que sit: propter que debeat quisque merito erubescere, & in quibusnam debeat homo seipsum continuè repræhendere.

CANON X.

SVNT autem quotidiana quedam, in quibus ferè omnes delinquitis, quæ merito tibi compunctionis præbent occasionem, & continuè erubescendi, teipsam repræhendendi, humiliandi que ministrare debent materiam. De his seruius mecum

Repræhendere uti quisque seipsum debeat in omnibus. Esai. 64.

Vita hominis ut debeat esse iugis compunctio.

Bonauentura acerrimus vitiōū persecutor, sic inquit: Signum superbiæ videtur esse, nimis erubescere de illis defectibus, quos natura indidit, vt de deformitate corporis, vel ruditate vocis & similibus: de vilitate verò vestis & humilibus obsequijs erubescere, præsertim in homine religioso, grauis superbia est.

Vitium vel scandalum erubescere, vnde vel DEVS offenditur, vel aliquis scandalizatur. Apud teipsum erubescere de peccatis tuis, de torpore in seruitio DEI, de negligentia bonorum, quæ posses facere & deberes: quod tempus defluit, & profectus virtutum non crescit: de hypocrisi, quod foris melior vis putari, quam intus te inuenis: quod vitia tua abscondis, non timore quod alijs noceant, sed metu displicendi, & ne vilipendaris: quod per bona quæ ostendis, vis videri & placere hominibus, vt ex his suspicentur te habere multo plura & maiora in occulto, quandoquidem hæc foras prodeant quasi te dolente, quod vix aded habes familiarem aut vnamem, à quo velles in omnibus agnosci, sicut teipsum agnoscis.

Quod etiam fit in confessione quandoque, dum licet non audeas peccata tua suppressere quin accuses, tamen in illis quibus te magis displicere times, ita ordinas verba, præmittendo, subiungendo ac colorando, quo minus appareant verecunda: vel si fortasse plus nudèq; profers, gloriaris & vis apud confessorem sanctus æstimari, quod tam humilis sis, qui te magis quam necesse sit, studeas confundere confitendo.

Quod cum tentationibus vitiorum, maximè carnalium ita pugnas desidiose, vt solo timore, periculo vel confessionis pudore eas repellas, & quantum audes in affectu carnis arrideas, solo consensu operis & morosæ delectationis excluso. Et in hoc maior apparet peruerfitas, quod cum facile quandoque posses huiusmodi tentationes quasi muscas immundas abigere, ex negligentia eas permittas crescere & calcæscere & conualescere, donec confortata, plus habeant periculi, & difficilius vincantur, atque conscientiam sapius pulsando confundant. Quod ita desidiosus es ad ea quæ DEI sunt, & ad virtutes, vel quæ ad deuotionis studium pertinent, vt pudor humanus plura ex te vel à te magis extorqueat, quàm amor diuinus.

Quod ita es ingratus Dei beneficiis, vt non solum debitas non agas gratias de perceptis, sed gratiam oblatam paratamq; in vacuum recipias, & vteriora negligas, ad quæ sentis tibi arridere gratiam, occupans te interim studijs vanioribus, quasi qui texat araneorum telas, quæ nihil ad salutis vestem conferant. Quod illa ad quæ teneris facienda, vt sunt horæ Canonica & huiusmodi, tam negligenter tanq; desidiose persoluis, vt non tam meritum, quàm supplicium inde expectes: quia etiã verba ore vtuntq; proferas, corde tamen tam es vagus ac frigidus, vt neq; sensum orationis percipias, neq; deuotionis affectum.

De verbis quoque ipsi plurima defluunt acceleranti. Atque vtinam non pauciora transilias omittendo, dum non attendis si dixeris nec ne, nisi forte ex coniectura alicuius verbi, quasi ex caudæ apprehensione æstimes te dixisse. Has autem negligentias etiã patienter quasi non aduertat, dissimulet DEVS, nihilominus tamè odit, numerat, seuerè iudicat & graniter punit, nisi præueniatur facies eius in confessione humili, in satisfactione & emendatione. Quod ad omnia quæ ad corporis aut curam aut commodum pertinent, studiosissimus es: quæ verò ad spiritus profectum, vel ad fraternæ charitatis exhibitionem, vel ad prælati obedientiam, vel ad carnis castigationem, maximè es deses. Quod etiam hos aliosq; huiusmodi defectus in te aduertis, non tamen propterea terreris, non compunge ris, non discitis, non cor-

Bonauentura.
Verecundia
superba quæ
fit.
Erubescendum propter quæ fit homini.

Negligentias in diuinitas Deus quam seuerè iudicat & punit.

rigis quasi aliter tecum, quam cum omnibus alijs Deus acturus sit: videlicet, ut mala tua, quæ non corrigis, impunita maneat. Hæc sunt filia quæ (ut seruus meus recognouit) te debent humiliare, & compunctionis materiam administrare. Sunt tamen nihilo minus alia singularia ac propria, sagaciter ab vnoquoque vestrum exploranda, fortiterque aut mortificanda, aut abijcienda. Sunt præterea quædam aliam generalem, quæ impediunt aut retrahunt à profectu, quæ suo loco manifestabuntur.

Quod actionum, exercitiorum ac studiorum omnium certus aliquis sit scopus ac finis præfigendus.

CANON XI.

Nihil autem tam studiosè querendum, pro nulla re ad eò certandum ò filia, quam ut habeas puritatem cordis. Nam cum nulla sit actio, nullum studium, quod suum non habeat scopum, finem atque destinationem, quin potius ars omnis per certa aliqua media exercitiæ ad finem aliquem (qui finis primum quidem est quod animæ proponitur, licet vltimum sit quod obtineatur) suos conatus mittit, quanto magis studiorum vestrorum, puta exercitiorum, tum corporalium, tum mentalium, lectionum, meditationum, mortificationum, (ut corporalia externatè opera taceam) finis esse debet aliquis, propter quem fiunt. Cogita ipsa, nisi scias aut animo ante conceperis quo currendum sit, nonne frustra arripis cursum? Sic cuilibet actioni dare est finem suum; quo adeptò, iam non est alius ad finem, sed quies.

Puritas cordis & charitas ut sit finis vitæ spiritualis.

CANON XII.

Ad hunc modum in vita verè Christiana, in vita spiritali (cuius innumera sunt studia, actiones, conatus & fatigationes, donec vitia mortificentur, acquirantur virtutes, ac tandem vni Deo inhæreatur) finis est puritas cordis: finis inquam, non omnino vltimus, qui quidem ego sum seu charitas, sed finis (ut vocant) instrumentalis, finis quo referenda sunt omnia studia & exercitia vestra tanquam ad nobilissimum instrumentum, quo obtineatur finis vltimus, videlicet charitas, quæ est ut diligatis me purè propter me, & in omnibus quæ facitis aut committitis, in omnibus quæ eligitis aut respicitis, meus honor ac beneplacitum meum solummodo ac purè queratur, ad eò ut propter me, ò filia, & te ipsam, & omnia alia contemnas, me cunctis præferendo. Atq; id eò omni conatu quicquid agis, quocumque te vertis, quicquid intendis, quicquid incipis, tantum debet tibi illud placere, tantum admitti, quantum conduxerit cordis puritati.

Charitas
vota quæ sit.

Ut cuncta quæ puritati cordis aduersantur respuenda sint, quo item eadem puritas referenda sit.

CANON XIII.

E igitur, quæ alioqui virtuosa laudatè ac merito digna videntur, si aduersantur puritati aut charitati, iam admittenda non sunt, sed posthabenda. Nihil

enim quod pro sola puritate cordis aut charitate querendum est, contra charitatem assumi aut foueri debet. Inde error eorum arguendus est, qui siue codicem, siue rem aliam, quamlibet tanta sibi afferuant pertinacia, vt vel roganti illam non accommodare dignentur, sed pro habenda retinendaue irascantur, verbis contendunt, atq; puritatem cordis, pro qua obtinenda codicem aut rem aliam similem possident, amittunt. Neque enim aduertunt, quod longè maius dispendium animæ suæ inferunt, suam ac fratris charitatem lædendo, contra quam librum aliudve retinent, quam si illud contemnerent, accommodarentque vt charitatem ac puritatem cordis seruarent. Siue itaque ieiunium, siue vigilia, siue lectio, siue alia quæcunque exercitatio corporalis fuerit, puritati cordis semper posthabenda est: Hæc namque non propter illa, sed illa propter hanc frequentantur. Omnia igitur potius alia sustineas, quàm vt charitatis puritatisve patiaris dispendium. Et hoc intelligi debet circa ea, quæ proprio arbitratu aut sumi, aut poni possunt. Nam præcepta mea & obedientiæ opera non sunt pro quiete ac puritate cordis omittenda, videlicet ne turberis actione, aut inter homines cõuersando. Vbi enim maius aliud præceptum vtget, ibi parèdum est: nec inde læditur (tamen si specie tenus ita videatur) puritas, sed iuuatur. Postremò hanc puritatem non propter seipsam, aut vt vltimū finem quæ rere debes, ne philosophorum quosdam gentilium videaris imitari, qui diuinijs voluptatibusq; abdicabant propterea, vt ab omni cura liberi, & à cogitationum distractione quieti, philosopharentur. Tu verò mihi cor purum offeras, quia hoc desidero, videlicet vt sublato omni inter nos medio, & tu mihi, & ego tibi coniungar.

Quomodo obtinenda sit puritas cordis.

CANON XIV.

AD puritatem itaq; cordis obtinendam si aspiras, summopere tanquam primum ac præcipuum tibi necessarium est, peccata omnia detestari, eaq; & quicquid mihi displicere cognoueris, tibi ipsi interdicerè, statuendo voluntate firmissima, nunquam vlli consentire peccato vsq; ad mortem. A quo proposito licet deues, nunquam tamen excidas: hoc est, nunquam hanc voluntatem seponas, sed quotiescunque fuerit labefactata, renoues ac restanres. Ea propter peccandi occasiones, concupiscentiæ quotq; incitamenta quæque abscindas, fugiasq; & breuiter quicquid noueris infirmitati tuæ scandalum, hoc est, ruinæ occasionem præbuisse aut præbere posse, euites necesse est. Deinde vt ad radicem tuæ infirmitatis perungas, bellum est infatigabile indicendum cunctis vitiis, vt sunt elatio, superbia, iactantia, inanis gloria, ira, rancor, amaritudo, inuidia, displicentia, contentio, inclementia, cupiditas, libido, luxus, propria voluntas, sensuum oblectatio, superficialitas circa vsum creaturarum, concupiscentia sensualis, inquietus amor, & lectio inordinata, delectatio in creaturis quiescens, morum ac verborum leuitas, incontinentia sensuum, cordis euagatio, acedia, & reliqua id genus multa, quibuscunq; teipsam inuenis aliquid extra me querere, aut in aliqua re quiescere aut delectari: quibus omnibus oportet te manere abstractam, & desideriis eorum mori. Quod quàm diu non perfecisti, nullam debes ijs requiem aut pacem admittere. Optata precium est præterea vt abstrahas te à rebus alienis, & ab his quæ non ædificant.

Res alioqui vilis quam perditè diligatur inordinate.

Puritatis cordis quæ omnia posthabenda sunt.

Puritas cordis quoniam destinanda sit.

Puritatis cordis quænam officiant.

Bellum quibusnam vitiis indicendum.

Puritatem cordis quæ

Nnn cant,

cant, aut abs te non requiruntur: item à curis & sollicitudinibus, ab amore sensuali ac distractiuo circa homines & quascunq; creaturas, à nimia familiaritate aut conuersatione nimium sociali, ab animi occupatione circa quascunq; res inutilium superflua: & (vt in summa dicam) ab omnibus quæ nimium distrahunt, illaqueant, aut formis similitudinibusq; animum depingunt, potissimè in quibus neq; in honor, neque mei cultus, neque meum beneplacitum, neque animarum salus inuaditur aut quæritur.

*Aequalitas
mentis qui
seruanda.*

Consultissimum est igitur eo semper niti, vt inter tristitia & læta, inter prospera & aduersa animum semper habeas pacatissimum, liberum, nulli creaturæ inhabitentem, nullis desiderijs noxijs fatigatum, sed per omnia tranquillum, quo imaginationes rerumq; formas ac similitudines aut omnino non recipias, aut illicò relessoris, ante eijcias, quàm sibi in memoria tua vendicent locum. Sitq; tibi mecum inuoluntaria conuersatio, casta ac simplex, sabbatumq; sanctum, quo super nulla creatura, sed in me solo requiescas.

Quæ adminiculantur ad cordis puritatem.

CANON XV.

AD cordis puritatem adminiculantur iuuantq; humiliatio castigatioq; carnis, quo corpus subdatur spiritui. Idè quantum corpus sustinere potest, delectabilia sensibus subtrahantur, habendi ac delectandi desideria mortificentur, & frequententur vigilie, afflictio corporis, ieiunia: diligatur à te tui contemptus, assumatur altissima paupertas, sola necessaria admittens, quo inter iuges vitiorum mortificationes & ex impossibilitate virium tuarum humiliata, oratione terro & gratia mea confortata, aliquando ad cordis puritatem peruenias, dum insurgentes motus continud reprimis, dum desiderijs prauis non solum assensum negas, verum etiam reniteris, impugnas, persequeris, videlicet te humiliando, atque oppositas virtutes cogendo. Dum enim frustra tentant se vitia erigere, sapienter repulsa, non audiuntur, in seipsis deficiunt, & quæ ante nimium sua improbitate molestabant, tandem aut omnino non surgunt, aut velut muscæ volantes paruo negotio abiguntur.

*Vitia quæ
nam facile
vincantur.*

*Discretio in
vfu creatu-
rarum quæ
seruanda.*

Seruanda est tamen nihilominus discretio circa vsum creaturarum, vt prudenter adueras naturæ tuæ necessitatem. Ita enim profligenda est voluptas, vt fons da sit etiam naturæ infirmitas, & iuuanda necessitas. Quam non debes ex alijs, quorum naturalibus consuetudinibus, gratijsq; ac donis valde dispar esse potes, sed in te ipsa metiri, pensando labores, infirmitates, tentationes, assuefactiones, aliaq; onera & grauamina tua: aut etiam ediuersò consolationes, subsidia, remissionesq; circa officium, statum & personam tuam occurrentia, vt superflua quæque ac solum oblectantia tibi subtrahas, necessaria verò etiam ingeras. Sunt enim qui nihil faciunt ad conseruationem sanitatis, nec iuuant, sed magis lædunt naturam, expetuntur tamen delectationis causa: hæc sibi interdicerè perutile ac religiosum est. Porro quæ sunt necessaria, quorum vsum sine dilectione esse non potest, vt est serè omnibus cibis, potusq; ac somnus, ita vtaris illis, vt delectationem ipsam non quæras intendas, sed tui sustentationem, quæ est in tali vfu. Inde fiet vt omnibus vtilibus ac necessarijs, dum non hæres nec quiescis in ipsa delectatione (quæ subleuare non potest, propterea quod comitatur necessitatem) sed contendis etiam interie-

*Nature quæ
nam inter-
dicenda sint
quæque nō*

rem hominem ab ipsa delectationis impuritate suspendere, prorsus liberum seruare, videlicet hunc auertendo vt oblectamenti imaginationem nō recipiat, aut quasi alibi occupatus non aduertat, aut illis (si aduerterit) à memoria abigat.

Hoc modo ego benignissimus creator vester, qui nihil vobis inuideo, nullo creaturarum vsu offendor: quandoquidem non in creatura, tametsi naturalis non possit non sentiri delectatio, sed in me creatore vestro, quiescit. Distant enim intervallo longissimo, re quæ delectat, hoc est, cuius sentitur delectatio, propter necessitatem vti; & propter delectationem vti. Obseruanda est etiam maximè, custodia humilitatis: ne quicquam tuis viribus præsumas, nihil tuo labori, aut industriae, aut vigilantiaæ ascribas: nihil voluntati quamlibet bonæ tribuas: sed totum gratiæ meæ. Quocirca nisi doctæ cognoueris cunctis viribus sudoribus atq; conatibus tuis diffidere, nisi senseris ne vnum quidem vitium posse te extirpare: & ne minimum quid virtutis ex te posse adipisci sine gratia mea & auxilio singulari, frustra expendis omnes conatus tuos.

Viribus conatibusque suis vt homo diffidat.

Quod ratione debemus regi ac præueniri.

CANON XVI.

EX his liquet omnibus, quomodo actus, sermones, cogitationes, affectus, motus, intentiones ac simul omnia quæ in te versantur, quæ te ingrediuntur aut egrediuntur, debes vigilanter perspicere, obseruare, examinare, frenare atq; regere, vt omnia singulaq; ratio præueniat dirigatq;, non ipsa sensualitas. Vbi cumque enim te præuenierit sensualitas, vbi cumque vt semper dominari gestit) cœperit iudicare, gubernare, necesse est multa confestim sequi & mala & incommoda. Quamobrem ratione (vt dixi) debes vigilare, ratione debes tibi ipsi imperare, vt velis vbi volendum, nolis vbi est nolendum. Ratione debes quoscunque motus tuos insurgentes vitiosos reprimere. Ratione debes naturalia tua regere, sensusq; tuos frenare, ne sine disciplina praua libertate corrumpantur. Ratione denique debes linguæ tuæ vim inferre, atque à verbis, quæ non ædificant proximum, aut quæ non ad meam gloriam proferuntur, te cohibere. Memor esto, quod dixerim, de omni verbo ocioso rationem reddendam: & desine nugari, desine iocari, desine fabulari referre atque rumores, desine aliis cachinnos excitare, desine & te in cachinnos soluere, aut in risum multum ac immodestum effundere. Vbi ratio aut necessitas dictauerit, loquendum est: verum id parce & modestis verbis, quantum attinet ad necessitatem: idq; benigne, leniter, humiliter, atque cum dulcedine quadã cordis & serenitate vulcus, abscindens diu loquendi aut in sermone euagandi occasionem. Cum nemine litem moueas aut rixam, cum nemine disputes aut contendas.

Ratione quinquam omnia moderanda.

Matt 12. Linguam frenari oportet.

Loquendi modus quinquam seruandus.

Rom 12.

Correptiones quæ exhibendæ sūt.

Cum quæ veritatis sunt dixeris, in aliorum sit optione credere, recipere aut respicere. Tuum non sit propugnare, præsertim vbi nihil (si non creditur) est periculi. Sine vt homines quæcumque velint sentiant, maximè de te. Tu mecum pacem habere, & quantum in te fuerit, cum omnibus hominibus. Cura vt nulli sis scandalo, nulli turbationis efficiaris occasio. Si ex officio vel conscientia alium cogedis docere aut corrigere, id facito non cum iracundia, non cum supercilio, non animo turbato, sed in animi tranquillitate, prudenter aduertendo temporis & loci opportunitatē, atque alias conditiones in te & in illo, vt tunc quando maximè speratur ei e-

Nnn 2 ruditi

Lex quæ nã
omnibus
sensibus
membris-
que indi-
ceada

rudicio profutura aut correptio, loquaris ei. Correctionem præcedere debet, fre-
quens alsiduaq; ad me pro errante fratre oratio, præmeditataq; circumspèctio di-
cendorum. Hoc modo debes oculis, auribus, aut singulis sensibus tuis legem indica-
re, atque eos vi coercere, ne videndi, audiendi, sentiendiq; curiositate illecta, ru-
as in cordis inquietudines atque distractiones. Valdè etenim cor custo diendum est
ab euagatione, ab instabilitate, à multiplicitate, à sollicitudine: atque id multo ma-
ximè in diuinis. Tempusq; omne summa vigilantia atque studio in mei honorem,
& vt animæ lucrum aliquod crescat, expendendum, nec vlllo pacto inaniter tran-
sfigendum est.

Perfectio
omnis qui-
bus medijs
facile obui-
neatur.

Cæterum vt omnium ceu caput ac summam recipias, quæ pro obtinenda puri-
tate atque perfectione cordis debeas obseruare, breuiter & paucis multa dicam.
Abstractam ab omni homine vitam, & quantum potes, quantum ve status id mo-
us admittit, solitariam elige. Deinde vt ab hominibus, ita ab occupationibus
quoq; ac implicationibus animi, à curis, à locutionibus non necessariis, atque
prorsus à cunctis mundi negocijs totam te serues alienam, vt mihi sola in humi-
tate & silentio cordis ac oris vacare queas. Sensuum oblectamenta præter neces-
saris & infirmitatis casum omnia execrare. Annitere ad puritatem habendam cor-
dis: pro qua obtinenda sensus tuos omnes sub disciplina clausos, & cordis cõsum
habeas omni vigilantia custoditum, ne intret quod afficiat, quod perturbet, quod
inquinet aut fatiget. Propterea conari debes ad hoc maximè, vt intellectu à for-
mis imaginibusq; nudo, affectuq; ab omni vitiosa prorsus inclinatione purgato,
ab omniq; creatura libero, & spiritu collecto & adunato, ad me totam te conuer-
tas, tota mihi inhæreas, tota in me requiescas, supergrediens omnem creaturam,
& me solum continuè præsentem, indefinenter amantem, & vbiq; videntem in-
tuens, te ipsum obliuiscens, nesciens: & me solum, hoc est, gloriam meam, bene-
placitum meum sitiens atque in omnibus quærens, illudq; de manu mea in con-
dictis quæ tibi occurrunt, cum plenissima ac abssali tui ipsius abnegatione ac res-
tione, cum perfectissima humilitate, mititate, patientia & gratiarum actione re-
cipiens. Hic sit scopus tuus ô filia, in quem & propter quem externa quæuis con-
temporis exercitia, puta vigiliarum, ieiuniorum & id genus multa, quatenus ad hunc
finem accedunt, quatenus cordis puritatem iuuant ac promouent, adsumas. Quia
verò in eodem statu diu nemo permanet, quando cunq; & quouiescunq; ab hoc
statu te senseris excidisse, non aliter vt reuertaris debes satagere, ac si anima tua
salus foret adempta. Sicut enim nauta amisso clauo, aut cum remo fluminis ab-
stulerit impetus, non quiescit donec recuperet, quo dirigat nauem: sic quo-
que, tamen centies ab hac propositi tui integritate excideris quotidie, nihil fo-
cius vires resumendo atque propositum restaurando, toties, reuertaris. Atque
ided omni in loco omniq; tempore, auribus tuis hæc vox infonet. Filia, intro ad
me redeas. Hæc est mystica Theologia, quam Pater meus à mundi absconditis spi-
pientibus, & reuelat eam paruulis. Hanc ego supremus omnium doctor cordibus
à mundo, à seipso, ab omni denique creatura euacuatis, solus inscribo. Pro hæc
gemitibus incessabilibus filia ad me clama, hanc profundissima humilitate deside-
ra, hanc in silentio & tranquillitate, hanc cum plena fiducia & spiritus fortitudi-
ne longanimiter expecta.

Sensus mē-
tis quomo-
do regendi

Obseruan-
tiarum om-
nium scō-
pus quis esse
debeat.

Lapsus qui-
nam qui-
que resurge-
re debeat.

Theologia
mystica ve-
ra quæ sit.
Matt 13

Quomodo

Quomodo seruetur puritas cordis.

CANON XVII.

Pro seruanda itaq; puritate cordis filia, non hoc solū est necessarium, vt (quod audisti) ab occupationibus, cogitationibus, curis, sollicitudinibus, affectionibus, tum inordinatis, tum inutilibus exuta sis, sed vt exercitium habeas quo erga me sanctē occuperis: & quicquid cor tuum intrare aut possidere molitur, excludas. Habeas igitur meditationes, aspirationes, orationes sanctas, quibus postlectionem cor tuum mihi custodias, quibus seruentur & sæpius illud mihi coniungas. Placet mihi super omnia passionis meæ meditatio: in vulnera mea deuotio, & matris meæ veneratio. Ibi meditare quoque quid tibi desit, ora longanimitervt tibi detur, expecta confidenter donec recipias. Quapropter exercitium hoc quod in vulnera mea offeras, quo pro peccatis tuis & omnibus supplices, virtutes petas, mihi gratias agendo atque amando inhæreas, assume. Gratia mea & pax tecum. Amen.

D. IOAN. IVSTI LANSBERGII,
Carthusiani, ad Venerabilem in Christo

matrem ac Dominam: cunctasque virgines ordinis Præmonstratensis in Hinsperga Deo dicatas, in primj libri tertiam partem Alloquiorum Christi Iesu ad quamuis fidelem animam,

P R A E F A T I O.



Neminem adeo desipere existimo virgines Deo deuote, vt Alloquium hoc p̄ssimi Iesu nomine inscriptum, ore Iesu, vel dum mortalem hic in terris nobiscum agebat vitam, habitum putet: sed tam glorioso propterea titulo insignitum libellum, quod eruditionem eam qua re vera sit Iesu (vt inspiratio eius diuina nobis quotidie testatur) contineat: qua non modo cordibus insinecta sentitur, verum etiam literis hic scripta legitur, quasi ore aut per epistolam nobis loqui Deus videtur. Excitatur autem ad auscultandū obtemperandumq; mens humana eo vehementius, quo tam non quasi ab homine, sed à Deo (cuius est) hanc recipit sentitq; eruditionem. Quis enim dubitet eruditionem vel quamlibet tanto plus conferre lectori, tantoq; suadere efficacius, quanto maiori in praeio habetur is qui docet. Cum igitur optatissimum nobis sit Christi spiritus singularum quibus lecturae sunt corda illustrari, suademus omnibus (quo se spiritu hoc dignum quisq; efficiat) hac non nostro, sed Christi nomine legi. Habet enim spiritus nostri tarditas quamdiu facta hoc corpore eo circumdamur, vt per sensibilia & affectus humano magis familiaria suadeatur, excitetur, promoueatq; in Deum. Eam ob rem puto quod varias in diuino cultu caeremonias, organa, ministeria, ornatumq; in templis multiplicem, Ecclesia receperit: cui praeterea non desunt imagines eadem ratione, Christi & sanctorum, coram quibus suam in Deum plebs deuota exerceat pietatem: quas transiens dum aliud cogitat, adnoneatur aut beneficia Christi accepta recollere, aut qua intuetur sanctitatis exemplaria imitari, aut certe

Caeremoniaz, ornamenta, ministeriaque in Ecclesiis quo spectant.

Nun 3

ad Deum

Imagines in
Ecclesijs cur
ordinare
habeantur.

Deum se conuertendo sua deuotionis cultum non ligno aut lapidi, sed ei, cuius est imago, im-
pendere. Licet namq; non ignoratur, quam videmus, Christi tantum imago non Christus ef-
se, orantiu tamen deuotio non aliter imaginem veneratur, atque eum cuius est imago: qua-
doquidem animus eius non in ipsam tunc fertur imaginem, sed in eum cui locata est imago.
Ad hunc modum sub nomine Iesu hac epistola, sine alloquia hac legatur, non que a Iesu scri-
pta dicitur, ue sunt, sed tanquam à Iesu scripta sint: cum reuera quicquid hic docetur, quantum
interna loquutione sua, anima pia ceu sponsa sue etiam Christus inspiret. Vos ergo Christi ho-
citate virgines, vos anime quacunque Deo deuota, post habitum seculi rursusculi, spreto etiam
vanis prophanijs, tñ literis, tum sermonibus, tanquã sponse Christi vestri, alloquia hec, qua
secreto instinctu si aduertitis, in cor vestrum omni tempore loquitur, legete. Hic namq; legi-
tis, quorum adimonemini intus, si modo introvertere vos & auscultare velletis. Est enim in
his rellig. pijs, abstr. alleg. in Deo viuendi canon, ad vitam inter nam, spiritualem, eruditionem.
Hac enim sancta congregationi vestre & scribere & dedicare volui, imitatus B. patris ve-
stri Dionysii Carthusiani, alumni olim Carthusie Ruremundensis, viri non minus sanctita-
te, quam eruditione clari, pietatem, qui suo etiam æuo multa ad virgines Deo dicat: præci-
pue autem ad vestrum sacrum conuentum, si ripst. Cuiusmodi sunt: De professione mona-
chum. De mortificatione viuifica & reformatione interna: De profectu spiritali, & custo-
dia cordis: tametsi ipse quoque sæpenumero expertus sim vestram in me humanitatem. Na-
que cum nihil magis ametis, quam: astra pijs, eruditionis vobis aliquid inferri (propterea
enim deuotos omnes, qui habent eruditionis aliquid studiosius colitis) huic desiderio vestro
satisfiat, satius pato suadeoq;, vt ab hominibus cogitatio vestra transferatur ad Deum: illius
ignitur eruditionem flagitate, & in his alloquijs tanquam in epistola, putate Christum vobis.

IESV CHRISTI AD SPONSAM

sua, hoc est, quamlibet animam

sibi deuotam Epistola, siue Alloquia, qua non aliud
atque diuina sunt inspirationes, qua homini sui
cognitionem infundunt, atque ad verã
pictatis perfectionem instituunt.

Iesus Christus omnium saluator, rex cœli & terræ, paratus inter am-
plexus suscipere paternos, omnes qui ad gratiam suam anhelant in
veritate, sponse sue animæ videlicet amanti (pro qua sibi
coniungenda vltro se obtulit in mortem)
felicitem veram.



Ræ dilecta filia, per secretam inspirationem tibi ad cor loqui sepe
numero soleo, sed meos tu audire dissimulas instinctus. Proinde cū
alloquutioni meæ minus respondere, nã nisi hanc videris obser-
uare, ad scribendum tibi ingens me tui compellit amor, vt relle-
rentio meam recipias admonitionem, quam negligis auscultando.
Neque enim aliquid omittere pro salute tua charitas ipsa me sinit,
qua me semel coegit, vt pro te me totum exponerem. Et quamuis
amoni

amori meo tu nequaquam respondeas (quippe cuius cor ad externa, caduca, transitoriaq; inclinatum, creaturis nimium afficitur, nimiumq; adheret) ego tamen charitatem qua te complector (quæ profectò omnium pariter dilectione est maior) non possum dissimulare, qui non solum gratiam amicitia & meam tibi offero, sed etiam sponsam te habere cupiens, potioribus bonis indes si tu modo volueris, te distabo. Quod autem visitationes meas minus obseruas, minus auscultas instinctus, inde tibi vsu venit, quia nimium à te ipsa quoq; digressa, neq; damna tua sentis, neque te ipsam vides. Quare etiam quanto te ipsam non plangis, tanto est vehementius plangenda. Quid dicam filia? Magistra deberes esse animarum, & vita tua correctio errantium, odor famæ tuæ languentium esse deberet medicina, verba tua quasi edax ignis audientium deberent inflammare corda: at modo ipsa tu circa infantilia & inania languens, rerum multitudine occupata, passionibus quoq; noxijs nondum exuta, distractum habes cor, imaginibus alienis tam foedatum, quam pictum. Amor proprius (cui nisi mortua fueris, thalamum meum non ingredieris) adhuc in te viget. Quamobrem quæ alios docere debueras, ipsa tu eges ut docearis. Non hæc scribens te à me repello, sed quo digressa sis commonefacio, te quoq; ipsam ut pericula damnaq; tua animaduertas, cupio: & inde ut reuertaris non solum inuito, sed stimulum etiam adijcio. Vbiq; fueris, quicquid egeris, quocumq; te receperis, non auertetur à te oculus meus scrutans & intelligens omnes conatus, omnes motus, omnes deniq; intentiones cordis tui, in quibus si quando infidelitatis quippiam erga me comperio fidelissimum, offendor, iusteq; irascor: quippe qui pro salute tua ad eò multa impropria, conuitia, molestias, poenasq; tam desideranter quàm patienter, pertuli. Quis enim filia charissima, tot tantaq; opprobria (ut poenas taceam & dolores) pro amico sustineret? Ego verò cum tu adhuc inimica esses, cum boni aliquid necdum fecisses, quando adhuc me neq; diligebas, neq; cognoscebas, imò quæ nondum eras te amabam, pro te gratia innumera patiebar. Quid à me auerteris? Quid extra me pacem quaeris? Infirma es & vaga. Si ego te desero, quis te requireret? quis tui medebitur? Heu filia, quid frustra deciperis? Quocumq; te verteris, vbiq; fixeris animum, non inuenies pacem, non gaudium, non requiem, præterquam in me. Decipiunt te sensus tui, fallunt amatores tui, & te ipsam tu quoq; fallis, quæ antidotum respis, & amas venenū. Heu filia, heu sponsa mea, noui pulchra, phalerata, vana, malè suauia (quæ erga te tum amorem, tum fidelitatem mentiuntur) quam sæpè sensus tuos illiciant, affectum trahant: quàm sæpè etià tibi imponant, & te mihi subducant. O dilecta filia, memento te sponsam, & aliud cordi tuo nihil amandum, quàm sponsum tuum: nihil desiderandum, quam ut in oculis sponsi pulchra sis, placeasq; & ameris. Ego sto te desiderans & expectans. Utinam redeas ad eor, & ab his vanis auersa in fides deuotioni, operâ des humilitati, ut ego familiarioribus te digner alloqui, & potioribus, castioribusq; delitijs te visitem. Ego non speru requiro multitudinē, sed castū, fidele & purū cor, q; me & non seipsum querat. Ego desidero sincerū amorē, feruē te deuotionē, id est promptā ac vltro currentē voluntatē in mei cultū & obsequiū & syncerā puramq; in omnibus mihi placēdi intentionē. Ego cor tuū purum, & ab omni amore alieno liberū opto. Quid si mihi dares, ego consolationibus ac donis longē maioribus te dotarē quàm ne petere quidē tu auderes, vel capere posses. Sponsus sum equidē verecundus. Quare alienis nihilq; proficuis rebus occupatā, accedere non præsumo. Solā igitur te inueniam neesse est. Quid, q; infirmus ad ostium tuum sto pulsans & calore tremorq; cōcutior,

Inspirationes diuinas cur quidam negligant mitero.

Oculus Dei quam penitissimè omnia peccata trahit.

Requiem veram nisi in Deo reperitur.

Apoc. 3.

Deus quam ab hominibus solum requirit.

Apoc. 3.

ut potè à columna paulò ante solutus, in qua pro tui amore ligatus cædebar & vulnerabar, ut me cordi tuo imprimam vulneratum, ut brachijs amoris tui amplexus te mihi astringam? ut denique vulneribus meis adhuc amore æstantibus te calefaciam? O si me sponsum agnosceres, si me amares: nonne in cortium non solum cito, verum etiam expectabunda introduceres, nudum vestires, frigidum calefaceres, ut castissimos mei iterum amoris amplexus, ut sincerissimum spiritus mei gustum experiri digna fieres?

Pro. 8.

Confidentiam hominis erga Deum quænam præcediant.

Rom. 12.

Vacare soli Deo quænam bona præstent. Cant. 1. Cellam visitationem quænam in te faciat.

Christus quibus sua arcana reuelat.

Quam delectaret me quod certam firmiter in me haberes fiduciam, esse mecum tam desiderares tu, quam ego cupio esse tecum, quandoquidem *delicia mea sunt esse cum filijs hominum*. Inde namq; fortitudo tibi accresceret spiritus, & vera dulcedo mentis. Verùm hæc confidentia non stat nisi cum tua ipsius diffidentia, quam utramque parit monile præciosissimum paupertas spiritus. Verùm scio quid ab hoc bono te remoratur: Stomachus tuus mundi amore infectus, tanto corripitur frigore, ut cibum animæ tuæ, verbum Dei fastidias ac nauseas. Quod tamen si virtutis cupias incrementum, ad spiritum roborandum avidè esset sumendum, dirigendum & in te retinendum. At cibo frigido mundanæ concupiscentiæ & vanitatis repleta, meam iusticiam esurire non potes. Propterea neque deuotionem neque pietatem spirantia te afficiunt. Simplicitas tibi fastidio est, meditatio sancta temporis æstatur perditio. Terrenis grauata affectio, ad me non potest ascendere: mox enim, etsi stimulum adhibueris, in terrena relabatur. Ita fit ut corde disperso, spiritu instabili, mente vaga, affectu terrenis inuisato, & vigiliæ amara, & somnus ducatur inquietus. Inter hæc insipiens ô filia, conquereris, quod sine consolatione mea arida sis, & sterilis. Si id mea prouidentia, & citra tuam negligentiam tibi, ut alijs multis amicis meis, eueniret, non esset profectò cur huiusmodi sensibilis gratiæ meæ derelictio te perturbare deberet. Cum verò nunc tua acedia sit tuæq; negligentia, ut ariditati sterili elangueas, necesse est, si meam consolationem expetis, si meam cupis visitationem, si mihi desideras coniungi, ut omnibus iis quæ extra me delectant posthabitis, mihi soli vaces, studiosè quærens quæ sit voluntas mea beneplacens & perfecta: & hanc zelando ne in illa creatura non perficiatur, omnem operam, omnesq; vires tuas debes expendere. Porro, in hoc tu mihi soli placere, mihi soli satagas inhærere. Inde meam sententiam frequentiore, ex qua spiritus nonnunquam experieris ebrietatem, conscientiæ lætitiâ, pacem cordis, & contemplationis dulcissimæ soporem. O si in eam semel fores introducta cellam vinariam, proculdubio sicibunda hanc sepius feruentiusq; requireres. Verùm hanc intrare nemo valet, nisi cui ego desideratissimus, charissimus ac pretiosissimus sum, cui omnia in omnibus sum, qui extra me nullam consolationem noscit, & consolatione mea indignum se indiget, imò qui iniuriam putat sibi fieri, quando à me consolationem sentit, nec aduersitatem minus æquanimitèr à me, quam consolationem recipit, cui extra me omne gaudium est tormentum, qui totum animum suum in me reposuit, & in me solo quiescit. Qui huiusmodi sunt, amici mei electi sunt, ad quos libere pulso, libenter ingredior, quibus me hilariter offero, & secreta mea reuelo. Hos multifariè visitare soleo, quomodo deuotioni ac amoris eorum congruit, excitando. Nonnunquam totum vulneratum, nudum, ac omnibus dilaceratum membris, me illorum infero cordibus, & quo maiorem amoris sui sentiant consolationem, vulnera mea illis tangenda, lauanda, tergenda, osculanda, fouendaq; præbeo: quorum

in bot

in hoc deuotio (licet mundi amicis, quia incognita est, ridicula videatur) mihi est acceptissima & sibi proficua, adeo vt dolorum meorum quæ pertuli, simulq; delictorum eiusmodi sponsa tunc immemor, illi consolandæ ac illuminandæ duntaxat animam intendam. Inter hæc autem pro lucro computo, tamen nullius egeam, vbi tantum comperio in sponsa mea fidelitatem, vt omnibus, seque, habeat me chariorem. Verum quantum fidelitas mihi accepta, tantum ingratitude est mihi odiosa, omniumq; longè molestissima: vt potè passionis meæ dolores & animi angustias, quantum in se est, renouans, cum frustra impensum sentio, quicquid immensa charitate laboraui. Propterea siue exterior, siue interior tibi superuenierit tribulatio, nõ ad externas consolationunculas recurras: sed in omnium præssura cõfugas ad me, nec hominibus, sed mihi conquerendo, dolorem tuum infundes. Quid enim homines tibi conferunt, nisi verba? Si patrem habes spiritualem aut confessorum, non prohibeo, sed moneo vt cordis tui secreta illi exponas, & secundum consilium eius te dirigas non vt passioni impatienter satisfaciens, leuamen externum quæras, aut quæ pateris coram alijs iactes. Mihi ergo quid hominibus conqueri velles in silentio dicas, te & omnia tua mihi committas: esto tu libera & sine solitudine, & te mihi crede, & pacem bonam, non tamen semper quemadmodum in quæris aut putas, consolationemq; in me inuenies, hanc videlicet quæ conformet te maxime voluntati meæ.

Os per experientia docta affuactaq; esses in singulis quæ in hoc te mundo angustiant, ad me solum respicere, ad me confugere in me longanimitè sperare, super me in me, simulq; intelligere, quam paterno, quamq; amanti corde aduersitates tibi vtiliter mitto, nulla fieret tribulatio, quam nõ obuijs manibus desiderantissime exciperes, & omni gaudio consolatione ue etiam spirituali præferres. Et si nihil emolumenti aliud inde emanaret spiritui, hoc tamen ad eius recreationem & gaudium sufficeret, quod in se meam sentit impleri voluntatem. Semper fidelis animam magis consolatur mea voluntas, si illa fiat, quam sua vtilitas, licet nunquã sine maxima anime vtilitate sit mea voluntas. Cõfert autem inter aduersa non mediocriter seruanda cordis tranquillitati, ante oculos tuos vitæ meæ actus & passiones constituere, eorundemq; imaginem viuam vbi que præsentem intra te ferre. Hæc enim si tibi fuerit impressa, dulcia faciet quæcunque amara. Itaque omni tempore passionem meam recolle, & hoc à me continuè magnis gemitibus pe, vt vulnera meæ & passionis meæ memoriam adeo potenter efficaciterq; cordi tuo imprimam, vt in omni loco & tempore compatentissimo corde me videas crucifixum: & hæc imago omnes alias à corde tuo imagines excludat. Si hoc modo ab externis ad interiora rediens, tecum habitaueris, si me crucifixum intra te & dolores meos intuita fueris, si me omni pena & amaritudine repletum, nulla etiã à Patre consolatione adiutum audieris clamare, *Eli, Eli &c.* concipies meæ passionis virtute inflammata desiderium imitandi me, patiendi pro me, & extra omnem consolationem in contemptu & derelictione mihi seruiendi. Qui hoc animo mihi seruiunt, & sola nuda charitate mihi coniuncti sunt, nullaq; alia intentione mihi perseveranter inhaerent, fideles, quam vt placeant mihi, habeantq; in eis plenam voluntatem meam: hi fidelissimi & electissimi amici mei sunt. In quacunq; etiam ariditate aut desolatione videantur constituti, quibuscunque temptationibus videantur obrui, etiam à me quasi proiecti ac derelicti, tamen reuera sunt mei, quia militant mihi stipendijs suis propter me, & non recedunt etiam percussa à me.

Ooo

Verum.

Ingratitudo
quam sic
Deo omnium
odiosissima.
Tribulatio-
nes patiens,
quo se
vertere de-
beat.

Tribulatio
quænam
omni con-
solationi
præferenda
sit.

Tanquill-
tatem ani-
mo quænam
conferant.

Passio vul-
neraque
Christi qui
in me re-
uolucunda
sunt.

Amici Dei
fideles qui
uagi sunt.

Verum, nō semper ita relinquo eos. Quia enim se nudauerunt affectibus, & desiderijs omnibus abrenunciauerunt propter me: & se ipsos omnimodis reliquerunt, mihiq; tradiderunt, subiecti omni beneplacito meo: non possum me continere, quin illis quoque merpsum infundam impleamq; eos, foueam ac possideam consolatione mea, quæ mundana, quàm contempserunt centuplo est melior, purior ac suauior. Hoc (vt sæpè dixi & inculcare non desino) non potest percipi ab his qui extra me peregrinas quarunt ac recipiunt consolationes. Siquidem delicata valde est consolatio mea nec datur admittentibus aliena. Purissima est etiam: vnde consolationi quæ ex creaturis tantum venit, non potest admisceri. Sed cur hæc eadem penè toties commemoro? Nempe vt prudētior, vigilantior, circumspēctiorq; fias, & non patiaris te irretiri scedis terrenisq; delectationibus, nec in mei obliuionem adduci: quandoquidem ego tui obliuisci nequeo, tametsi, tua salus ex me, non mea ex te pendeat.

Beatas.

**Electos suos
cur Deus
diu viuere
sinat.**

**Temporis
iactura quā
fit damna-
bilis.**

Ego te mecum esse cupio, & plena mecum felicitate frui. Sed cur hoc (cū id continuo possē) non facio? Profecto propter bonum tuum vt crescas virtutibus ac meritis ad maiorem animæ tuæ profectum, & ad maiorem gloriam. Omni namq; momento crescere ditiorq; meritis fieri ex gratia mea potes. Quod cū ita sit, quàm insipientes putas hi sunt, quàmq; plangendi, qui tempus nobilissimum gratiæ, non solum non ad honorem meum & suum profectum, sed ad maiorem etiam damnationis suæ cumulum mædè viuendo insumunt? O vtinam scires quantum spiritu crescere, quantumq; posses ex gratia mea qualibet hora mereri: itemq; quā pretiosum sit tempus, quàm denique huius iactura damnabilis, maiori proculdubio id diligentia obseruares, ne transiret inaniter, ne sine fructu laberetur. Oriente sole mane, noua etiam tibi oriemur exultatio, pro huius diei commodo & spacio mei colendi tibi donato. Cogita igitur omni hora & dic tibi ipsi: Hanc horam, hoc momentum, Dominus amator mei mihi largitus est, & viuendi spacium hæctenus prorogauit, vt vel nunc incipiam me ad illum conuertere, eiq; studeam placere. Filia, omninō tibi ita semper videatur, vt iam primo incipias, & quicquid ante feceris, quasi nihil fuerit, contemne. Quæcunque occasio, quæcunque aut occupatio, aut feria, aut aliud quodcunq; tibi euenerit, tracta quomodo id ad gloriam meā queas conuertere, quomodoq; inde aliquid possis lucrari animæ tuæ. Verum hæc satis. Hæctenus enim excitauit te vt ab ijs vanis auersa, clausis portis sensuisti, & reuocato animo ad me redeas. Reliquum est nunc etiam quasi regulam piæ viuendi (quàm sæpenumero me inspirantē desiderare te didici) adijciam. Manet nanque hucusque in te verecundia, quam probo, qua infirmitates, lapsus, errores negligentiasq; tuas audiens, pudore cōtraheris, dolens quod tanto tempore, & etiā iam mihi sponsæ nomē indignè vsurpaueris. Verum quia desideras meū redire in gratiam, nihil est quod magis ipse quoque desiderem. Quod enim gaudium meum aliud vobiscum, quàm peccatores etiam quoslibet ad gratiam meam recipere?

Quanto magis sponsam meam, licet in vepris oberrantem reuocare cupio? Ad eō rui sum desiderans, vt etiam iter quo me deinceps sequi debeas, digner præscribere. Veni igitur ad me, & nouum mihi gaudium tuo reditu para.

(..)

IN CANONES VITÆ

spiritualis ad animam quam-
cunq̄ue fidelem.

P R A E F A T I O.



Ecce filia, quoniam aures incipis præbere & animum, pergami dicere
qua in te desiderantur. Perseuera igitur auscultans & tota tam ad me
reuertere, parata mihi ad omnia obtemperare. Nonum indue animã
& quid abs te velim accipe. Vbi virtus tua nõ sufficit, succurras oratio.
Impetra quicquid tibi necessarium est orando. Dic: Eripe me de ini-
micis meis Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem
tuam, quia Deus meus es tu. Ne derelinquas me Domine Deus
meus, ne discesseris à me, neque despicias me Deus salutaris meus. Intende in ad-
iutorium meum Domine Deus salutis meæ. Ecce redire cupio ad te. Trahe me post te,
& ne permitas me ultra separari aut auerti à te, Filia audi nunc, quod cuidam seruorum
meorum iam olim mandaueram & id ipsum tu quoque seruandum amplectere. Dicebã illi.

Compunctus fileas, humilis, mitisq̄ue serenus.

Sic tibi licet tunc minus valeat metrum) at ego non metri mensuram, sed anime tua
cupio adferre medelã) dico. Compuncta fileas, humilis, mitisq̄ue serena. Hoc versu sum-
matim strinxì que tibi sunt necessaria vt & memoria scilicet teneas, & sepius eadem reco-
las. Volo autem compunctioni sancte, assidue ac interne conuersationi vacare studeas, & ab
omnibus abstrãcta, intra te ipsam te contineas, maneatq̄ tecum. Sileas igitur ore & corde
mundo. Humilis esto ac mitis, & in omni conuersatione tua erga quoscunq̄, homines benigna
atque serena. Principio igitur teipsam discute, penitissimeq̄, intue, vt cognoscas quid in
te sit, quod gratiam meam impediãt: hoc est, quid in te sit, quod mihi displiceat, vt illud corri-
gas & auertras. Vide ad que & vnde tenteris. Vbi autem acrius sepiusve tenteris: ibi maiori
studio ac vehementiori conatu repugnã: vbi infirmiore te comperis, ibi remedia adhibeas
validiora. Vnde delinquendi aut minus proficiendi sentis occasiones, scandalum à te pro-
funde. Adnitere vt cor mundum, liberum, ac nullo ad creaturas amore inordinato, infectum:
nihil cum mũdo occupatum mihi offeras, mihiq̄, solum semper inherere studeas. Propterea enim
ad compunctionem iuge studium, te hortor, vt intra te metipsam te serues: quam tamen haud-
quaquam assequi potes, nisi collectum habeas animum. Sed ne hoc quidem obtinere vales, si
non abstrãctam internamq̄, vitam duxeris. Quapropter obserua in te vitia, concupiscentias,
inclinationesq̄, malas, vt insatiabili studio illa persequaris, & desiderijs, affectionibus inor-
dinatis omnibus moriaris. Multa ad vitam spiritualem & contemplationem conquerruntur
se inceptos, sed in eorum negligentia atque accidia agunt, quia nolunt veteri homini vim in-
ferre, vt moriantur concupiscentijs suis, sed fouent & palpant, dissimulantes qua in se perse-
qui deberent: adeo semper conferunt onus laborum ac molestiarum plenum. Tu vero si me de-
sideras, nullam pacem cum vitijs habeas. Abscinde in te discursus, curas, occupationesq̄, inu-
tiles omnes, atque prorsus quicquid ad animatus profectum non adificat, vt mecum
solo, sola occuperis: nusquam animum tuum intendas, nusquam implices,
nisi ad mei honorem, & animæ tuæ, aut proximi
utilitatem.

Gal. 1. 12.

Psal. 37.

Ca. 1.

Comptm-
ationi vii
institendum
st.

Contem-
plationi cœ
quidam
quærantur
se inceptos.

ALLOQUIORVM IESV

Christi ad quamuis animam fidelē,

sibi que deuotam, Libri I. pars III.

*Desiderijs pranis que sensualitatis propensionibus uti sit moriendum:
sensus item quam sint arctē custodiendi.*

CANON I.

Fugienda
quænam
sint animæ
fidelis.Sensualitati
quænam
subtrahenda
sunt.Necessaria
delectabilia
qui sumenda.Sensus qui
custodiendi
sunt.Voluntate
priuata
nihil faciendum.

Remores, nouitates, historias iocosas, & quæcunque cōpunctioni non seruiunt, sed curiosum animam oblectant, & varijs imaginibus cor deperditum infectumque desiderijs relinquunt, neque legere, neque audire consentias. Hominum secularium, id est, qui mundi sunt amanti: imò & cuiuscunque hominis familiaritatem, amorem ac conuersationem singularem (cuius uerba & actus te non edificant) fuge, & amori sensuali, ad quamcunque creaturam morere. Ventris tui ita sis magistra, ut sola necessaria ad ministras, id est, non pro gustus oblectatione, sed pro naturæ sustentatione, & propter me: hoc est, ne in seruitio meo uiribus deficias. Porro quæ necessaria aut utilia corpori non sunt, oblectamenta gustus, præsertim ubi id sine fraterna charitatis potes offensione, non admittas. Hoc modo quæcunque mollia, quæcunque uoluptuosa, quæcunque carni suauia (quantum discretio ipsa, quæ charitatem, infirmitates, oneraturæ naturæ, & singula quæque prospiciens moderatur, admittit) à te proficundas, fugias, horreas, ubique in te persequendo concupiscentiam, non destruendo naturam. Nam quæ necessaria sunt, & sine delectatione tamen sumi non possunt, in his satis est, non querere uoluptatē, sed propter me, id est, ut obediatur mihi (qui corporis tui curam tibi commendauit) refocillare carnis infirmitatem & tolerare necessitatem, uidelicet ut delectatio tanquam id quod non optatur quidem, ab eo tamen quod est humano uisui necessarium non potest separari, propter ipsam necessitatem admittatur, non diligatur. Itaque breuiter, sensus tuos omnes ita contineas, ut ne moueant quidem se ad inutelia & otiosa. Nihil uelis uidere, nihil tangere, nihil querere sentire, nisi utilia animæ tuæ, & ad gloriam meam. In quibuscunque homo suum sequitur appetitum, illi satisfaciens ex proprietate, uidelicet quia ita uult, ita desiderat, siue id in cibi, potus, alterius uel commodi naturalis, siue etiam in spiritalis consolationis oblectatione contingat, non potest esse sine delicto aut uicio, quia est ibi propria quæsitio, quæ facit medium inter ipsum & me. Nihil igitur in te nascatur, nihil foueatur ex priuato solo amore, aut uoluntate propria, quamlibet boni speciem uideatur habere: sed moriaris oportet omni proprietati, ut nuda, sola, purè charitas, castissimaque intentio mihi placendi ad omnia te excitet, moueat & impellat.

Lingua uti sit custodienda, ne Deus proximusue offendatur silentium duplex qui obseruandum sit.

CANON

CANON II.

LINGVAM TVAM Vigilantissime restringas, vt nihil nisi necessarium ac premeditatum loquaris, id est paucissimis quam potes verbis, modeste, benigne & sine clamore, fugiens & abscondens loquendi occasiones quantum vales. Ab omni verbo pernicioso, detractorio, murmuratorio, impudico, contentioso, tantumquam à mortali peccato abstineas. Ab omni ioco, lenitate, cachinno, ab omni verbo otioso te vigilantissima custodia cohibea, ne videlicet ea loquaris, neque quantum in te est, audias. Vt detractoris vitium euadere quæras, statue de absentibus nunquam loqui nisi quæ certa sunt vt in animarum adificationem dicantur. Semper ideo ad manum tibi sit, quo sermonem interrumpens (si de absentibus fiat loquutio) aliam materiam inferas loquedi, antequam ad detractoris aut vituperationis verba laxentur linguæ. Obserua maxima diligentia, ne de ijs qui te offenderunt, aut contra quos in corde non perfectam sentis dilectionem, loquaris aut patiaris quempiam loqui: quia detractio ibi cito illabitur, dum alij ad consolationem tuam loquuntur, tibi aduantes & offensores obloquentes. Nullam itaque profus acculationem recipias aduersus eos qui tibi inimicantur, aut quos tu auersaris. Stude igitur quantum potes in silentio semper manere. (Silentium dico, non solum oris, sed & maxime cordis) vt concupiscentiarum strepitus, passionum clamor, malorum affectionum & inclinationum inordinatarum inquietudo in te non audiantur, nec tu cum fantasias, imaginibus rerumque similitudinibus, intus loquaris: sed in quiete & silentio quasi in omnium rerum obliuione, aut extra mundum constituta, mihi soli loquere, me solum ausculta. Noli verbis vnquam contendere, nec sensum aut opinionem tuam defendere sine vniciusque iudicium suum, vbi exhortatione tranquilla mihi profeceris. Non ergo discipres verbis nec cogitationibus discipres, sed mihi omnia committe, & tu in silentio vive.

Verbis quibuslibet abstinenti sit.

Detractione qui quilibet abstineat.

Loquen sicut quomodo de absentibus.

Silentium duplex qui obseruanda.

Vita abstracta vti eligenda, quamque sit ea ad vitam internam necessaria: aliorum obseruare defectus vti maximopere sit fugiendum.

CANON III.

FUGE consortia familiaritatesque hominum: & vbi aliter necessitas propter honorem meum, aut proximi salutem non vrget, esto sola. In solitudine me tibi reuelabo. Solitudo, silentium, nuditas & simplicitas cordis præparant mihi locum. Serua igitur te abstractam ab omnibus in silentio & solitudine cordis, inclinationibus propriis, vagis cogitationibus ac desiderijs assensum atque auditum negans. Natura enim vestra semper vult gaudere consolatione, & nunc extra, nunc intra occupatur, quæ eos solatia in creaturis: vnde multipliciter distrahitur. Tu igitur omnibus inclinationibus sensualibus vim inferas, & serua te solam, abstractam ab omnibus creaturis, quantum discretio, quantumque obedientia & ad proximum charitas admittit, semper in externa & interna solitudine manens. Cura quantum vales, vt familiaritatum occasionem etiam alijs non præbeas, quia nimis vitæ impediunt spiritualem, quæ nunquam est liberior aptiorque ad proficiendum, quam ab hominibus occupationibusque abstracta. Vbiunque tamen fueris siue inter ho-

Locum quem in anima Deo pascunt.

Vita abstracta quam profiti spiritualiter.

mines, siue ab hominibus sequestrata, semper intrus maneat tecum sola, & ab omnibus creaturis, etiam à te ipsa, id est, ab amore, cura, sollicitudineque priuata alienata. In mundo te solam puta relictam, nec superesse, de quo habeas cogitare. De nulla creatura cogita aut tracta, nisi tecum. Aliena ne discutias, nec animum tuum rebus implicis alienis. Si bonum vides, maneat bonum & ædificet te: si malum, non iudices. Hominum loquutiones, actus & mores (quorum sanctitas te non edificat) non inuestiges, non obserues, non discutias, non iudices, imò neque audire neque cognoscere cupias: sed potius studeas nescire. Quæ si audieris (potissimum à charitatem in te lædi, aut bonam eorum famam in tua æstimatione minui formides) mox à corde & memoria repellas.

Defectus a
hominum non
obseruandos.

Iudicium temerarium quantum opere vitandum, vti quisque erga proximum sese gerere, verecundiam sectari: pacem item veram quamnam adducant.

CANON IV.

DE nemine male sentias, & si malum videres, cogitare tamen debes, mali autem occulta mea dispensatione ad maiorem sibi conquirendam humilitatem & profectum, permissum cadere. Et non debes illum iudicare neque spernere, sed gemere potius propter tuam ingratitude, quia sola gratia te conseruat quasi violenta, sine qua profundius quam quisquam alius in mundo, caderes. Dic Si iste quantum ego recipisset gratiam, in maiori seruire Deo seruens, & magis esset Deo gratus, quam ego. Cogita etiam, quod à me respectus, & mox pauitens emédabit, aut iam correctus est, & his qui illum spernunt sanctior factus. Quæ propter temeritati tuæ ascribere, seuere arguens te ipsam, quæ minus bene de proximo senseris. Sub specie zeli sæpenumero rãcor, odium, amaritudo & inuidia te paliant: unde proximorum tunc non solum defectus & negligentia grauitèr acculantur, sed virtutes etiam vitia iudicantur, oculo, liuore, turbato. Summo opere igitur caue, cum iratus fueris proximum corripere, accusare, aut de eius negligentia loqui siue audire. Caue præterea tunc ipsum verbo, aut signo pungere, confutare, contristare, aut ad humiliationem verecundiamque illi ingerendam aliquid expostulare, seu quod reprehensibilem notabilem ve illum deprehenderis, monstrare. Et hoc maximè, quam diu in corde tuo displicentia, amaritudo, aut turbatus inquietusque zelus aduersus illum perseverat, & quamdiu illum negligentia apud alios cupis notari: quia illic non est charitatis zelus, neque intentionis sinceritas. Quæ si forent, non tristis & condolens fratris aut sororis culpam, apud alios excusares ac tegetes. Quod etiam si tantum haberet delictum, clam non sine cordis dolore corriperes, & ad me orationem amantiſſimo compatientiſſimoque corde pro eo funderes. O filia cogita potius quid tibi desit, & quid sponsam meam deceat, & circa aliena peccata esto muta, muta ac cæca. Dic mihi filia, quomodo stare puella pudica ante regem, cuius de cognosceret oculos in se continue dirigi? Hoc modo cogita tu me, ubique præsentis & te stare semper in oculis meis. Animaduerte, quam magis in te semper debeat esse verecundia, quanta vitæ innocentia, quanta denique ad me reuerentia, qui omnes actus, cogitationes, affectus, verba, motus, intentiones, arcanaque cordis tui semper intueor ac penetror. Nihil igitur audeas in oculis meis, quod in oculis magnæ opinionis aut sanctitatis viri non audeas. Semper enim præsentiam omnipotentis sumi

Zelus inordinatus quæ mala pariat. Ego proximum qui te geras peccatorem.

Surdus, cæcus & mutus, ut quis sit.

Verecundia quanta ubi que necessitata.

firmæ maiestatis meæ debes in oculis tuis habere, reuereri & sentire, quæ ad amorē & reuerentiam erga me te excitet, vnde sollicita in conspectu meo sis, quomodo in omnibus mihi placeas. Pacem tuam, quam vbique desideras, non in ore hominum, hoc est, quando nemo tibi contra dicit, sed in bona conscientia & in me ponere de-

Pax vera, v-
binam con-
suetudina.

ificare. Sine homines homines esse: stude vt me diligens, à me digna sis amari. Ad proximum iuste viue, & illum in me dilige.

Vitia singula quatenus profliganda: temptationum tumultus omnes, quoniam remedio absque negotio prosternantur: scopus quisnam in temptationibus præfigendus.

Familiaritas
quænam
fugienda.

CANON V.

Esto fortis ac prudens ad vincendosq; animæ tuæ defectus, quantum vis paruos. Nihil enim (si me amas perfecte) exiguum tibi videri debet, quicquid me offenderit. Recordare primæ charitatis tuæ, qua factum est olim, vt parentes, fratres, sorores, amicos, diuitias, honores, & quicquid mirari solet mundus, deinde etiam te, id est, floridam iuuentutem mei amore contempseris & reliqueris. Quomodo ergo nunc leuissimâ tentatione & concupiscentia vili superaris? Nosti enim ipsa ad expugnanda vitia, ad animæ tuæ pericula cauenda, ad occasiones irritamentisq; delictorum fugienda, ad abnegationem proprii sensus & propriæ voluntatis, ad emendandos denique animæ tuæ defectus, quam sis infirma, quam negligēs plerumque & dura.

In noua igitur propositum firmum, statuens in te omnia velle vitia persequi, quicquid voluntati meæ contrarium est, pro nulla re mundi admittere, etiam eorū quæ mihi placent, negligere, summo studio & conatu, quæ pro statu tuo abs te exiguntur, & quorum es debitor, non intermittere vel differre, sed quam primum oportet, strenue, vigilanter, fideliter atq; deuote perficere. Quandoquunque igitur iræ, concupiscentiæ, luxuriæ, superbiæ & huiusmodi vitiorum motus in te deprehenderis, caue ne in verba, signa vt externa erumpas: sed id age vt renitendo, colubendo, vim illis inferas & extinguas. Præsentissimum contra omnia vitia remedium est, humilitate profunda, se ante meos pedes in suæ nihilitatis cognitionem projicere, tota se fiducia ad me conuertere, indefinenter ad me orando clamare, & quod nullū aliū super sit sibi auxiliū aut remedium, quā à me, vere cognoscere. Sic omni hora te conforta & propositum tuum renoua, semper q; videaris tibi iam primum incipere & hætenus quasi nihil te fecisse. Quanto sensualitatem aut naturam tuam tarduerit laborū, pugnæ, certaminisq; ac reliquorum quæ in virtutum exercitiis contraria ac molesta sibi occurrunt, quanto etiā ad hæc acedia remurmurauerit, tanto vehementius tu ad illas passionem vincendas, mortificandasq; insiste. Noli fatigari, noli cessare, ne gratiæ meæ quocumq; in fluxu in te cesset. Time ne si te victā dederis, acediaq; lassaris, gratia mea deferat te, easq; in adiuuentionibus tuis desiderijs tuis in pace trā-

In tentatione
quid præcipua cauendum.

Remedium contra omnes tentationes præsentissimum quod.

1 Theff. 5.

Scopus intentionibus resistendis quibus praefigendus cuique. Pusillanimitas quam periculosa sit in filii gratia.

Desperare de tuis viribus quomodo quisque debeat.

quilla seruiens, propterea, quod à me iam derelicta, nullum sentias conscientiae vermem, nec timoris remorsum. Qui eiusmodi sunt, in periculosisimo statu sunt, quibus repente, cum dixerit pax, superueniet interitus. Quapropter pugna tu virtutem ipsi tibi faciens. Opta vel ipsa pugna, vel hoc quantum locumque grauius, quantum in te fuerit, meis poenis ac amaritudinibus, quas cum viuens cum moriens pro te pertuli, vicem reddere. Itaque noli ex conflictu tentationum multarum fatigari, noli cedere, noli te pescere, nec etiam pusillanimitate aut desperatione vinci, sed continuo odio in te vitia cuncta persequere. Quotiescunque autem à tuo vigore aut proposito lapsa fueris, toties resurge & à nouo propone. Aduerto in te quod & tibi nocet & mihi displicet. Pro lapsibus & negligentis tuis ad eò nonnunquam pusillanimitas efficeris, ut à cepto bono proposito vacillare incipias & penè desperare. Hinc sedens sola, tecum es tristis & tabescens, nec reuerteris ad me, clamans ut resurgat, quasi omnia, iam tua priora sint perdit. Quo subindicas superba, quod dum stare videbaris, in tuis viribus & tua industria nimium confidebas. Vnde quia res tua fefellit, & quam putabas aliter accidit, in te perturbaris. Ego volo ut industria tua & viribus quidem utaris, at de illis atque de te ipsa penitus desperes. Proinde quamdiu aliter sentis, sapius es ruitura, donec discas, quod steteris super te sicut super baculo arundineo atque contracto. De me autem non desperes, sed fortissima spe & confidentia in deficienti super me nitaris. De te verò hoc modo desperes, non ut consilium, industriam, laborem, & cetera id genus tua abicias aut deseras, sed ut illis quam maxime utens, non tamè in illis stes, confidas aut gaudeas, nec tibi aut vigilantiae tuae aliquid tribuas, quia tu & hec omnia tua non sufficient tibi ad minimum vitium arcendum, nisi mea tibi assistat virtus & gratia. Neque tamen quia tibi gratias, virtutes, dona celeremque profectum, atque omnem sanctitatem pro meo gemitu & conflictu tibi mox infundendam. Ego laborem tuum, humiliationem tuam, pugnandi item assiduam fidelitatem abs te requiro: spem quoque & fiduciam erga me, & insuperabilem infatigabilemque constantiam.

Humilitate & oratione quantis in luctamine contra vitia opus sit: tentatio carnis quam sit quibusdam importuna & varia: quae sint aduersus eam praesentia remedia.

CANON VI.

CVM omnia, quae iam dicta sunt in te fuerint, non desit quoque profundissima humilitas, qua verissima tu ipsius cognitione tuam nihilentem agnoscat tuis laboribus ac tuo seruari nihil tribuas, nihil te fecisse existimes, sed eferriem quoque tuam iustitiae, & reliqua omnia quae facis mihi soli ascribas. Haec nisi cognoueris, sapius laboris, donec quid ex te, quid ex me sis discas. Et cum omnia receris, in quibusuis tamen remedijs, in quibuslibet industrijs, extra me non confide sed hoc spera, hoc ora hoc crede me tuae vigilantiae nunquam defuturum, idcirco non propter tua merita, sed ex mea beneuolentia & charitate, ut quae tibi pugnandi dederim voluntatem, conatum & industriam, quandoque etiam tibi per me tribuam coronam, triumphum, & gloriosum finem. Proinde siue sis in pugna tua in quiete, quicquid status quicquid incipis, quicquid eniteris, per orationem incederentur ad me cuncta, ante fores misericordiae meae expecta. Nunquam manis, nunquam

Oratione vti in omnibus opus sit.

quam vacua à me tua redibit oratio, quamlibet tu nihil recipisse te sentias: quia sæpe plus prodest tibi humiliter ac instanter orare, quàm recipere aut habere: plus conducit tibi in me confidere & expectare, quam sentire aut possidere. Quapropter & in hoc esto longanimis, atque in omni bono studio ac boni amore crescens, intersapsus & resurrectionem meam expectando patrociniū, meamque gratiam; nec à pugna discedendo vsque pugnandi etiam, donec iam tempus transierit, & recipias laborum tuorum gloriosum fructum. Cæterum, in hac vita quoque minuentur hostes, deficiet virtus te impugnantium, confortaberis mea gratia & pugnandi assiduitate, ut quæ primo vix lima eraseris, postea vno abigas flatu. Porro quod lapsus tuos attinet, hoc pro regula tene: Quotiescunque, & in quantoscunque lapsa fueris defectus, confestim nulla interueniente mora ad me gemens confuge, mecum te ante pedes meos plange, & mecum & super me nitens resurge: hoc est, animum emendandi & deinceps continendi ab huiusmodi defectu resumens, in virtute mea cōfide. Noli de me diffidere, noli formidare. Secura ad me veni. Ego amore promptissimo tibi occurrens, suscipiam te, nec vnquam peccata improperebo tibi. Noui inbecillitatem humanam generalem, noui etiam tuam singularem, quamque humana sit fragilitatis succumbere, quemadmodum diabolicæ est prauitatis nolle stare, aut nolle resurgere, quippe quod non modo nullam admittit excusationem, sed maiorem etiam absque venia recipit, damnationem. Nihil desidero quam bonam voluntatem. Nihil dicitur bona voluntate. Quapropter si vires, aut facultas, aut tempus deest boni operandi, noli pusillanimitas fieri. Nam voluntas ipsa tunc sufficit mihi. Custodi bonam voluntatem semper: hac enim omnia supplere, hac omnia potes restaurare cum aliud nequis. Cū te putas longe à me esse: tunc ego sum tibi vicinior. Tu igitur filia mea mox ut senseris lapsus tuos, dāna & ad me currens reā te clama & mihi aduersus te conquerere. Inter contritionem tuam & veniam meam nulla intercedat mora, nullum interueniat medium. Quid enim ad me reuerti cunctaris? sponsa? Salus tua non à me, sed ad me fugiendo paratur. In quocunque igitur magis offendisse, vbi sæpius cecidisse, vbi plus denique à virtute te deprehenderis defecisse, ibi crebrius ad me clama, ibi frequentiori gemitu pro venia iuxta ac patrociniū ad me suspira. Tentationibus quoque non lassaris: sed semper renitere quantum potes, nec captiuam aut victam te illis præbe. Quamdiu resistis, non es superata.

Quicquid etiam sentis, aut tolerare cogis (si modo inuita, & ut dixi, renitens tolere) non tibi imputatur, quia non à te exquiri quid senseris, sed cui consenseris. Sentire est quasi in carne, consentire verò in voluntate. Carni ac sensui vis quædam potest inferri: voluntas autem ut consentiat, non potest cogi. In tentatione duo sunt: Vnum ad quod tentaris, videlicet peccata & defectus: iis nequaquam est consentiendum, nec vlla resignatio ad hæc habet locum, sed resistendum totis viribus. Aliud est labor, pressura & aduersitas, quam sustines resistendo: & ad hanc resignate te debes ad patiendum, videlicet quamdiu mihi placet, ut teneris. Neque enim mihi resistere, sed subicere debes te: his vero quæ tibi tentatio ingerit, resistere debes.

Verum scio quid dicas, quia quæ pateris, & vnde cor tuum affligitur, non ignoro. Dicam igitur, quia tu dicere erubescis: ut simul etiam ex me confidas, remedium & consolationem te recepturam. Tentatio te præmit carnis, non modo quotidiana: sed penè etiam momentanea. Huic continuè resistere est tibi quidem molestum ac graue: sine pugna verò euadere est impossibile. Denique cū diu etiam pugnaveris,

Lapsus quis
in vitia quid
agere debeat

Contritio
quantum
valeat apud
Deum.

Tentatio-
nibus quin
resistendum.

Tentatio
quæ nã duo
includat.

Tentatio
quã sit qui-
busdam im-
portuna.

Tentationū
carnis quam
sunt tela di-
uersa.

Castitas
quando so-
lū violetur.

Remedium
contra car-
nis tenta-
tiones.
Psa 108.

Remedium
contra om-
nem tenta-
tionem.

Victus vitio
quando qui-
bitatus.

ut putas, in conflictu non vulnerari: non minus est difficile, quā mirabile. Familia-
ris planē hostis, quē in omni loco circumferens, perimere non sineris, sed cogris eti-
am nutrire. Huius varia sunt tela, impugnation multiplex, & insultus violenti. Libi-
dinū ardores, motus, pruritus, cōmōtiones, concussiones, voluptates: & velut fang
quædam infernales in carne à quibusdā sentiuntur. Ad hæc phantasmata, imagina-
tiones, delectationesq; propemodum violentæ: cunctos penē sensus obfident. Porro
cordis instabilitas lubricitasq; est quorundam tanta, ut ipso penē momento quo se
ad repugnandum parant, iterum extra se mox abripiuntur: & quasi sui ipsius immo-
mores, cogitant, quæ iam cogitare nolebant. Inter hæc, inquis, quis tutus eadem
quis à delicto fugiet immunis? Profecto voluntas bona & humilis. Huic enim nulla
potest violentia inferri. Sentias quicquid sentias, castitas nō polluitur nisi de con-
sensu animæ: id est, quicquid in carne senseris, non tibi pro peccato imputabitur, sed
de consensu nō fuerit animæ. Ad eam enim oportet esse voluntariū quicquid est pec-
catum, ut si nō fuerit voluntarium, nō sit etiā peccatum. Itaq; quantislibet tentatio-
nibus sis obruta, quantumuis carne immersa, sensibusq; captiua, quicquid senseris
carni voluptuosum, animum (hoc est, rationale voluntatem) à consensu tene libe-
rum: & nihil tibi nocebit. Reclama cum detestatione spiritus & execratione vocis.
Phy, phy: ego nolo, ego nolo. Conuertere quantum potes ad me vigorose, & breui-
ter dic sapius: Deus meus adiuua me. Pie Iesu, ego nolo, adiuua me. Porro si iam turpia
nephandaq; inciderint, noli propterea esse consternata. Sicut incidit, fac tu vitium
excidat. Per portam qua intravit exeat: & non solum exeat, sed & si quid mali
impūre in te offenderit, secum educat, domumq; tuam purgaram relinquat.

Hoc autem fiet, si profunde te ipsam in tui cognitionem depresseris: & me solum
plena fiducia profundaq; humilitate inuocaueris, non parcens tibi ipsi, nec hostis
tuos persequi desistens. Hoc enim præsentissimum aduersus omnem tentationem est
remedium, ut quodcumq; inclinationem malam senseris, quanto citius tuam nihil-
eitatē & impossibilitatem inspicere atq; ad me toto corde confugere, atq; prote-
ctionem & auxilium ex vulneribus meis (quæ hostis antiquus tremis petere. Crux
mihī filia, versetur in carne, in sensualitate, in violenta cogitatione ac imaginatio-
ne quicquid versatur, sentiatur, quicquid sentitur, quamdiu ratio superior con-
tradicat, quamdiu rationalis voluntas deliberata id ipsum non eligit, non amittit chari-
tatem & gratiam meam. Hæc præssura, & angustia cordis, quam in cōsuetu libe-
nes, quod plenē ad huc non cōsenseris, tibi iudicio esse potest & consolationi. Nam
si consentire in ea, id est, si sponte sentire ea quæ sentis, si sponte teneres cogitanda
quæ incidunt, iam non sentire illam pressuram, pugnam, pugnamq; angustiam, sed
tranquillitatē & pacem multam. Filia, pro cōsolatione accipe similitudinē. Si quis
in duello capitur, vincitur, ligatur, aut etiam cæditur, licet ita ardeatur ut suorum
non habeat mēbrorum copiā, non det se autem victum ac captiuum, sed quæ pugnā
virtute renitatur, nec in hanc suā captiuitatem consentiat, nō dicitur victus aut su-
peratus. Hoc modo à me nunquam victa iudicaberis, siue à carne, siue à dæmonio
teris, nisi spiritu consentias, & repugnare desistas. Multa habes sentire, quibus tamen
non debes consentire, id est, quæ sponte ac libenter non debes sentire.

Tentationes quam sint bonæ voluntati molestæ: præmium quantum
maneat eis, qui tentationibus probè resistunt: quamque sit item
præclarum multifariam tentari.

CANON VII.

AT molestum est, inquis, in conflictu semper pugnare, molestum est cupita negare, molestum est qui delectant, non cogitare, molestum est amata persequi.

Filia è duobus constas: Carne videlicet, & spiritu: ideo diuersa etiam appetis. Porro, quæ carnem delectant, molesta sunt spiritui. Si carni molestum est sibi ipsi vim inferre, si non potest seipsam odisse, spiritus regnet, spiritus imperet, & huic non sit molestum hostem suum, id est, carnem suam sub iugo ac freno habere subiectam. Af-

fiduitate tamen pugnandi quod est in principio graue: fit leue ac tolerabile. Quanto enim sapius hosti resistis, tanto tu eris fortior, ille verò imbecillior. Nunquid nescis quod regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: Certa igitur viriliter, & quanto fortius sapiusque conflixeris, tanto semper facilius pugnabis. Adde, quod licet tentatio, ita hæc pugna non semper erit. Corona autem quæ victori dabitur, tibi manebit æterna. Pro conditione acrioris pugnae dabitur tibi & gloriosior corona victoriae. Vnde tentata si viceris, habebis præmium duplex, quæ alioqui, id est,

non tentata, habitura fueras præmium simplex. Quanto præterea alicuius peccati tentatione plus fatigaris, tanto si non conseris, à peccatis purgaberis. Et quamuis in conflictu eiusmodi, dum tentatio grauis præsertim in carne, sæuit, plura soleant venialia, (veluti vulnera leuia pugnantis inferantur) committi: nihilominus

tamen poena illa, quæ toleratur in sustinendo pugnam, & resistendo lethalibus vitis, aduerso poenam illam venialibus debitam, tollit. Charitas quoque ipsa ad quæ propter me pugnans, lethalia vulnera propulsas, & pro virtutibus certando laboras, non solum sanat ipsa minora vulnera tua, verum etiam ea vertit tibi, dum tandem perfecte viceris, in gloriam & in præmium: quemadmodum militis quoque acriter pugnantis, cicatrices vulnerum quæ in agone pugnae vehementioris accipit, ad gloriam post victoriam ostentantur. Non igitur formides o filia, si pugnare diutius habeas, & tentatio diu vigeat. Si non præuales sensualitatem ad eò subigere, ut sit omnimodis subiecta rationi, semper tamen ei resiste: nunquam cede, nunquam pacem illi dimitte. Hæc pugna, hæc rixa, reputabitur tibi à me pro victoria. Siquidem non solum vicisse malum, sed etiam malo pro viribus restitisse bonum est. imò nonnunquam præclarior, siue utilior est, pugnam exercendo diutius sustinuisse insultus hostium atque certaminis laborem: quam cito præualuisse, præsertim dum

mea id dispensatione agitur (qui optima quæque semper vobis prouideo) non negligentia ac acedia vestra. Attendo enim, qui æquissimus sapientissimusque sum: omnium militum meorum & laborem & virtutem, plurisque æstimo illorum velle, quam posse.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique ut gratia mea concurrat, necesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quam in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quam quantum possis. Dignè verò est ac iustum, ut quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Tentationum occasiones quorundam fugiendas: sensus membraque corporis quanto sint studio à quavis curiositate arcenda.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique ut gratia mea concurrat, necesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quam in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quam quantum possis. Dignè verò est ac iustum, ut quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique ut gratia mea concurrat, necesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quam in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quam quantum possis. Dignè verò est ac iustum, ut quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique ut gratia mea concurrat, necesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quam in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quam quantum possis. Dignè verò est ac iustum, ut quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique ut gratia mea concurrat, necesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quam in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quam quantum possis. Dignè verò est ac iustum, ut quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique ut gratia mea concurrat, necesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quam in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quam quantum possis. Dignè verò est ac iustum, ut quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Homo ex quibus duobus constat.

Matt. x.

Præmium duplex ut dicitur superantibus tentationes.

Maculas in tentationibus corrumpas quænam auferantur.

Tentari diutius, quam cito superant tentationes illo præclarior.

Solite tamen cauere debes, ne ipsa tibi tentationis aut ruinae sis occasio, hostis praebens animum & vires, ex temetipsa. Quod ne fiat, tentationum irritamenta fuge, sensuum euagationem cohibe, familiaritates & singulares amicitias in vitroque sexu (quas sub specie deuotionis, aut spiritualis amoris saepe numero diabolus conciliat) euita. Relinquunt enim plerumque post se tentationes graues suspitionum, inquietudinum, distractionum, aut scandala impatientis amoris. Si hostis praeforibus tuis staret, qui vitam tibi moliretur abripere, nunquid illum intromitteres? Quomodo clauderes & prohiberes ingressum? Iam imagines, cogitationes affectionesque carnales, aut vitiosae nituntur intrare cor tuum, & animae tuae vitam extinguere: num intromitteres eas? Noli eas admittere. Noli me expellere, sed vi & cum detestatione illas abiice.

Conuerte cor tuum ad me, & si quid in carne etiam tua sentis, inde cor tuum auerte. Abstinentia & sobrietate cibi & potus carnem lasciuientem afflige: personarum, locorum, & quarumcumque occasionum accessus unde te sentis tentari, abstinde. Et maxime caue ne ipsa tu membra tua des arena iniquitatis ad iniquitatem. Atque adeo vniuersum corpus tuum sub aeterna disciplina, sub tantaque modestia ac verecundia cohibe, vt pudicitiae & castitatis zelo, vix audeas vel sola manuum pedumque tuorum nuditatem videre aut contingere. Ceterum cogitationes immundas ac importunas, meditatione sancta & imagine vitae ac passionis meae, veluti clauo clauo expelle. Singularem etenim praestant virtutem vulnera & passionis meae cogitata. Nam si herbis lapidibusque ac radicibus indidi virtutem expellendi morbos, quantum putas me vulneribus & passionibus meis tribuisse efficaciam morbos spirituales expellendi, animamque sanandi & sanctificandi?

Spirituales blasphemaeque tentationes vti sint vincenda.

CANON IX.

Si quandoque, vt fit, cogitationes impurae & sceleratae contra me aut sanctos, item blasphemiae perfidiaeque tibi inciderint, noli perturbata amodo (modo confisum animo deliberato non praestiteris eis) pusillanimitas fieri, neque pro confessione facienda de talibus anxiam. Habent enim plus tristitiae, quam delectationis, & magis tu ea pateris, quam agis. Ideo bonae menti, neque sunt formidanda neque confutenda: his enim pia mens conspuitur, non conspuat. Et ideo eiusmodi, quae deo cordi & sponsae meae magnam quandoque pariuat tristitiam (videlicet quod cogitur sentire in corde suo volutari imaginationes ac cogitationes contra me, cuiusmodi vel magni peccatores horrent) sunt potius ad afflictionem & purgationem tibi, quam ad inquisitionem. Diabolus enim dum a cunctis vidit te abstractam ad me spirare, pacem tuam huiusmodi phantasiae, quae horribiles videntur, perturbare nititur, & tui ad me coniunctionem impedire. Quare tempus quo maius est laborum, & quanto diuinis actibus vehementius infiltis, quantoque ad me mentem tuam elcuare & mihi vnire contendis perfectius, tanto ille quoque se ingerunt imaginationes improbius ac importunius, diabolo vel etiam timore formidoloso eas excitante: quia quam primam quis horret ac timet, illico sentit hoc propter quod, aut quod timet. Timor etenim ac pusillanimitas excitat ac parit imaginationem eius, quod timetur.

Hac

Occasiones
tentationum
quarum ca
uenda.

Rom. 6.

Sensus, me
braque qui
to sunt lu
dio arcenda
a curiosita
te omni.
Vulnere
Christi vir
tus quanta.

Blasphemae
tentationes
quomodo
superanda.

Hæc tamē etiam excitat diabolus, vt dum his conaris resistere occupata, à gustu charitatis meæ remoreris, aut confertata his nimium, non audeas ad me accedere. Hęc facti diabolus, quia gaudet te scrupulis ac perturbationibus inuolui, ac fabricatum tuum impediri. Verum tu noli ad ea respicere, noli formidare, noli ijs responderi, noli repugnare, noli aduertere: imò quasi nihil senseris, quasi nihil in mentē venerit, immota in tua deuotione ac exercitio perge, & scedas has omnes incidentias velut canum larratus, aut anserum sibilos, quibus neq; est respondendū, neque concertandum, prætereundo ac deridendo relinque. Ita faciendo, faciliter euadens, has obliuisceris. Porro si reniti, disputare, timere, respicere, auscultare, discuterēq; volueris, magis semper tuæ eas memoriæ imprimes, & magnæ simul te inuolues perturbationi. Nolunt enim pugnando, sed contemnendo vinci. Obserua etiam, ne tentatio quæuis importunitate ac repugnandi tactio te vincat. Hoc enim machinatur diabolus, vt quem astutia nequit fallere, quem delectatione non potest illicere, tam longa tentandi molestia vexet, donec improbitate actatio vincat.

Quocirca longanimitate, perseverantia ac patientia tibi opus est, vt sicut ea ipsa mala quæ contra honorem meum tibi ingeruntur, teiq; moliantur seducere, detestari debes: ita afflictio ipsa quam super te permitto, & providentia mea, qua volo vt molesta sentias, labor quoque repugnandi, quam in conflictu portare habes, non debent displicere aut fugi, sed propter me hæc debes patienter & sine murmure portare. Nec ignorandū est, si tentata fueris carnalibus, vt sunt gula & luxuria, hæc ipsa fugiēdo magis, quam conflictum cum illis ineundo posse superari: quem admodum è diuerso vitia spiritualia infestando, & contraria his agendo vincuntur. Superbia enim inde non fit infirmior, nec superabitur, si occasionem fugias te humiliandi, videlicet ne tentationem sentias illius superbiz, quæ humiliationem fugit. Sed si illam vis superare, insiste & ingere te vt humiliaris. Inuidiam quoque superabis, si velox importunāq; facias quod illa dissuadet, hoc est, si fratri loquaris, si seruias, si te humilies. Sic acediam, non fugiendo laborem diuinumq; cultum, nec ne iubearis operari te subtrahendo: sed ad opera te diuina aut virtuosa compellendo vinces.

Cauenda quatenus sit omnis inuidia.

CANON X.

CAue quam maximè potes inuidiā, ne alicui non faueas, ne illum minuas, ne illi te præferas, ne cōtristes, & ne de eius bonis, honoribus, laudibus aut profectu spirituali (si tibi præferatur) cōtristeris. Propter hanc tentationē vincendam filia, esto illi magis affabilis ac seruilis, & de eo absente nunquam loquaris, nunquam audias, nihilq; à te procedat vnquam in verbis, operibus, aut signis, quod inuidiam oleat, aut quod ex hac natura fit radice.

*Singularitas quænam cauenda: quænam item seruatiu
necessaria.*

CANON XI.

Remedium
aduersus
bi spiritus
impugna-
tiones.

Tentationes
quæ fugi
quæue iati-
stendo sup-
tentur.

Singularitas quam necesse est laudatur.

IN conuersatione apud alios non proferas exteriorem vultum tristem aut turbulentum, sed serenum, ne alijs sit tua conuersatio grauis. Singularitatem in caeremonijs, in operibus & signis deuotionis non necessarijs in aliorum oculis, caue. Porro quae animae tuae sunt necessaria, quae status tuus & Christiana requirit professio, quae pro virtutibus obtinendis, aut peccatis vitandis sunt necessariae, non timeas esse singularis, ibi caeteris te non conformabis, si suam negligentiam salutem: quin potius pro tua salute, pro virtutibus, pro meo denique beneplacito, & persecutiones humiliter ac patienter sustinere te oportet.

Matrem suam cur Deus à mortalibus honorari colique voluerit: ut eam thesaurariam omnis gratiae constituerit: quamque terribiliter ipsius in honorationem contemptumque vlciscatur.

CANON XII.

Matrem meam deuotione praecipua venerare, ipsam pie crebroque salutando, atque vitam & virtutes eius studiosè imitando. Ego enim hanc mundo dedi in sanctitatis, innocentiae ac puritatis exemplum, in singulare paternitatis asyllum, quam nemo horreat, nemo formidet, nemo ad eam accedere trepidet. Propterea namque ad eam feci eam mitem, ad eam piam, ad eam misericordem, ad eam denique benignam & elementem, ut neminem aspneretur, nulli se neget, omnibus pietatis sinum apertum teneat, neminem à se redire tristem aut non consolatum sinat. Feci etiam illam gratiosam, amabilem, ac mirum in modum, etiam peccatoribus alioqui desperatis & obstinatis, dulcem, suauemque, ut sit mihi quasi in hamo esca capiendis (praesertim eiusmodi) animabus, maximè idonea. Si quidem magnos peccatores, qui alia omnia retia dirumpunt, quosque nulla alia via ad me trahendi occasionem aptam inuenio, hac, id est, per venerationem & deuotionem meam capio matris, quam eorum cordibus vehementer facio dulcem, & ad pia opera erga illam, puta venerationis, deuotionis, confidentiae, inuocationisque exorto eos, qui erga me duro sunt corde, quo aptos dignosque tandem efficaciam meae gratiae & illuminatione maiori, donec ad correptionem & plerumque apprimè sanctam vitam perueniant. Tu ergo quotidie commenda te illi, ut per hanc à me gratiam & amicitiam meam recipias maiorem. Illi enim omnem gratiae & misericordiae meae thesaurum erogandum commisi, quando filios meos omnes, potissimè autem pro quibus tunc patiebar peccatores, in persona Ioannis in filios commendandi. Hoc ipsa non ignorat. Propterea ad eam est diligens, ad eam sedula, ut officio suo satisfaciens, neminem eorum, quantum in se est, qui sibi commissi sunt, praecipue se inuocantium, perire sinat, sed quantum valet, omnes mihi reducat, omnes mihi reconciliandos offerat. Putasne filia aptam atque huic negotio idoneam elegi? Num aptiorem, aut magis huic officio congruam inueniri potui? An tristes, desolati, peccatis obruti, alium putas ante me interuentorem desiderabunt, qui pro eis fidelius loquatur, eosque ad me adducendos benignius recipiat, quam mulierem hanc, virginem maximè humilem, misericordissimam, mansuetissimam, amantissimam, pietate & dulcedine superfluentem, eamque potentissimam & mihi acceptissimam.

Quos Deus per matrem suam ad salutem vocet.

Thesaurum omnem Dei gratiae beatae Mariae creditum. Ioan. 9.

ceptissimam, utpote meam, hoc est, eius qui placandus est, matrem? Heu quantum errant, quantum sibi obstinationis ac perditionis machinam construunt, qui huic thesaurariz mearum gratiarum obgannunt, qui eam erga me (ut ego erga patrem sum) aduocatam cognoscere nolunt? Putas possintne magis precipites sese in infernum detrudere, quam ut illam (propter cuius preces mundo toties peperci, toties iram distuli) a se alienam faciant, ut cum sit nemo qui pro illis se interponat, nemo qui extentam manum meam ad ferendum, recineat, ego liberè eos percusiam? Quæ autè pœna castigatio ve est maior, quàm ut non tēporaliter hic eos tanquam filios castigem, sed ut hostes in reprobum sensum tradam, ne videant excreati quo tendunt, donec perpetuis tenebris atque doloribus se captos inuolutosq; sentiant? Hæc tibi ut sponsæ meæ insinuo, ut hic & in re alia quacumque ab Ecclesiæ meæ dogmatibus, spiritu meo traditis non recedas, neque ab ijs maligno spiritu seductis, (qui se euangelicos vocant) falli te sinas.

In hæreticos B. Maria præcipuos hostes.

Deuotio sensibilis quo spectet: ut ea neminem efficiat sanctiorem, quæ item sit deuotio vera, & laudabilis.

CANON XIII.

SI deuotionem sensibilem non habueris, noli, tristis, & propterea animo esse deiecto: sed animo forti & constanti, licet arido, fac quicquid cognoueris, & potueris ad meum honorem. Sunt multi, qui lachrymantes videntur habere deuotionem aut dulcedinem spiritualem, quæ tamen vitam non facit sanctiorem, & cum mortalibus stat peccatis: utpote naturalis mollicies cordis, ut sit sæpè in mulieribus & hominibus compassiuus. Non ergo confidas in deuotione illa, quæ non sanctificat. Vidisti homines fientes & dolentes super morte alicuius pugilis maganimi, cuius præclara ac fortia gesta legerunt, licet Echnicus is fuerit aut Paganus. Flent quoq; si amantium duorum tristem legerint separationem aut mortem. Quidni ergo mirum, si ad pijsima quæque (dum illa vident in cultu meo vel commiserando his quæ pro eis passus sum, vel gratulando honori meo) fleant, qui tamen fletus ex cordis commotione naturali fiat, sitq; sine virtute, puta dum interrim non faciant voluntatem meam? Si ergo corde duro & sterili te sine huiusmodi deuotione inueneris, cura ut aliam veram habeas deuotionem, quæ est prompta voluntas secundum rationem se tradendi in ea quæ ad meum cultum, honorem ac beneplacitum seruiunt. Porro, ob alterius id est, sensibilis deuotionis defectum, causam potius inuestiga, ne fortassè ex dissolutione, leuitate, inordinato amore vel gaudio: aut ne propter occupationem nimiam circa terrena, aut propter superbiam, complacentiæ propitiæ cuiuspiam ve alterius vicij feccitatem illam amiferis dulcedinem: vbi sanè pro causa sterilitatis, id est, pro delicto magis quàm pro amissa deuotione est lugendum. Satage ut bona voluntate, & nudo intellectu mihi vnta adhareas, & nihil eorum quod meum respicit honorem, nihil boni à te fieri solitum, intermittas, patienterq; in tui derelictione agas, & te mihi resignando me sustineas. Et licet aliquando in sensualitate & in exteriori homine subito erumpat aliquid aut voluatur quod minus deceat, aut si perturbatio in te sit, aut præsura, si deniq; grauitas, renisus aut remurmuratio te occupauerit, cura saltem ut interior ac rationalis homo mihi subditus in tranquillitate maneat, meam voluntatem amando & suscipiendo.

Deuotio sensibilis vt neminem faciat sanctiorem.

Deuotio vera quæ sit.

Voluntate & intellectu quomodo Deo adhaerendum.

Encharistie Sacramentum quanta cum deuotione & reuerentia sumendum: quam veraciter Christus in ea existat: quomodo item electi Dei circa hoc probentur.

CANON XIII.

Deuotio
quoniam ad
Sacramenti
sumptionē
necessaria.

CAETERUM (vt hoc obiter dicam) ad Encharistie Sacramentum accessura, non esto pusillanimis, propterea quod non sentis deuotionem sensibiler, fortasse etiam horribilibus tentationibus & incidentijs turbata. Neque enim est hæc deuotio sensibilis necessaria, sed potius illa rationalis, qua bene de Sacramento meo credas, qua (non obstantibus quibuscunq; blasphemis cogitationibus ingruentibus atque te obruentibus) Sacramento meo reuerentiam, etiam contra cor tuum, contra sensum atque sentimentum cordis tui, exhibeas: qua denique promptam ac obedienter paratam inuenias hanc voluntatem tuam ad honorandum me, ad gratias agendum, & ad subiiciendum te mihi, iuxta omne beneficium meum. Hanc deuotionem filia si habueris, quam rationalis imperat voluntas, videlicet, vt doleas te vnquam offendisse me, statuatq; pro nulla re me post hæc offendere, sed conari vt omni obedias voluntati meæ, secuta ad hoc Sacramentum, secuta ad me accede, quia deuotio tam rationalis, quam sensibilis, virtus quoque ac gratia mea non à me fugiendo, sed ad me accedendo tibi comparantur.

Præsumam
quoniam
Deus suis
electis ad-
mittat.

Quanto igitur tristiores ac magis desolatam te inuenis, (etiam eo tempore, quo ad confessionem, aut Encharistiam itura es) tanto studio vehementiori teipsum excites atque compellas ad eundem (modo bonæ tibi quam supra dixi non desit conscientia & voluntas) vt robustior, constantior feruentiorq; fias. Nec moueat te, si in ipso accessu dum Encharistiam sumis, horror ac terror in te veniat, aut si hostiam mox sumere aut deglutire non valeas, aut si amaritudinem fellem sentias, quia non propterea hæc, quod indigna accesseris certa sunt inditia, quin potius timor, pusillanimitas, trepidandiq; assiduitas, hanc tibi pariunt imaginationem, quæ in sceminis validissima est, qua fit, vt reuera sentias, quæ sentire aut sensuram te formidas. Hæc tamen si abesset pusillanimitas, trepidatioq; imaginans, procul abesset etiam difficultas ac præsura, quam sentis. Ego licet hæc omnia possem auertere, tamen in te & in reliquis quibusdam electis meis eiusmodi præsumas permitto, quia scio quomodo in humilitate vos à superbia (quæ sceminis potissimum est admodum familiaris) aut custodire, aut eruere debeam. Esto igitur forti & constanti animo, vt pusillanimitate omni sceminea reiecta, atque scedis quibusq; incidentijs per contemptum exhibitis, conscientia tranquilla atque in me erecta, in Sacramento meo desideres, me quæras, me recipias benignissimum, clementissimum, misericordissimum, amantissimum, fidelissimumq; tui amatorem, protectorem, redemptorem, liberatorem, ac saluatorem.

Christus
quomodo
in Sacramen-
to existat.

Cæterum, vt maiori adhuc veneratione, amore ac desiderio accendaris, scito quia sacramentaliter corpus meum tibi sub specie panis sumendum traditur. Hoc cum idem ipsum sit corpus meum, quod modo habeo glorificatum in cælo, non aliud neque simile, sed est id ipsum. Cumq; non habeam corpus ex angue neque inanimatum: necesse est etiam concomitanter in eodem corpore esse animam, sanguinem, gratias & virtutes meas: quibus omnibus cum sit vnitum Verbum, hoc est, persona vna Trinitatis, à qua reliquæ duæ personæ sunt indiuisæ, sequitur

totam

totam Trinitatem Sacramento huic inesse, non minus verè quam in cælo, licet aliena specie, puta sacramentali, velatam. Simile est iudicium de calicis Sacramento habendum.

Iam igitur tu vide, quàm libenter, quàm desideranter accedere debeas ad hoc Sacramentum, quando quidem veram salutem, & perfectè hic habes me felicitatis tuæ autorem, qui tibi (ne reuerentia nimia aut metu formides) præcepi vt accedas, & in mei commemorationem me suscipias: promittès etiam delicias meas esse cum filijs hominum, meq; latari cum vobis benefecero, ac pulsare ad cordis vestri ianuas, vt ingressus vobiscum coenam, vosq; ex meipso reficiam. Quare autem hæc omnia facio? nisi vt spem fiduciamq; habeatis, ac amorem ad me accedendi nec propter illa quæ vos coactè (atque propterea sine peccato) sentitis, à tam fructuoso & necessario Sacramento vos subtrahatis, fructuq; infinito vos spoliatis.

Matr. 26.
Luc. 22.
Prou. 8.
Hic 3.
Apoc. 7.

Discretio quàm in cunctis necessaria sit: vt omnia ex discretione superiorum faciendâ natura item quàm discretè sit regenda, & vt eam quidam indiscretè destruant.

CANON XV.

Exercitia tua omnia vt humilitas, ira discretiq; regat ac temperet ne te lædas, ne te inutilem facias, ne potiora bona spiritus per externa aut corporalia, aut minus bona impedias: ne denique virtutem vnam exercendo, charitatem aliquam lædas. Attende etiam tui corporis debilitatem, virium exhaustionem, si fuerint, & propterea iuxta directionem timeatis me, aut superioris tui dirige consilia, studia & exercitia tua, illa deferens aut minuens, aut augens, aut temperans, secundùm illius voluntatem atque consilium. Et propterea si superior tuus, qui tuæ gerit animæ curam, vt porè mea vice ac officio in hoc erga te fungens, prohibeat ieiunare, aut aliud quid quod suo ex genere non est peccatum, omninò obedias, credens illi quod te cognoscens, illud iudicet tuæ saluti rectè, aut noxium, aut necessarium. Proinde filia, si osties iussa fueris in die vna commedere, obediens, non me offendes. Nihilominus ramen interea voluntatem habeas ieiunandi, vbi propria liceret voluntate vti. Et si ex obedientia commederis, habebis comedens præmium duplex, vbi ieiunans habuisses præmium à me duntaxat simplex. Bona enim voluntas ieiunandi, fructusq; bonæ voluntatis, si propter obedientiam tantum comederis, non amittitur, sed propter obedientiæ obseruantiam simul cum obedientia coronatur. Sic pari modo est in omnibus quæ bona voluntate cupiuntur, sed propter obedientiam solam, omittuntur.

Omnia iuxta consiliū superiorum faciendâ.

Comedens ex obedientia quid lucratur.

Gloriam ac beneplacitum meum in te & in alijs, quantum & vbiunque vales quare, zelare, perficere & promouere Bonorum operum nihil quod per te fieri posset, negliges: sed progredi ac semper crescere, spiritusq; proficere contende. Veruntamen inter omnes conatus, studia ac exercitia bonorum operum noli in te gaudere, vbi consolationem recipere, quasi aliquid habeas, aut sis aut possis, sed oculos tuos in tuam nihilitatem semper fixos tenens, mihi soli omnia bona adscribe. Sunt quibus nō sufficiūt ea quæ ego illis ferenda impono, sed abstinentijs & afflictionibus sese indiscretis afficiunt, atque ad obediendum mihi, ad tractum meum sequendum, ac ad certamina spiritualis pugnæ nō solum ineptas infirmasq; se efficiunt, verum etiam per indiscretionem lassatæ atque contritæ, ea quæ sibi exercitia

Beneplacitum Dei quaerens studio zelandum.

Indiscretè quoniam suam naturam destruant.

Qqg

assumpse-

Natura
quomodo
regenda sit.

Molestia
quomodo
regenda.

assumpserant intermittere, atque carnis curam denud agere coguntur. Proinde in exercitiis tua ac labores iuxta vires tuas moderare, ne teipsam destruas aut nimium graues. Eam ob rem ad sustentandam te ne deficias, placet mihi, ut naturam foueas, refocillesq; infirmitatem tuam, non tamen studio oblectandi, sed vt naturam confortandi, mihiq; in hoc seruiendi, dum instrumentum gratia mea ad meum beneplacitum, ad meum seruitium, & ad operationem meam aptum reddis: semper tamen ad voluntatem meam parata & abundare, & penuriam pati, esse vel sana vel infirma. Ceterum, vbi propter infirmitatem naturæ per discretionem non fueris coacta corpus tuum refocillare, vide ne ex impatientia, in deuotione, proprio amore, in aduersitatibus ac molestijs quas tibi mitto, subterfugia adiuuandum ac te liberandum quæras: sed quas tibi mitto, subterfugia adimplectere, patienter sustine, nemini conquerens, sed longanimiter tolerans, & me expectans. Sine me tecum agere, vt per tribulationem quæ super te cecidit, mea gratia in te boni aliquid operetur. Hæc enim longè est præstantior, multoq; fructuosior, quàm ea quæ tibi ipsi à tua propria voluntate imponitur. Certam namq; te esse volo ò filia, quod nullam in te tribulationem vnquam venire sino, quæ non pariat in te boni aliquid, renouetq; spiritum tuum, si modo tu mihi te credens ac dimitteres, in silentio tolerando ac longanimiter me præstolando: quia veniens venio, qui tibi nunquam absors, sed præsto vbique ac semper assido. Cæue igitur ne abijcias quæ tibi mitto ac impono. Ego regam te, tu verò meæ directioni ac prouidentia confidenti, mihi innitere, non tuæ propriæ voluntati. Sine vt ego alij homines te crucifigant. Tu interim non carnem, sed vitia persequere, & sustine quæ tibi occurrunt patienter.

Sponsa fidelis vti & in quibus sponso suo Christo Iesu conformari debeat.

CANON XVI.

Debet sponsa fidelis ad eum amans sui esse sponsa, vt sine illo nunquam esse, illo nunquam velit abesse. In omnibus cupiat se sponso conformare, gaudeatq; vbi se videat simile fieri. Hoc modo tu facias quoque oportet. Considera vitam meam, actus & virtutes, è quibus discas quod diligo, & quid mihi in te placeat. Iam si fidelis esse sponsa vis ò anima, nihil tibi tam esse debet desideratum, quàm mihi placere & conformari. Quocunq; igitur iero, tu desiderata comitari: quicquid egero, stude imitari: quicquid passus fuerit, & si data fuerit occasio, gaude mihi conformis fieri. Vide nunc & expende singulas virtutes meas, aut saltem præcipuas, quibus teipsam extimules ad imitandum. Erit tibi in initio labor, ea quæ vitia tua contraria atque deformia sunt, hoc est, vitia tua, prauasq; inclinationes & corruptiones tuas abscindere, mortificare atque eradere. Verùm, vt supra dixi studiosa voluntate & assiduo conatu fiet, vt postea tanquam statu leui abigas, quæ modo ferrea vix lima possis eradere.

Paupertas Christi quanta fuerit quinam ea sit consideranda ac imitanda: quæ item eidem aduersentur.

CANON XVII.

Contem-

Contemplare itaque nunc primo meam paupertatem, quomodo propter te, cum diues essem pauper factus sum: quomodo in propria venerim, & mei me non receperit: quomodo quasi advena, egenus & incola fui in terra. quomodo, matre in alieno loco peregrè constituta, in stabulo sum natus, ante iumentorum ora, quæ à frigore me defenderent, super sceno in præsepè positus: quomodo pauperum fui hostia redemptus, infans in exilium pulsus, laboribus educatus parentum, hinc stipe aliena pascus, neque domum, neque proprium habens hospitium. In montibus sapè pernoctabam, vestibus quoque in passione spoliatus, & in cruce nudus moriebar, non habens in aridissima siti guttam aquæ, qua linguam arentem refecillarem: post mortem denique alieno sum conditus sepulchro. Præterea autem, quoties putas famem, frigus, sitim, cæteraq; corporis incommoda per omnem vitam meam sum passus? Corporales consolationes (quas plerique etiam vehementer necessarias arbitrantur) ego respui, omnium rerum penuriam tolerans. Tu verò cum ad manum tibi sint omnia, de paupertate tibi blandiris, & pro pluribus adhuc habendis (quæ tamen curiositati aut superfluitati magis seruiunt, quàm necessitati) si desunt, etiam murmuras. Intuere igitur paupertatem meam, & define tristis esse, define indignari si quempiam tibi præferri, aut abundantius cernis prouideri. Quare non bona emulatrix tristaris potius, si quempiam te vides (quod sanctus Franciscus faciebat) pauperiorem, & quempiam sentis quod de omnibus sentire debes, vitæ ac paupertati meæ te conformiorem? Hæc bona foret æmulatio, non de alterius bono, nec quia te melior est, sed quia tu bona non es, & quia ex defectu tuo id accidit, tristari. Gaude igitur, & pro gratiæ meæ magno inditio, pro magno beneficio, proq; singulari dono accipe, si te graua infirmitate, si paupertate, vilitate ac abiectione præ cæteris te facio mihi conformiorem. Quare si necessaria quoque tibi desunt, si auferuntur, exulta, & nulli hominum conquerere, sed tranquillo ac silenti corde paupertatis meæ crucem mecum amplectere, te ipsam abnegando, & tacendo. Quid iuuat filia mundum, diuitias & amicorum gloriam reliquisse, si propter acum irasceris, aut si ad vilissimum quid aliud, amorem adhuc non exueris? si denique pro illis habendis, aut non amittendis digladiaris, tristaris, contendis, & proximi charitatem pacemq; lædere non metuis? Elige igitur nunc, fortiterq; statue ex animo, omnia pro mei amore contemnere, & præter valdè necessaria nihil velle habere: paupertatem, vilitatem & penuriam amanter sustine, vt me (qui mille mundis vt sum melior vtiliorq; ita debeo esse charior) valeas possidere. Quid moraris filia? Meo exemplo confortare, mei amore accendere, & in omnibus quæ ad me pertinent zelare te in paupertatē ac omnium rerum penuriam. Porrò alios homines omni consolatione dignos existima, vt potè seruos meos fideles, te meliores, neque aded vt te ingratos. Et ideò stimulante charitate & compassione vrgente, quantum in te est, ne alicui quid desit, opera, seruitio, fauore, & quomodo potes, omnes iuua. Quicquid habes tu, id alienum puta, vt neque amando illud possideas, neque cum dolore amittas. Quicquid habes, in aliorum vsum tibi datum existima.

2. Cor. 8

Ioan. 1.

Psal 38.

Lucæ 2.

Ibidem.

Mart. 2.

Mat 14.

Lucæ 6.

Ioan. 19.

Mat 27.

Marc. 4.

Paupertas

Christi

quomodo

contem-

pluanda.

In paupertate

qui quis-

que se gere-

re debeat.

Sentire de seipso vt quisque debeat humiliter: & vt humilitas à Deo petenda sit præcipue.

Sentire quo-
modo de te
ipso quisque
debeat.

Ostentare
se se nemine
debere,

Honores, gloriam, hominum fauorem, & reliquas adulationes, seculi q̄ blandicias execrare, & toto corde fugere. De te non aliter sentias, quàm de homine superbo, mihi ingrato, erga me contumelioso: & propterea, si digna tibi retribuere, omnibus creaturis odio, ut potè quæ neq̄ terra, neque aere hoc digna es. Ideò semper pete à me misericordiam & gratiam meam, super nullo opere aut merito alio quiescens, sed in solo opere confidens redemptionis & misericordiae meae. Postula à me lacrymis & gemitibus, perfectam humilitatem, qua diligens nesciri, contemni, & vilis aestimari. Stude propterea etiam quam maxime potes, viliora quæq̄ ac humilia amplecti, item abiectiora & quæ ceteri contemnunt, tam agenda, quam habenda eligere, quibusq̄ etiam vilissimis vilior te & indignam te iudicans. Nihil quod ostentationis gloriae ve habet aliquid, nihil quod quasi singulare in te possit prædicari (nisi vel necessitas, vel charitas pura ad Dei gloriam aliter exigit de te) manifestes. Nihil ostentes, nihil de te iactes. Et in qui te offendunt ac contemnunt, vide ne propterea irascaris, nec tristitorem solito postea vultum, nec cor minus beneuolum ad eos exhibeas. Mirare potius, quod non omnis creatura te persequitur in vlcionem mei, hoc est, in tui ac sui omnium creatoris, quem tu offendere non formidas.

Humilitas vera quæ sit, & quomodo obtineatur: causæ quanam sint humilitatis: humiliatio item quam sit necessaria.

CANON XIX.

1. Tim. 1.

Creationis
rerum om-
nium causa
quæ.

Vita Christi
qualis fue-
rit.

Psal. 41.
Luc. 22.
Io. 13. 1.
Eccl. 1. 3.

Pro humilitate itaque obtinenda, contemplare maiestatem, omnipotentiam, sapientiam & bonitatem meam, qui solus sum immortalis, solus immensus, infinitus, incircumscribitus, ineffabilis, incompræhensibilis: ex quo creatura omnes habent suum esse, quique omnes creaturas vniuersamq̄ machinam mundi vnico nutu in nihilum possum redigere, iterumq̄ in ordinem singula suam restituere. Itaque ego cum tantus sum, non ex necessitate aut indigentia, sed ex charitate & bonitate mea, rationales vos creaturas ad imaginem meam creavi, quibus benefacerem, beatitudinemq̄ meam communicarem: à qua gratia cum excidissetis peccando, indignosq̄ vos æternæ vitæ, vos verò ignis æterni fecissetis, propter vos incarnatus, triginta tribus annis famem, sitim, frigus, æstus, incommoda, labores, persecutiones, contemptum, opprobria, plagas, liuores, vulnera, dolores, nouissimè crucem & mortem, ut ab æterna vos morte redimerem, sustinui. Vixi ò filia in mundo non ut Deus, non ut potens, non ut gloriosus, sed tanquam omnium pauperimus, vilissimus, nouissimus, contempitissimus, doloribus & contumelijs varijs expositus, donec tandem morte occisus sui turpissima ac ignominiosissima qua mundus aestimabat me dignum, & quasi tam vita quam doctrina mea omnibus foret pestulens, prorsus ab hominum memoria iudicabat extinguendum, iugis assistente populi multitudine & insultante.

Ad hanc mortem sicut ceruus ad fontes aquarum, imò tui amore ò filia totus ebrius, cucurri. Non peperci mihi, laboris, doloris, pœnalitatisve aliquid fugiens. Nihil quod in rem tuam foret recusavi, tam charâ, tam prætiosam, te aestimans, et desiderio etiam desiderarem in mortem pro te animam meam tradere, corpus verò meum omni ex parte sauciandum vulneribus offerre. Ad hæc (quia ardentem stiebam tuam salutem) cupiebam sanguinem meum omnem pro te effundere.

Quod ita tandem effecti, ne vnam quidem guttam retinens. Quid nūc filia mihi pro
 iis rependis? Quid pro charitate mihi tanta retribuisti? Nonne ipsa es, quæ tot annis
 mihi ingrata me spernis, verba mea nauseas, laudes meas fallidis, præcepta trans-
 gredieris quæ licet tota erga me contumeliosa, tota immunda ac vilis, tota denique
 sordida, tot plena abominationibus, tamen me à te proscrisbis, instinctus meos re-
 spicis, cum creaturis fornicaris, donis meis abuteris? Quid quod licet ex grauissimis
 te peccatis, atque ab ipsa damnatione æterna (in qua multis iam annis iuste fuisses
 cremata, nisi mea te miseratio præuenisset) denuo toties liberauerim, à criminibus
 quoque multis, atque ab ipsa insuper peccandi voragine te præseruauerim, me ta-
 men contemnis ac deseris? Quid tandem quod tam vilis, misera, & sine me nihil es?
 Et quomodo audeas leuare faciem tuam erga me quem toties offendisti: tanto tem-
 pore spreuisti? Hæc dico ò filia, vt te ipsam agnoscas. Considera quàm vilis: in cor-
 pore sis atque foeda, quam polluta sit anima tua, quàm impurum denique cor tuum.
 Ad extremum quam indignis operibus quam facinorosis cogitationibus, quàm spur-
 cis atque impuris affectionibus tota sis immunda. Nihilominus tamen ego te ad-
 huc sustineo, nihilominus tamen tibi benefaciens, te amo. Sed quam diu? quousque
 sustinebo? quando te ipsam cognosces? Usquequo redire tardas? Quare te non humi-
 lias? Vides ne quod miserationes meas longius continere nequeo? Vides ne quo te
 vocauit vbi te plantaui? Vbi sunt fructus tui? Sentisne quomodo cunctas iniquitates
 & ingratitude tuas disimulo? Nec modo quoque ò filia hæc impropero, sed quasi
 tui amore languens, quasi tui egeas (cum nullius egeam) quasi sine te viuere nequi-
 eps, ad redamandum me pro me pro sola bonitate ac charitate mea te inuito: vt vel
 amando sentias, quid ego, quid tu sis, quanta ego tibi fecerim, & quam iniuriosa e-
 diuerso tu mihi reddideris. Ad hæc expendas, quam innumeræ sunt hodie in infer-
 no animæ, quibus (nisi prohibita fuisses per grauiam meam) multo deteriora me-
 ruiſſes: aut si illæ parem tecum gratiam recepissent, te per gratitudinem longè ante-
 cederent. Si hæc omnia, hoc est, maiestatem meam & vilitatem tuam, atque rursus
 tuam superbiam in vilitate tua; in maiestate verò mea tantam aduerteris humili-
 tatem, qua pietati tui amore & tui causa exinaniti, non graue admodum tibi foret hu-
 miliari. Si, inquam, rectè attenderes, in quanta paupertate, abiectione & contemptu
 ego tam potens, tam diues, tam excelsus, puta maiestate immensus, & bonitate infi-
 nitus seruiem tibi exiguo adeoque vili homuncioni, & hoc cum tanta charitate,
 fidelitate atque desiderio, tanta in corde tuo erga me reuerentia, tanta nasceretur
 maiestatis meæ veneratio, quanta verbis non possit exprimi. Oriretur præterea in-
 satiabile in te desiderium ardentissimamque fitis me honorandi, colendi, exaltandi, te
 ipsam verò subiiciendi, humiliandi, ac amore mei creaturis omnibus substernendi,
 contumelias, denique contemptum & iniurias ab omnibus sustinendi. Quamli-
 bet enim te humiliares: quantumlibet sustineres, nihil adhuc te æstimares pertulisse
 præ fiti & desiderio te ipsam deprimendi, me verò exaltandi, adeo vt eos præcipue
 etiam amares, qui te magis præmere ac spernere niterentur, propterea quod tuo
 desiderio tuaque humilitati in hoc seruirent quando te humiliarent. Si hæc filia nõ-
 eum in te sentis: cognosce quàm sis mihi ingrata, quàmque à vera humilitate remota,
 quæ est profunda cordis inclinatio in conspectu diuinæ maiestatis meæ, quam se-
 quitur sui contemptus, & velle pariter ab aliis vilis agnosci & contemni. Iterum
 moneo te filia, inspice humilitatem meam: & inde exemplum sume humiliatio-
 nis. Vide quomodo vitam meam & doctrinam mundus spreuerit, calumniatus sit

Humilitatis
 occasionem
 quæ nã cui-
 que præstet.

Psal. 14.

Psal. 1.

Amados
 esse qui nos
 persequun-
 tur.

Humilitas
 vera quæ fit.

& reprobaucrit, quomodo detraxerit omnibus sermonibus meis, quanta opprobria, illusiones, despectiones, derisiones pertulerim, tanquam reprobis & vilissimis & pro vilissimis: ingratis creaturis meis: Ego verò subsannatus & velut opprobrium hominum abiectus: neminem spreuerim, nec me excusauerim & contra dixerim. Vide etiam tu quæ digna es sperni, duritiam, negligentiam, peccata, ingratitudinem, instabilitatem, vilitatem & nihilitatem tuam. Gemo, plange, & conuulsis lachrymis coram me teipsam argue.

Humilitatē
quænam fo-
reant.

Quæcumque tibi occurrunt, verte in materiam humiliationis tuæ. Vide ne tibi placeas: imò mirare potius, qui fieri possit vt vel alicui placeres si te rectè quis cognosceret. Dirige oculos cordis tui continuè in tuum non esse: & in tuum non habere, considera, quam nihil sis, & quod esse deberes & non es. Item quid non habes & non pascis, quam multa tibi desint: quam longè denique à vera & perfecta charitate, & à sanctorum perfectione distas: item quam dissimilis atque difformis es: simulq; considera quod prorsus nihil boni à te habes, sed sine medio à me solo bona omnia.

Quænam
quique ha-
beat à se
ipso.
Natura hu-
mana quid-
nam sit.
Mala occul-
ta vt homi-
nem humili-
cent.

Porro hæc sola tua sunt, hæc à te ipsa habes: videlicet, peccare, delinquere, detecere, egere, dona ac bona mea destruere ac perdere. Certissimum est enim, si naturam humanam in sua relinquerem libertate ac pronitate, nihil boni ageret, sed in deteriora semper laboretur: quandoquidem tam vehementer etiam à me prohibita ac retracta, ad malum adedò prona, vit. Siquidem natura humana nihil est, & nihil habet à se, & ad nihil tendit. Hæc consideratio si assidua fuerit, non parum conferet ad humilitatem. Accedere debet nihilominus alia humiliatio pro occultis ac tibi ignotis defectibus tuis, quæ plerumque (tamen si tu cæcutiens illos non depræhendas) graues sunt. Pro eis itaque ante pedes miserationum mearum prode & irremediabilem peccandi in te pronitatem infirmitatemque ex animo luge: nec vnquam aliter de te sentias, quàm de ea quæ in multis est rea & cæca, omniumq; ingratisima.

Laudes, vituperia, iudiciaque hominum quam vili facienda: quo iton eadem destinanda sint: amicis item Dei proprium quodnam esse soleat.

CANON XX.

DE hominibus, quid de te sentiant, quomodo te iudicent, nō occupes animum tuum, neq; horum iudicium formides, modo scieris, quantum in te fuerit, eis scandalum occasionem ve in te detrahendi non præbueris. Neque enim si laudaris melior, neq; si vituperaris prauior es: sed hoc es, quod ante oculos meos est. Propterea aliena laus non erigat te, neque vituperium contristet. Quid enim tibi laus conducit aliena? Nihil profectò, quæ vehementer etiam sapius nocet, vt pote tibi imponens, & inaniter te inflans. Aut contra. Quid contemptus, correptio, abiectio, obreftatio, damnatio, hominumq; persecutio tibi nocere potest? Itidem nihil. Quippe quæ profunt etiam, quæ te ad tui cognitionem reducant, nec parum ad humilitatem, vitæ morumq; emendationem conferunt. Inde enim disces cautius prudentiorq; inter homines viuere, & in hominibus nullam; in me verò omnem spem tuam locare. Iudicia igitur hominum non admodum curanda sunt, siue boni siue malum de te homines loquantur. Sine illos loqui, sine illos opinari. Tu interea ad me cor tuum dirige, & lustrata conscientia tua, si nihil me offenderis, nihil me-

Laus vel vi-
tuperium a
vorum quid
cuique con-
ferat.

Iudicis ho-
minum quæ-
mli facienda.

me Porro, si te offendisse deprahenderis, plange: non quia homines te vilipendant (hoc enim iuste iam pati & desiderare debes) sed quod tu me offendisti, & delinquendi in super occasionem præbuisi hominibus. Si verò quod delicto caret quippiam in te aut laudatum aut vituperatum fuerit, non aliter aut plus inde mouearis, quam si alius quispiam laudetur & vituperetur. Si te homines laudant, id eorum errori ascribas & beneuolentiæ: si arguunt aut damnant, nihil mirare. Quid enim mirum est si vitam tuam homines carpunt, si despiciunt, si damnant: quando vitam meam quoque innocentem, omni labe carentem, & in quam nulla cadebat reprehensio, damnauerunt & detraxerunt omni eruditioni meæ? Gaude potius quod ad itera mea peruenaris, humiliationis videlicet & abiectionis, & quod pateris ab hominibus persecutiones. Sine tu alios in te machinari mala, ego eorum mala faciam tibi bona: sustine tantum, & tace. Studeas tu mihi in omnibus placere, non hominibus. Itaque si hominibus places, eorum puta falli opinionem circa te, quia te non cognoscunt sicut mihi cognita es, sed iuxta exteriorem speciem, pro sua bona simplicitate te iudicant. Si verò displices, tuis demeritis id tribue, & inde te magis humiliā. Quod si pro tantillo despecta es, quid fieret si te cognoscerent homines, si peccata, si vitia tua omnia atque ego viderent?

Amā igitur vilis & despecta haberi, nec vnquam aded despiciaris, quando te magis despiciabilem æstimes. Præ omnibus creaturis miseram, indignam, ingratiā, atque egentem gratiæ & misericordiæ meæ te debes æstimare, & te prorsus nihil, omniaque opera tua nullius virtutis aut momenti extra me cognoscere. Nemo aded malus, quem non æstimes te meliorem, cæloq; digniorem. Alios crede mereri, te verò sola misericordiā meā tolerari. Eam ob rem nulli hominum audeas te nunquam comparare, sed omnibus hominibus æstima te plus deliquisse, cunctisq; viliorem ac mihi ingratiorem te esse: quia quod ex te est, aut nihil est, aut peccatum est. Efferre autem, seu præferre se ex donis meis, intolerabilis ac insolentissimæ est superbiæ. Ad hanc cauendam, vtiliter subtraho tibi sensibilia dona mea, quia nescis illis vti, nisi ad extollentiā tuam, cum tamen nihil inde deberes tibi attrahere seu ascribere, sed purè omnia ad me referre. Vigila itaque propterea ne quicquam à me desideres propter te, sed propter me solum; ne aut per superbiā ingrata sis mihi, aut abominabilis per negligentiam. Vide quam nihil sis, quam cito superaris: si quando non defendo te, quando ego non pugno pro te, non valvas sustinere leuissimam aduersitatem, non vales expugnare debilissimam tentationem, nec potes tuo vitio quodcumque bonum non inquinare.

Nimium es pronā ò filia in aliorum vituperationes, quod haud dubium arrogantiæ est inditium, quasi tu propterea his præferenda sis qui vituperantur, dum fortasse vitio hoc cares quod in aliis accusatur, aliis licet vitis interim subiecta. Haud quaquam igitur præferenda es, quin potius multo detestabiliorem te facit lingua tua, quæ tuam arrogantiam aut inuidiam manifestat. Amici mei non aliena, sed sua vitia solent carpere & accusare. Nam & opera sua omnia habent suspecta, & seipos suspectos habent: nec credunt sibi, propterea quod in multis didicerunt se falli. Semper enim metuunt, quod purè me non querant: porrò aliorum opera mirantur, & laudant. Nullas enim de proximo volunt admittere suspensiones. Omnino igitur & tu alios aut lauda aut excusa, aut prorsus tace, tuam solam vilitatem ingratiūdinemque continè in oculis habens, & admirans, quod non omnes homines te detestantur & ar-

Fauorem aliorum erga se quoniam quisque desinitere debeat.

Superbiā quanta sit, ex donis Dei se efferre.

Oculatam esse in aliorum defectus cuius tibi inditium sit.

Mores amicorum Dei quæ sint.

Humilitati
quam sit ne-
cessaria hu-
militatio.

guunt. Non potes filia obtinere humilitatem, nisi diligas humiliari. Humilitatem
necesse est precedat humiliatio. Omnia igitur quæ tibi eueniunt, accipe de manu
mea ad tui humiliationem. Dilige etiam ab aliis te humiliari ac vilipendi. Sine fa-
mam tuam traduci. Sile tu, & tibi crede. Ego melius, quàm tu scio famam tuam
excusare. Si te ipsam defenderis, non indiges mea protectione. Si humiliter & passi-
ter taceris, ego noui tempus, quo pro te respondeam. Noli tu excusando te, me
præuenire. Ego pugnabo pro te, & tu tacebis.

*Obedientia quantæ sit præcellentia: quomodoq; & quibus ea sit exci-
benda vtq; simpliciter nos Prælati propriis subiiciamus.
voluntas item propria quanto studio semper &
vbique persequenda sit.*

CANON XXI.

Obedientia
quædo sit sa-
crificium
Deo gratif-
icatum.

Obedientia virtus est præclarissima, & mihi maxime accepta. Opus quod ex
suo genere esset vilissimum ac minimum, si propter solam obedientiam pe-
re fiat, magis est mihi acceptum, magisq; facienti proficuum ac meritorem,
aliis innumeris per voluntatem propriam factis. Neque enim (crede mihi filia) sa-
crificium potes offerre nobilius neque dignius, quàm vt cor humile, obediens, nig
ad omnia mihi offeras paratum. Si quidem fieri posset, vt vna obedientia posset
psum homo propter me relinquere ac exire, & ita suam voluntatem propriam ab-
negando plus proficere, mihiq; intimius coniungi, quàm si exercitiis aliis nobilif-
simis multo tempore vacasset. Quapropter debes esse obediens filia, vt si etiam spe-
cie corporali me tibi præsentem cerneres, meaq; præsentia fruereris, quemadmo-
dum sponsa cohabitans suo fruitur sponso, quando ad obedientiam auocaret te.
me quispiam tu me deberes relinquere & obedire. Hæc enim relictio non esset mei,
sed tui ipsius, quia proprium commodum propriam consolationem postponeres
meo honori, & meæ voluntati, quæ est vt abneget teipsam, & vt non quærat
quæ tua sunt, sed aliorum. Hoc igitur modo te ipsam, & propriam quaesitionem re-
linqueres. Nam me non relinqueres, sed contemplo nobilius atque vberius inu-
nires.

Relinquenda
omnia ob-
edientia.
1. Cor. 10.

Disce igitur te propter me relinquere, hoc est, tuo fructu, tua consolatione, tua
deuotione, tuo profectu, per tui abnegationem carere: vt quod debitum est facien-
do & me honores, & per aliam viam proficendi non solum nihil amittas, sed con-
tuplo etiam potiora conquiras. Quapropter nihil sit tibi ad eò charum, nihil vi-
deatur tam vtile, à quo propter obedientiam non sponte ac animo resignato ab-
laris. Quicquid enim est, cuius amore obedientiam recusas, aut ad eam tristiter
murmurasq; accedis, hoc idolum est propriæ voluntatis, plus quàm dici potest
tibi perniciosum. Si in loco fueris vbi superiorem non habes, aut vbi ipsamet superi-
rior es, omnes homines facias tibi superiores, obediens eorum voluntati, & tuam
relinquens. Verum id non ex ignauia, sed vbi licet, & ex studio te ipsam propter me
abnegandi. Obedientiæ virtutem ex intimo cordis dilige, eamque vsq; ad mortem
non deseras, non solum superioribus, verum etiam omnibus hominibus propter
me, vbi cumque mea non contradixerit voluntas, idq; sine tristitia, sine murmure.

Idolum vo-
luntatis pro-
prium quod

Quomodo
quis quibus
que sese sub-
iciat.

sine discussione. Quod vt possis liberius, non respicias ad hominem, qui mea tibi ordinatione est superior, quam doctus, quamve idoneus sit, non aduertas nec penses an doctus illiteratusve sit, præstans an vilis: sed hoc tantum respicias quod mea prouidentia tibi datus est superior, per quem ego te regere volo, & in quo me tu debes consulere & audire. Itaque hanc prouidentiam meam attende, qua non minus per simplicem quam erudicum (imò per quencunque volo) te regere, & mihi subicere cupio.

Quapropter sine vilo scrupulo, sine vlla formidine te subiicias oportet, & posthabitis consilio tuo ac prudentia, huius tantum iudicio ac sententia te subternas: quicquid ille diffinierit, quicquid statuerit, ex ore eius tanquam ex ore meo amplectere. Idem namque seruis meis superiores interdum parum literatos, aut minus exercitados constituo, ne humanam sapientiam, aut hominem quærant in homine, quando potius in homine me Deum suum quærant, qui per simplicem hominem (si considerare possunt) non minus eis respondeo, quam per doctum. Atque idcirco ipsi quicquid responsum, quicquidve consultum audierit, non vt ab homine, sed ex me recipiant, mihiq; & meæ directioni tribuentes omnia, & nihil ascribant humanæ, siue prudentiæ, siue simplicitati. Si igitur non vis falli, amplectere viam obedientiæ, & citra Prælati aut spiritualis patris, aut superioris tui iudicium nihil prorsus age. Viue semper in simplicitate & paupertate spiritus, sine vilo proprio iudicio, sine proprio consilio, sine proprio sensu, & sine proprio videre: nec vllam admittas quærandi, seu murmurandi occasionem. Hoc melius semper æstimans quicquid superior tuus, aut, si ille defuerit, quicquid alij melius iudicarint, quamdiu manifestum id non fuerit peccatum. Et idem ad plenam voluntatis propriæ interuentionem, debes non solum sub obedientia hominis stare, sed omnibus etiam creaturis te subicere propter me. Aded nanque in te odisse debes voluntatem propriam, aded illam debes extinguere, vt inter homines viuas vbicunque fueris: non aliter ac si absque voluntate propria fores, hoc est, ac si nullam prorsus electionem haberes: sed omnia tibi euentia indifferenter acciperes: hoc solo excepto, quod aliena semper tibi voluntas (vbi didiceris) magis placeat, & hoc excluso peccato, seruataq; honestate & discretionem. Proinde omnibus hominibus hoc modo consentias in his quæ tua sunt, id est, quæ te solum respiciunt, ac si omnibus promississes obedientiam. Imo vbicunque etiam sola fueris, non facias voluntatem propriam tanquam propriam, sed omnem vitam & omnia exercitia tua ordina ad tui abnegationem: hoc enim melius est tibi quam paradysus. Sine igitur per internam inspirationem, siue per scripturarum, siue per superiorem, siue per creaturam aliquam, aut alio quocunque modo voluntas mea tibi innotuerit, quando cumque etiam intus à me admonita fueris, mox contempta omni proprietate consilij, iudicij, voluntatis, opinionis, amoris, inclinationisve relinque te, & sequere meam voluntatem. Discas autem sapienter oportet, quæ sit voluntas mea, nec cum te spiritum putaueris sequi meum, sequaris tuum, aut erroris deceptionisve spiritum. Eam obrem omnia age per iudicium tui superioris, & eius voluntati plene te submitte.

*Voluntas propria quanta mala in nobis operetur: vtq; ea exuenda sit:
& vt ipsa omnium malorum & afflictionum sit causa.*

CANON. XXII.

Rff

Nihil

In Prælati
nostris quæ-
nam contē-
plari debeat
mus.

Prælatos
minus eru-
ditos ac sa-
pientes cur
Deus præpa-
rat electis.

Simpliciter
quoniam sem-
per viuenda.

Voluntas
propria quæ
to sit odio
persequenda.

Nihil te potest torquere & filia, nisi voluntas propria: cui si mortua fueris, nullam te lædere potest creatura. Quæ enim te lædere potest creatura, tu tibi ipse mortua fueris? Hoc est, si in te mortua fuerint hæc verba, aut potius horum verborum affectus, videlicet ego & me, & mihi, & meum; hoc est, si nullus in te fuerit respectus proprius. Quis te læderet, quando ego in te vivo, & tu in me cui resistere non potest, sed cogitur seruire omnis creatura. Cæterum, si voluntatem propriam tenere aut sequi volueris, omnia tibi resistent, omnia te impugnabunt, & velis nolis, nequaquam euades providentiam meam, tametsi hæc cruci, non consolationi tunc futura sit. Porro, si voluntatem propriam exueris, pacem gustabis internam, & gaudium propriæ voluntati incognitum. Nihil enim perturbat mundum, nisi voluntas propria. Propterea dixi discipulis meis: In mundo, id est in illis quæ mundi sunt, hoc est, in desideriis propriis, quibus mundus aridet, *pacem habebitis: sed confidite, quia ego vici mundum, ut & vos in me vincatis, & in me pacem habeatis.* Incipe igitur & in omnia desideria mundi, omnemque amorem privatum in te radicitus extirpare ac mortificare.

Alioqui, quomodo potes vincere mundum aut diabolum, si habeant ipsi exercitum suum, hoc est, vitia intra te? Et ecce primum quicquid est mihi contrarium intra te, quicquid etiam pugnat contra te, quia diabolus aut mundus non possunt te vincere aut impugnare, nisi per ea quæ possident in te.

Amici nostri veri ut sint ij qui nos persequuntur & affligunt: relicta abnegatioq; nostri ipsorum quænam bona in nobis operentur: tritari quas ob causas solum debeamus.

CANON XXIII.

Quicumque tua vitia persequuntur, qui te præmunt, qui te tibi ostendunt, qui tibi ante oculos, infirmitatem tuam constituunt: qui denique te offendunt, hoc est, qui lædunt in te propriam tuam voluntatem (neque enim te læderet, nisi propriam haberes voluntatem propriamve amorem, quæ sola læduntur, qui itaq; quod dixi, voluntatem in te propriam lædunt, qui immortificationem propriam tibi ostendunt, amici tui sunt, tibi benefacientes. Hos tu amare, simulq; gaudere deberes, quod pessimo aduersario tuo, eiq; qui solus perniciosus est hostis, hoc est, internæ proprietati persequutionem inferunt. Vnde tu, si prudenter vi hac occasione velles) tanto fortior euaderes atq; validior, quo magis illa præmeretur. Quanto minus eadem proprietatis in te sibi vindicauerit, tanto plus ego mihi in te usurpo & quantum illa abfuerit, tantum ego te possideo: quia proprietatis si nihil aliud mali tibi adferret, hoc mali secum habet quod me non finit in te operari. Scilicet igitur quotidie te infinito bono: quocumque igitur te veritas, non aliam ad me reperies viam quam hanc, quam discipulos meos docebam dicens: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, id est, relinquat, mortificet, exuat voluntatem propriam, & tollat crucem suam & sequatur me.* Incipe igitur, quia sic necesse est. Quicquid relinqueris, si te ipsam non relinquis, nihil reliquisti. Atque contra, si te ipsam non amas, si te ipsam non possides, si te ipsam mihi relinquis, omnia propter me (licet in medio diuitiarum & honorum constituta) reliquisti. Quo plus te ipsam fueris egressa, tanto

Voluntas
propria qui
mali adferat

Omnia que
eam con-
turbent.
Ioan. 16

Amici veri
qui sint.

Proprietatis
interna quid
mali adferat

Luc. 9
Relinqueret
quam
quisque de-
beat.

tanto ego ingredior Et si multum tibi mortua fueris, tantundem ego in te viuam. Situ tibi displices, Ego tanto suauior tibi ero.

Relinque igitur omnia, vt inuenias omnia, hoc est, relinque te, vt inuenias me. Quousque cunctaris filia? quousque trepidas? Omnem præsuram tibi solus amor tui, & modica, quam ad me habes confidentia, faciunt. Desere igitur te, & mihi crede. An ego te possum fallere? Quare non credis te mihi? Cur non confidis meæ bonitati? Quid tibi ipsi prodesse potest? quid tibi conferre? Quid es sine me? Num periclitaris, si te mihi tradēs deserās te? Vide cui tradis te. Mihi utiq; sine quo nō potes esse: an subsistere quāto magis nec bene esse? Mihi te trades, quo cū nō potes male esse, te proicere nō possū Mihi te trades, qui nō possum deserere, nō possū decipere, quia nō possum te non amare. Confidenter igitur & incunctanter proice te in me: ego recipiam, ego seruabo te. Quasi non sis sic es extra me: idēd si vitam quæris, proice te, & amplectere me, vt & ego amplectar te, adeoque mihi coniungam te, vt si quis te lædere, si quis te velit tangere, necesse fiat vt ante tangat me. Proinde hilari & prompta mente relinque te, vt neque hoc neque illud procures, optes aut eligas, ex aliquo respectu amore aut inclinatione tui ipsius, sed omnia sint tibi propter me æqualia: illud verō magis charum magisque desideratum, quod mihi cognoueris magis acceptum. Semper enim in corde tuo versari debet (quam Patri in monte ad passionem iturus obtuli) oratio: *Domine fiat voluntas tua.* Item: *Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Item: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Item: *fiat mihi secundum verbum tuum.* Vis autem scire quantum te reliqueris, quantumve tibi mortua sis? Vide quando damna rerum, quando contumeliæ, quando iniuriæ tibi eueniunt, an turberis, & an plus turberis, quando tibi, quam quando alteri acciderint: hic amorem tuum inuenies ad creaturas, imō ad teipsam. Idēd enim temporalia bona, idēd honores, idēd quietem, idēd alia huiusmodi misera & caduca diligis, quia te ipsam diligis. Hæc enim tibi optas, cū potius, si me amares, hæc propter me à corde proiceres: omnia verō aduersa æquanimiter ferres, nec magis quando tibi, quam dum alteri contingunt aduersa, multo minus turbareris. Sola enim causa deberet esse tristandi, si mihi irreuerentia aut contemptus fiat.

Itaq; qui se ipsum reliquerit filia, huius opus, exercitium atque scopus est à seipso deficere, seipsum exuere, transformari, & à mediis quibuslibet inter ipsum & me exoccupatum ac liberum fieri. Media minima sunt cogitationes ac similitudines de creaturis, maxima, propria voluntas, quæ quanto validior est, quanto latiore in homine occupat locū, tanto ego ibi sum minor, tantoq; minus in anima possideo.

Quamdiu itaq; sentis inclinationē aut tractum nature ad vnā rem magis, quam ad alterā non dū perfectē mortua es, & habes adhuc quod in te mortifices. Quicquid igitur sentis quod possit te afficere extra me, quicquid animam tuā nititur occupare, mutare, aut detinere, quicquid similitudinem sui conatur imprimere quicquid ad se trahere, quicquid voluerit te inescare aut inuoluere, hoc studeas mente introuersa, clausa, ac ad me eleuata transire, & libere omnem spem ac metum, luctum ac damnum, quietem ac laborem, gaudium & mœrorem, sollicitudinem, omnesq; id genus occupationes cordis, horumq; respectus supergredi. Si enim fixeris animum tuum in me, hæc omnia calcabis. Porrō si amaueris, si teipsam non exueris, pro te gaudium ac tristitiam, iram ac metum, sollicitudinem & passionem innumeratas semper habebis. Quocirca nunquam nisi tui oblita ac tui ipsi mortua, po-

Rrr 2 208

Matt. 26
Mar. 14
Luc. 22.
Psa. 148
Luc. 1

Tristitiam
sola causa
quænam
esse debeat.

Animum
tranquillum
quænam sola
faciant.

tes esse tranquilla. Deficias igitur à te oportet, vt in me solo viuas, in me solo sapias, & me solum sentias filia. Nihil tibi deerit, si hoc modo tibi defueris. Nihil deerit, quamdiu mecum fueris. Ego tui curam habebō. Ego protegam te. Nihil potes negligere hoc modo tui negligens, quia cētuplum in me reperies. Omnem igitur curam, omnem sollicitudinem, omnem timorem proice in me, & te ipsam crede mihi. Spora, & confide in me. Non potest te fallere spes tua, nec esse potest nimia, si bona aut poenitens fuerit vita tua. Quicquid homini amico velles conqueri, hoc reuelam tibi. Ego tui curam suscipiam, ego te nutriam, ego te fouebo, ego te defendam. Tu vero quasi à te ipsa aliena me solum cures, quomodo videlicet te ipsam, id est, desideria tua, priuatum amorem, sensualemq; appetitum in te radicatus mortifices & extinguas, abrenuntiando omnibus desideratis, quorum causa vt desiderarentur, non oram ego Deus tuus. Hanc autem obedientiam, hanc propriæ voluntatis abdicacionem, hanc tui ipsius relictionem zelari debes propter me: cui ad eò resignata, ad eò ad omnia debes esse subiecta, vt nullam omnino habeas voluntatem aliam quam beneplacitum meum.

*Vti à nobis ipsis deficientes solius Dei prouidentia nos & omnia
committere debeamus: quenam item nobis bonitatem insinuent.*

CANON XXIV.

Quamdiu in te fuerit optio, electio, aut inclinatio vt tibi in vna remaiores voluptas, maior quies, maior consolatio, quam in altera, adhuc proprium aliquid est in te, necdum perfecte abnegasti te. Siquidem indifferenter ac equaliter omnia deberes amplecti, & in sola mea prouidentia stare ac niti: hoc enim maximam tibi pareret libertatem, maximam pacem, maximam tranquillitatem. Nihil igitur super te ipsa stes, nihil ingenio, nihil viribus tuis credas, nihil tibi confidas, nihil tibi super te permittas, nihil super te ædifices, nihilq; proponas, nihil profectui tuo, nihil voluntati tuæ quamlibet bonæ fidas: sed te ipsam omnimoda deserens extra te ipsam eas, & extincta omni proprietate, in me solo stes & requiescas, meæ bonitati confidas, meæ gratiæ, meæ prouidentia innitaris, parata omni tempore citra electionem, sine discrimine, & sine retractione cordis pro mea voluntate tam aduersa, quam prospera suscipere in tempore ac æternitate: hoc vnum desiderans semper, esse secundum meam voluntatem. Quapropter quam multum aut parum proficias, quam prope aut longè mihi sis, quam magna aut modica habeas dona mea, vtrum ad purgatorium aut sine purgatorio exeas, quam diu potius habeas & quantum, totum committas prouidentia meæ, nec aliud desideres, quam nunquam aliter inueniri, atque meæ bene placuerit voluntati, nec aliud tibi bonum minus optes, aut euenire posse existimes, quam vt suprema, vltima laudabilissimaq; mea voluntas in te fiat, cuiq; mihi, iuxta quod maximè velim, placeas. Voluntas mea sit perfectio tua atque perfectionis mensura. De futuris nulla cor tuum moueat quaestio, nulla sollicitudo, nullam de incertis & contingentibus admittas curam, sed mihi qui omnia rego, omnia committe. Siquidem malum ipsum exoptatum aut formidatum potest fieri vt non veniat, cum vero praesens fuerit, si

Defiderare
super omnia
quidnam
quis debeat.

Futurorum
quatenus
curam
habenda
sit.

dei malitia sua. Quomocunque enim, & quicquid permifero, prouidentia mea tibi placere debet super omnia, & laudare me debes, & certissime tenere, id optimum tibi esse, ac manu id mea benignissima tibi (hoc est in utilitatem tuam) praeuifum ac praedordinatum: modo plena fiducia innitaris super bonitate mea. Bene de me sentire, firmiter in me confidere, ac plenè se mihi relinquere praedicant bonitatem meam. Propterea aded hanc mihi placent in homine, ut non possim illum relinquere, nec potest illi mali aut perniciosi quid accedere, qui spem suam in me locauit. Quanto maior in te spes & fiducia est erga me, tanto plus & perfectius obtines quicquid desideras. Et quicquid tibi acciderit, si ita bonum me credis, ut aduersa & inimica omnia in bonum tuum, hoc est, in utilitatem tuam tibi conuertat, hoc fiet. Et (si tu saltem didiceris omnia ita accipere) absque vilo dubio fiet. Solent enim etiam amici mei orare, ut à purgatorio preferuem illos. Non id malè est rogatum: perfectius autem orabis, si ante pedes maiestatis meae prouoluta desideres, ut iustitiae meae in tua paruitate satisfiat, obtulerisq; te in gloriam meam ad purgatorium, & ad quocunque mihi beneplacitum pro beneplacito meo ferendum, plusq; delectet voluntatis meae impletio, quam purgatorii euasio. Ita que si amorem ac zelum inordinatum, quem erga te & pro te, item pro sensu atque voluntate tua habebas, per gratiam meam viceris & plena confidentia perfectè te in me proieceris, mihiq; soli innixa fueris, senties gratiam meam mira in te operantem. Intende igitur in me filia, & cogitans me, relinque te, & ego cogitabo pro te, semperq; tibi assistens, non deseram te. Iterum dico. Cuncta quae tibi eueniunt, purè, nude ac immediate accipias de manu mea, & non à creatura aliqua, in omnibus admirans, laudans, & cum amore ac gratiarum actione desideranter acceptans de bonitate mea prouidentiam meam, qua in omnibus quae tibi eueniunt intendo ac operor tuam salutem, cuiq; singulariter recordans hanc tibi mitto & ordino, ut hanc ita agere aut pati habeas quo tui miserear. Stude igitur & tu in omnibus quae vides & quae sentis, & in omnibus quae tibi occurrunt elicere laudem ac honorem meum: ut intelligas, quare hanc permiserim, id est, ex quanta charitate, & quomodo tu ad me & in me eadem referre debeas, teq; simul offerrem in originem vnde tibi effluunt, hoc est, in bonitatem meam, ad gloriam meam. Si hoc esses exercitio perfectè assuefacta, quo non minus libenter tristitia, quam læta de me susciperes, & me in omni creatura scires inuenire: tunc enim aded nihil esse posset tibi contrarium, quod non faceres tibi vtilissimum: imò nihil à me foret tam alienum, vnde mihi sacrificium non offerres. Siquidem in omni creatura ego sum, & praeter me nulla potest subsistere. Ea propter nulla creatura tam est vicina sibi quam illi ego, qui unicuique intimus sum. Aded autem pauper esse deberes spiritu, ut non habeas quod velis aut nolis. Non habeas, inquam, quod cupias, aut fugias tui causa, sed beneplacitum meum solum, quod vbiq; ex ordinationibus & permissionibus meis (si me purè quaesieris, & prouidentiam meam attenderis) mirabiliter intelliges.

Orare num
licet pro
euasione
purgatorii.

Laudem Dei
ex omnibus
eliciendam
rerum e-
uentibus.

Aduersitatum omnium causa quae sit: quo anima eas oporteat: quanam item afflictos consolari debeant.

CANON XXV.

Rff 3

Tribu-

Tribulationem omnem, atque aduersitatem tanquam nuncium signum gratiæ meæ tibi appropinquantis, accipe. Propterea quancumq; sentis te moleſtia aut aduerſitate præmi, gaude, ſciens quia meruiſti. Itaq; nemini, quam peccatis tuis quod pati habes, imputa, ſimulq; gratias age quod oculis ſuifericordiz meæ reſpiciens te, hac gratia dignatus ſum, qua filio cum virga hic te viſitem, arguam & caſtigem, nec quomodo digna fores te proijciam. Quamdiu arguo, quamdiu flagello te, ſignum eſt quod meliorem te fore cupio. At ſi correptione ſubtrahero relinquens temetiſſam tibi, videberis quidē tunc pacem habere & tranquilla eſſe, ſed infeliciffima es, à qua vigilia & cuſtodia mea ſubtracta eſt. Quæcumq; igitur pateris dic tibi ipſi: Grauiora ego eommerui. Quæ ſi etiam nulla eommeruiſſes, mei tamen amore & gratiam, quia hæc tibi aduerſa ſerēda impoſui, ne meū impediatur beneplacitum, amatiſſimo patientiſſimoq; corde libenter omnia ſufferre deberes: quandoquidem ego pro te paſſus ſum. Qui tamen ſi nihil paſſus foret, nonne propter beneficia mea infinita, quæ tibi impertior quotidie (quicquid enim habes, à me ſolo habes) dignus forem pro quo non nihil ſuſtineres. Poſtremò, eſto, nihil horum ſit, nihilominus cogitare debes quod mea es, à me facta & plasmata, nec minus mea, quam lutum in manu figuli: quodq; idcirco poteſtatis & iuſtitiæ meæ eſt tecum agendi quæcumq; volo: tibi verò ne contra dicere quidem licet, magis quàm figulo lutum. Quid enim contradicere habes creatori, ſiue conſoler, ſiue aſſigam? ſam tantorum malorum tibi conſcia, quæ eommeruiſti, quidni deſideret etiam contemptum quo bonitatem meam ſpreuiſti ſuper te puniri, & ſuperbiam tuam humiliari? Verùm, accedit aliud potius, videlicet quod ego amator tui, vt noſti, ſum fideliffimus, optima quæq; & ſaluberrima tibi prouidens. Voluntatis enim meæ fuit antequam crearem te, vt hac hora, hocq; momento, eadem ipſa quoq; pateris, patiaris. Hæc itaque amantiſſima mea voluntas fidelitate & charitate plena, vt impleatur tibi, nihilominus debet eſſe deſideratiſſima, aded vt quicquid pateris cum alacritate, dulcedine, gratiarum actione, mititate, deuotioneq; cordis patiaris, nihil amari turbulenti ve cogitans aduerſus eos, qui tibi moleſta aduerſa irrogare videntur: quin potius eos vt meos in hac re miniſtros, atque à me ad hoc miſſos iuſſoſq; cogita, & me ſolum intuearis, conſiderans quam benigno, quam amanti, quàm deniq; pio ac fideli corde tibi hæc vt patiaris, procurauerim. De ſola igitur manu mea ſine alio medio accipe, quicquid ſuper te venerit triſte, & ex amore tibi ad vtilitatem tuam miſſum intellige. Tam deſideranter itaque illud ſuſcipe, quàm amanter ego mitto. Vnde cùm nihil paſſa fueris aduerſi, tunc denum alienum tibi me atq; offenſum putes vt potè qui minus præclariffimum, quo omnes amicos honorare exornareq; ſoleo, hoc eſt, pati & tribulari, tibi nunc ſubtractiones, quantas pœnas & fatigationes, quantas perſequutiones, quantas contradictiones, quantas pœnas & fatigationes, quanta mater mea chariſſima, quanta denique amici mei veſtigia mea imitantes perpeſſi ſumus. Deinde quod nemo ad æternitatis gloriam, niſi per crucem calicemq; aduerſitatis peruenerit: quod in ſuper non alia ſit, præter hanc regiam, via ad patriam, quam te quoq; ambulare neceſſe eſt, ſi modo nobiſcum in beatitudine, noſtro deſideras conſortio frui.

Postremò, quod tam vile aut modicum non eſt quicquid mei cauſa egeris aut paſſa fueris, vnde glorioſam maximamq; à me non recipias mercedem. Veruntamē ego nolo, vt tu quaſi pro mercede mihi ſeruias aut patiaris, ſed nudo ſolo amore. Ego ſcio quid præmi tibi dare volo. Volo inquam, quia nulli debeo aliter, niſi quia

Flagellatum Dei
cauſa quæ.

Aduerſis
preſſus quæ
exercere de-
beat.
1. Pet. 2.
2. Cor. 4.

Aduerſa
omnia quo
animo ſuſ-
cipienda
ſint.

Conſolatio
in aduerſis
vnde fugi-
enda.

Bona Dei
omnia vt
ſunt gratui-
ta.

quia volo, dona enim mea gratuita sunt. Tu igitur noli de præmio cogitare, sed nobiliori modo amanti, fidelioritq; corde me cogita, & propter me ex charitate mihi subice ad omnia quæcunque volo. Si scires filia quantus est tribulationum fructus, pro voto susciperes gloriari, in cruce ac tribulatione. Quanto igitur plura tibi occurrunt aduersa, quantoq; desiderijs tuis (etiam quæ sunt ad placendum mihi) obstitit, tanto debes ad patiendum esse feruentior, tantoq; erga me refrenatior: quia mea voluntate ac prouidentia agitur, quando voluntas tua etiam bona impeditur, vt videlicet pro vna dux tibi virtutes nascantur, habeasq; simul ex bona voluntate (tametsi non permittaris operari) boni operis mercedem, & ex aduersitate voluntatem impediente, patientiæ coronam. Adde quod bona voluntas quanto fuerit aduersitatibus tentata & inuenta fidelior, quantoq; manet inter contraria studiosior, tanto ei reposita est apud me gloriosior corona. Itaque quia te diligo, volo vt tota ac purè fidelis mihi sis sponsa, volo vt absq; vlla proprietate mihi seruias, easque non quo tu velles, sed quocunque te misero siue duxero, ne in his quoque quibus mihi placere intendis, teipsam simul quæras: quin potius vt fidelis, deuota ac obediens ancilla, quæ exera dominæ suæ voluntatem nullam habet electionem, sic tu nulla in te teipsam, sed me solum purè quæras, fitq; id tibi semper acceptissimum, quicquid ego per manus hominum, aut quomodocunque volo, impofero tibi ferendum.

Voluntatis bonæ quando corona gloriosior.

Vt ea quæ patimur nobis solis imputemus: Christi vita, mores, passio, vt in aduersis ob oculos constituamus.

CANON XXVI.

Non filia ad homines respicias, neque hominibus imputes si qua pati habeas. Quid noxa habet virga si pater corrigere filium tentans, hac vsus fuerit? Et tu cur irasceris hominibus, qui pro flagello in tui emendationem aduocati mihi seruiunt? Non igitur cōtra illos pugnes aut disputes, sed hoc obserua, ne tua te impatientia lædat, & fructum quem assequi debueras patiēdo, amittas quærulando. Patiēdo igitur ad omnes homines esto benigna ac mitis: esto serena vultu, vt nulla turbulentia, nulla quærimonia, nulla deiectione animi seu tristitia, nec quicquam in te deprehendatur, vnde intelligaris pati aut grauari.

Alijs non imputandis, quando patimur aduersa.

Si te arguerit quispiam aut conuiciatus fuerit, serenum ac benignū ostende vultum tacens, atq; in signum dilectionis bene acceptantis, boni omnia consulentis, nec vltionem cogitantis, nec iniuriam sentientis, cum verecundia humiliter subrideas. Caue autem ne tūc loquaris, nisi duo aut tria verba modeste. Ita te exhibeas humilem ac mitem, vt nemo nō audeat corripere te, nemo timeat despiceret, nemo conuitia inferre. Disce in omni aduersitate ad omnem obiurgationem, ad omnem contumeliam aut iniuriam tacere, sustinere & quiescere, & inuenies meam gratiā. Adquam alioquin nunquam peruenies, nisi tacendo, & ea quæ tibi ferenda impono, æquanimiter sustinendo. Habes autem o filia simul ac sponsa mea vitam meā, patientiæ ac mititatis exemplar. Neque enim ociose dixi. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: quando quidem vita mea patientiæ, humilitatis, ac mititatis fuit exemplar. Inter pœnas ac acerbos cruciatus, inter derisiones & blasphemias, inter cruces hostium minas, & vultus impios quid à me quæricularum aut murmuris egressum est? Cui inimicorum maledixi? cui aspere loquutus sum? cui durè respon-

Conuitia passus quo animo esse debeat.

Matt. II.

Mores Christi in passione quibus exemplo fore debeant.

Aduersitati
omni quo
animo oc-
currendum.

Esa. 57.
Lucæ 23

Creatura
omnis vt
gratiz Dei
maioris in
homine oc-
casio fiat.

respondi? cui malè sum peccatus? imò cui non condolui, qui pro omnibus simul orauit: Sic tu in silentio & tranquillitate patientiam habe, & esto sine murmure ac querela mitis. Noli tu pro te pugnare. Noli pro te ipsa respondere. Noli te defendere aut excusare. Tace & te ipsam ac causam tuam mihi committe. Ego pugnabo pro te, & tu imperturbata immotaq; in silentio mihi interim inhare, parata cum desiderio omnem confusionem potius sustinere mei amore, quam vt intus vel extra remurmures in mi oimò. Quamdiu videtur tibi iniuria fieri, quam diu æstimas te indigna & iniusta pati ò filia, tamdiu neque ad veram patientiam, neque ad multipliam cognitionem peruenisti. Occurre igitur hilaris & deuota omni aduersitati, & te ipsam offer mihi ad patiendum, ad carendum, ac ad laborandum portandumq; quomodocunq; volo. Hunc diem æstima amissum, quo crucem non sentis singulari. Si scires quantus est patientiæ fructus, magnam illis reuerentiam, magnam gratitudinem exhiberes, qui te premunt. Cogita quomodo ego agnus innocens ad eos qui me conspuebant, flagellabant & crucifigebant cor mitissimum gerebam, atque per omnia tranquillum, eosq; excusabam, ac pro illis orabam. Ita tu oportet vt nullas iniurias reputes, nec quod iniuriæ tibi fiant arbitreris: sed me solū respicias, me attendas, & quod ex dilectione ego solus omnia tibi hæc faciam, intelligas. Hoc modo filia nihil est in creatura quod non sit via tibi & occasio vbius gratiæ meæ, quia in omni us inuenies me, modo creaturam non vt creaturam, sed me in creatura, quemadmodum debes, cõtemplata fueris, in creatura me receperis, me audieris, me senseris: siquidem in omni creatura tibi loquor. Ausculta igitur & intellige per vnāquamq; rem quæ tibi accidit, quid à te velim: vbi verò didiceris meam voluntatem, mox illam debes esse paratissima. Si ita auscultares, hoc modo totus mundus tibi liber esset & eruditio.

*Consolationem nullam desiderandam in quibusuis aduersis: perfecti-
item amicorum Dei in hac vita altissima
que sit.*

CANON XXVII.

Perfectio al-
tissima in
hac vita que
sit.

Via regia & sublimis perfectorum omnium amicorum meorum, & alia quoque ambulanda, videlicet non habere in omni præssura, in omni aduersitate vnde consoleris, adeoq; pauperem esse, vt non super sit tibi quo te veritas, cui confidas, aut quem consulas, in quem te respicias præter me: et nihil aliud tibi restat aut relictum sit, quam animaduertere ac pensare quantum potes ad meam gloriam in hac præssura sustinenda proficere, intus per desiderium te offerendo, & extra humiliter omnibus te subiuciendo & seruiendo, perinde ac si omnibus impunè, citraq; iniuriam liceat, imò à me præceptum sit, te premere ac consulcare. Hic omnis quærimonia, omnis argumentatio, omne murmur, omnis displicentia erga proximum cessabit, & qui te durius præ cæteris præmunt, hotam placandi, itemq; gratificandi mihi, præbent. Insuper gaudebis, quod materiam exercendæ virtutis, probandæq; dilectionis erga me (quod si me perfecte desiderares) tibi offerunt. Est autem adhuc altior perfectio, omni videlicet consolatione humana, tum diuina destitutum, tentationibus, præssuris, angustijs, dubijs, perplexita-

perplexitatibus, aduersitatibusq̄ oneratum, & quasi à me proiectum, aut obliuioni traditum, nihilominus à me ad cretcuras se non conuertere, nec à me recedere, nec ad mundana redire subsidia, nec sibi consolationes aut reuelationes expectere, sed mihi fidere, me præstolari, & nuda fide ac sola charitate mihi inherere, paratumq̄ sic manere, quàm diu mihi placet: imò ad hæc & alia quæcunq̄ pro mea voluntate, & ad gloriam meam se mihi relinquere, se resignare, & me in huiusmodi præfurlis, quo modocunq̄ etiam potest, vel arido corde laudare.

Mititate patientiaque quantis opus sit in cunctis afflictionibus: voluntas item nostra vt in omnibus fiat, quid curandum præcipue.

CANON XXVIII.

Satis iam intelligis ô sponsa, quàm te oporteat esse patientem, quàmq̄ in patientia mitem, hoc est, cum æquanimirate, pace ac tranquillitate cordis omnia tolerantem (neque enim aliud est mititas, quàm in vera patientia est tranquillitas) vt nihil te etiam contristare, nihil perturbare queat, quicquid extra me tibi acciderit, siue in tempore id fuerit, siue in æternitate, hoc solo dempto, quod à gratia & charitate mea non velis esse exclusa, nec voluntate à me auersa. Hoc enim nõ est negligendum, sed summopere curandum vt charitate mihi semper coniuncta maneat. Deinde quocunq̄ loco, quacunque pœna aut consolatione tenearis (si hoc ipsum ad gloriam meam & præcipuum beneplacitum meum sit) in hoc gaudeas, quod meæ subiecta sis voluntati, parata iuxta voluntatem meam & consolari & tribulari. Sic constitutam nihil ab extra adueniens potest te contristare. Nihil enim tuæ voluntati eueniet contrarium, dum mea, semper est tua voluntas, nec aliud habes, atque meum velle, ided semper (quod dixi) fiet voluntas tua in omnibus. In hoc enim tibi summopere est gaudendum, quod mea in te perficitur voluntas. Ided in interiori homine tota tunc es in pace constituta, quamuis in homine exteriori præfura sit & desolatio: quàm tamen in pace recipis, quia aliud non vis, quam ego volo. Hoc modo filia esto tranquilla, prouidens, quo furor in te omnis, omnisq̄ quarimonia penitus extinguatur, & vis ipsa in te irascibilis in quodam silentio immobilizetur: concupiscibilis verò circa virtutes stabilita in me eleuetur. Porro rationali his congaudente, & conscientia pace ipsa ac serenitate sua perfruente, anima tota tranquillizetur.

Proximus quisque vti sit casto amore prosequendus: alios temere iudicare quam animæ noxium: delinquentes item quo animo sint arguendi.

CANON XXIX.

Ad omnem proximum filia cor habeas compassione & casta dilectione plenum. Castam voco dilectionem, quæ cor non inquinat concupiscentia carnali, nec sociali occupat familiaritate, nec inordinata affectione commulatur, nec distractione inquietat cogitationum, nec desideriorum turbat importunitate, nec similitudinum ac phantasiarum multiplicat imaginatione: sed citra

Mititas vera quæ sit.

Homini resignato quid præcipue curandum.

Voluntas hominis vt in omnibus fieri possit.

Dilectio casta quæ sit.

§§§

electio-

electionem personarum, citra distinctionem sexus, omnem hominem in me amplectitur nudæ charitatis effluxione. Itaque plena pio favore, plena charitate congaudens omnium saluti & profectui: atque rursus singulorum necessitatibus, tota scatens compassione cōdoles, benignitate, affabilitate, misericordia & pietate affluens & effluens ad vniuersos, vt ad consolandum, ad feruendum, ad supportandum, & ad subueniendum prona semper ferueas quibuscunq; potes modis, idq; hilari corde omnium infirmitates tum corporales, tum spirituales tuas existimant, & erga quoscunq; pijsimæ matris affectum in te transformans. Quapropter studeas excusare omnes, & promouere oratione, beneficijs, & obsequijs. Porro, in quibus beneficij aliud non potes conferre, saltem vultu benigno, dulci alloquio, & signo, eorum studeas tristitiam delinire. Caue maximè quempiam iudicare aut spernere, quia vehementissimè id animæ tuæ nocet, & mihi displicet, quin potius & suspitiones malas fortiter exclude. Excusa omnes, etiam qui labuntur. Cùm peccantem vides, dic, quod ad emendationem maiorem à me permissus sit tibi, quod ignorantia aut errore deceptus bonam habuerit intentionem, quod nimis validè concessa tentationi eius infirmitas succubuerit. Dic & verè ex animo dic, quod multo grauius cecidisses tu, si te hæc tentatio apprehendisset. Diuerso oculo tua & proximi opera debes intueri. Nam tuæ se uero oculo debes trutinare magnificiendo defectus, & virtutes parui pendendo. Contra verò proximi defectus debes parui aestimare, magnipendere verò virtutes. Quapropter semper caue loqui & audire mala de alijs. Nunquam quando iram sentis (si corripiendus sit) proximum arguas. Quid enim prodest, si tu illum sanas & te vulneras? Aut quid confert hæc medicina, si vnum vulnus sanare conaris, & decem in te rea infligis alia? Expecta tempus correctionis, quando & tu tranquilla sis, & ipse fructum correctionis recipere possit. Corripe eum in spiritu lenitatis & dulcedinis, magis orando, cohortando, quam durè tractando: orans interim gemitibus me, vt correptio in eo salutem operetur. Caue ne dissensionis, dissidij, rixæ, odij ve causa sis: sed ad pacem vbique loquere, memor quod dixerim: *Beati pacifici quoniam filij Dei vocantur.* Si quis te offenderit, si odio te persequitur, pro malis beneficia, pro duro & liuido vultu, dulcem & ferenum, pro asperis & contumeliosis verbis, mansueta & lenia redde. Hoc modo facilius ad sui cognitionem illum reduces. Ex omnibus laboribus, miserijs, paupertate, contemptu & doloribus, quæ vides in hominibus, collige labores, afflictiones, contemptum penas, ac reliqua dura & aspera, quæ pro te ego sustinui, vt in quouis homine me contempleris, me sentias, me diligas, mihi compatiaris, & in me transformeris.

Puritati internæ quantoperè studendum: cogitationes cuiusmodi sole sint fouendæ: mens item qui ingiter in Deum subleuanda.

CANON XXX.

Cogitatio-
ac solæ
quam
sunt fouendæ.

STUDE puritati cordis, vt abstracta nulli inhæreas delectationi, imò nullâ quaras, nullam recipias delectationē, ex desiderio delectationis nulli acquiescas. Cogitationes quoq; non solū illicitas, sed ociosas omnes ac inutiles proscinde, nulli scienter in te dans locum. Propositum tuū sit nihil cogitare, nisi aut me, aut propter me. Similitudines & formas rerum, quantum potes, intra te non recipiam.

sed imagines, & phantasias quasunque illic, vt se manifestauerint, repellas. Curas & sollicitudines omnes in me projicias. De quocunque euentu non perturbaberis. Sta semper super custodia cordis tui vigil, ne vlla affectio inordinata ad hominem, seu creaturam quamcunque, nullum desiderium sensuale, nulla passio viciosa, nulla concupiscentia & vt nulla inclinatio, nulla intentio viciosa in te quiescat. Noli consentire vt medium quoduis minimum sit inter me & te. Tu etiam nulla in re teipsum queras aut intendas, sed me solum purè ac simpliciter. Mentem tuam vbi- que erige ad me semper eleuatam tene, vt quicquid loquendum, tractandum, cogitandum ve tibi fuerit, mecum illud primum tractes per orationem & internum colloquium spiritus. Quapropter omnis actio, occupatioq; exterior, materiam & occasionem tibi præbeat orandi: imò ipsa occupatio animi tui non aliud sit, quam iugis perpetuè oratio. Nihil videas tam alienum, nihil tam distortum, ex quo occasionem non haurias orandi atque me laudandi. Ex omnibus eleues mentem tuam, & transferas affectum tuum in me. Quicquid vides pulchrum, quicquid amicum seu delectabile sentis: refer ad me, vt ego solus omnis tua delectatio sim. Omnia te ædificent, & nihil tibi occurrat, ex quo non mediteris animæ tuæ aliquem profectum.

Mens qui
semper ele-
uata in
Deum.

Vt omnia Dei dona sint purè in ipsum referenda: cor vt ab omni amore impurè seruandum: natura quænam mortificanda: sui item diligens obseruatio quantorum bonorum sit occasio.

CANON XXXI.

EX operibus meis atque donis, nihil tibi debes vendicare. Dona quidem mea cogoscere debes in me & beneficentiam meam, charitatem gratuitam, ac benignitatem admirari. At nihilo minus tuam vilitatem semper ante oculos debes habere & nihilitatem, vt ex donis meis nihil tibi ascribas, nihil vendices. Nec inde gaudeas aut consoleris, quod à me aliquid receperis, quodve in te aliquid operatus sum boni. Non debes inquam propterea gaudere in te & propter te, videlicet quod aliquid assequuta sis, (quia illud esset gaudium proprium) sed debes gaudere in me & propter me, quod tam bonus sum, tam liberalis, tam pius & misericors super indignos & ingratos. Quæ bonitas mea tanto manifestior facta est in te, quanto tu vilior es, & mihi ingrator. Itaq; in donis & ex donis meis leteris, nō propter te, sed propter me. Et propterea huiusmodi habe te (excepta gratitudine & humiliatione, quæ ex donis meis crescere debent) ac si nihil tibi datum, nihil in te factum sit, nihil senseris, oculos tuos dirigens in tuum non esse, non posse, & in tuum deficere ne extollaris, & ne in te gaudeas aut tibi blandiaris, sed omnia refer in me. Si igitur dulcedinem illuminationemve senseris aliquam, aut si per te gratia mea beneficium, bonumve operata fuerit in alio homine, gaudere quidem potes de bono quod ex me factum est, non autem super illo gaudeas in te, videlicet quod tibi hoc faueas atque læteris (latet enim amor proprius) quod per te hoc factum sit, sed auerte cor tuum potius ab illo quod factum est, & à teipso, nequaquam hæc duo simul cogitando, id est, teipsum & meum beneficium (nisi vt dixi, id fieret ad collationem meæ bonitatis, & tuæ vilitatis) sine hoc, pro illo tēpore transire, quasi non sit factū, quasi nihil senseris: & in me interim intēdas, &

Mat. 6.

Dona Dei
vt nemo sibi
ascribere
debeat.

511 2 non

non in donum. Nō igitur donum ipsum inspicias, nec figas ibi animum tuum, nec læteris, nec ibi quiescas. Imò si quid sentis, non discutias, nec inuestiges curiosa intra te voluens quid sentias, quid sit, & vtrum à me an aliunde sit: (hæc enim facit medium inter me & te, & te remorantur à me) quin potius illud transeas, penetres, & intimius te mihi relinquere studeas. Eligas autem magis quæ intra te aguntur hoc modo nescire, quàm vt curioso hoc scrutinio gratiam meam impedas, & periculum tibi compares vnde inferis, aut vnde tibi placeas, aut ex proprio amore in te & pro te gaudeas. Committe hoc, vt cetera omnia mihi. Hoc vnum secuta certe tene, si à me quippiam tibi datur boni, citra tua merita indignè ingratus datur. Perplacet mihi hæc humilitas, vt propter vilitatē, indignitatē ac ingratitude tuam formides, paueasq; in huiusmodi, habeasq; inde verecundiam ac turbationē, & potius putes nihil esse quod sentis, aut à me nō esse, quàm quod super hoc gaubedo quiescas. Memor esto, quod Apostolis meis quoque prohibuerim, quod non gaudeant super miraculis & quod immundi sibi spiritus subijcerentur, quam certissimè à me hoc donum accepisse non ignorarent. Sic tu quoque filia super consolatione aut dono quocunq; accepto non glorieris in te, nec gaudeas extrane, hoc est, aliter quam propter me, nec in eo quiescas. (Abscondit enim se vbique priuatus amor, qui incautus facilliquè imponit) sed in me solo, id est, de gloria mea ac beneplacito meo. Nihil enim de donis meis gloriari, nihil tibi laudis vsurpare, aut vendicare, nihil tibi ascribere debes, nihil tibi prorsus tribue aut tribui sine, nec exultes inde quasi in re tua, sed omnia ad me & in me referas, & serua te abent ab omni proprietate, nihil tibi tribuendo, nihil pro te zelando, nec pro te gaubedo.

Luc. 30.

Cor purum ab omni amore qui seruandum extra Deū.

Naturam hominis ab omni oblectatione seruandam.

Phil. 3.

Questio propria quam perscrutanda.

Viue sine proprio consilio, absque proprio iudicio, sine proprio sensu, omnino pauper spiritu. Filia, si mea cupis esse sponsa, cor tuum semper serua castū, purum, ab omni amore alienum, liberum, & à nulla creatura possessum. Quotiescunq; amorem ad hominem aliquem, aut ad quamcunq; creaturam senseris, aut sensuale aut naturalem, toties ingemiscens ad me aspira, expetens meam gratiam, & meam amicitiam solam, securam, felicem, & sempiternam. Quicquid enim erga creaturam in sensibus tantum agitur, impurum est & periculo non caret. Vbicunq; etiam natura recreationem, consolationem, aut oblectationem recipit (si ad puritatem aspiras) necesse est vt illa te consolatione abdicet, siue in verbis, siue in rebus quibusuis id fuerit. Oportet vt libera transeas cuncta, nullibi inhzendo, præterquam in me. Porrò nihil hominem à creaturis & à seipso tam liberum exoccupatumq; reddit, quam seipsum & omnia creata vilipendere, & me solum præciosum in corde suo habere: alia verò omnia, vt sunt, stercora æstimare.

Explora diligenter in cunctis operibus, studijs ac voluntatibus tuis, quid te moueat, & siue loquaris, siue taceas, siue agas, siue quiescas, intima animæ tuæ, hoc est, cogitationum atq; intentionum tuarum medullas scrutare, & reperies sæpenumero, quod origo, radix, fomesq; (vnde nascitur quod diuinum putatur) merè est humana, propria ac vitiosa tui ipsius questio. Vigila igitur tu vt nihil te intret vsusque, nihil intra te resideat inordinatum. O si cor ab omni exutu creatura haberet, ò si ad me tota conuersa me solum desiderares: tam desiderabundus tibi occurreris, tamq; vltro tuo me cordi insinuarem, ac si ego sine te non possem viuere, aut sine te felicitas mea imperfecta esset, nec consummata. Graue quidem, nec absque cruce erit initio, vt in omnibus vigilanter te perspicias & oblerues, quid querat, quid te afficiat, & ubicunq; inueneris aliquid quod ego non sum, aut cuius causa

causa ego non sum, mox ab eo te auertas. Hic, inquam, labor occurrit & afflictio spiritalis. In multis enim inuenies te ipsam, vbi te necesse est vt relinquas, & quicquid inordinatum est in te mortifices. Si naturam tuam vincere debes, vim ei inferas necesse est. Itaque tot inuenies cruces, quot inueneris inclinationes in te viciosas, siue impuras mortificandas. Hic primum te ipsam cognoscas filia, hic ex impotentia & fragilitate, qua te ipsam vincere non potes, humiliaberis, & quam te putabas aliquid esse inuenies nihil. Veruntamen si iugi ac perseueranti studio insistis, quod graue erat, fiet leuissimum. Multa in te salutaria operatur hæc diligens & assidua introspectio, examinatioque tui ipsius. Ostendet enim tibi infirmitatem & defectus tuos, pariet tibi gemitum ac desiderium pro liberatione eorundem, faciet sollicitum multa cauere ac euadere pericula, quæ alioqui incidisses. Labor denique ac pressura in quibus sudas, donec exuaris his defectibus, & lachrymæ quas fundes (quia te ipsam vincere nequis, nec carere potes quibus velles carere) erunt tibi baptismus ad purgationem animæ tuæ, atque ad delictorum tuorum expiationem. Noli igitur animo deficere, in me vinces omnia. Confide, ego tecum hanc crucem leuabo, ego tecum portabo.

Natura quomodo mortificanda.

Observatio sui diligens quid boni adferat.

Ioan. 15

Quomodo instinctus diuinus sit obseruandus, & gratia non negligenda: exercitia quænam quisque adsumere debeat: cuiusmodi item perfectionem quisque desiderare debeat.

CANON XXXII.

Exercitiis bonis ac consuetudinibus semper abundes filia, quibus vtaris, & per quæ cor tuum ad me dirigas, quando tractum alium ex me non sentis singularem. Tuis enim exercitiis nunquam aded in hæreere debes, vt tuos conceptus meis instinctibus præferas. Sed vbiunque (sine id fiat per manifestationem voluntatis superioris, siue per meam dispensationem, qua dubiis rerum euentibus necessitatem interdum impono) voluntatem meam didiceris, ibi te ipsam desere. Vbiunque etiam intus tractum meum certum senseris, ibi te confestim relinque, & mihi obtempera sequendo tractum meum. Neque enim mihi hoc sufficit, vt mihi seruias, & vt me quæras ac intendas: sed volo etiam, vt mihi quemadmodum ego volo, seruias, hoc est, vt relicta voluntate tua etiam in eo quod virtuosum est & laudabile: propter voluntatem meam amplectaris illud, quod vilius est. Propter voluntatem meam, id est, quia ego sic volo, sic ordino, sicque dispenso, quia eiusmodi non vile nec solum bonum, sed etiam melius est. Hoc modo exercitia tua sæpe intermittere, sæpe transferre te oportet, non ex negligentia, non ex acedia, non ex cordis instabilitate, sed ex plena ac nuda tui ipsius abnegatione vt nusquam nullaque in re stes super te, sed super me cum omni plenaque fiducia. O si scires, quanto periculo, quanta viciatura spiritalis profectus non recipiuntur inspirationes meæ, quamque damnabile sit instinctibus meis contraire, præ angustia pariter ac tremore procul dubiq; cor tuum contabesceret. Quocirca tu si ista semper in timore, & suspectam te habe de ingratitude. Metue ne quod metaris tibi, sicut multis aliis contingat, vt propter superbiam & ingratitude tuam, in istè à me relicta, excidas à gratia mea. Eam ob rem semper esto humilis, non in te, sed in me confidens. Ora continue pro gratia mea, & hanc vigil obserua, vt scias quid à te requiram: nec tamen tantummodo

Deserere se se vt quisque debeat.

Exercitia propria, vbi deserenda sint.

Instinctus Dei neglectus quam sit periculosus. Eccl. 2.

modo scire sufficit, quid velim, sed post habitis & spretis etiam aliis omnibus, oportet meam anteferas faciasq; vbiunque didiceris, voluntatem. Quod autem monui, vt meruas ne gratiam meam amittas, aut ne per in gratitudinem negligentiamq; tuam à me deseraris, in hoc prouidendum est, ne hic timor ex desperatione pusillanimitateq; sed ex humilitate, quæ nihilominus spei atque fiducie plena est, nascatur. Si non vales aliorum exercitia imitari, non propterea sis pusillanimitas ac deiecta: siquidem ad aliorum non tam exercitia, quam virtutes respicere habes, quandoquidem vnicuique pro naturali sua complexione, pro vocatione item singulari, qua illum traho, ac ad scopum certumq; finem destino, dona mea distribu. Dedi etiam exercitia eidem congrua, quo nec eadem nec prorsus conformia possunt esse in singulis, sicut nec singulorum siue natura siue vocatione, quibus plerunque se accommodat gratia mea) in omnibus est vniformis. Si igitur virtutum exercitia aliena non potes sequi, virtutes eorundem potes imitari. Hæc namque in omnibus eadem sunt. Potes enim esse humilis, potes esse misericors, potes esse patiens, tametsi earundem virtutum non eosdem actus cum aliis habeas. Est via ad me quæ omnibus Sanctis conformis fuit simul ac vna. Hæc via est charitatis, quæ multipliciter varia sanctorum exercitia in eundem finem mittit. Hanc te oportet ambulare, per quæcunque media tibi ostendero. In hac via charitatis si ambulaueris, hoc est, si me sequuta fueris, omnia ex me accipiendo, & omnia in me referendo, & sub potenti manu mea te humiliando, in cunctis denique quæ agis aut loqueris, me solum intendendo, ac gloriam meam quærendo, non finam te errare, per quamcunque etiam caliginem aut ignorantiam ambulaueris, & quacunque tentatione aut pressura iactata fueris, & quantumcunque à me desertam aut proiectam te putaueris. Itaque respice tu ad vocationem tuam, & huic congrua adhibe exercitia, parata semper de illa pro instinctu meo & pro dispensatione ac beneplacito meo relinquere, mutare, ponere & resumere. Neque anim perfectionem tuam ad huius vel illius mensuram, neque secundum tuam æstimationem, sed ad meum beneplacitum tibi statuere debes, resignata, vt non quod ille aut ille habet, nec quantum tu, sed quantum ego volo tu habeas. Tua igitur perfectio quam desideras, sit esse iuxta voluntatem meam, ac secundum beneplacitum meum in abundantia aut penuria. Opta & ora esse coram me, qualem ego te maximè vellem. Obserua, discere, & sequere gratiæ meæ tractum. Si te ipsam neque in natura, neque secundum spiritum quæsieris, sed me solum perre, intelliges viam & tractum meum quo ire debeas.

Dona gratiæ, beneficiaque Dei quinam proximis communicare debeamus necessitatibus proximorum vti succurrendum ex charitate.

CANON XXXIII.

Filia gratias ac dona quæ tibi dedi, volo vt non negligas. Porro in his vide ne te ipsam quæras, ne tibi ex his aliquid ascribas, ne in heris, ne te iactes, ne gloriaris, ne tibi placeas, sed purè ad gloriam meam omnia impendas. Hoc ante omnia in oculis tuis sit, quod nihil es ex te, nihil potes, nihil habes. Ex me vero solo habes, quicquid habes. Itaque dona mea inaniter & sine fructu ad me redire nolo, sed (sicut in parabola euangelica monui de talentis) cum fœnore ac lucro. Sicut enim

Virtutes omnium potius quam exercitia imitanda.

Via Sanctorum omnium vna quæ sit.

1. Pet. 5

Exercitia qualia cuique adsumenda.

Perfectionem quam vnusquislibet desiderare debeat.

Matt. 23
Mar. 23
Luc. 19

in cor.

in corpore tuo oculus tuus non sibi tantum est oculus, nec ad vsum & vtilitatem duntaxat propriam est constitutus, sed vt ceteris quoque membris pariter videat: ita quæcunque tibi dedi talenta seu dona, non idcirco tantum dedi vt pro te sola ex his fructum aut vsum capias, sed pro aliis etiam membris corporis mei mystici in te posui dona seu bona, vt per illa tu aliis seruias, subuenias, lucrerisq; & adducas mihi proximos tuos. Ideo enim illis fortasse non dedi quæ tibi dedi, quia in te, & tibi & illis prouidi: quemadmodum ediuersò multa tibi negavi quæ aliis dedi. In hoc tamen quod aliis dedi, ita dedi, vt non illis tantum, sed etiam tibi in illis, quia pro te illis dedi.

A te igitur exquiro vt aliis tu mea dona cõmunices, atq; pro aliis libenter facias, si quæ tu potes, quæ non possunt illi, vt sic vna charitas ex multis vobis vnum faciat corpus: & quicquid in vno membro hoc corpus habeat, etiã pro alio habeat: quia alterum debet alterius participare bonũ ex vnione corporis, & cõmunionem charitatis. Hæc consideratio voluntatis meæ faciat te filia ad seruiendũ proximis alacere, ad supportanda eorum onera hilarẽ, ad cõpatiendum mitẽ, ad consolandũ benignam, ad largiendum promptam, ad gratulandum piã, vt nullam prorsus inuidia, nulla contentio, nulla æmulatio, nulla proprietatis alicuius quæstio sit inter vos: sed vt sit inter mēbra eiusdẽ corporis charitas & bonorum meorum cõmunicatio. Nihil enim habes, quod tuum est. Quid enim habes, quod non accepisti? Quapropter, sicut dixi, nihil habes, quod non meum est, nihil habes quod tibi soli, id est, propter te solam tibi datum est: sed omnia quæcunque accepisti, tibi commendata sunt tantummodo, vt in vtilitatem totius corporis Ecclesiæ meæ exponenda, pro quibus ratio à te est exigenda. Ea propter nunquã tam sublimi esse debes contemplatione subuecta, nunquã tam bene tibi esse debet mecum, si proximi tui auocaret te necessitas; siue corporalis, siue spiritualis, quin relicta tunc consolatione propria, relicto deniq; contẽplationis illius suauis exercitio seu fomẽto, atq; te ipsa prorsus posthabita, curras ad subueniendũ proximo propter me. Hæc est enim charitas, vt non quæ tua sunt quæras, sed quæ alterius. Et hæc charitas mihi acceptior, tibi vero erit fructuosior omni contemplatione, seu deuotione propria. Porro in omnibus quæ agis, eligis, toleras aut fugis, cura vt ego sum principium medium & finis tuus, vt propter me omnia aut facias, aut dimittas, & in his aliud non quæras, quam gloriam ac beneplacitum meum. Neque enim quia proximo seruis aut misereris, mihi acceptum est sed quia mei causa te, id est, tuam vtilitatem deseris, & proximi necessitatibus succurris, ideo mihi accepta es. Nam si propter aliud, puta propter fauorem, familiaritatem necessitudinem, aut propter commodum & retributionem agis aliquid, quamlibet magnum sit atque præclarum, hoc ego neque recipio neque respicio. Nihil enim sacrificatur, quod mei causa non sacrificatur.

Seruiendũ proximo quoniam fit.

1. Cor. 4 Boni nihil solis esse datum.

1. Cor. 10 Charitas quoniam Deo fit acceptior.

Paupertas spiritus quomodo obtineatur, qualis quisque debeat fore in oculis propriis: iniuriam item quamnam solam curare debeamus.

CANON XXXIV.

Quicquid igitur potest manus tua, instanter operare, esuriens & sitiens iustitiã. Nemo te videatur tibi infirmior, nemo magis virtutũ inops, nemo gratiæ meæ plus indigens. Itaq; oculos tuos in tuos defectus semper figens, plan-

Eccle 9 Mat. 5 ge &

ge & geme, quod tam multa tibi deficiunt. Porro quicquid alij faciunt homines, quomodo se circa virtutes & erga me se habeant, quibus vis ambulent, non est tui discutere nec cogitare. Ego scio quid vnici que dederim, scio etiam quid à quolibet exagere debeat. Tu esto in oculis tuis omnium nouissima vilissima & quasi nihil. Erubescere in conspectu meo (si que te laudare aut bene de te sentire audieris) & in hoc ge- me quod mihi fiat iniuria ab hominibus de cã vili, ingrata peccatrice anima, hoc est de te, bene sentientibus. Crede te tam vilem, quod vnici que liceat te contemnere & abiicere, vt in corde tuo non sentiat iniuria, nec vnquam apud te existimetur, si contumelias molestiasue quis tibi irrogauerit. Siquidem omni etiam tempore nihil apud te referre debet, vtrum laudes conuitiue receperis, nisi quod laudibus indignam, conuictis vero dignissimam te æstimes. Quamdiu enim iniuriam sentis, quamdiu querularis, nondum exuta es ab amore proprio. Nullam enim præter eam quæ mihi sic deberes sentire aut æstimare iniuriam. Ita igitur esto erga me, vt eiusdem ponderis sit apud te, siue bona, siue mala, tristitia an iucunda externa te excefferint, intus pauper spiritu, esuriens & sitiens (quod dixi) iustitiam, & cor habens liberum, paratum atque feruens ad omne beneplacitum meum.

Vilis quan-
tum in ocu-
lis propriis
quisq; fore
debeat.
Iniuria que-
nam sola
existiman-
da sit.

Matt. 6

Amore Dei quanto anima fidelis inflammari debeat: amoris Dei quid proprium: Deus cur vult amari, vt item amor non sit ociosus & vt is in infinitum crescere possit.

CANON XXXV.

Psal 41

Matt. 5

Phil. 3.

Amori in-
fano propri-
um quid.

Amor Dei
quid debeat
in homine
efficere.

Filia, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desideret anima tua, æstuet cor tuum amore ac desiderio ad me. Qui ardentissime sitit, aliud non potest cogitare, quam potum. Nam quicquid egerit, sitis illum vrens non deserit, nec quiescere finit, cogitationes & desideria ad obtinendam potum illi suggerens. Simili modo tu si me rectè amares, si desiderares ardentem, non posses aliud cogitare, quam quomodo ad me venires, quomodo mihi coniungi posses. Semper ergo in te debet esse esuries & sitis iustitiæ, vt nunquam quiescas, & nunquam satis tibi videatur esse quicquid in honorem mei perfeceris, sed gemitus & dolor tibi sit cordis, quod ad eò nihil me adhuc honoraueris. Semper igitur extendens ad anteriora te, semper sitias perfectiora, semper æstuet cor tuum quomodo vicinias mihi coniungi possis, quomodo honorare & beneplacitum meum implere perfectius possis. Qui heroico infanoq; amore ad hominem depereunt, cibum, potum, omniaq; tam oblectamenta, quam necessaria corporis commoda fastidiunt, pallefcunt, infirmantur si non quierint potiri amato, aut si non sentiant se redamari. Solo enim amore languent, vnde nec gaudere nec consolari, nec quiescere possunt, nisi obtineant quod amant. O filia hoc modo tu me amare deberes, vt in me solo tibi foret gaudium & consolatio, & extra me vbique mæror & amaritudo. Si me rectè amares, non posses quiescere, donec me obtineres. Sitis enim æstuet in te ac fames, ac desiderium quietem non finens. Vtinam vel huiusmodi amore langueas. O si cuncta fastidiens, me solum desideres. O si cor tuum ab alio amore quocunque exutum ac nudum mihi præbeas, vt illud post me traherem, & amore mei illud vulnerarem. O quam felix esses, si mente capta, si amore ebria cuncta sperneres, cuncta fastidiret creata, & post me solum curreres, ad me clamares: *Vulnerata a charitate ego sum. Ad eò deberes*

deberes mei amore feruere filia, vt quisquis te accederet, nihil aliud quam amorem in te spirantem sentiret, quisquis tibi loqueretur, amore etiam calefactus abs te, & edificatus, recederet. Si itaque amare me desideras, toto corde ames me. Nolo vt & me & aliud præter me, id est, quod propter me non diligas, ames. Dilige me purè, hoc est, vt ames me propter me, vt ego solus sim causa, quare me diligas. Volo etiam amari amore infinito, ac immenso desiderio. Nunquam enim tibi amandi finè spatiumq; debes metiri: sed quantumuis me ames, semper desideres me plus amare. Amor enim mei in infinitum se extendit. Nunquam amor dicit, sufficit, nunquã potest amor satiari, nunquam potest non maior fieri. Charitas enim semper crescit. Et charitas quid est, quam bona voluntas? Sicut ergo bona voluntas nullo termino arctatur, nullo sine concluditur, ita nec charitas. Scio, velles me amare toto corde, & tantum fortasse sola, quantum omnes me amant sancti simul. Desiderium hoc bonum est, si tamen non fuerit tibi appetitus excellentiæ aut singularitatis, quasi sola tantum quantum possent omnes simul præstare velis. Sit igitur desiderium hoc purum ex vera charitate manans, vt me purè propter me desideres ac ames plusq; amare desideres, aded vt cupias sola tantum amare, quantum omnes homines amare possint: non quod ex hoc alicui cupias præferri, sed quia charitas non potest satiari. Et quantumuis me ames, adhuc minus debet esse in oculis tuis, quam vt satisfieri possit desiderio tuo. Amor meus non est exiulus: operatur enim magna si est: porro si operari reauit, amor non est. Porro si operandi tibi deest facultas, noli filia consternari: voluntas enim bona pro opere mihi placet. Ego non requiro, quod non dedi. Neque enim operum multitudo, sed amoris magnitudo me delectat. Opera multa si sine charitate mihi offerantur, non me placant. Quo enim mihi palea sine tritico? Cui triticum, id est, amorem offers, offer illi & paleas, id est, opera. Licet igitur non respiciam ad opera sine amore, bona tamen respicio ad amorem sine operibus, puta si infirmitate, necessitate, obedientia, aliove impedimento legitimo prædita, orari non possis, tunc enim (vt dixi) bonam recipio voluntatem. Veruntamea vbi facultas affuerit, amor si est, diffundit & exercet se erga me, & propter me in proximum. Hunc enim loco meo tibi constitui, in quem conferas quicquid in me velles conferre & non potes, quia nullius ego indigeo. Quod vt facias, etiam hilarius promisi me accepturum, redditurumq; quicquid in proximum egeris, perinde ac si mihi fecisses. Id enim facit charitas, qua illum propter me diligis, vt me in illo contempleris, mihi in illo seruias, benefacias, me portes, feras in illo, & si offenderit, mihi in illo ignoscas. Proximum itaque tuum dedi tibi pro me. Et hoc pro loco & tempore, quando occasionem tibi ostendo operandi. Neque enim obliuisci debes quod ante dixi, charitatem non æstimandam aut merendam in multitudine operum, sed in magnitudine & sinceritate affectus, hoc est, in interna deuotione mentis, in affectione, inclinatione ac deuotione interna voluntatis: quæ quanto fuerit promptior, inclinatio, hilior acque feruentior in meum obsequium, ad meum honorem & beneficiatum, quantoq; seipsam abnegauerit, me solum purè quærens, ac omnibus creaturis præferens, tanto conuincitur me plus amare, & tanto etiam magis lucet foris in operibus bonis. O si scirent filij hominum quam dilectat me in tali corde habitare, quam lætus occurro illi qui me solum desiderat, quam liberaliter me infundo huiusmodi cordi: quod abstractum ac liberum est à se ipso, & ab omni creatura, me

Amari quomodo Deus vult ab hominibus.

Amorem crescere in infinitum.

Amor Dei vt non possit esse ociosus.

Gregor.

Voluntate Deo placere absq; opere.

Psal. 116.

Mens quam Deus dignatur inhabitare qualis.

T t t

solum

esse debeat.
Psa. 76

Consolatio
Dei vt om-
nium crea-
turarum in
immesum
excellat.

Amor Dei
qualis sit.

Amor mudi
quid fructus
generet.

Tractus Dei
quam sit
vritus.
Matt. 6
Quidnam
quisq; prae-
cipue dili-
gat.

solum pure querens, me solum feruenter desiderans, in me solum respiciens me praestolans, & reuertiens consolari in alia quacumq; re, praeterquam in me. Imò vero nec in me quidem desiderat consolari (vtpote mea ac omni consolatione se indignum existimans) sed beneplacito meo tantum cupit satiari. Hoc enim solum desiderat velle agere, pati & esse secundum beneplacitum meum. Et quamuis huiusmodi cor nec consolationem, nec aliquid aliud extra me desideret: ego tamen bonis omnibus impleo illud. Nihil enim desiderari posset in creatura, nihil mei posset amore relinqui, quod non centuplo melius: purius atque suauius in me reperiat. Pulchritudo, suauitas, amoenitas, dulcor, amor, veritas, consolatio, iugis praesentia amati, diuitia, gloria, potentia, & si quae sunt id genus innumera: quae oblectari possunt aut desiderari: haec modo infinito excellentius reperiuntur in me quam in aliqua creatura. O filia, minima consolatio, quae ex meae bonitatis praesentia sentitur, exuperat omnes delectationes mundi, & omnium creaturarum: imò omnis alia delectatio, amaritudo est meae delectationis comparata. Proinde si recto ordine cuncta haberentur: non posset fieri, quin me homo plus amaret seipso, aut quavis alia creatura. Id vero miserabile dictum dimisso me optimo bono, spreto bonitate mea, imò relicta vera ipsa felicitate sua: amat seipsum homo, amat mundum, vnde sibi inquietudo omnis & vniuersa mala proueniunt. Heu, cur sic homines miseri decipiuntur? Si amare delectantur cur non amant me, cuius amor est castus, purus, sanctus, simplex, qui sum illis obiectum amabile infinitum, essentialiter bonum: impermixtum bonum summum bonum: vbi amoris quoque praemium est iucunditas immensa, & beata aeternitas. Porro mundi amor nihil nisi amaritudinem, distractionem, penitentiam atque tristitiam generat. Tu igitur relictis omnibusq; contemptis, toto corde, & totamente ad me conuersa, me solum desidera. Nam quam diu creaturis inhaeres, inuenis, quod est in creaturis, videlicet adulterina delectatione foedari, inquietari, non satiari, imaginibus inquinari, cogitationibus distrahi. Ego vero cor quod se mihi coniungit colligo, & mihi vnio, adferens mecum illi pacem, quietem ac serenitatem conscientiae. Pro hac auersione à creaturis, pro conuersione ac introversione tua ad me quotidie debes agere, & indefinenter me orare, quia nemo hoc tibi dabit, nec aliunde obtinere potes, praeterquam à me. Quocirca internum semper debes gratiae meae tractum obseruare: monitis meis obedire, & prouidentiae te meae relinquere.

Tractus meus non dissidet à sacra scriptura, nec ab obedientia superiorum: id est illis te subiiciendo gradiaris in simplicitate, nequaquam stans super teipsa. Amor thesaurus est incomparabilis, qui nusquam praeterquam in me foret recondendus. Filia, vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Si igitur vis scire quid diligas, vide quid frequentius cogites, de quo suauius ac libentius audias, quid feruentius desideres, quid intus queras ac intendas: illud vtrique est thesaurus tuus, & ibi dulcius quiescat. Vtrumque itaque est thesaurus, & illud quod amas, & amor quo amas. Sed vide quanta sit miseria, quanta ingratitude, quanta infelicitas: hoc thesauro incomparabili, id est amore, mercari sibi gehennam. Si enim res perituras, caducas, immundas, me spreto, diligunt homines, hoc ipso quo diligunt, aeternos sibi comparant cruciatus. Idcirco hoc gemant, hoc plangent omnes amici mei, quod ex corde humano: pro quo vitam ego tradidi, quodque sanguine meo comparavi, eicior: & alius, vtpote inimicus meus illud possidet sed ita possidet, vt in aeternam cladem, in miserias non finiendas, in ignem vnde nunquam liberentur, illud secum pertrahat.

Zelus

*Zelus diuine laudis & honoris quantus inesse debeat animæ amanti-
quântoque studio execrari debeat omne peccatum: laus i-
tem Dei vt sit arra salutis æternæ.*

CANON XXXVI.

Semper in te ardeat filia, desiderium me laudandi, me amandi, me honorandi, & mihi ex toto corde funditus perfectissimi mecum placendi. Semper in corde tuo illa sit reuerentia, ille timor, illa sollicitudo, ille fauor erga me, & pro me, ne quid fiat, quod mihi displiceat. Et quamuis maxime debeas timere, cauere, prouidere, ne cui occasione aut negligentia eiusmodi quid fiat contra me, nihilo minus tamen etiam pro aliis & circa alios quantum in te est, vigila, ac procura honorem meum, videlicet, ne peccetur, & ne offendar ego. Hoc autem pure & ex mera charitate propter me facere debes.

Semper enim in corde tuo nasci, & continuè emanare ad me debet fidelissima, feruentissima, deuotissimaque directio, te impellens, teq; effundens & in omnia que sunt ad gloriam ac beneplacitum meum, te promptissimam reddent, vt nihil tam desideres, quam ab omni amore, respectu, desiderio, & inclinatione erga te ipsam & erga quascunq; creaturas alias sis nuda, pura ac libera, & te mihi soli sic nudam, liberam, puram ac me solum desiderantem serues, vt voluntatem meam plenè & libere in te & tecum habeam, teq; solus, vtpote à te ipsa & omni creatura alienam ac liberam absq; medio possideam.

Pari modo desideres vt in omnibus & apud omnes fiat voluntas mea, & ab omnibus cognoscar, diligar, honorer ac colar. Ante eligas mortè decies pati (si tamen fidelis es mihi sponsa) quam semel consentire in peccatum, licet veniale. Quamquam enim verisimile sit te diu stare nō posse, sine veniali peccati nequaquā tamē debes ex certo proposito, aut scienter te dare ad aliquod veniale peccatum, sed voluntatem habere fixam, nunquam peccandi. Hanc autem voluntatem in me, non in te figere atq; firmare debes. Qui me diligit, huic placeo ego, huic placent & omnia opera atq; iudicia mea. Quare nunquā me desinit laudare. Non opus est amāti vt querat, quid in me velit laudare: Amor enim illi monstrabit, quid in me possit, debeat vt laudari. Me laudare est, me amando cogitare, cogitando admirari, & admirando à cunctis velle prædicari amaritq; Laus mei in eo qui puro mihi corde afficitur, illuminat & exhilarat spiritū, tristitiam abigit, simulq; inter prospera protegit & aduersa. Quicquid diabolicæ, humanæ ve molitur fraudes, laus mei alacriter contēnit. O quam est angelis meis delectabile audire laudantium choros (quamuis plus multo delectet ipsos puris assistere cordibus laudantium me.) Vident enim in terris homines ordinem æmulari cœlestium. Proinde si in terris arra est siue prægustatio æternæ beatitudinis, hæc est in laude mei. Nihil enim ita præ se fert statum felicitatis futuræ, quam alacritas me laudantium. Ego sicut nullius laude egeo, & sicut nullius me laus facere potest commendabiliorē, ita nulla me sufficit creatura laudare. Quare tu vt me laudes, indignam te debes existimare. Nihilo minus tamen desidera me laudare, vt quam nulla sit laus humana erga me, quamque maior sim omni laude, &

Peccatum
veniale quā
sit execran-
dum animæ
amanti.

Laudare
Deū quid sit.

Laus Dei vt
sit arra æter-
næ beatitu-
dinis.

Tit 2 quæ;

quantum in me laudando omnis deficiat creatura, manifestetur. Hoc licet respondere gestiatur omnis creatura, videlicet vt me laudet, multò magis tamen tu hoc in te debes exprimere, vt quantumlibet te extenderis (debes autem omnem conatum tuum erga me effundere) nihil te inuenias fecisse.

Laus quænam Deo præ cunctis placeat.

CANON XXXVII.

Laus Dei
suauissima
quæ sit.

Psal. 30.

Quando
quis Deum
verè laudet.

Omnia vt in
Dei laudem
trahantur.

Remedium
contra ter-
ribiles blasphemias
et tentationes.

Dicam tibi filia, quæ mihi laus placeat: Vocalis laus (tame si vbi ecclesiæ meæ præceptum vrget obseruari debeat, videlicet vt quod dicere cantareve iussa fueris, vocaliter proferas) non æque mihi placet, atque interior, quæ est in spiritum. Sacrificium odoriferum, lausq; mihi suauissima est, profundissima penitissimamq; vilitatis ac nihilitatis tuæ cognitio, contemplatio, erubescenciaque coram maiestate mea, vt verecundè coram me tuam vilitatem, deformitatem, tuam ingratitude, tuam miseriam, tuamq; nihilitatem continue aspicias atque despicias, mihiq; propterea & omni creaturæ te subiicias, & ab omnibus nihili haberi & conculcari diligas. Cor huiusmodi contritum & humiliatum ego despiciere nequeo: imò huiusmodi cordis genuitus, multo mihi suauior est, digniusq; mihi sacrificat, quam longa verborum congeries, aut precum duntaxat vocalium onerosa multitudo. Deinde si aduersitate non minus placeo, si non minus gratias agis, nec minus deuota permanes erga me & voluntaria, quam in prosperitate, tunc verè me laudas. Insuper cauere peccata, virtutibus infudare, honorem mei scire, beneplacitum meum & gloriam meam solam quærere, non infima est mihi laus. Porro animum habere defœcatum, purum ac liberum ab omni vitiosa affectione, ab omni acedia, ab omni deniq; grauitate aut retractione, & in pace, tranquillitate atq; silentio spiritus mihi soli inhærere, laus est multo adhuc purior, mihiq; acceptior. Filia, quicquid intra te nascitur, quicquid ab extra accidit, subita conuersione ad me, transfer in me, optans vt illud mihi in gloriam & summam laudem à gratia mea vertatur. Hoc modo cuncta tibi euenient in salutem, & natura ipsa mutabitur in gratiam. Proinde si diaboli etiam senseris machinationes, si tentationes foedas, aut etiam blasphemias senseris, aut cuiusuis horrendæ tentationis perceperis instinctum, cura vt vnde tibi hostis parare malum satagit, tu animæ tuæ lucrum conquiras. Hoc autem animæ tuæ lucrum puta, vt me laudes & glorifices.

Conuersa igitur confestim vt sentis ad me, dic Domine Deus meus, quotiescunque hanc sensero tentationem, quotiescunque in mentem hoc mihi venerit, toties educto omnium celestium te laude glorifico, totiesq; in huius mali spiritus confusionem, & in tui honorem ac gloriam te adoro: Atque in locum eius, quam ipse non potest, laudem tibi infinitam offero. Si iste est quod sentis, dic: Pijssime Deus, quamlibet sit molestum quod sero, pro tui amore & honore libenter hoc sustinebo: & si in honorem tui ampliore cedit, vt maiora grauioraque subeant, paratum me tibi offero. Nihil tantum sit mihi pie Deus quæso molestum, sed super omnia desideratum, quicquid tuo fuerit nomini gloriosum. Si pulchrum dulcere aut charum quid senseris, dic: Suauissime Deus, hoc à te pulcherrimo, dulcissimo, desiderantissimo, optimoque venit. Si vis, libenter omni creatura carebo, libenter omni consolatione destituatur, vt tu super omnia pulchra, tu super omnia bona, tu super omnia amata, pulcherrimus suauissimus, desiderantissimus atque dilectissimus cor di meo solus infideas solus tu totum

totum me possideas. Item si magnum aliquem numerum audis cernisve, aut quoties
eximiam aliquam vides pulchritudinem, multitudinemve, dic: Pulcherrime, ama-
bilissime, omnipotens aeterna Deus, toties te milia milium agmina celestium spirituum ho-
die ex me saluent, & decies milies centena milia tibi assistentium ex me & pro me te col-
laudent, & omnia praeclara sanctorum desideria tibi pro me supplicent, & vniuersa crea-
tura tua pulchritudo atque suauitas omnium harmonia te ex me sine fine glorificent.

*Exercitium amoris diuinæque laudis quale esse debeat: quid sub oc-
cupationibus externis spiritus hominis agere, quoque
ingiter sese occupare debeat.*

CANON XXXVIII.

ITaque si me amare, si laudare desideras toto corde, tota mente, tota virtute, &
amando cupis perseverare, necesse est habeas amoris exercitia, quibus nutrias,
quibus excites, foueasque amorem. Quapropter mentem tuam à creaturis & ab
omni interna occupatione circa creaturas, à cura quoque omni & sollicitudine ab-
stractam, vacantem, liberamque serua, hanc eleuando ad me continuis ignitis suspi-
rijs, flammigerisque orationibus, & aspirando indefinenter desiderijs feruentissi-
mis ad me, videlicet æstuantissimè cupiens me perfectissimè, ardentissimè, fide-
lissimè, perpetueque amare, perfectissimè mihi placere, fidelissimè, sufficentissimèque
laudare, voluntatem meam perfectissimè implere, sitiens insuper me pulcherrimè
videre, me felicissimum, polsidere, & mecum suauissimo, optimo, beatifico semper
esse, semper inhærere, nunquam à me separari. Semper idcirco in mente habeto
aliquid quod rumines, vnde erga me amore accendaris, quo dulcedinem ac boni-
tatem meam cogites, atque admiranda magnifices ac laudes: aut ediuerso vtilita-
tem, infirmitatem, instabilitatem ac ingratitude[m] tuam coram me plangas, lu-
geas, accuses atque vituperes, aut afflictis defunctisve ex animo compatiens, pro
illis, proque vniuersa Ecclesia mihi supplices.

Quæcunque præterea debes agere, aut de quibus cogitare aut consultare habes,
mecum cogites, mecum consilium accipias, mecum ea tractes, vt sic assuefacta, &
sola, & inter homines semper mecum loquaris, semperque cor ad me geras eleua-
tum aut orans, aut me laudans. Quicquid ad honorem meum spectat, quicquid mihi
didiceris placere, aut me velle hoc cum ebrio desiderio me honorandi, ac honorem
meum promouendi, in te & in alijs satage vt perficiatur, consilio, auxilio, labore (&
quomodocumque potes, honorem meum promouere) operam tuam nauando. In-
terea tamen nihilominus dum exterior homo foris occupatur, interior mecum
conquiescat, mihique vacet. Neque enim opus est vt ita sis ad externa effusa, vt men-
te quoque vaga & distracta per varia curras, variasque imagines atque phantasmata
in te trahas. Quin potius dum exterior homo occupatur, collecto spiritu mentis
adunata, intus tu maneat mecum. Quod vbi didiceris, vbi assuefacta fueris, nulla
te impediet occupatio exterior, nulla nocebit operatio exterior, præsertim mode-
sta, ab amoris exercitio mentali, quin æque mihi loquaris, aut potius mihi scias
mente, modo, quod dixi, animum tuum ipsa non implicaueris rebus caducis, nec
hæserismersa in ea quæ foris agis. Siquidem quandiu ipsa cor liberum seruare vis
à creaturis, nulla te potest à me auocare creatura (quamlibet in exteriori homine
multa agantur, aut tractentur) si non intus rerum species atque imagines, si non

Exercitium
laudis Dei
quale fore
debeat.

Quidnam
homini ver-
sari debeat
continue
ante oculos.

Homo exte-
rius occu-
patus quid
interim in-
terius agat.

Opera externa quando in eterna non impediant.

amorem aut delectationem carum menti tuæ impræferis. Quapropter noli con-
 queri, quod opera bona externa in amore aut exercitio amoris te impediunt. Ne-
 que enim ita est vt tu æstimas. Hæc namq; non impediunt, sed inordinatio tua, in-
 discretio tua, instabilitas cordis tui, curiositas tua, infirmitas tua, & mala inclina-
 tio tua: quibus omnibus quia nondū emortua es, tere impediunt. Hæc enim faciūt,
 vt non modo foris, sed intus etiam occupes te cum creaturis. Porro, mēs multipli-
 cata, diuisa atq; dispersa, mihi nequaquam potest adhærere, imò ne in seipsa quidē
 stabilis ac tranquilla cōsistere. Cæterū, si tamen charitate fraterna aut obediētia
 compulsa etiā in interiori homine fueris occupata & inquietata propter me, noli
 contristari. Ego enim quicquid mei causa neglexeris, cito possum resarcire & cum
 fœnore refundere, vt postea tanto mihi vicinius suauiusq; coniugaris, quanto pu-
 tabas te elongatam. Verūm si ita te inueneris distractam atque elongatam à me, vt
 collecta ad me redire, aut eleuare mentem tuam nequeas, disce quod non sola cha-
 ritate purè propter me digressa sis, sed inclinatio tua propria simul te vitiauerit,
 aliquid quod in te latuerit, te mouens, quod ego aut cuius causa & occasio ego non
 eram. Non igitur fuisi satis circumspēcta & vigil, propterea humani aliquid passa
 es. Veruntamen noli aliena manere, nec elongari à me, quia denuo recipiens reci-
 piam te. Versetur itaque cor tuum semper in pijs desiderijs, vt minimū tempus nō
 prætereat, quo me sagittis desideriorum tuorum ignitis non vulneres. Scio filia
 nihil à me frustra potes desiderare. Si me desideras, me inuenies. Qui si me etiā sub-
 traxero, aut ad tempus dissimulauero, tui causa & in bonum tuum id facio. Neque
 enim possum me nō cōmunicare petētibus. Ego desideria tua excito, ego cordi tuo
 inspiro, ego etiam exaudiam. Nam & s̄ ad mortem vsque etiam mea dispensatione
 ageretur, vt in exaudita manerent, impossibile tamen est orationem piā me pe-
 nitus non exaudire, sed tunc centuplo reddam. Tunc senties me pro vno mille re-
 tribuentem, tunc exauditam te inuenies, quando iam non potes iterum amittere.
 Inter omnia autem quæ petis hoc vnum præcipuumq; fit, vt me habeas. Quid enim
 magis pium, quid magis mihi gloriosum, quàm super omnia & præ omnibus desi-
 derare me? Ora igitur semper pro nuda, sola, pura, castissima, perfectissima, inten-
 sissima, fidelissimaq; charitate, qua tu omnisq; creatura rationalis perpetuo in-
 uertibiliterq; mihi inhæreat.

Cor hominis in quo super veritate debeat.

Orantes pie vt Deus semper exaudiat.

*Nuditas interna que enam necessaria: vitæ Christi vt anima se con-
 formet: quas item solas imagines assumere debeat: vitæ ab-
 stractæ que necessaria sunt.*

CANON XXXIX.

Sime vis ò anima totum obtinere, necesse est totam te relinquant, totam exeat.
 Oportet resignes te ad extremam paupertatem & carentiam omnis commo-
 di solacijsq; temporalis, pro summo bono obtinendo. Itaque confortare &
 consolare, quod sis priuata consolatione humana, quod omni etiam hu-
 manæ amicitia, fauore atque subsidio careas. Vide quomodo miles strenuus, ami-
 cos, patriam, uxorem, filios, omnem deniq; tranquillitatem, requiem ac commo-
 ditatem suam posthabens relinquit, & laboribus, itineribus, vigilijs, ærumnis, pe-
 riculisq; vitam suam peregrinus exponit, vt diuitias honoresq; conquirit.
 Hoc modo te quoque oportet omnia relinquere, expoliari, pauperem fieri, atque
 nudari

nudari ab omni solatio, ab omni creatura, vt præter me nihil tibi remaneat, in quo tu quiescas, aut q̄ te possideat. Ad hæc creaturarum quoque formas, imagines, atque memorias rerum à te excludere oportet, & mentem tuam ab his enudare, & mei solum imaginem vbicumque fueris, tam sola, quam inter homines tecum circumferre. Proinde siue comedas, siue bibas, dormias aut loquaris, me semper inspice tanquam speculum & perfectissimum exemplar vitæ tuæ, vt vitam tuam quoque constituas ac transformes secundum virtutes & mores vitæ meæ. Si comedis, omnes morsus in vulnera mea intinge. Si bibis, ex vulneribus meis calidum sanguinem, charitatem spirantem sume. Si loquaris, me aspice verba tua audientem, & caue ne mihi non placentia, & ne mihi difformiter loquaris. Si taces, audi me tibi loquentem, & vigil scrutare quæ sit voluntas mea beneplacens & perfecta. Si dormis, super cor tuum me reclina, vulnere cordis mei os tuum applicans, & spiritu tuo gratiam meam in te trahens, atque respirando cordis tui medullas in me refundens. Itaque vbicumque fueris teipsam rege & ordina secundum exemplar nobilissimum atq̄ perfectissimum, q̄ in me vides: inspiciens ac imitari gestiens verecundiam, profundissimamq̄ humilitatem meam, blandissimam mansuetudinẽ, tranquillissimam mititatem, fortissimam patientiam, purissimam castitatem, liberalissimam pietatem, fidelissimam prouidentiam, compassionem misericordissimam, & feruentissimam amplissimamq̄ charitatem. Hæc imaginẽ tibi imprime, illa mentem tuam imple, & imagines aliarum rerum omnes per hanc à mente tua excludere. Nolo enim te sine omni esse imagine, nec ante tempus altius te volare, sed hic interim in humanitatis passionisq̄ meæ imagine quiesce, donec ego te prouoham, vbi careas nuderisq̄ ab omni forma & imagine, ab omni exercitio & actione, à te ipsa deficiens in silentio & quiete.

Itaque semper interim præsentiam meam & quomodo ego abditissima quæque tua & intima secreta tua videns penetro, cogita: nec solum cogites, sed discas etiam sentire præsentiam meam, qua te semper video, semper inspicio, semperq̄ penitissimè te & omnia tua cognosco. Discas, inquam, in teipsam sentire, quam sim in circumscriptione, æternam, immensam, incomprehensibilem, incommutabilem lumen, quam sim totus amabilis, totus desiderabilis, sincerus, & quouis minimo malo aut defectu impermixtus: item quam sim totus bonus, in quo nihil possit non amari aut non placere, totus fidelissimus, totus misericordissimus, mei ipsius largissimè & communicatiuus: quam sim de niq̄ omnibus beneuolentibus, omnibus amantibus in me sperantibus amator constantissimus, ac fidelissimus, consolator suauissimus, protector potētissimus, ditissimus copiosissimusq̄ remunerator, super omnia desiderata reficiens, nec fastidium prouocans, sed omnia desideria satians, satiantisq̄ desideria accendens. Hæc imago impleat mentem tuam, vnde quicquid phantasmatum aliorum inciderit, mox vt occurrit, à te proseribas, omnibus negans assensum. Vide illas ne intra te recipias, sed mihi soli interna solitudine, interno silentio, interna pace tranquilla vaces: me indefinenter præstolans expectabunda, quid te agere velim, quid pati, imò & quid in te velim agere, quid tecum, vt in omnibus mihi acquiescas, me sequaris, me sustineas. Ad id autem esse debes à teipsa exuta, hoc est, ab amore & inclinatione propria erga teipsam, vt animam tuam rationalem atque intellectualem, quasi iam alienam aut separatam corpore nihil moueat, an homo suus exterior asque sensibilis

Tu 4 laudetur,

Nuditas interna quæ necessaria.

Conformare se vti debeat anima vti Christi. Rom. 8. 29.

Imaginem quamquam anima sibi imprimere debeat.

Anima vt Deum in se sentiat.

Vita abstra-
cta quana
necessaria
fiat.

laudetur, an vituperetur, patiat, an consoletur, sed à longè illum respiciat, ad me
suspensa, mihiq; vnita. Pro hac autem abstractione obtinenda (quod supra monui)
necessarium est vt ante super teipsam vigiles, summoperèq; te obserues, quo dif-
cernere deprehendereq; confestim quæas, quid in intimis tuis lateat, quid te mo-
ueat, quid trahat, quid alliciat, quid te occupet, quid fatiget, quid sollicitet, quid in-
clinat, quid deniq; ames aut intendas, an ipse tu sis, an creatura alia, an ego. Ea pro-
pter quicquid huiusmodi aliquid quod ego non sum, aut cuius ego causa non sum,
deprehenderis, mox eijcias oportet: huius enim es quod te possidet. Ego verò no-
lo cum socio amari, sed solus in te quiescere cupio. Atque idè nisi me solum que-
sieris, nunquam perfectè inuenies.

Omnes igitur creaturæ à te recedant, nullum medium in te finas, nullum im-
pedimentum, nulla maneat dissimilitudo, vt præter solum merum necessariumq;
sui vsum omnis creatura à te proscribatur, nulla intus in corde tuo locum sibi
vendicet, nulla cor tuum occupet, vt nudam liberamq; te mihi serues, & ad omnem
voluntatem meam te mihi relinquant.

Cæterùm, quicquid tibi acciderit, satis est vt accidisse senseris. Amplius te cum
illo non occupes, nec finas in te illud morari aut sui speciem memoriamve relin-
quere: sed projice in me, & mihi tui omnemq; curam committe, omnem multi-
plicitatem ac mutabilitatem prætergredere ac transuola, & nusquam præterquam
in me solo subsiste. Itaque me solum, & in omnibus vnun quære, longanimitèq;
dum inuenieris, deuotè ac iterum dum inuenieris, præstolare plena fide, super mea
bonitate ac sapientissima beneuolentissimamq; providentia innitens. Vbi si moram
fecero, expecta quia veniens veniam. Hoc modo & anima desiderijs proprijs
omnibus exuta, ab omni amore ac delectatione creaturarum libera, ab imaginibus
& phantasmatis aliena, in simplicitate ac nuditate cordis, perfectè mihi
inhæreas, teq; mihi abs te possidendam offeras & relinquant: stesq; mecum in illo
nunc æternitatis, vbi nec præteritum, nec est futurum. Ad illud. Nunc modo sem-
per aspira, omnia & teipsam quoque, hoc est, corpus tuum & sensualitatem tuam,
in isto nunc æternitatis respiciens, mortifica, abnega, & relinque. Quasi enim ab ijs
separata aut extra mundum esses, omnia quæ in mundo sunt, à longè, ac veluti
abs te relicta, atque iam tibi aliena, intueri. Cogita te solam esse mecum, & me te-
cum, & quasi nulla tecum alia creatura foret. Quicquid præter me aliud sentis,
nihil æstima, quia reuera & extra me nihil est. Pari modo nulla tibi creatura no-
cebit, modo phantasias, imaginationes, rerumq; siue curas, siue affectiones intrate
non receperis.

Hebr. 2.

Simplex &
nuda vt a-
nima fiat.
Nunc æter-
nitatis quæ
fit.

EPILOGVS.

*Vti anima fidelis in prædictis institutionibus sese indies exer-
cere, easq; velut speculum ob oculos interiores ingiter
constituere debeat.*

CANON

HAEC tibi trado perinde ac filiae atque sponsae meae & anima, veluti regulam ad exuendum veterem hominem te instituentem, quibus post hac in nouitate spiritus ambulans, indies ad perfectiora te extendas. Itaque sapius haec relegendum, quoties aliquid minus te offenderis obseruasse, toties feruore resuscitato, propositum renoua. Porro quamuis haec legenda tibi tradam, cupio tamen nihilominus ut cordis tui aures meae semper pateant inspirationi, quo eadem a me & intus audias, & foris legas. Propterea autem inspirationes meas scriptas ob oculos tibi poni volo, quoniam vanis plerumque amicorum & literis & nuncijs oblectaris, quae cordi tuo nihil praeter distractionem, inquietudinem, inspiditatem atque obscuritatem adferunt. Quibus posthabitis, ne salutaria quae legas tibi ex me desint, haec tibi legenda trado: quorum contemplatione, meique amore reliqua omnia (quae animam tuam adulterare nituntur) contempnas. Tanto autem haec mea institutio tibi debet esse acceptior, quanto ego qui hanc inspiro sponsus tuus & anima, esse debeo dilectior. Quippe qui non tantum dilectus, sed dilectissimus, desideratissimus atque praeter omnibus placere debeo. Tanto etiam abs te haec obseruari fidelius volo, quanto ea quae hic traduntur a me, non carnale mundanumve cor, sed spirituale ac mihi deuotum oblectant.

Quandoquidem non lenocinio aut nugagitate verborum haec aures tantum mulcent, sed animum amantem pascunt veritate. Reliquum est ut tu semper vigiles. Ego sicut ad ostium tuum, & pulso. Aperi mihi cor tuum soror mea sponsa. Præbe cor tuum mihi, & me solum desidera, quandoquidem ego cupio te. Non potes autem recipere me, quamdiu aliud amas, praeterquam me. Non potes habere me, quamdiu aliud extra me habes in te. Non potes sentire me, quamdiu possides te. Exi igitur & relinque te, ut ego te, & tu solum possideas me. Tempus hoc breue est, quod verò sequitur sine tempore, sine fine, æternum est. Tu igitur (iterum moneo) vigila, ut me sponsum & anima, & filia, & sponsa habeas, & germanè te mihi sponsam dignam exhibeas. Itaque me redemptorem tuum ac dominum tuum ama, me cogita: teipsam attende, te considera, mihi adhære, mecumque persevera. Iam in me viue felix, & Vale.

Alloquiorum libri I. finis.

D. IOAN. IVSTI LANSPERGII,
Carthusiani, ad Religiosam Deoque deuotam virginem Claram Dockumensem, in monasterio ad sanctos Machabæos in Colonia, nouam Iesu Christi sponsam Epistola, & in librum secundum Alloquiorum Iesu Christi ad quamuis fidelem animam.

P R A E F A T I O.



Votiescunque in mentem tibi subierit virgo Deo deuota, quod ex honestissima parentum domo, quod ex fratrum ac sororum turba primogenitam non quiniucomes, non princeps aut rex, non denique mortalium nobilissimus, sed cæli terraque Imperator optimus maximus Iesus Christus in sponsam sibi affcinerit, eo

V u u d e b e t

debes vehementiori gaudio capi, quanto spiritus carni, mundo caelum, Christus cuius benedictioni est antefendus. Itaq; nubant alia virgines mortalibus, nubant perituris, nubant infirmitate senioq; conficiendis, eligant sibi maritos, cum quibus suas quot die lugeant erumna: Tu gaude quod immortalis, quod potentissimo, quod maxime nobili, quod desique amabili semperq; felici (cum quo & ipsa felix immortalisq; victura es) coniuncta sis sponso, cuius thorus immaculatus, cuius coniunctio integritas, cuius amplexus charitas, cuius delectatio casta, cuius fructus vita est beata. Ad has nuptias aut desponsationem tui potius inuatum, cum nihil auri, nihil gemmarum (quod in alijs assolet nuptijs) offerri queat: cum praetera nihil fastuosum, nihil è mundo nobile in hoc acceptum sit, quippe quae haec, atque adeo ipsum regnum mundi ac omnem seculi ornatum pro Christi hodie sponsi ac domini tui amore contempseris, spirituale hoc munusculum iam pridem manibus nostris enatum, tua integritate dedico. Et ne ab re quidem: Siquidem ex hoc edisces quomodo Christo sponso tuo, eodem ipso te erudiente, debeas placere ac conformari. Patrem tuum dominum doctorem, virum integritate ac eruditione singularem, simulq; congregationem illam sanctam, in qua sub Domina admodum venerabili Christo ancillaribus, ex me iubeas saluere. Vale.

ALLOQUIORVM IESV CHRISTI Sponsi cœlestis ad vnamquamlibet ani-

mam sibi fidelem iuxta ac deuotam, Liber secundus, eiusdemque pars prima, quæ complectitur in se: Vt anima Deo deuota Christi Iesu debeat vitæ passionibusque conformari.

De sui abnegatione, cruceque varia patienter sufferenda.

CANON I.



I qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur. Luca 9.

Hæc olim & verbo & exemplo d' anima (cui vt pater filia, imò vt sponsus sponsæ nunc intus loquor) quàm velim, significauit. Si igitur me amas, si me desideras, si post me & ad me venire cupis, abneget te primum necesse est, in nulla re temetipsam, hoc est, consolationem, requiem commodum, honorem, utilitatem, voluntatemq; tuam, sed gloriam ac beneplacitum

Abnegatio sui quoniam ineludat.

Cruce varia quo animo ferenda sit.

Ioan. 14.

meum solum querens Siquidem abnegatio hæc tui ipsius, proprietatem excludit omnem. Hæc facit vt non sequaris, non habeas, nec habere aut sentire velis proprium amorem, proprium velle, proprium videre ac sentire: sed meum duntaxat beneficium inuestigans, eligens ac sequens, vbi in ipso me habeas omnia. Itaque temetipsam exuta, esto quasi sine te, aut extra te, vt potè tui ipsius oblita, ac plane tibi mortua. At verò in me sola viuas, mecum idem volens ac sentiens. Huc igitur anniti debet mens tua, nec quiescere vnquam, donec obtineas. Contendendi pro hoc obtinendo scopo, occurret tibi crux varia & multiformis, sub qua patienter te oportet humiliter, & tristissima quæq; perinde ac læta, spontè æquanimiterq; feras, mea interim gradiendo obseruans vestigia, hoc est, mores, verba actusq; & virtutes

virtutes, quibus tibi factus sum via, veritas & vita. Hæc igitur animo tuo firmiter sine infixa, hoc iuge sit tibi statutum propositum, te ipsam funditus abnegare, aut citra electionem propriam huius aut alterius, aut beneplacitum meum duntaxat seruire: crucem quoque, id est, tribulationem atque aduersitatem quamcumque (si quàm super te venire permiserò) ex manu mea hilariter amplecti, & ita sub cruce vitæ ac passionis meæ vestigia imitari.

De meditatione Dominicæ passionis. Proficere volenti quam sit necessaria vitæ passionisque Christi meditationis ac imitatio: meditationis item modus quis omnium sit fructuosissimus.

CANON II.

AD hæc confortata, vt semper ad portiora progrediaris, iugi meditatione versari debes circa beneficia, præsertim humanitatis meæ, videlicet vt redemptionis meæ opus contemplando, quanti te fecerim, quantum te amauerim, quanta tibi contulerim, quanta denique & quomodo pro te passus sim, diligenter expendas. Nam si illuminari, si mihi coniungi, si à me inflammarì, si denique conformari mihi volueris, mea vita ac passio assidue abs te est meditanda: eoque cogitatio tua perducenda, vt amorosis ac cõpassiuis oculis semper & ubiq; me crucifixum intuearis, traijciendo vitæ meæ in te imaginem & sanctitatem, hoc est, contemplando in me faciem meam benignam ac nimis amabilem, mores honestissimos, gestus mites, verba ignita, suauia ac nondum lædentia: virtutum quoque integritatem, actuum maturitatem, ac pœnarum acerbitatem, patientiæ denique mansuetudinem, & feruentissimam charitatem. Hæc inquam & id genus reliqua contemplari debes cum æstuanti desiderio me imitandi. Ad hæc indeficienti studio flagites, vt mihi te conformare, atque interiori homini tuo meam digner imaginem imprimere, teq; in me transformare: & hoc ex abundantia gratiæ meæ, que recalitranti naturæ tuæ vim etiam inferat, ipsam dirigens & impellens, arcens & retrahens iuxta beneplacitum meum, ad gloriam meam sempiternam, donec ipse in te reformer.

Debet autem meditatio hæc non perfunctoriè agi, præsertim vbi temporis lociq; non defuerit oportunitas, sed conari debes etiam vt in te excitentur erga me amor se diffundens, compassio liquefaciens, & desiderium imitandi geffiens. Quod si meditati compassionis defuerint lachrymæ, condolendi studium muta in affectum gratias agendi, & exulta, quod ad eò te dignatus sim, pro quo tam multa, tamq; horrenda voluerim pati, puta Deus pro limo, pro ingrato immensus. Verùm si ne hoc quidè potes efficere, sterilitate cor tuum penitus obsidente, nihil minus passionem meam duro licet & arido corde pertracta. Et hoc ipsum meditati studium atque laborem tuum quamlibet sterilem, mihi tamen acceptum, in laudem & gratiarum actionem sacrifica. Sæpenumero fit vt magis mihi placeat laboris studijq; vestri assiduitas, qua pro virtute certatis, quàm virtutis suauitas, quam sentitis.

Porro in ipsa meditatione diligenter cõsidera etiam qui pro te patitur, & animo expende quomodo non solum homo sum innocentissimus, purissimus, nobilissimus atq; sanctissimus, verum etiam omni creatura excellentior, Deus optimus,

Vuu 2 maximus,

Vniri Deo
cupiendi quam
facienda
sunt.

Meditatio
passionis
Christi
quænam
exigat.

Hebr 1.
Ioan 1.

Eclē. 10.

maximus, immensus, infinitus, omnipotens, qui verbo omnia ex nihilo creauit, iterumque vnico nutu eadem omnia destruere, in nihilumque conuertere possem: qui nutu solo guberni vniversa, omnia intelligens, omnia portans, ex quo omnia & sine quo nihil. Qui cum sim tantus, summeque essentialiter atque ad eam natura bonus, pro te tamen tam vili, tamque ingrata creatura mea, quae coram me nihil es & inanē: pro te inquam, me humiliavi, passus sum, crucifigi volui ac meritisque amantissima ac desideratissima voluntate, pro pudor, quid superbis terra & puluis? Quid erigis te luto & puluere feodior, quae creatori tuo ingrata & contumeliosissima, gloriam appetis & requiem, quando ipse interim propter te patior, despicio & conculcor? Vide igitur quae sis tu, & attende quis ego, qui pro te patior tam indigna, & auerteque aere & terra ipsa est indigna, quae non compateris, non redamas, sed indefinenter tuum contemnis & offendis fidelissimum amantissimumque redemptorem, ambulans non solum coram me, sed etiam contra me erecta ceruice, irreuerenter & inobedienter.

Passionem Domini trifariam posse meditari.

CANON III.

Quaenam pro nobis Christus sit passus.

Quomodo pro nobis Christus sit passus, quare pro nobis sit passus. Ephē. 2. Apoc. 1. Esa. 53. Psal. 68.

Charitas Christi erga nos quanta. Esa. 53.

Ioan. 19.

Sciendum tamen o filia, passionem meam trifariam posse cogitari. Primum, ut in me passionem ipsam consideres, id est, ea quae patiebar quasi iam patiar, videlicet meam paupertatem, inedia, famem, frigus, aestum, laborem, fatigationem, persecutiones, probra conuitia, dolores, vulnera, sputa, flagella, tristitiam, contemptus, crucem ac mortem & hoc ad emolliendum cor tuum, & compatiendo fidelissimo amatori, qui pro te & propter te, id est, in utilitatem tuam patior. Alio modo consideres in me viuendi ac patiedi modum, hoc est, quomodo patior, videlicet, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, innocentiam & charitatem, idque ad imitandum, me. Tercio, causam propter quam patior, hoc est, charitatem meam nimiam qua dilexi te, & laui te in sanguine meo: siquidem vulneratus propter iniquitates tuas, & attritus sum propter scelera tua, ut meo te liuore sanarem. Posuit enim pater super me, & ipse vltro supra me accepi omnium iniquitates, ut quae non rapueram, exoluerem, & pro te ipse dolerem, tibi que per mortem meam vitam aeternam ac haereditatem compararem caelestem, ut tanta charitate excitata, tanta fidelitate permota, me redamares.

Hinc igitur, quanta erga te mea sit charitas animaduerte, quod in mortem pro te acerbissimam ignominiosissimamque me ipsum tradidi, quod cum sceleratis & veluti inter sceleratos insignior reputatus sum, postquam triginta tribus iam annis pro te poenis, laboribus ac doloribus fatigatus, & circa finem cruciatibus cum varijs tum horrendis tortus, vulneratus, totoque corpore laniatus, ne vnam quidem sanguinis guttam, quam pro te non effunderem, meo in corpore retinui, nec locum partemve vllam in toto corpore seruani liberum, quietum, aut a dolore alienum, ut totum me & vsque ad mortem pro te impenderem, totum me tibi donarem. O cor durum & ingratum, si bestiolam tui causa cerneris affligi, si vermiculum pro te pati, quid animi haberes? Modo Dominum tuum, creatorem tuum, Deum tuum, vnicum bonum tuum, a quo es, sine quo nihil es, & per quem subsistis vides pro te duris cruciatibus conscindi, vides cor meum pra amore & dolore rumpi, vides denique lancea illud (quo tibi ingrediendi fieret copia) aperiri: vides possremo (ne quid mihi pro salute tua non impensum retinerem) illud sanguine & aqua

aqua possit mortem euacuari, & nulla compassione, nullo amore moueberis? Adde iam, quod ad patiendum desiderans, & ardentissima charitate aestuans, pro te me obruli, adeo ut nemo sit mortalium, qui vitæ suæ tam sit cupidus, tenaxq; amator, quam desiderabunde, hilariterq; meam ipse propter te posui, ut à peccatis, quibus tu obnoxia æternam commerueras poenam mea te morte liberarem. Proinde mirum valde videri potest, quomodo intima animæ tuæ non vulneret, penetretq; gladius compassionis, aut quomodo tantam erga te charitatem considerans, præ amore à te ipsa non deficias, aut quomodo non dilectione iuxta ac compassione tota liquefacta soluaris.

Fructus quinam ex meditatione passionis Christi consurgant.

CANON IV.

HAEC filia continue meditare. Nam huiusmodi passionis meæ meditatio quantos animæ pariat fructus, nemini plenè hæcenus est cognitum. Quippe ^{Passio Christi} quæ liber est vitæ, cui nihil quod ad animæ pertinet eruditione, ^{est ut sit liber vitæ.} deest. Quare si omnes etiam tibi libri, si magistri omnes defuerint & doctores, cura ne hic tibi liber quoque desit. Vnde cum didiceris omnia, virtutem etiam haurias inde eadem perficiendi. Hæc ad diuinam sapientiam, & vniuersæ salutis vestræ diuitias via est absolutissima, & maximè tuta, nec minus etiam cõspendiola. Siquidem in prosperis deprimit, erigitq; in aduersis, adeo ut nec fausta attollant, nec aduersa deiciant. Vbiq; hominem (utpote qui intra se meam habet imaginem) temperat, atq; circa ea quæ alioquin animus aut horret, aut amat nimium, componit: & quasi in lance virtutum statuens, inter dubios variosq; rerum euentus æqualem, immutabilemq; seruat. Quid enim tam horrendum, aut quid pro te vltro Deus homo pertulit? Atque è diuerso, quid tam desideratum, quid tam potest esse iucundum, à quo (si ita mea poscat voluntas) ut contineas, mea ipsius passio considerata, non facillè animum reuocet? Beata igitur ac verè beata fueris, si in tuis oculis viua semper mei versetur imago, simul quidem nunc terrens, nunc erudiens, hic vetans, ibi alliciens. Vnde fiet, ut absque magno negotio peccata in te corrigantur, vitia curentur, & deficientur virtutes, crescant merita, mea augeantur dona, totusq; homo tuus interior in me transformetur. Ad hæc alia vtilitas non inferior, quod cum mors mea redemptio tui, tuaq; sit satisfactio, hanc meditando semper tibi potes applicare, atque omni tēpote huius intra te fructum recipere. Quod quàm sit tibi necessarium, quamq; vtile, vel inde liquet, quod sicut te omni penè momento peccare compertissimum est, ita etiam certissimum, ne minimum quidem delictum manere impunitum. Cum vero tonset, nulla prorsus vel parua quenpiam posse iniquitate per se expiari, grauiusq; delinquentem acerbior maneat poena, quanto putas tempore illorum durabit purgatorium, tamen si in fine vitæ venia obtenta, infernam euaserint, qui grandibus innumerisq; peccatis onerati, ad purgatorium ignem delictorum molestissimam sarcinam hanc secum deferunt adhuc purgandi? Heu quando illius expiatio consummatur, qui ad locum rigoris atque iustitiæ vadit purgandus. Quando ærumnæ & miseriæ eius terminabuntur, quando iam tempus miserendi defecit? Nonne satius foret prudenti nunc uti consilio, quamdiu loco & tempore estis vbi mea circa vos adhuc miseratio choruscet ad expiationes vestræ thesaurum, id est, ad me accede-

Vuu 3 re, in-

Passio Christi
sicut sit the-
saurus.

Purgatorias
penas quo-
modo hic
soluamus.

re, indeque haurire quo debita soluantur omnia? Thesaurus hic mors & passio mea est, quam iugi recordatione tuam potes facere, atque plena fide in satisfactione omnium debitorum tuorum pro te mihi offerre, idque haud quamquam inanimiter, si tamen in te à peccatis perfecta fuerit auersio, & nihilo secius in deficientis studium vitæ correctioris. Posses namque adeo vehementer de offensione mei dolere, adeoque humiliter de te sentire cognoscendo aliud remedij tibi nihil superesse, quam in passione mea. Posses etiam adeo feruenter pro reconciliatione, gratia atque amicitia mea instare, adeoque ab omni te peccato auertere, cupiendo meam iniuriam omnem in te vlscisci, & ab omni deinceps offensione abstinere, vt vno hic momento, vna gemitu deleas, pro quo mille annis in purgatorio fuisses crucianda.

*Moriturus vt ex passione Christi sua debita soluere sese que ad mortem
preparare, vulnera item Christi animæ suæ vehementer
imprimere, secureque mori vti debeat quisque.*

CANON V.

Moriturus
quæ agere
debeat.

Vulnera
Christi quo-
modo ani-
mæ impri-
menda tem-
pore mortis.
Luce, 11
Ioan 16
Monendum
quinam se-
cusc.

OMni igitur tempore, potissimè circa extrema vitæ, quando iam rationis faciendæ instat exactor, nec est vnde satisfacias, ad hæc misericordix & miserationum mearum arcam recurre, vt debita tua cuncta inde soluendo, secunda moriaris. Quapropter quando iam emigrandi accedit hora, vt ere hoc consilio: Sumptis deuote Sacramentis huic tempori congruis, quibus gratiam meam applicare hominibus statui, admoue passionis meæ id est crucifixi imaginem corporeis si ad manum fuerit) aut cordis oculis contemda. Hanc amplectere, deosculare, totumque interiorem hominem in mea rosea sanguinolentaque vulnera imprime, orans vt immensitate miserationum mearum ac sanguine te meo roseo à cunctis iniquitatibus lauem & mundem. Dic quia meam diuinam bonitatē sic decet, vt misericordia mea clarior copiosiorque in magna (vt tu es) peccatrice manifestetur, nihil sordidum, nihil non mea virtute expiatum relinquam. Freta itaque hac benignitate mea, freta mea promissione, quam nihil in meo nomine petatum pollicitus sum non exaudiri, plena fide, integritateque fiducia proice te in me, qui te non possum abiicere, desiderans vt tecum quemadmodum ipse voluero, faciam in tempore & æternitate, idque ad gloriam meam sempiternam. Si hoc modo vulneribus meis immersa, totam te in cor meum proieceris, si totam resignaueris, si meæ innixa prouidentix & benignitati, totam te inquam, mihi commiseris atque reliqueris, qui fidelissimus atque perpetuus amator tui sum, secunda morere neque enim habeo, qui me tibi negem. Secunda igitur ad me non aliter ac ad piissimum patrem egredere, non tamquam carceri mancipanda, aut longo post tempore castiganda, sed inter suauissimos meos amplexus fouenda, ac à me neuiquam separanda. Cæterum ne ad hanc gratiam (quæ vere singularis, est & paucis datur morituris) frustra aspire, cura nihilo minus, dum visis, à peccatis muncari, & diuinum meum beneplacitum pro virili in omnibus obedienter amplecti, vt in morte quoque hac gratia digna inueniaris. Et hæc filia dicta pro morituris sufficiant. Ad fructus alios quos dicere cœperam redeundum est.

*Cruce que quomodo ve sit cuique quotidie portanda vsus creaturarum
qui sumendus: sensualitati que moriendum.*

CANON VI.

Itaque

Itaq; inter varios fructus, qui ex passionis mee meditatione colliguntur, nō infimus est, virtutes, actus, passionēq; meas contemplari, vt humili, pio ac feruēti desiderio accendaris ad imitandum. Neq; magis grata mihi esse potes, neq; comparari sanctius, quam vt fortiter te abnegando, meq; humiliter imitando, studeas mihi conformari opere ac veritate. Humiliare igitur sub potenti manu mea, & crucem vnde cuiq; tibi adueniat, incunctanter amplectere. Neq; tuum est percontrari aut discutere, vnde tibi crux eueniat, & neq; hanc, neq; illam, quam ferre malis, eligere: sed quamcunq; super te senseris imponi, tanquam ē manibus meis, & iussu meo tibi impositam & quanimiter ferre discere: quandoquidem nihil tua interesse debet, quid aut à quo, sed cuius amore tibi patiendum sit. Quapropter si nemo etiam tibi crucem imponat, pro meo tamen beneplacito, (quid tui amore crucem portans iubeo te me sequi adeo tibi desiderata hæc esse debet, vt absq; cruce te nunquam patiaris immunem. Vnde si nemo tibi crucem imponat, tu ipsa super te crucem sumas. Porro hæc crux abnegatio debet esse tui ipsius, sensuumq; tuorū mortificatio, quos freno stringas disciplinæ, & nequaquam quo natura aut consuetudo inclinat vitiosa, licentiam illis finas.

Principio igitur, vt mundo prorsus alienam, mihi vero familiarem te facias, pręter nudum, simplicem, necessariumq; vsum rerum temporalium, amore ac cupiditate omni te studeas abdicare. Super his neq; si accesserint, gaudens: neq; si à te fugerint, dolens. Porro vsus creaturarum sobrius sit, tamq; necessarius, quam quod carere nequeas. Alia verò aut omnino non habeas, aut quasi non habens habeas. Oculis, auribus, cæterisq; omnibus sensibus ac membris tuis inuigila, & cohibe, ne licet nocuis inutilibus ve pateant, ne curiositatem, aut sui oblectationem quærant, ne deniq; ad inania, superflua, ociosaq; se effundant: & postremo, ne contra molesta pro Dei amore aut proximi vtilitate subeunda fugiant, aut se subducant. Obserua igitur ne quæcunq; delectant audire, loqui, gustare, tangere aut quouis modo sentire, pręsertim oblectandi gratia consentias: sed quæcunq; ad necessitatē pertinent corporis vel animæ, intentio casta ad meam gloriam dirigat, vt nusquā hæreas, nusquā præterquam in me Deo tuo quiescas. Hoc modo vim tibi inferendo crucifiges: ipsa membra tua, & sensuum morieris delectationibus, vitiis, concupiscentiis, inclinationibusq; tuis prauis. Quamprimū itaq; inordinatā in te concupiscentiā affectionem ve senseris titillante, puta ad videndum, loquendū, gustandum, aut aliquid commodi gloriæ ve obtinendū, ilico te mecum crucifigendā, cogita, delectationem atq; desiderij huius consolationē tibi negando. Hæc enim est crux tua, vt desiderijs sensuafitatis ac propriæ quæsitiois reluctando, omnia in quibus mei honor aut animarū lucrū nō quæritur, tibi interdicas. Sic faciendo, & meā crucem portas, & meos dolores ac vulnera mihi permulces. Neq; enim patiēti mihi vberiores gratias agere neq; doloribus meis aliter vicē potes rependere, quā vt pro mei amore abneges temetipsam, molesta ac cōtraria hilariter subeundo, & mollia oblectantiaq; contemnendo.

*Christus cruci adfixus quomodo sit contemplandus & imitandus:
mori seculo vti contingat: via crucis vt sit
sola via ad vitam.*

CANON VII.

Vuu 4

Aspice

Crucifixus
Christus
qui contē-
plandus.

Hier. 11.

Heb. 12.

Cruci qui-
nam quis
cum Chri-
sto affigatur

Matt. 20
Luc. 23
Ioan. 18
Psa. 118
1. Pet. 3.
Mat. 14.
Crucifigi
extra castra
quid my-
stice.

Aspice igitur nunc oculis fidei & deuotionis me fidelissimum amatorem & redemptorem tuum, medium inter latrones in in cruce distentum, pugnis & flagellis caesum, spinis coronatum, spuro ac sanguine oblitum, liquidum toto corpore ac vulneratum, tribus clauis affixum, à meis inter persequentium ac crudelissimorum hostium manus derelictum, inter amarissimos cruciatus non solum dulcedine, consolatione, ope ac refrigerio omni destitutum, sed etiam tristitia, amaritudine atque pressura intus, & extra contumeliis, maledictis & opprobriis turatum, velut agnum innocentem qui portatur ad victimam mansuetissimo corde tacentem, & ex aggeratis ad summum poenis inter suspiria, gemitus ac lacrymas pendentem hiantibus vulneribus, fluentibus riuis sanguineis, solutis membrorum compagibus, distractis neruis, pallida facie, inter minaces & horribiles expra-brancium hostium vultus morientem, atque cruciatu ineffabili, rupto corde ac dolore valido expirantem, vt me pro te darem in precium, in exemplum, & in premium. Tu igitur vt cruciformis mihi sit vita tua, quando impetus surgit concupiscentiarum, quando tentatio concutit, quando imminentium aduersitatum tribulationumq; instat ac viger, formido ac pavor, inter spem metumq; te erige, & quasi in monte Oliueti mecum angustata, te mihi resigna, meumq; beneplacitū elige. Porro si infirmitate corporis, si necessitate seruandæ charitatis, aut si superiorū iniunctione, voluntatis aut etiam deuotionis propriæ expers facta, duceres velis captiua pro officii imperio ad seruendum aliorum voluntati, recole captiuitatem simul ac obedientiam meam, quam inimicis quoque meis exhibui, vt tu absq; murmure meæ & superiorum voluntati obtemperans, vadas quo te pro meo beneplacito mittit imposta aut necessitas, aut infirmitas. Quæ si reprehensiones, accusaciones, calumnias, insultationes, obiurgationes atque insidias incideris: hominum immortificatorum importunitates, infirmitatesq; tolera patienter ac sine contradictione, memor verecundæ stationis meæ ante pontificem, ante præsidem & ante regem, vbi inique accusatus, tacui. Ita tu quoque non respondeas exprobrantibus tibi verbum, eo præsertim tempore, quando impatientiæ aut iræ titillatio in te sentitur, aut quando verbis tuis aduersarij tui non lenirentur, sed acriori potius furore accenderentur. Sic derisiones, vilipensiones, temeraria hominum iudicia ac de- tractiones silenter mecum sustine, non reddens maledictum pro maledicto, sed in mente habens, quomodo ante tribunal ipse ad mortem innocens propter te dim-natus sum. Sed & mecum tunc extra castra te educam puta expoliandam & cruci-figendam, dum omnes voluntates tuas, omnes amores tuos, & quicquid in creaturis tibi charum aut dulce esse potuit, post te cogaris relinquere. Vbi si in obserua-tia diuini beneplaciti atque in tui ipsius relictione ac resignatione extensa, in tribu-lationum quoque aduersitatumq; sufferentia crucifixi, æmuloꝝ senseris erga te inuidiam, actus & verba tua obseruantium & te traduentium, sustinuerisq; insultantium atque improperantium linguas, bona tua calumniantium, & adeo vilem contēptibilemq; assermantium, sustine & gaude: & potissimè si etiam mansuetu-dinam tuam non gratiæ aut virtuti, sed malæ conscientiæ impotentia ac ignaui-tate asserbant, quasi quæ respondere aut nescias, aut etiam volens, neque possis, neque audeas iniuriam tuam vlcisci: imò iniuria non fit, te contumeliis affici. In hoc in-quam, vehementius gaude, quod non solum mecum, sed etiam pro me digna ha-bearis iniurias & contumelias pati. Itaque contempta & iniuriis fatigata, si perse-ueranter cupis mihi esse conformis, nihil horum illis imputa, sed de manu prouiden-tia

dentia mea quae te his dignam iudicans, ad tuam utilitatem cuncta haec misericorditer ordinat, accipe ipsorum verò simplicitatem ac ignorantiam excusa, ac ne talia facientes apud me delicti habeant accusatione, pro eis ora: sic omnes quatas patris aduersitates in me refer, & mihi conformem vitam induere stude. Porro si non solum extra, sed etiam intus te praeserint amaritudines & angustiae, obsederintque ariditas & desolatio cor tuum, omni spirituali consolatione, deuotioneque sensibili destitutum, nequaquam ad externas te consolationes propterea effundas, nec extra me peregrina & noua quaeras, sed amatoris tui, hoc est, meo exemplo te mihi resignes, videlicet te ipsam deserendo, & omnem cogitatum tuum in me proiciendo, meumque beneplacitum spe firma & fiducia tranquilla expectando. Porro propter subtractionem hanc sensibilibus gratiae, qua in ariditate mentis relinqueris, non est quare terrearis (haec enim praecipui mei amici probati, & fideles constantesque in sui abnegatione inuenti sunt) sed esto secura: quanto in exteriori homine tribulatio fuerit vehementior, quantoque interioris hominis desertio ac pressura extiterit maior, tanto eris mihi crucifixo (si tamen interea nihilominus voluntas tua mihi manserit vnica) conformior, atque acceptior. Proinde omnibus desideriis & consolatione habendi moriaris necesse est: quia non delicias, sed maenam amaritudine fellis te in hac visa potandam debes expectare. De hoc poculo quanto tibi plus propinauero tanto tu contemptis omnibus terrenis ac visibilibus, virtutum perfectionem, gloriam meam ac beneplacitum, animarumque salutem facias. Aestima te mundo mortuam, ut extinctis concupiscentiis, in omni re liberam, ac nusquam implicatam te serues mihi committens vniuersa: imò quasi de seculo hoc momento egressura, desideria & cogitationes tuas omnes transfer in me, ingrediens in latus & cor meum apertum, vbi quam si in sepulchro abscondaris & quiescas.

Cruci affigi ab intra quid mystice.

Deuotionis sensibilibus subtractio quo referenda.

Mori seculo qui mystice contingat.

Matt. 27
Heb. 13

Luce 9

Via crucis vt sit sola via ad salutem. Luc. 24. Via arcta quoniam sit.

Filia, ego sum Dominus tuus, qui sub cruce pro te gemens extra Hierusalem eiectus sum, rosea sanguinis vestigia tibi in memoriam & pignus amoris relinquens, vt te ad mei imitationem, id est, ad crucem tollendam inuitarem propterea omnibus dixi: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, ostendens non aliam viam esse ad aeternam vitam, atque viam crucis. Quod post resurrectionem quoque significare volui, *Oportebat*, inquit, *Christum pati, & ita intrare in gloriam suam*. Atque idem quos in hoc mundo chariores habui amicos, quos ad altiore promouere volui gradum sanctitatis, & subinde ad maiorem gloriam, hos durioribus ac pluribus hic tribulationibus affixi. Quippe, cui familiarissimum est potissimum in hoc mundo amicis meis, amariotes propinare potiones: quandoquidem crux seu tribulatio via est arcta, sed est via nihilominus regia, qua omnes transferunt, omnes transire oportet, quicumque ad me, quicumque ad vitam peruenire beatam contendunt.

Crux quoniam sit incipientium quam sit illa subinde molesta, vt que patienter ea ferenda sit.

CANON VIII.

LEgisti scio triplicem crucem esse sanctorum: quarum vnā aut alteram nemo fuit amicorum meorum qui non tulerit. Prima crux occurrit quando tyro meus à mundo & ab his quae mundi sunt, coeperit se ad me conuertere: tunc

Crux incipientium quae sit.

XXX
oniam

enim variis adhuc impugnatur, allicitur atque trahitur desiderijs noxijs, & peccatorum tum imagines tum delectationes se ingerunt vel nolenti. Si quidem cogitationes voluptuosae occurrunt, quibus resistere aut potius contemnendo fugare, licet operae precium sit, animae tamen infirmæ pugna hæc crux videtur esse & labor. Verum tamen si mori vultis carni & mundo, mihi que viuere non solum frequens assidue, sed continua propemodum exigitur pugna, vbi nequaquam retrocedere licet, sed penetrare oportet. Nec parum est molestum persequi quod delectat. Estigitur crux in hoc confictu & labor: & hoc mea nonnunquam dispensatione agitur, vt non minor se continendi à vitijs inueniatur difficultas & amaritudo in homine incipiente, quam fuit olim delinquendi voluptas. As nequaquam deserendum est propositum vobis certamen, sed occurrendum potius & aspiciendum est in me, hoc est in autorem fidei & consummatorem, qui propositum mihi gaudio, sustinui crucem. Leuandum est ò filia cor, & orandum vt veniat auxilium tibi à Domino, Certa esto, quia tamen si pugnam atque agonem tuam aspiciens, aliquantisper quasi distimulauero, non deseram te in tempore opportuno: sed cum clamaueris ad me, exaudiam, & cum inuocaueris, dicam assum, faciamque vt assiduitate pugnandi, calcatis tandem vitijs, crux hæc tua vertatur tibi in gaudium.

Heb. 12

Psalm. 90

Crux proficientium, hoc est, tribulationum & afflictionum quam sit amicis Dei aliquando grauis: cur item Deus suos electos hic multifariam afflictet.

CÁNON. IX.

EST deinde filia crux quæ à me imponitur: hanc intelligere debes aduersitatem quamcunque tam exteruam quam internam, quæ molestius vos torquet, quo non cognoscitis, aut non attenditis eum qui hanc vobis imponit. Nam in corde repugnantes, murmuratis aduersus proximos vestros, quicquid patimini illis imputando, cū reuera ipsa immortalis voluntas vestra, amorque vestri proprius torqueant vos: ad cuius extinctionem, simulque vt superbia & duritia cordis vestri contusa emolliatur, diuina mea dispensatione agitur vt humiliemini aduersitibus. Hoc autem bonitatis mex est immensæ, quod cæcutientibus vobis perditionis viam occludo, salutis aperio. O si videres anima, meam bonitatem erga te, abyssalemque dilectionem, quomodo profundissimo nec inuestigabili sapientiæ mex consilio super te vigilo, quærens & procurans felicitatem tuam, quia ad maiora & perfectiora te semper licet nescientem, cupio prouehere, idque semper paterno amantissimoque corde, nihilo secius dum mitto flagella, quam si gratissima tibi mittere munera. Quare sapiens ac beata fores, si tu quoque ea dilectione de benignissima manu mea tribulationum munera susceperis, quæ ipse ego tibi donavi. Quid miraris si capere dolet, si fames, sitis, frigus aut æstus corripit, si languet pectus aut stomachus, si homines derident, si fallunt amici, si damna & aduersitates, egestas aut alia quouis necessitas præmat, quando ne minimum quidem quod esse potest molestum tibi, citra diuinam dispensationem meam ac prouidentiam potest occurrere quando potius ab æterno id prouisum, sicque ordinatum est à me, vt hoc momento, hac mensura, ita, & non aliter haberes. Nemini mandavi impiè agere, nemini præcepti sum in te malitiam exercere: sed hoc ab æterno volui, vt hoc tempore tu hæc patereris. Quamobrem ex paterno amore (quippe cū pati sit tibi proficiu) non impedivi hæc aduersitatem, quæ impedire si vellem, potuisssem.

Quidnam potissimum quemque eruciet.

Tribulationes à quo imminantur.

Eccle. 15

Vnde.

Vndecunque igitur tibi patiendum occurrat, etiam si tua id negligentia admiffum fit, vt tribulationem aut etiam in seruitio meo impedimentum spirituale incideris, quatenus ex parte tua ibi fuerit delictum, dole ac poenite: ac incommodi, doloris ac molestia quicquid comitatur aut inde nascitur, tanquam de manu mea tibi impositum accipe: & nihilofecius pro eo quod diuinum meum consiliū (quod cuncta in bonum conuertantur) circa te impletur, gaude & gratias age: Quare enim ea quæ creauit, ita condidi putas, vt contrarietatibus singula permixta compugnarent, nisi vt aduersa vobis occurrentia, vos ad me (in quo solo pax est & tranquillitas) compellerent, vobisque patientiæ fructum atque coronam fabricarent? Elementa, bestias, astra, morbos & quicquid sub sole est inspice, & inuenies aduersantia, & sine pace vniuersa. Ibi ergo pacem, vbi vera pax est, hoc est, in me, perquire. Hic vero crucem amplectere, quam si vltro de manu patris amantissimi susceperis; etiam crux ipsa in pace te constituet. Nullus est enim artifex, qui suum opus tam accurate, tamque graphice expolire ac venustare satagit, quantum ego elimare & exornare hominem contendo, idque variis tribulationum modis, dum ad perfectum perduxero decorem, quo mihi placeat maximè.

Aduersa homini cur Deus creauit.

Crucem quamquam quisque ferre, naturam suam discrete affligere, obedientiaæque iugum quam lubentèr ferre debeat, cunctisque aliis exercitiis anteferre.

CANON X.

Obseruandum est tamen o filia, cum dicerem cuius crucem portandam, non ab re, nec absque consilio fuisse vt adderem, suam. Neque quamlibet crucem assumendam omnibus volui, sed eam, quam ipse pono humeris cuiusque ferendam. Aliorum crux non est tua crux, nec tua aliorum. Proinde in consulte faciunt nonnulli, cum aliorum legunt aut vident abstinentias & afflictiones vltro assumptas, aut à me data illis occasione per meam prouidentiam toleratas, mox nec suæ fragilitatis mensuram, nec mensuræ terminum ac modum considerantes, volunt quælibet imitari, quasi non sufficiant aut viliora sint quæ ego longe maiori fenore illis ferenda dederam. In quo quidem imbecillem naturam premunt, ac opprimunt. Vnde fit vt tandem nec ad hanc, quam voluntas propria in temperato feruore, temereque assumpserat, nec ad illam quam prouidentia meæ gratia illis imposuerat, eorum vires sufficiant: sed vtrobique cogantur cedere, neutri quæant satisfacere. Fit etiam quod summopere fuerat cauendum, vt bonis cæptis bonum non possunt dare finem, nec quo mea illos vocatio trahebat, vt pote capitis aut virium infirmitate præpediti, possint sequi. Nullum ergo opus, nullum exercitium, nullam deuotionem anteferas oportet obedientia, cui (siue per hominem, siue per prouidentia meæ curam ac dispensationem mea voluntas innotescat) semper auscultare, semper obtemperare, semper te debes credere. Quicquid enim ex propria voluntate, proprio amore, propria electione, proprio consilio, proprio iudicio, propria æstimatione quantalibet alioqui præeminentia emicet, nascitur, semper minus ac vilius est illo quod ex pura abnegatione atque relictione sui ipsius mihi siue agendo, siue patiendo offertur.

Vt quidam suam naturam inconsulte destruant.

Obedientia nullum vel opus vel exercitium antefertendum.

Esto igitur prudens filia, & prospice, si tentatio aliquando grauis super te venire

XXX 2

permissa

Exercitia af-
flictiva qua-
tinus tantū
adsumendū.

Castigatio
moderata
iuuenibus
necessaria.

permissa fuerit, si ad grande aliquid tolerandum te vocauero; vires habes non insipienter per te exinanitas, quibus meæ satisfacere possis voluntati, vitia persequi, & prauis desiderijs non acquiescere, te humiliare, & ad mansuetudinem cogere, pro austerâ durâq; facie, serenam ac tranquillam, pro contumelia benignitas, pro malis ac persecutionibus beneficia reddere. Hæc sunt filia, quæ in mea & meorum sanctorum vita secure debes imitari. Quantum verò his iam dictis seruire adminicularit̃ possunt castigationum & afflictionum exercitia, tantum & non ultra eadem debes admittere: quia hæc propter illa, non illa propter hæc mihi placent. Vnde & illa quæ ab Ecclesia aut superioribus instituta sunt, magis propterea ne obedientia, quam ne afflictione careas, obseruanda sunt. Itaq; sine vt persequantur te, torquant te, crucifigant te alij, & quomodocunque tecum volunt agant: tu exuta omni proprietate, per mansuetudinem sustine. Hoc erit mihi sacrificiū acceptius omni propria voluntate, quam libet ad placendum mihi se exercente. Iuuenibus tamen & in quorum carne adhuc sensualitas viger, conuenit & plerunque necessaria est castigatio moderata, vt tractum gratiæ meæ sequi possint. Porro à senibus & debilibus abnegationem, mortificationem ac suam relictionem expolco.

Cruce omnium grauisissima quæ sit: quam patienter ea portanda, ad quantam item perfectionem gloriamque eadem perducatur.

CANON XI.

Anima hæc
cruce onu-
sta quid fa-
ciat.

Tertia deinde crux his tanto est amarior, quanto interior. Per hanc crucem intelligas filia tentationes horribiles, quæ intus præmunt & angustiant animam à mundo abstractam, quæ temporali ac creaturarum consolationi penitus abrenunciavit, & iam à me quoque veluti derelictam, sterilem atque obscuram se sentit hostium corruptionibus expositam. Nam cogitationes fœde blasphemiarum, desperationes, perfidias, pusillanimitates, scrupulositates, timores, validissimiq; terrores ipsam concutientes, solam ac omni auxilio destitutam inuenientes obruunt. Vnde quo se vertere, quo se extricare possit, imò & quomodo secum agatur non intelligit. Hæc præssura ex multis confluens, eius aded intima vulnerat, adeoq; fatigat, vt consumptis penè ossium medullis, sensuumq; ac vitæ se tandem fieri expectem formidet. Ea propter si nihilo minus nuda ac sola erga me fide confians persistet, vtpote alijs omnibus spoliata, & seipsam relinquens, sub potenti manu mea se humiliet, nullamq; aliunde consolationem querens, super incude propriæ resignationis tundi à me ac fabricari se sinat, præstolans me solum, nullumque querens liberationis effugium. Si ita inquam, sese mihi credere & relinquere audeat anima inter omnes dubietates, ignorantias, obscuritates, ariditates, preffuras, tentationes, derelictiones, quæ contra ipsam spem quoque militant, ac fiduciam omnem protus abrogare moluntur, nec me deserat, sed beneplacitum meum expectet, nascetur eidem, gratia mea clam in ea operante, bona ineffabilia. Propterea ô filia si didiceris tunc non querulari, non discurrere corde, ac pro releuatione extrahagari, sed suscinere ad finem, tacere atque me præstolari, tribulatio hæc ipsa pariet me (quod desideratissimum tibi esse debet) in anima tua. At si ad alia te conuerteris, ea quæ requiris in te nascentur. O si scires te exire, te deserere, teq; in me proicere, mihi relinquere ac credere. Filia, quicquid homo patitur, siue id sponte assumptum fuerit, siue aliunde acciderit patiendum, modo voluntarium aded fit, vt illo mei causa

nolit

nolit carere, utpote necessitate in virtutem mutata, si illam aduersitatem in me re-
tulerit, sed ad passionis meae honorem, & in gloriam meam cum profunda humi-
litate ad patiendum mihi obtulerit, magis mihi accepta est hoc modo deuotio pa-
tientis, quam bene operantis. Adde praeterea, quod bonae menti maior consolatio
est per sui abnegationem aliquid pati, quam aliquid bene operari: si tamen caetera
alioquin paria sint: Quia plus aduersatur naturae passio aut calamitas toleranda,
praesertim vltro non assumpta, sed aliunde adueniens, quam virtus operanda. Ibi
praemittitur natura, spiritus vero erigitur. Quicquid autem naturae plus aduersatur,
durius premit. Hinc aduertis quantus sit fructus patientiae, quam multa secum bo-
na afferat calamitas aequanimitate tolerata. Haec est calix benedictionis, quo sanctos
meos omnes potavi, & omnes inde auidè biberunt. Quapropter non dubites sancto-
rum fuisse neminem, qui non per viam tribulationis & abnegationis ad me vene-
rit, hoc est, qui non crucem suam post me portauerit. Quotquot enim fuerunt, aut
corporis, aut cordis sanguinem mei amore fuderunt, hoc est, aut externam aut in-
ternam crucem habuerunt. Quanta iam verecundia meritò tibi deberet oriri, quae
non vnum quidem verbum durum potes sustinere, aduersitates autem horres, &
nimium formidas, cum tamen haec omnia nisi ex magno amore à me tribuantur,
id est, solis electis meis, ut quae mundi sunt fastidiant, & ad me conuersi, pacem & cō-
solationem ex me solo expectent. Quid iam timere habes sub manu mea? Quis po-
terit tibi nocere, quamdiu me habueris patrem atque patronum? Noli igitur time-
re, sed abiecta omni pusillanimitate gratias agendo quicquid tibi euenerit de manu
mea accipe: & quamdiu libet, ad patienter sustinendum te mihi praebere. Per aduersi-
tates enim ego seruis meis occulta mea dona praebere. In aduersitate me plures inue-
niunt, quam in prosperitate. Propterea quicquid ab hominibus tibi fiat, aut quis te
despiciat, quis ve molestia premat seu contumelia, noli p̄sare: sed hoc prouide, ne re-
mordeas, ne remurmures, ne vltionem cogites, ne denique iniuriam tibi fieri pu-
tes, imò ne homines quidem, sed me cogites, me attende praesentem qui haec facio.
Meditare, quomodo omnia ac singula quae tibi eueniunt ad laudem meam conuer-
tas, & quomodo ex quolibet boni aliquid exhaurias. Ea enim propter ego haec tibi
misi Filia, quemadmodum male agere & prosperitate gaudere, damnationis futu-
rae est argumentum, ita bona agere, & mala pati, salutis est indicium. Porro perfe-
ctissimum est omni consolatione, hoc est, tam humana, quam diuina esse destitu-
tum, & interim patientia, longanimitate, atque plena sui relictione seipsum mihi
subicere. Qui eiusmodi sunt, & mihi fideles adherent, quamuis nullam deuotionem,
nullum amorem habeant sensibilem, quamuis arido, sicco, compresso, obscuroque
torde omnia faciant, tamen si nolunt à me recedere & me etiam verberantem, &
quasi non amantem, aut quasi repellentem (qui tamen eos maximè tunc amo) su-
sinent, hi sunt amici mei, quorum laus, licet ex corde prodeat angustiatio me oble-
stat. Porro quando super huiusmodi qui nec intus, nec foris habent quo se sustērent
excepta sola nuda fide & charitate (quam tamen nec ipsi in se sentiunt) exterior de-
spectio, contumelia, correptio, humiliatio ve acciderit, & hanc humiliter suscipiūt,
nec verbo aut signo redarguunt, nec excusant aut defendunt, quin potius quasi nul-
la fieret sibi iniuria, non sentiunt, hi veram adepti sunt patientiae virtutem: hi iam
soli non patiuntur, sed ego patior in illis: & quicquid eiusmodi fit, grauiter vlciscor.
Nam qui tangunt eos, tangunt pupillam oculi mei. Nam licet in mundo quasi de-
spectissimi, viles & ab omnibus derelicti habeantur, sunt tamen (quamuis & ipsi ne-

Abnegatio
sui quā ma-
gna cōso-
latio fit.

Sine tribu-
latione ne-
minem vn-
quam sal-
uatum.

In aduersi-
tibus Deū
inueniri.

Consolatio-
ne omni tū
diuina tum
humana nu-
dari cuius
rei fit argu-
mentum.

Patientiam
reuera qui-
nam sint a-
depti.
Zach 2

sciant amici mei secretissimi. Ad horum filia despectionem aspira, & crucem tuam vndecumque tibi eueniat, humiliter atque desideranter amplectere, patienter & equanimiter porta. Filia, si his qui à me post hanc vitā sunt separandi, adeò ad vniuersa cuncta hic accurrerent, si adeò eos nil contristarēt aut læderet, vt etiam ambulantes lanam pedibus calcarent: & si his qui mecum regnabunt felicissimi gaudiisque pleni, modo occurrerent tantæ persecutiones, vt quos calcant lapides, refluentes ipsos in ora rerunderent, neutri digna his quæ sequuntur hic reciperent. Pati namq; his aduersa, regia est via, quæ à me arcta nominatur, perducens in regnum coelorum.

Via regia vt
sit hic pati
aduersa.
Mat. 7

Coniucia
cur præstat
hic pati quā
laudes.
Perfectissi-
mus quisquā
hic reuera
existimāus.

Ambula igitur in hac via & gaude, gratiasque age mihi, quod te digner hoc honore, cui ad patiendum tribuam. Itaque eis qui tibi molesti sunt, tu econtrariò non sis molesta.

Quid enim aliud virga potest, quam cædere? & quid homines tibi facient, si ego noluerō? A me igitur omnia accipe, homines vero à me iustos, vt tibi sint graues, arbitrare. Mihi igitur, si te ignominia contumeliave afficiunt, obtemperant. Disce tamori tibi ipsi, vt perinde tibi sit & laudari, & coniuicia pati: imò præstat coniuicia patienter audire, quam laudes. Illa enim humiliant hæc extollunt. Proinde perfectior æstimandus est, qui ad verba dura benignus mitisque mollior respondet, quam qui (licet in cælum quotidie rapiatur) nescit ad increpationes nisi impatienter respondere. Porro perfectissimus est ille, qui cum omnem fert iniuriam, cum ab omnibus male audiat, cum despicitur, à Deo non vlsci desiderat aut retaliari, vt etiam de suo gaudeat opprobrio, exultetque se ab omnibus quæ mundi sunt, id est, ab amicis à fauoribus, à rebus, ab honoribus esse alienum, quem nemo defendat, nemo excuset, nec ipse excusabilem se existimet, totus pauper & mihi derelictus. Itaque filia quantiscumq; te senseris tribulationibus, aduersitatibusve obrui, tanto magis in mente debes gaudere, quod meam in te habeo & perficio voluntatē, quod te mihi conformo quod denique quo apta sis mihi coniungi te dignam facio.

Exercitium animæ deuotum ac pium.

CANON XII.

Quotidie igitur hoc in oratione tibi sit exercitium. Primò, vt pro omni aduersitate, pressura & tribulatione, quam vllō in tempore habuisti vquam, me laudes, mihi que gratias agas. Deinde, pro charitate, immensoque amore, quo ex paterno corde tui misertus, & te mihi attrahere cupiens, aduersitates tibi misi, atque prouidi. Tertio ora me pro omnibus, qui tibi vquam molestiam iniuriamve aliquam irrogarunt, vt illis propter infinitam misericordiam meam ignoscā, & non solum ignoscā, sed etiam æterna bona, propterea quod vel ignorantes meæ prouidentia seruiert eis retribuam. Quarto pete veniam tu, quod ad prouidentiam meam tu tam cæca, tam tarda, tamq; ingrata, aduersitates non hilari receperis animo, nec patienter æquanimiterq; tolerasti, spolians temetipsam gratia meæ fructu, quem in his tibi dare statueram.

Quinto, vt offeras te atque resignes in omne beneplacitum meum, ad quacumque molesta sentienda in tempore & æternitate, quamdiu mihi placet, nec per ea intendas quasi pro peccatis tuis velis aut possis satisfacere (nam pro his meam mihi satisfactionem, hoc est, passionem meam offeras) sed idē te mihi resignes, vt iustitia meæ & beneplacito meo in te satisfiat ad gloriam meam sempiternam, orans vt te dignam

Resignare se
Deo cur qui-
libet debeat.

dignum faciam, feruentem atque satis fortem, quæ possis iuxta omne beneplacitum meum quæcunque voluero, & quamdiu voluero pati, vt non ad quærendas consolationes, aut remedia confugas, sed ad brachia mea nuda & crucifixa te resignes, mihiq; charitate nuda ac sola ardentissima atque perpetua in hæreas. Hoc exercitiū applicare posses in quinque vulnera mea: & si deuotio per hoc iuuatur, venias seu genu flexiones quinque addere. Cui si affueta fueris, senties in interiori homine quod gratia mea non frustra inaniter te fecerit laborare. Vale interim filia ac sponsa & donec rediero, qui tamen nunquam tibi desum) confortare, meq; semper in silencio cordis & oris præstolare. Iterum Vale.

PIO LECTORI SALVTEM.



V andoquidem autor noster in ipsa parte libri II. Alloquiorum quæ proxime procedit, scilicet in fine IX. canonis mentionem facit de quibusdam impedimentis generalibus, quæ vel impediunt, vel retrahunt violenter hominem à spirituali profectu, sicut hoc loco subnectere nouem quadam impedimenta, quæ Lansbergius ipse seorsim consecras, & aliquoties typis excudi curauerat Vtrum autem sint hæc eadem, vel alia impedimenta, quorum Autor idem in eodem canone meminit, Lectoris censura relinquimus. Sunt porro impedimenta quæ sequuntur, eiusmodi, vt sine eorum remotione nulli vnquam sperandus sit in spiritualibus vel vllus profectus.

IMPEDIMENTA GENERALIA

nouem, quæ multo maxime quemq; christi fidelium remorantur, eisque obstaculo sunt, quo minus illi liceat ad perfectionis Christianæ apicem pertingere.

Amor priuatus & pestifer quæ mala in homine efficiat & vt is per intentionem rectam & castam castigandus sit.

CANON XIII.

Impedimentum primum, quod proficientibus occurrit, & vnda cætera vitia omnia nascuntur, est amor sui. Hoc enim fit, vt homines per imparitatem intentionis in omnibus seipfos, hoc est, suum commodum, sui laudem, & quod optant suum bonum, magis quærant, quam Dei honorem: idq; non solum in operibus suis, sed etiam in virtutibus ac Donis Dei, atque aded in quæstione ipsius regni cælorum. Et ided nil mirum, quod in varios sæpe errores & peccata labuntur. Tu verò, quia opera nostra ex intentione fructum assequuntur & meritum, si saluari aut proficere desideras, inuocato primum diuino auxilio, sine quo nihil præuales, omnia verba, actus & desideria tua observa, & in singulis intentionem tuam discute, vt nihil aliud, quàm purè Dei honorem ac beneplacitum quæras: teipso ac aliis omnibus posthabitis in tempore & æternitate: nihilq; dicas aut facias, nisi quod credideris placere Deo.

*Amor inordinatus ad creaturas vt oculum mentis excæcet
quig is mortificandus sit.*

CANON XIV.

Impedimentum spiritualis profectus secundum est, amor inordinatus ad creaturas. Hic amor ex quolibet rerum euentu facile cor humanum inquietat, vt amore, odio, gaudio, dolore, solitudine aut tepore interior oculus turbatus neq; Deum, neque seipsum, neque quid rectum sit, valeat cognoscere. Quapropter si pacē optas cordis, oportet vt cor tuum ab amore creaturarum mundum ac liberum serues, & omnia vndecunque tibi eueniant diuinæ prouidentix securè committas; curas tuas & cogitationes omnes in illum proiciendo, obseruans, vt nihil in te quiescat, nihil intret mentem tuam nisi Deus. Da terram pro cælo, mundum pro Deo. Vilia sunt omnia quæ in mundo sunt, indigniora, quam vt illis inhæreas. Hoc sit aliorum qui de hoc mundo sunt, pro quo Christus non dignabatur orare. Non potes duobus dominis placere, nec diuersa amare. Si vis scire quid amas, attende quid frequentius cogites. *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

Ioan. 17

Matt 6

*Sensualitas immortificata quanta damna animæ inferat: quomodo-
que ea per continentiam omnium sensuum reëtificanda sit.*

CANON XV.

Tertium quod impedit hominem à spirituali profectu, est immortificatio sensualitatis, quia nimis proni exfruuntur se homines ad oblectamenta sensuum, & solacia naturæ præter necessitatem aut rationabilem discretionem: vt est in cibo & potu, in verbis, personis, rebus & occupationibus, modisve aliis tum vanis, tum curiosis, per quæ internam pacem, deuotionem sensibilem, ac Dei gratiam siue amittunt, siue præpediunt, seminantes in carne, de qua simul & merent corruptionem. Tu verò continens esto sensuum tuorum, desiderijs & concupiscentijs tuis viriliter reluctando, occasionibus & irritamenta fugiendo, atque ad contrarias virtutes te ipsum vi retrahendo, donec mortificatus vitijs ac passionibus, sensualitas ipsa sponte obediat spiritui.

1 Cor. 16
Galat. 6.

*Vt omnis superbia per veram, profundam, deuotamque humilitatem
mortificanda sit: quomodoque eadem humilitas obtineri pos-
sit: quod item eadem obtenta efficiat.*

CANON XVI.

Quartum impedimentum spiritualis profectus est, superbia, inanis gloria, sui æstimatio siue complacentia, & desiderium, siue gaudium, quo multi requiescunt in fauore, laude & æstimatione hominum: propter hæc vitia multi dereſnquuntur à Deo, quia cum sanos æstimant seipſos, non querunt, neque admittunt remedia. Tibi igitur quum sit maximè necessaria vera humilitas (quæ sola via est tutissima ad Deum, ex qua germinat omne bonum) hanc tibi ita compares, vt indefinenter pro illa Deum roges, æstimans te adhuc superbissimum, simplicissimum. Insuper omni tempore præ oculis habe inſinitam maiestatem, sapien-
tiam

tiam & bonitatem Dei, & è regione Abyssalem vilitatem nihilcitatit tuæ, iudicans teipsum ex animo pessimum peccatorem mundi, propter multitudinem vilitatis & ingratiitudinis tuæ, indignum omnibus beneficijs, quæ à Deo, vel creaturis recipisti, vel recipere poteris in æternum: dignum verò omnibus pœnis & opprobrijs. Sicq; submittes te omnibus hominibus, eligesq; tibi infimum locum in cœlo & in terra, clamans vt miser ad Dominum: *Deus propitijs esto mihi peccatori: cupiēs etiam contemni, & conculcari ab omnibus.* Hæc humilitas vincit Deum, & capacem te facit omnium gratiarum eius. Heu quis posset sibi arrogare sanctitatem, cum tam arduum incertum & occultum sit sensualitatem & propriam voluntatem verè abnegasse, sitq; sæpenumero sola natura, vnde falsum argumentum sumitur magnæ sanctitatis.

Vt cordis omnis amaritudo per synceram erga omnes homines charitatem extinguenda sit, & quæ & quænam ea charitas exigat.

CANON XVII.

Quintum quod omnes in militia spirituali impedit, est amaritudo cordis, qua nonnulli proclives sunt ad impatientiam, odium, vindictam, & ad aspèrandum cæteros. Hi murmurant contra superiores suos, iudicant & contemnunt proximos, obloquuntur & detrahunt, & omnia venenato oculo, quo ipsi infecti sunt, aspicientes, peruersè interpretantur, Deo & hominibus odibiles. Quocirca, si vnquam volueris proficere, necesse est, vt in Deo omnem proximum diligas, in omni homine imaginem Dei honores, nullam amaritudinem, displicentiamve in corde tuo quiescere sinas aduersus aliquem, sed occurras omnibus vultu sereno, in dulcedine charitatis, in mansuetudine cordis ac benignitate sermonis: paratus omnium onera & infirmitates portare, omnium indigentijs subuenire, omnium offensiones remittere, & in meliorem partem interpretari, neminem iudicare vel contristare, cunctis prodesse & solamen adferre: & generaliter in vniuersos sine personarum acceptione pietatem & miserationem effundere.

Proprietas voluntatis, sensus, consilij & iudicij quantis damnis homines afficiat: quique eadem per sui abnegationem omnimodam sit extirpanda.

CANON XVIII.

Sextum impedimentum in profectu spiritualis vitæ, est proprietas voluntatis, sensus atque consilij. Huic plerique aded innituntur, vt neque Deo audeant se credere ac resignare, neque hominibus: sed sit eis proprietas illa in iudicando ac eligendo quasi basis ac fundamentum, super quod omnia sua ædificant. Quæ quamlibet magna videantur, sætent tamen in oculis Dei. Tu itaque si hoc fundamentum euertas, corruent pariter in te omnes muri Hiericho, id est, defectus vniuersi. Quapropter aliud fundamentum tibi iacias necesse est, videlicet plenam ac perfectam tuipsum abnegationem qua te metipsum ex eas & relinquis, atque sine retractione cordis in beneplacitum Dei resignes, voluntatem eius cum mentali

Iosuc. 6.

Fundamentum perfectæ abnegationis qui iaccaduta.

Yyy

compla

complacencia medullitus amplectens, ac hominibus propter Deum in omnibus licitis obedias, tutissimè confidens eius bonitati, quæ omnibus qui se corde & corpore tradunt & credunt, eidem vbique adest & prouidet in prosperis & aduersis, etiam minimis sua ineffabili prouidentia, melius quam ipsi vel optare possent. Quæcunque igitur tibi eueniunt, non ab homine aut creatura aliqua, sed immediatè à Deo, tanquam de manu prouidentia eius accipias: & hoc æquo imperturbatoq; animo, ac supra vicissitudines rerum humanarum eleuato, atque per amorem in Deum fixo, nihilo magis optans prospera quam aduersa, donec omnis proprietatis & iudicij tui in te funditus moriatur.

De intellectu profundi, curiosi & superbi nocuentis: qui que idem simplificandus sit: quo item omne humanum studium, lectio librorum & scientia referenda sint.

CANON XIX.

Septimum præpediens hominem à spiritali profectu, est studium immoderatum quo intellectus occupatur circa nudas speculationes, & ubi neque deuotio, neque inflammatio affectus queritur, sed lectio aut propter seipsum, quia oblectat, aut propter scientiam tantum frequentatur. Qui eiusmodi sunt efficiuntur vani, inflati sensu suo, præsumptuosi & steriles affectu, qui de spiritu quidem loqui sciunt, sed nihil gustare meruerunt.

Studium & lectio librorum quo referenda fiat.
1. Cor 2
In passione Christi quenam cõtemplanda.

Tu autem non idèd legas, vt doctus habearis, sed deuotus efficiaris. Semper arbitrare te nihil scire, nec aliud optes scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Si Christum bene scis, satis est, si cætera nescis. In huius vita & passione continuo te exerce, contemplando quæ patitur, vt condoleas: quomodo patitur (id est mores & virtutes) vt imitari studeas: & quare patitur, vt charitati eius ipsum redamando, respondeas. Crescat in te iugè desiderium, vt possis pro modulo aliquo domino tuo conformari, sustinendo longanimitè & patienter quæcunque aduersa tibi imponere dignabitur, iuxta omne beneplacitum suum.

Mentis humanae impuritas, instabilitas neglectusque quam sit cuique nociuus: quomodoq; eadem reformanda & in Deum eleuanda sit.

CANON XX.

Octauum quod omnes impedit quo minus in spiritu proficiant, est neglectus interioris hominis, instabilitas cordis, nimiaq; libertas mente euagandi. Inde fit, vt cor depictum varijs idolis, diuinas inspirationes non aduertat, nec se ad Deum leuare illiq; adhærere quæat. Tu verò euagandi occasionibus omnibus sepositis, imaginationes, formas, similitudinesq; rerum ac rememorationes dictorum & factorum omnes, quantum possibile est, excludas: & collectis animi viribus intra te ipsum in silentio & quiete spiritus habites, vt mundo purificatoq; intellectu ab imaginibus, & libero ab omni creaturæ affectu, eleuata quoque ad Deum

Deum memoria, qui quid agis, semper in illum tendas, illi vni semper inhæreas. Quid enim circa multa laboras? Vnum cogita, vnum desidera, & quietem reperies. Semper igitur vbicunque fueris hæc vox in auribus tuis sonet: fili mi redeas ad cor, ab omnibus te abstrahens, vt nudato & simplicitate corde, in Deo immobilis perseueres, præter ipsum aliud nihil cogitans aut desiderans, quasi tu solus in mundo cum ipso sis. Et ad hoc tam humiliter, quam feruenter aspira, vt anima tua tota cum omnibus viribus & potentijs suis in Deum (iuxta magnum mandatum legis) collecta, vnus fiat spiritus cum eo.

Mat. 6.
1. Cor. 6.

Tepiditas proficientis vitæ vt complures misere decipiat: & vti per exercitium diuini amoris spiritus hominis inflammatus sit.

CANON XXI.

Nondum impedimentum spiritualis vitæ est, tepiditas, qua multi sola consuetudine ducti opera faciunt bona, perfectionem æstimantes in multitudine operum magis, quam in feruore charitatis, aut intentionis puritate consistere. Ideo tractui diuino non acquiescunt per abnegationem sui. Tu verò hanc regulam tanquam proficiendi compendium tene, vt omni tempore cor tuum amorosa conuersione ad Deum habeas eleuatum, cum feruenti desiderio illi placendi ipsumque diligendi perfectissimè, suspirans & clamans indefinenter per ignitas aliquas orationes breues & aspirationes flammigeras, hoc modo: O Deus meus, ò vita anime mee, ò totum desiderium & gaudium meum, quando te ardentissime diligam & meipsum ac totum mundum perfecte contempnam. O vtinam possem à meipso totus deficere, & in te liquefieri, absorberi & transformari ex vehementi amoris tui incendio. O Domine, da mihi diligere te ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus meis. Et varijs similibus modis dilectum tuum omni tempore amando, & desiderando, vel laudando & gratias agendo, teque in laudem eius offerendo prout vnctio te docebit. Hoc exercitium nobilissimum est, quo ab immenso potes postulare immensa. In infinitum enim se extendere debet desiderium charitatis. Deus autem ipse postulare iussit, & exaudire promisit, qui sua infinita largitate nullum prorsus vel suspirium, vel gemitum ad se emissum sinet redire ad te vacuum. Aut enim nouam gratiam infundit, aut infusam auget, aut efficacius cor tuum trahit, aut dulcius reficit, aut perfectius illuminat, aut potentius confirmat. Noli ergo tanta bona quæ omni momento recipere potes, per desidiam negligere: noli cessare, noli fugere à facie Domini. Sequere dilectum tuum per aquam & ignem, sapiusque distractus, tentatus vel prolapsus ad misericordiam Dominum pœnitens reuertere, rursus viriliter incipe, ac teipsum totum & omnia in eius amore & laude consumere desidera, quia ingratitude siccare facit fontem misericordiarum, & spiritus indefinenter clamat in anima nostra, vt donis Dei, quæ omni momento recipimus, respondamus, ipsum laudando corde & opere, qui est super omnia benedictus, Amen.

Charitas vt
in infinitum
se extendat.
Mat. 6.
Lucæ 11.
Ioan. 16.

Psal. 66.

Bernard.

IESV CHRISTI CASTISSIMI amatoris & suauissimi sponsi castarum

mentium, quotquot vel solenni professione, vel voto, aut
deliberato proposito eidem ipsi in perpetua men-
tis & corporis castitate se seruituras
obtulerunt.

*Epistola, & in Alloquium sequens e Germanico in latinum
transfusum.*

PRÆFATIO.



Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta &
corpore & spiritu. 1. Corin. VII.

Charissima filia, non ignorante me tam innumera esse in hoc mundo,
quæ carnem aduersus spiritum incitent ac foueant (quandoquidem ipsa caro
sic in patria versatur, omniaq; illi terrena suffragantur, iuuant, solantur ac
roborant, at ipse spiritus in exilio & carcere hic desolatus degit, & parum consolationis aut
epis habet, nisi à me solo, & diuini verbi mei predicatione, operapretium duxi te monere &
cohortari, vt in eo quod tam pie ac salubriter, proposuisti, hoc est, in statu virginitatis, mea
gratia & ope subnixæ, perseueres. Nam certus sum, quod vel centum reperies, quæ ad in-
dum, ad carnem illecebras, ad peritura vitæ, mundiq; amorem inuitabunt, à quibus ego, D.
Paulus & Ioannes Apostoli merite summopere dehortantur. Et inter hos centum vix vnum
offendes, qui te ad virtutes, ad castitatem, vitæq; honestatem hortetur, aut qui te per illam ar-
etiam viam, angustamq; portam (quos ego ipse docui per paucos admodum homines inueni-
re) ducere velit. Idcirco eo magis tua predicanda est deuotio singulariûq; animi fortitudo,
quod multorum malis impugnationes æquanimiter perpeti, quam de via hac recedere, aut
arreptum immutare propositum, vel te illorum associare numero, de quibus Apostolus inueni-
loquitur: qui secundum desideria sua coaceruant sibi magistros prurientes auribus: quales
proh dolor hac miserando seculo quam plures inuenire est, qui cum spirita ceperunt, carnem
consummant, seduci se sinentes à falsis hisce Doctoribus & pseudapostolis, qui his nonisimis,
diebus totum serè mundum falsa sua predicatione infecerunt, multorumq; simplicium soluerunt
terere animos, & à bono proposito retraxere. Sed gratulor tibi dilecta filia quam plurimum,
quod de eorum consortio non es, qui huiusmodi se ductorum voces audiunt, quando te præ
omnibus me solum audire, de me solo loqui delectat, meiq; solius desiderio es suas ac flagras,
nec habeas in celo vel in terra me quempiam chariorem, à quo putes te videri veritatis posse
edoceri. Quod cum pro comperto habeam, ante omnia quam maxime necessarium tibi fuerit
aures cordis tui ad me erigere, meq; tecum parumper colloquentem audire. Peruenit namq;
vox tua ad aures meas suppliciter deprecans diuinam maiestatem meam, vt te tanquam
miseram atque mille diaboli laqueis expositam, in sacro virginitatis proposito, confortare
velim, vt id in finem vsque mei gratia ac amore illa sum inuolutamq; seruare valeas. Ideo
viri verus syncerusq; tui amator, tuis pijs condescendens precibus, benignè eas exaudiam, dis-
feramq; primo apud te de fortitudine animi quæ te præditam esse oporteat propter ingruen-
tes tentationes: Deinde de excellentia ac virginitatis dignitate: Postremo quam
ratione possit, imò & debeat hac eadem virtus conseruari, ac de multis
alijs quæ te ad huius angelicæ virtutis amorem poterunt accendere.

1 Cor. 13.

Gala 6.

1 Ican. 2.

Mat. 7.

Luca. 13.

2 Ti. 4.

Gala. 3.

ALLO.

ALLOQUIORVM IESV CHRISTI ad suam sponfam, hoc est, quamlibet

animam, quæ vel ex professione, vel proposito libero statuit eidem Christo suo sponso in castitate carnis ac spiritus militare I. Libri pars II.

Virginitas quid sit, virginibus, quænam vitanda, quamque ea multasariam oppugnetur.

CANON I.



Virginitas, ut inquit famulus meus fidelis Augustinus, est in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio: Hoc est, quod virgo debeat firmum habere propositum, incorruptionem perpetuam seruandi: ad quod maximè necessarium est, ut vniuersas affectiones sensitiui appetitus virgo discat refrenare, moderari, eosdemque rectæ rationi subdere, ita ut nulli creaturæ inordinato affectu inhaereat, sed omnes tam corporis, quam mentis motus ac appetitus secundum rationis iudicium ad meum honorem referre studeat. Quia ad virginem pertinet non solum carnalem vitare coniunctionem, sed etiam primos concupiscentiæ motus refrenare, nec in delectationem carnalem, siue in opus consentire: nisi super euitare amplexus & oscula, omnesque occasiones, ex quibus talis posset carnalis oriri concupiscentia. Est præterea hæc virtus singulare quoddam donum, imò præciosissimum munus, quod quidem in sancta Ecclesia obtineri possit, & his præcipuè concessum, quos ab æterno hæc gloria dignos arbitratus fui, ad quam sui possessores & amatores euehere solet.

Ad custodiendum verò tantum tanquam excellentissimum donum, dici nequit quanta sæpè certamina quantosque inimicorum insultus subire cogaris, & nonnunquam anxia & dubia redderis ac quasi incerta, vtrum etiam (ut dignum est) virginalem integritatem diligas & custodias, an secus. Interdum quoque de victoria desperans, arbitraberis quod omnis labor ac conatus tuus sit deperditus: quando ipse iam labor sit durior, ac certamina indies ingrauescunt teque ad sufferendum hæc omnia imparem conspicias: nec inuenis quocunque etiam te vertas aliquam consolationem, sed vbiq; miseriam & tribulationem, omnisque dulcedo & præsentis vitæ gaudia vniuersa in amaritudinem amarissimam tibi vertuntur. Nihilominus dilecta filia quaeso, ne diutini conflictus laborisve tædio vinci te patiaris, quia ipso temporis successu paulatim hæc omnia minuentur. Ideò noli cessare, noli ocio locum dare, quia quo fortius ac probius ex animo certaueris, eo etiam citius omnium tentationum robur infringes & eneruabis, fietque indies labor molestiaque omnis toleratu facilior, ut quod prius magna difficultate vincere vix dum potueris paulò post meæ gratiæ adiutorio, leuissimo etiam flatu à te repellas. Nequeo tamen negare, quin magna vigilantia, multaque industria opus sit, ad hoc munus nobilissimum, pretiosissimum hunc thesaurum conseruandum, ea de causa, quod hunc portes in vase multo quàm sit vitrum crySTALLINUM fragiliori: quod nisi studiosè satis custodiatur, citius frangitur. Eodem certè modo tibi vigilandum est, ne illud candidissimum lilium, ne odorifera ac vernantissima illa

Virginitati
seruandæ
quænam
necessaria.

Cauendæ
quænam
sint virgini-
bus.
Virginitas
quale sit
munus.

Tentationes
& conflictus
virginum
quales.

Tentationes
resistendo
minui.

Yyy castissi-

castissimæ virginitatis rosa in te deficiat, frangatur, marcescat, destruat, contaminetur, aut alterius cuiusvis caduca: rei amore depereat: certò sciens quandam singularem præ virtutibus cæteris, hanc obtinere prærogatiuam. Quia reliquæ virtutes, vt humilitas, patientia, paupertas, obedientia, charitas, & id genus alie quamuis amittantur, recuperari tamen per dolorosam contritionem & emendationem sufficientem, poterunt: Virginitas autem sacra ac impolluta, semel negligenter seruata aut amissa, nūquam redintegrari, nunquam salua obtineri valet, etiam si quis tot lacrymas fundat, quot mare guttas aquæ habet. Nec poterit dicere huiusmodi aliquis canticum illud, quod solis incorruptis ac verè virginibus dicere concessum est. Nam illæ, vt sanctus Ioannes Apostolus meus protestatur, sequuntur agniti quocumque terræ, hoc est, me sponsum cælestem, obtinebunt; à me singulare quoddam ac iucundissimum gaudium pro labore ac difficultate sui certaminis præ cunctis filiis hominum, quod mira quadam claritate in ipsarum corporibus fulgebit.

Virginitas quænam amissa recuperetur.

CANON II.

Virginitatem autem amissam quod dixi, non posse recuperari, hoc intellige, de corruptione aut corporis voluntaria pollutione, non de consensu rationis tantum in peccatum, non opere subsequuto. Nam tamen consensu talis maculet mentem, non tollit tamen virginitatis integritatem: ideo potest per dolorem talis macula dilui: secus est de integritate corporis. Namque sanctus Hieronymus diuino meo repletus spiritu. Audenter, inquit, loquor: Cum omnia possit Deus, virginum tamen non potest suscitare ruinam. Valet quidem liberare de pena, sed non valet coronare corruptam. Quapropter cum hæc ita se habeant, eo maior tibi cura, sollicitudo amplior, ac diligentia adhibenda sunt, vt hunc thesaurum illæsum integritate serues. Habebis nihilo minus in hoc certamine constituta gaudium quoddam eximium, ac singularem quandam à me interius consolationem, per quæ mirum in modum spiritus tuus reficietur, exhilarabiturque. quando videlicet intellexeris ex sacris libris sanctorumque Patrum scriptis, quàm mihi sit chara, quàmque accepta mei amore seruata virginitas, quodque tanto amore munditiæ & virginalem puritatem complectar exosculeturque, tantoque eam honorem, vt propriam dilectam sponsam meam, excipiam coronemque. Reuera enim Virginitas mea sponsa est. Ex quibus verbis facile deprehendes, quo aut ad quem amorem tuum dirigere debeas: Haud dubium quin ad me sponsum tuum, ad cuius honorem virginitatis tenes propositum. Nam certus sum iuuenilia corda & precipue virginum amoris expertia, sine amore diu subsistere non posse. Vnde moneo hortorque te ne sine amore sis, sed eo amorem tuum conuertas, vbi securior, honoratior simul & nobilior efficiatur, vbi munditior, castior, & sanctior reddatur: imò vbi ad summum honoris fastigium subuehatur. Nec timere habeas, vt pereat, sed vt incrementa sumat, plurimumque mereatur. Veruntamen hoc nusquam fiet, nec vllò alio amore, quàm meæ diuinitatis: hoc est, si me Dominum Deum tuum ex toto ac integro corde amaueris, me solum in omnibus quaesieris, spectaueris, concupieris, mihi vni adhaeris, mihi soli placere desideraueris. Quod si verò alteri studueris placere, aut amorem tuum rebus caducis momentaneisque maculaueris, scito quod me amatorem habere minimè poteris: quia amor quo ego amari volo, aded delicatus adeoque est tener, vt nullum possit peregrinum sustinere amorem.

Amor.

Virginitas
amissam
nunquam
recuperari.

Apo. 14.

Hieron.

Gaudium
quoddam
desur pro
virginitate
certantibus.

Sponsa
Christi vt
fit incorrupta
virginitati.
Amorem
suum quo
virgo trans-
ferre de-
beat.

Amorem quàm purum Deus à sponsa sua requirat.

CANON III.

ET quid mirum, si me ames, quando nihil iucundius, nihil ve dulcius amore meo inueniri queat, sicut euidentissimè in sanctis meis Martyribus constat, qui nisi tanta dulcedine amoris fuissent repleti, nunquã tantas, tamq̃ amaras potuissent sustulisse passiones. Ad hunc itaque amorem omni qua possibile est se præpara virtute. Nam huiusmodi amanti animã non erit difficile neque molestum omnia quæ in mundo habet relinquere, neq̃ acerbum omnes molestias, difficultates, aduersitates, tentationes, quas ego nobilissimus, amantissimus, ac fidelissimus amicus sponsusq̃ ex immenso amore illi mitto, sufferre. In quibus omnibus tolerandis non solum exultabit, sed & ea gratissimo animo propter mei gratiam & honorè sustinere parata erit: idq̃ hac causa, quod occasionem animaduertet sibi oblatam liquido cognoscendi, vtrum & mihi ingruente tentatione fidem præstitam seruet, mihiq̃ intimo amico suo aliquam amoris vicissitudinem rependat, simul maxima illa ac fidelitatis indicia quæ illi tam multipliciter exhibui summa cum admiratione attendens: & ediuerso suam infidelitatem, ingratitudeq̃, quod nunquam tantis beneficijs pares aut dignas gratias egerit. Agnoscit insuper lucidè, quod non propter me, hoc est, propter meum commodum aut vtilitatem eam tanto prosequar amore, sed quod omnem illi hanc gratiam impendam, tantatq̃ charissimata tribuam, vt eam saluam post huius calamitosæ vitæ decursum ad regnum meum perducam. Hæc siquidem præcipua causa est, quod eam ante mundi constitutionem & priusquam hanc in lucem esset edita, meq̃ agnosceret, elegerim amauerimq̃. Eam obrem summè exoptat sibi oportunitatè dari, pro virium suarum facultate & diuinæ gratiæ meæ adiutorio, idq̃ aut operando, aut patiendo, aut abundando, aut egendo, suum mihi animum ad quocunque etiam obsequium paratum ac promptum testandi ac significandi. Huiusmodi inquam animæ, huius diuinissimi amoris iaculo transfixæ mori graue non videtur, nec mihi suo charissimo obuiam ire sponso formidat, quia cõscientia ipsius testimonium illi perhibet, quod multo maiori à me gaudio ac iucunditate, syncerioriq̃ affectu, quam vel posset cogitare aut optare ipsa, excipietur. Scit proinde nullã aliam ad me veniendi superesse viam, quam per portam mortis. Quocirca iterum dico, nullo mortis metu terretur, sed continuè cum Apostolo meo Paulo exclamat: *Cupio dissolui, & esse cum Christo* sponso meo: imò quod magis est summam illi parit delectationem verbum istud, quod apud Matthæum habetur. *Eccè sponsus venit, exite obuiam ei.*

Aduersa omnia quænam tolerabilia efficiant.

Philip. 1. Matt. 25.

O candidissimũ liliũ, ð vernans rosa, sacra virginitas. O honestissimæ, pudicissimæ, ac omni decore ornata, sponsæ meæ, quis putatis ad plenũ huius verbi dulcedinè explicare posset: *Eccè sponsus venit exite obuiam ei?* O dilectissime, quomodo obsecro iucundior ac latior vox audiri posset, aut gratius sponsæ à sponso nunquã coniungere, quoniã quando illi sponsi sui amatissimi aduētus denūciatur? At hoc nolo dici, seu intelligi de quacunq̃ sponsa, sed de huiuscemodi, quæ sponso suo fidè seruat, quæ sponso suo fidelis existit, quæ ve ardenti desiderio ad sponsi sui præsentia aspirat. Hęc inquam, ipsa maximo gaudio afficitur, cū spõsum suũ aduenire percipit. Verũ si aliter se res haberet, q̃ fortè alteri magis afficeretur, aut alterũ plus amaret, fidemq̃ semel sub iureiurãdo, promissã, violaret, certo certius spõsi sui aduētus illi

Sponsa quænam de sui sponsi aduentu gaudeat.

non esset multum desideratus vel acceptus, credo; magis sui presentiam horreret, quam desideraret. Quamuis autem paulò ante allegata verba ad omnes amatores meos dicta videantur, speciatim tamen de virginibus accipienda sunt: vti Evangelica illa parabola quæ de decem virginibus posita est, quarum quinque essent prudentes, quinque fatuæ, declarat. Quod cum ita sit gaudete, quia quemadmodum B. Paulus Apostolus ad Corinth. testatur, vos estis sponsa, & ego sponsus.

2. Cor. II.

Virginitatis virtus & præcellentia quanta.

CANON IV.

Athana.

Quanta est excellentia & dignitas tua ô cœlica virtus virginitas, quæ dignâ æstimaris non qualemcunque, non corruptibilem, non mortalem hominẽ, sed me creatorem & saluatorem tuum sponsum habere? Verissimè de te huc in modũ facer meus Archipræsul D. Athanasius exclamauit, inquit: Magna virtus continẽtia, magna gloria castitas, magna sunt virginitatis præconia. O virginitas diuitiæ incõpræhensibiles. O virginitas corona immarcescibilis. O virginitas templum Dei, & sancti spiritus domicilium. O virginitas margarita pretiosa, apud multos latens, à paucis verò vix inuenitur. O continentia amica Dei, & apud sanctos laudata: O continentia vulgo inuisa, sed ijs qui te digni sunt nota: O continẽtia mortem & inferos effugiens, & in mortalitati adhærens. O continentia gaudium Prophetarum, Apostolorum gloria. O continentia angelorum vita, & sanctorum hominum corona. Beatus qui te tenet, beatus qui per patientiam tibi constanter adhæret, quoniam postquàm paululùm laborauerit, multa recipiet munera in te. Beatus qui per totum hoc tempus ieiunãrit, quoniam in aeterna Hierosolyma habitabit, cumq; angelis choreas ducet, cumq; Sanctis Prophetis & Apostolis requiem habebit? Quomodo autem aded es fecunda vt ipsos etiam cœlos tua repleas fecunditate, & tamen permanes integra ac incorrupta? At longe felicissima tua fecunditas, atque (vt ita dicam) parturitiõ est, quæ ipsummet Deum sine dolore parturis, & mater Dei vocari mereris. Et reuera tam sublime est matrem Dei vocari, vt nihil sublimius inueniri queat, solo Deo excepto, nec ad maiorem honorem, vel dignitatem quamlibet possem euehere creaturam, nisi efficiendo eam matrem meam. Hoc verò priuilegium solis virginibus concessum est, quas qua laude, quibusve verbis ego, ego, inquam ipse, extollam, non inuenio, quando quem cœlum & terra capere nequeunt, in corpore suo circumferant. Quæ etiam hæc sunt prerogatiua dotatæ, vt quamuis proles ex carnali non ædant concubitu, minimè tamen idcirco in fecundæ aut steriles sunt. Et quamuis proles iterum morituras non parturiant, pariunt nihilominus fructum permanentem in seculum seculi. Postremò quoties noua aliqua gratia, noua voluntas diuinæ mez voluntati conformis in animabus ipsarum nascitur, toties in eis ego spiritualiter nascor.

Virginitatis fecunditas quanta.

Matrem esse Dei quanta sit dignitas.

Virginitas vt sit mater Dei.

Nascatur quina Deus mysticè in animabus.

Virginitas cur non sit præcepta, sed consulta.

CANON V.

Hanc virgineam, puritatem propter suã ingenitam nobilitatem summamq; dignitatem nulli præcepi, sed summoperè commendauit summisq; laudibus extuli, & vt non coacta, sed libera voluntate eligeretur ac seruaretur, suasi hocq; ea præcipuè de causa, vt cum vltro diligeretur non præcepta, sublimius glorio-

gloriosusq; coronaretur in celo. Noli enim hac præclarissima virtute, hoc est, in carne coelicam Angelicamq; vitam degere, omne hominum genus confringi, sed illos maximè, quos ab æterno hac dignos iudicavi, quibusq; singularem ad hanc conferendam gratiam contuli: imò & hos, qui ex corde non coacti hanc susceperunt, & votis omnibus seruare sese obligarunt: uti fit in professione solemnium vitæ monasticæ, in qua omni carnis voluptate penitus renunciatur, & perpetua corporis & mentis continentia vouetur: ex quo voto, ipsa continentia seu virginitas meritum suum acquirit. Nam virginitas non seruata propter me, parum aut nihil habet meriti: seruata autem propter votum, dici nequit, quantum huiusmodi in omni tentationum impugnatione quouis momento promereatur. Quocirca cum sese occasio offerret de hac virtute dicendi, enumeravi in Euangelio meo secundum Matthæum tres continentium, sine circumcidentium se gradus, ita inquit: *Sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum caelorum.* Et subiungit: *Qui potest capere capiat, &c.* Non enim omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est à patre meo. Secundum hunc modum solet in sancta Ecclesia triplex distingui castitas, scilicet, virginalis, vidualis, & coniugalis. Virginitas autem inter hæc tria primas sibi vendicat partes, ut potè portio nobilior ipsius castitatis, quia consistit formaliter in perpetuo proposito abstinendi à carnali delectatione, & materialiter immunitate foedæ carnalis delectationis, quæ contingit in ipsius seminis resolutione. Vnde (ut superius dixi) ipsa potissima virtus est in genere castitatis. De qua beatus Cyprianus: *Flos est Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, illustrior portio gregis Christi.* Insignis item ille Theologus Ioannes Damascenus in virginitatis laudem in hanc vocem prorupit: *Virginitas, inquit, Angelorum conuersatio est. Hæc omnis incorporeæ naturæ proprietas. Hæc enim diximus, non nuptiis derogantes. Absit enim. Nā scimus Dominum præsentia sua nuptias benedixisse, & eum qui dixit: *Honorabiles nuptiæ, & torus immaculatus.* Sed bonis nuptiis, meliorem virginitatem agnoscimus. In virtutibus enim & intentionibus, & remissionibus sunt. Similiter & in vitis Non ignoramus, quoniam nuptiarum filij sunt omnes homines, præter generis autores & duces. Nam illi sunt virginitatis, & non nuptiarum plasmatio. Sed cœlibatus, Angelorum est (ceum diximus) imitatio. Quanto igitur Angelus hominibus superior, tanto virginitas nuptiis honorabilior. Quid autem dico, Angelus? Ipse Christus virginitatis gloria, non modo ex patre sine initio, & sine duorum concursu genitus, sed & homo secundum nos factus, super nos ex virgine sine alieno consortio incarnatus est. Et ipse virginitatem veram & perfectam esse, in seipso demonstrauit. Vnde hanc legem nobis non statuit (non enim omnes, ut ipse dixit, capiunt verbum hoc) sed opere nos erudit, & ad illam nos confirmauit. Cui igitur non euasit perspicuum, quod virginitas in hominibus nunc principatum tenet? Bona quidem liberorum procreatio, quam nuptiæ constituunt, & bonæ nuptiæ ob fornicationes quas præscindunt, rabiem concupiscentiæ per legitimam commixtionem non finentes ad iniquos furere actus. Bonæ nuptiæ, quibus non adest continendi gratia. At melior virginitas, animæ fecunditatem prolis adaugens, & Deo fructum temporaneum orationem afferens. Quocirca iterum dico: *Planè est Angelica ac supernaturalis vita, in carne sine carne viuere, nec carnis experiri contagia: tamq; alterum tamq; profundum, hoc est, ut vulgo hominum nullo id modo ausus fuerim præcipere. Tu planè**

Virginitas
quænam
merito dig-
na sit.
Mat. 19.

Castitas ut
sit triplex.

Cypria.
Ioan. Dam.

Ioan. 2.
Heb. 15.

Virginitas
quanto sit
honore
digna.

Mat. 19.

Virginitas
ut sit vita
Angelica.

Virginum
angelorum-
que vita in
quo diffi-
cultatis
prælia quâ
sint durissi-
ma.

sanctâ virginitas, vt & ego tui non taceam præconia, tui possessorem efficit felicem ac beatum, ipsiq; cœlestibus spiritibus parem, imò & longè admirabilem. Quis enim ignorat multo clariorem esse victoriam virginum, quàm angelorum. Nam angeli sine carne viuunt, virgines autem in carne triumphant. Differuntq; in hoc hominis virginitas & angeli: quod illa est fortior, hæc autem felicior. Fortior dixi, ob certaminis quotidiani maximam difficultatem, quæ virginibus sacco ad huc mortalitatis indutis, necessario, nisi hostibus cedere velint, incumbit. Hinc est, quod inter omnia Christianorum certamina, durissima sint prælia castitatis. Maius proinde miraculum est, de propria carne fomitem eradicare luxuriæ: quam vel immundos spiritus de alienis expellere corporibus.

Charitas quam debeat virginibus fore familiaris.

CANON VI.

CVM in superioribus iâ plurima de virginitatis præconio dicta sint, hic breuitatis gratia, supersedeo plura enarrare: solummodo hoc vnum te admonere volens, vt charitatem, qua iam cor tuum accensum scio, nunquam vilo sensibili amore extingui permittas: alioquin citius me à te, quàm vel ipsa putes, expelles: nec poteris quocunque tempore hac veste spoliata fueris, me sponsum tuum habere: Quia ipsa charitas fidelium mihi vnic mentes, estq; gubernaculum quoddam omnium amicorum meorum, per quod in hoc pelago nauigantes à via veritatis & semita mandatorum meorum non deuiant, sed recto itinere ad ipsum perfectionis portum perducuntur.

Charitatis
actus qui
sunt.

Charitas vt
sit arbor
quædam.

S. Anatho-
lie castitas
per angelum
probetur.

Charitas
quam fit
virginibus
necessaria.

Antiquus quoque hostis (quod pro tui consolatione ac confortatione dixerim) castitatem, si sine charitate fuerit, in amicis meis non timet, quia ipse carne non præmitur, vt luxuria dissoluatur: nec abstinentiam timet, quia cibo non vitur: sed valde in electis meis veram charitatem, humilemq; amorem quem vicissim sibi impendunt reformidat, ipsoq; iaculo ex liuore inuidiæ vehementer confoditur, quia ipse conspiciit illos tenere in terra, quod ipse tenere nolens, amittit in cœlo. Ipsa propterea est arbor, à qua non defluit nec flos boni desiderij, nec folium boni verbi, nec fructus boni operis, quum ipsius proprium sit nutrire concordiam, seruare composita: coniungere dissociata, dirigere praua, & cæteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare. Si quis in eius radicem se inserit, nec à veritate defluit: nec à fructu inanescit. Huic radici quàm verè gloriosa virgo ac martyr Anatholia inserta fuerit, vitæ gesta Sanctæ Victoriæ abundè testantur. Quæ cum omnia sua bona mei amore succensa, distraxisset, hunc in modum fatetur sibi à me factam visionem. Dic, inquit, qua explicui pretium ornamentorum meorum in pauperes Christi ipsa die iam secuta facta, video iuuenè auricomum, diadematum, splendidum, & solum purpureum totum in vestibus atque gemmatum. Qui aspiciens faciem meam lætus, ad me hunc modum dat: O virginitas, quæ morti non iunges, vt à morte perpetua libereris. O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum coniunges, sed semper in lumine gloriaris: non morti, sed vitæ coniunges sempiternæ. Et cætera plurima quæ ibi à sancto Angelo meo enarrantur. Vides ergo quàm necessaria sit virginibus charitas, quæ sola inter filios Dei, & filios diaboli discernit. Hæc est specialis victus piorum atque sanctorum omnium,

omnium, quàm cæteræ virtutes bonis & malis possint esse communes. Nullus unquam virginitatem suam mihi integram custodiuit, qui non hac charitatis flamma fuit succensus. Huic itidem radici omnes Patres ac Sancti, tam veteris, quàm noui instrumenti, qui virginitatis integritatem seruarunt, fuerunt inserti. Vti in primis gloriosa genitrix mea semper virgo Maria, sanctus Ioannes Baptista præcurfor meus, sanctus Ioannes Euangelista, & alij plurimi vtriusque sexus, qui omnes meo exemplo in suis corporibus virginitatem dedicârunt, atq; consecrârunt: taceo magnum meum illum Prophetam Heliam, cuius lingua, ipsius cœli facta est clavis: qui & ipse fuit virgo, & ob id igneo est raptus curru in cœ-
lum. s. Reg. 17.

Vti inquam omnes, quanto amore tam corporum, quàm mentium amplexa-
rer munditiam, lympidissimè ac lucidissimè contemplati sunt huiusq; amore
carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifixerunt, ac firmissimè innocen-
tiam virginali seruare in animo statuerunt. 4. R. c. s.
Galat.

Virginitas amissa vt sese castitate solari debeat.

CANON VII.

AT quibus hæc sublimis gratia denegata fuis, vt scilicet me virginum caput
virgines sequerentur, aut eam propter suam propriam culpam neglexerit
aut perdiderunt, exēplo sanctæ Mariæ Magdalenz vnice dilectricis meæ, in
perpetua castitate mihi seruire sese astrinxerūt. Nā & Apostoli mei & per plures alij
magna sanctitate præditi, in exordio nascens Ecclesiæ, ardore diuinæ charitatis
meæ inflammati, mutauerunt nomina vxorum suarum in nomina sororum, ob
reuerentiam castitatis, vt eo liberius expeditiusq; mihi vacare possent. Castitas
enim (vt nec hoc taceam) virginitatis summa amica ac indiuidua quasi est comes,
ita, vt qui eam amiserit, hanc liberè amplexari valeat, præopportuna quoque alia-
rum virtutum auxiliatrix, cuius laudabilis est operatio, rationis in libidinem,
atque in alios non erectos animi appetitus firma & moderata dominatio. Castitas vt
sit comes
virginitatis.
Castitas
quid sit.

Nec est quod quis sibi de virginitate, neglecta castitate, blandiatur, quando
certo constet nullam sine castitate virginitatem esse. Ergo quicumq; virgo es, sum-
mo amore castitatē prosequere, & caue, ne in turpium delectationum cōsensum ex
ea diabolica suggestionē labaris: alioquin magna hac gloria qua te dignatus sum,
temetipsum priuabis, nec virginum poteris expectare aureolā, sed timere habebis
fornicatorum pœnam, nisi resipueris egerisq; pœnitentiam, vti per Prophetā meū
Hieremiam animæ præuaricatrici obijcitur: Tu autem fornicata es cum amatoribus
multis. Quod & spiritualiter, per fœdarum cogitationum cōsensum, intelligi
valet: Sed dixi castitatem virginitati esse amicam: imò dico, in multis magnam
cum virginitate habere similitudinem: quandoquidem ipsa castitas sui posses-
sorem, vti & virginitas, mundum seruat, munditiamq; sectatur & amat.
Hinc est quod castitatis amatores ab omni immunditia, ab omni spurcitia &
fœditate carnalium voluptatum vti à veneno pestifero sibi cauebunt, & ne
quando huius pestis colluione fœdentur, summopere, aduigilabunt. Quia de-
testanda & abominanda hæc voluptas, non solum humanam naturam corrup-
pit & eneruat, suoque robore destituit, sed quod omnibus modis dolendum
sanguineisq; deplorandum est lachrymis, ipsas humanas immutat, effœminatq;
mentes. Virginitas
sine castita-
te quantilli
facienda.
Hic. s.
Castitas
quanta sit
laude extol-
lenda.
Voluptatis
carnis male
quæ.

ZZZ * mentes,

mentes, & ad omne opus bonum reddit ineptas. Quid plura? Semper illam præcedunt ardor & petulantia, semper comitantur foetor & immunditia. Semper sequuntur dolor & poenitentia: semper famem patitur cum non habetur, quæ non autem habita fuerit, heu heu, prorumpit dolor, angit mœror, hebetatur mens, ingemiscit ratio, exhorretur vita, concupiscitur mors, & tarde demum cognoscitur diu stare non potuisse, quod malè perpetratum est. Ex his & similibus colligere licebit, quanta secum miseranda voluptas mala adferat, in quam extremam sui amatores miseriam detrudat.

1. Thef. 4.

Castitatis
encomium
excellens.Virginitatis
neglectori-
bus quid fa-
ciendum.

Quanto igitur feliciores hi, qui calcata voluptate, qui spretis mundi delitijs, qui diuitijs & seculi pompis contemptis, me Deum ac sponsum suum per munditiam castitatis sequuntur. Hæc nanque est voluntas mea sanctificatio vestra, ait vas electionis, beatus Paulus Apostolus meus, *ut sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore*. Tale quippe vos decet seruare mihi vas cordis & corporis vestri, ut nulla forde vel carnis contagione polluntur, sed ut castitatis continentia resplendat: O si huius virtutis æmulatores esse velleis, quantum gaudium breui in conscientia vestra sentiretis, quàm modico temporis interuallo gloriosè de omnibus inimicis vestris triumpharetis. Quàdoquidem ipsa est, sicuti quidam de secretissimis meis inquit amicis, ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen mœrentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus omnis regionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, summa mea amica, angelorum socia, victoria libidinum, schola virtutum, possessio omnium bonorum, quàm qui possidet, habet pacem in conscientia, lumen in mente, hilaritatem in facie, gaudium in anima, securitatem in morte, & partem in æterna mea felicitate. Hæc dicta sunt in horum gratiam, qui innocentiam virginalem suaptè negligentia & culpa amiserant, ut hos per huius præcellentissimæ virtutis tramitem ad me alliciam, & ab erroris sui tenebris ereptos, ad viam salutis reducam: quemadmodum me fecisse meministis etiam multis magnisq; peccatoribus, quos per hanc viam ad summum sanctitatis euexi culmen, & in regno meo supra multos angelorum locavi choros. Nemo itaque desperet de salute, sed si quis lapsus est, doleat, poeniteat, emendetur se ex corde, & reuertatur ad me, & ego suscipiam eum contritum & humiliatum. Hæc hætenus ad castitatis studiosos.

Virginibus quæenam summè, ne tantum lilium amittant, seruandam quæque virtutes illis cum primis sint necessariae.

CANON VIII

Psal 36.

Sponsus celestis
qualia sponsæ suæ
beneficia
prærogat.

AD te denuo ô sponsa mea candorem & pulchritudinem virginei pudoris amantem reuertor, doceboq; te, viam per quam ambulare debeas ne hunc præciosissimum thesaurum quem intra te tenes amittas, simulq; formam ac modum viuendi tibi præscribam, ut scias quid agere, quidve vitare debeas. Scis nanq; ô amantissima sponsa mea quod secretorum meorum optimè conscius sanctus David in libro Psalmorum protestetur hunc in modum: *Declina à malo & fac bonum*. Hoc ergo primum est præceptum quod tibi do, ut ab omni non solùm malo, sed etiam specie mali, quantum tibi possibile fuerit, abstineas, & ex toto ac integro corde

corde (vti supra quoque monui te) ad me summum ac vnicum bonum, amantissimum, pulcherrimum, dulcissimumq; sponsum tuum conuertaris, simulq; illum immensum meditando amorem, quo ab aeterno te amauerim, & à peccatorum multiplicium nexibus eruerim, ex ipsisq; inimici faucibus toties te eriperim, præterea vti tuam in me naturam assumpserim, preciosissimumq; sanguinem, vt te mihi in sponsam eligerem, effuderim. Et quia ego Dominus ac sponus tuus tanta pro te passus sum, vt te mihi perpetuo desponsarem, hinc colligere haud immeritò poteris, quid pro mei sanctissimi nominis honore simul ac amore tollerare debeas. Et sicut ego ex ardentissima charitate patri meo cœlesti memetipsum pro te, ac pro totius mundi peccatis in ara crucis obtuli, ita quotidie temetipsum mihi offerre, per propriæ voluntatis abnegationem, pro quibuscunq; ego desidero causis ac mundi necessitatibus debes. Nam hoc mihi sacrificium quàm gratissimum ac acceptissimum est.

Esa 55.
Ephes. 5.
Heb 9.
Sacrificium
quodnam
Deo gratif-
simum offe-
ramus.

*Voluntatis diuinæ cognitio quam sit cunctis necessaria
virginibus.*

CANON IX.

Secundo, cum intelligas tanto me erga te amore feruere, omne studium tuum serit, vt discas perfectè meam voluntatem agnoscere, eamq; pro virili adimplere. Nam seruus qui cognoscit voluntatem Domini sui: & eam non facit, plagis vapulabit multis. Præterea sedulo obseruabis non solum mandata mea, sed etiam consilia, sed & sanctæ Ecclesiæ constitutiones, nec non & interna monita & inspirationes meas, quibus soleo plerumque meos admonere charissimos, ne otio vacent, ne corpori aut somnolentiæ tempore diuinorum locum dent, ne tempus negligenter & inutiliter expendant, ne nimis corpori indulgeant, ne se alicui præferant, ne tandem inaniter se extollant, cæteraq; huiusmodi per quæ eos ad redamandum me prouoco. Nihil nanque magis horreo, & detestor, quàm teporem amicorum meorum, qui meritò diu noctuq; summa reuerentia, maximaq; animi alacritate coram me assistere deberent, ac mundo corde, puraq; conscientia suas preces pro se, pro populi peccatis, proq; totius Ecclesiæ salute ac reformatione in diuinæ maiestatis meæ conspectu fundere.

Teporem
amicorum
suorum
quantum
Deus odiat.

*Mens virginis à quibusnam mundanda sit, quibusque
rebus studendum*

CANON X.

Tertio, præcipio tibi, vt cor tuum mundes ab omnibus vitiorum sordibus per veram eorundem vitiorum mortificationem, & iugem meæ amarissimæ passionis memoriam: alioquin & si corpore incorrupta sis, tamen cor tuum spurcitiæ fœdatam inhabitare non possum: quando ego summè omnem cordis detestor immunditiam, nec illi queam diuitias diuinorum meorum chrismatum communicare. Propterea per Prophetam meum testatus sum: *Lauamini, mundes-
sote, & auferete malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Malæ siquidem cogitationes à diabolo proueniunt, & corda hominum facillè nimis inquinant, à quibus ò virgo sponsa mea tibi caue, alias certo certius te derelinquere cogar. Tu nanque scis, sæpius tibi testatus sum quàm mihi sit grata amabilisq; virginitas & pudicitia virtus, si aliarum sceditate culparum non inquinetur.

Esaie. 1.
Cogitatio-
nibus qua-
tenus absti-
nendum.

Humilitas quam sit virginibus necessaria.

CANON XI.

Bernard.

Humilitate
magis ne-
cessaria qua
virginitate.
Luc 1.

Quarto, præcipio ac maximoperè commendo tibi omnium virtutum in-
itium ac fundamentum, humilitatem, per quam ipsi mundo primo restitu-
ta est salus, omnibusq; eam possidentibus æterna promissa est beatitudo ac
coelestis hæreditas, sine qua nemo videbit me, nec gloriam meam intrare poterit.
Hinc est, quod præcipuus ille secretorum meorum contemplator beatus Bernar-
dus, hanc ad eò virginibus virtutem commendat, vt etiam liberè fateatur, mihi
sine humilitate virginitatem non placere. Non mediocriter inquit placet Deo
anima illa, in qua humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat hu-
militatem. Ideò pulchra est permixtio humilitatis & virginitatis. Veruntamen
magis necessaria est humilitas, quàm virginitas. Potes nanque Deo placere humi-
lis homo, quamuis non virgo: non autem virgo superbiens: Imò nec beatissima
Mariæ virginis virginitas Deo sine humilitate placuisset. Ideò gloriosa virgo non
dixit. Quia respexit virginitatem ancillæ suæ, sed respexit Dominus humilitatem an-
cillæ suæ.

Gratitudo quantum exornet virginitatem.

CANON XII.

Quinto, volo ac expeto à te, vt pro tam magno, tamq; excellentissimo do-
no, quod in fragili tuo vasculo tibi concessi, grata mihi sis, debitamq; gra-
tias rependas. Siquidem ingratitude omnium vitiorum est pessimum, sæ-
peq; homines propter suam ingratitude, seu id exigente iustitia, in multas
cogor permittere defectus incurrere, seu gratiam collatam illis subtrahere: multis
insuper varijsq; modis humiliare, vt vel sic discant propriam agnoscere vilitatē,
mihiq; omnem gratiam, omneq; bonum ascribere: alias in superbiam elati ad
maiorē sui damnationem dona mea possiderent. Itaque gratitudinem ama, gra-
titudinem obuijs suscipe vnijs & amplexare, & time nequando hac magna te glo-
ria priuem, ad quam ex gratuita mea pietate te euexi, aliumq; in locum tuū, multo
te & gratiorem & digniorem substituam. Hocq; habeto semper in corde tuo
quod videlicet, si vel vilissimo alicui homini, maximoq; peccatori quem mun-
dus habet, tantam exhibuissē gratiam, tantisq; eundem præuenissē benedi-
ctionibus, qualibus te præueni, illo dubio procul multo esset gratior, multoq;
promptior ad obediendum mihi, in quibuscunq; meam studeret agnoscere vo-
luntatem, quàm tu. Quod exercitium gratiam meam non solum in te seruabit, v-
trum etiam cumulabit & augmentabit quàm maximè.

Perseuerantia virginibus quam sit necessaria.

CANON XIII.

Sexto, perseuerantiam cum recta intentione tibi mando, videlicet vt firmissi-
mum facias propositum, quod ad mei solius gloriam & honorē velis illæsam
ac integram, quacunq; etiam ingruente tentatione, siue diaboli, siue mundi, si-
ue carnis, seruare virginalem puritatem, nec vlli vnquam homini, quantum in te
est, consensum præbere amplexandi, tangendi, exosculandi aut cognoscendi re,
præterquam mihi soli, qui sum sponsus, Dominus ac Magister tuus, nisi velis æter-
nam meam incurrere indignationem.

Quid

Quid enim δ sponsa mea putas prodesse ad tempus se castum, pudicum ac mundum seruare, & aliquanto post deficere, seipsum modo quocumque polluere? Nunquid talis virginum gloriam, imò virginum aureolam obtinebit? Nunquid huiusmodi poterit dicere canticum, quod dicent incorrupti, ac nulla carnis libidine sedati? Semel testatus sum, & adhuc dico, minimè gentium. Quis ergo hanc gloriam consequetur? Audi Euangelistam meum. *Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit*, hoc est, qui in corde suo proposuerit ad sempiternam meam gloriam inuolabiliter suam custodire puritatem virginalem, non per annum vnum, aut alterum, sed omnibus diebus vitæ suæ vsque in finem, iste hoc honore dignus iudicabitur, impetrabitque à me singulare quoddam ac diuinum munus, quod solis martyribus, doctoribus, & virginibus ob sui certaminis ac laboris difficultatem, iam iamque consecuta: victoriæ tribui solet. Quod si de tu assequi concupiscis, quæ iam breuiter docui custodire satage, & caue diligenter, ne quid horum omittas, alioquin magnam salutis tuæ facies iacturam. O sancta perseverantia tu verè singularis summi regis filia, tu finis virtutum & consummatio: sine te neque qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequetur. Tu nutrix es ad meritum, tu mediatrix ad præmium, tu foror patientiæ, tu constantiæ filia, tu charitatis in dissolubile vinculum, tu totius sanctitatis propugnaculum. Hanc si quis tollat, nec obsequium mercedem, nec beneficium, gratiam, nec laudem sortitudo habebit. Sola est, cui æternitas redditur, vel potius quæ perseverantem æternitati reddit sicut ipse loquutus sum. *Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Apo. 14.
Mat. 10. & 14
Aureola quibus nam præstetur.
Perseuerantia quanta laude digna sit.
Mat. 10. & 14

Sensuum custodia virginibus quam sit necessaria.

CANON XIV.

His iam omisis, δ filia docebo te quæ fugere debeas, vt tam mente, quam corpore incorrupta permanere possis. Primo, omni qua potes diligentia habebis sensuum custodiã, ex quorum neglectu penè omnia viciarum prodeunt monstra, multique magna etiã sanctitate præditi per hunc in extremã vsque deuenere miserã, vt puer meus sanctus Dauid, cui & si testimoniũ præbuerim, quæ inuenissem virũ secundum cor meũ, nihil δ minus per abusum & sensuũ irrefrenationẽ, in adulteriũ simul & homicidium cecidit. Hinc ipsemet postea cautior factus, orare cepit: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Et Sapiens: *Auerte oculos tuos à muliere sumpta.* Propter speciem enim mulieris, multi perierunt. Itemque: *Virginem ne conspicias, ne scandalizetis in decore eius.* Et sicut hæc de iuuenibus dicta sunt, ita & de puellis, puta, multò fragilioris sexus, intelligi valent & debent, vt acutè & sollicitè sensus suos exteriores ab omni euagatione cohibeant, ne illis contingat quod Sancto Prophete Dauid: Et quod quondam per Prophetam meum prædictum est. *Inuani mors per fenestras suas:* hoc est, peccati oblectatio, siue peccati consensus, per quæ generatur mors animæ, intrat per fenestras, scilicet incustoditos sensus. Vnde multi secretissimorum meorũ penitus ac lucidius huiusmodi damna ex incauta sensuum custodia nascentia præuidentes, non fuerunt ausi ne proprium quidem intueri nudum corpus ne tentaret eos, qui meos solet tentare electos, sathanas, & hoc vel maximè ob castissimum amorem, quem erga me gerebant, ne per suã negligentiam à meæ diuinitatis amore separarentur, aut aliquid intro reciperent, quo diuinitatis meæ præsentiam offenderent, aut demum aliquam cordis, in quo ego,

Re. 9. & 10.
Psal. 86.
2. Reg. 11.
Psal. 118.
Eccle. 9.
ibidem.
1. Reg. 1.
Hiet. 9.
Castitas quorundam sanctorum quanta fuerit.

ingiter habitare delector, maculam contraheret, per quæ (vt verissimum est, illicq; timuerunt) meam operationem impedissent.

Gregor.

Sensum in-
custodiam
quænam ma-
la se quætur.
Galar. s.
Curiositas
sensuum
quæ mala
pariat.

Verum sicut dicit plerunque solet: lacula præuisa minus feriunt, ita & ego ex multis, pauca vitiorum tibi genera ob oculos ponæ ex incuria seu sensu immortificatione originem ducetia: quæ si studiosè fugeris, non dubium quin coru quoque pericula declinabis. Hinc prodeunt fornicationes, adulteria, homicidia, comestationes, ebrietates, furta, carnis detestanda voluptates, malæ & de proximo suo suspensiones, ira, rixæ, contentiones, æmulationes, temeraria iudicia, scurrilitates, morum leuitates & meorum tandem diuinorum præceptorum obliuio. Quid plura? Hoc postremo non puto reticendum, quod fons elationis, incencium libidinis, violatio castitatis prodeunt quasi ex quadam scaturigine ex sensu curiositate: quoniam discedente mète à fonte vitæ, à lumine veritatis, à delectatione spiritali quàm in se inuenire poterat, fornicatur in pulchritudine & amore creaturarum, & moritur atque suscipitur à prætereunte seculo, & conformatur eidem. Hi sunt curiosi animi & immortificati sensus fructus, quos si quis comederit, inueniet mortem, & perdet vitam, me scilicet sponsum coelestem, qui sum via, veritas & vita omnibus in me credentibus meq; amantibus.

Ioan. 14.

Vestium ornatus curiosus quam sit virginibus vitandus.

CANON XV.

Secundo, summè tibi vitanda est omnis, tam interna, quàm externa curiositas, somnis pompa, omniumq; vestium & ornatus superfluitas, similiter curiosus incessus ceruix erecta, oculorum nutus & hisce similia vanitatum & leuitatù signa, quibus hominum in te oculos posses prouocare. Nà audisti forsàn quid de talibus beatus Augustinus spiritu meo repletus, dixerit: Dominica (inquit) virgo, nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis & latis: sed depressa ceruice & vultu in terram demisso procedat, ne iuueniles inducat amores, & ne alijs causa perditionis existat, quamuis ipsa peccat. Item & beatissimus Hieronymus eodem repletus spiritu, ait: Si vir aut mulier, vir aut iuuenis se ornauerit, & vultus hominum in se prouocauerit, & si nullum inde malum sequatur, tamen æternum supplicium patietur, quia venenum præbuit, si fuisse qui biberet. De quoque Cyprianus ait: Serico & purpura induta, Christum induere non possunt: auro, & margaritarum monilibusq; ornata, ornamenta mentis & Dei gratiam amiserunt. Hinc perpende quid conferat, quidve emolumenti secum aduehat curiositas, vestiumq; ornatus & pompa, quam omnes amici mei tanto studio fugierunt ac execrati sunt, vt nisi vilissimis essent contenti vestimentis, insipientes in autorem fidei & consummatorem Iesum, hoc est, me Dominum ac sponsum suum: qui cum diues essem, omniaq; in manu mea haberem, elegi paupertatem & abiectionem, omniumq; rerum inopiam, solatq; ac vnica fui, quamdiu in tercis degi, indutus tunica, quam mihi veneranda parens mea proprijs texuit manibus. Ioannes in super Baptista, quo inter natos mulierum maior non surrexit: meæ paupertatis animatus exemplo, vestitu ex camelorum pilis contexto, est vltus: sed quantum per hoc à me laudatus sit, turbisq; commendatus, Euangelista meus minimè tacuit. Quid enim inquit existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regnum sunt. Quid quæso est homo pretiosis ornatus vestibus, nisi sepulchri foris

August.

Hieron.

Cypria.

Vestium
pompa vt
omnes Dei
amici sint
execrati.
Heb. 12.
1. Cor. 3.
Ioan. 13.
Mat. 23.

Ibidem.
Vestibus
splendidis
ornatus ho-
mo quid sit.

foris dealbatum, intus autem spurcitia plenum? Talis siquidem ornatus, neminem virtuosum, sed multos vitiosos reddit. Ergo o fidelis anima hanc fuge pompam & preciosorum ornamentorum curiositatem pro viribus, & sequere potius simplicitatem, modestiam, verecundiam, pudicitiam, & id genus virtutes, quæ virginittatis gloriam maximè adaugent, & te mihi cœlesti sponso tuo non parum commendabilem ac amabilem reddunt.

Gula quantopere virginibus fugienda.

CANON XVI.

Tertio, deuitabis omnem voracitatem ac gulam: quando nūquam poterit ad decorem pudicitie pertinere, nec virginittatis candorem seruare quisquis voracitati aut gulæ frena laxauerit, neque ardentem poterit concupiscentiæ stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ arctare noluerit. Nam incommoda gulæ & peccata quæ ex ea originem trahunt, quis lingua exprimet?

Gulæ iacē-
moda quæ-
nam sūt.

Ipsam vimirum humani intellectus capacitatem transcendunt. Ne tamen ex ignorantia in aliqua horum incidas, breuitatis gratia quædam referam. Ipsa est fomes libidinis, radix criminum, turbatio capitis, subuersio sensus, linguæ tempestas, procella corporis, naufragium castitatis, infania volūtaria, ignominiosus lāguor, turpitudō morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. Ipsa confundit naturam amittit gratiam, perdit gloriam, & incurrit damnationem æternam De quibus omnibus tam in nouo, quam in veteri Testamento habemus exempla. In nouo, de diuite epulone. In veteri de populo Israhelitico. *Sedit enim populus manducare & bibere, & postea surrexerunt ludere.* Propterea per memetipsum rogo ac obsecro te dilecta sponsa mea, vt execreris pestiferum hoc peccati genus, nec immisceas te his, qui adeo facile huic succumbit vitio, ac si nulla inde imminerent pericula, sed sobrietatem, vt potest magnam virginittatis amicam, castitatisque custodem peruiilem sectare & amplexare, per quam haud dubie recta ad me perduceris, nec aberrare poteris, hac te dirigente & ducente.

Luci 14.

Exod 35
1. Cor. 10

Quia sobrietas est mentis & sensus, membrorumque omnium corporis protectio, castitatis tutela, pudicitie proxima, & orationis singulare præsidium. Et sicut humana mens per cibi & potus superfluum vsum hebetatur & deprimitur, ne ad arcem diuinæ contemplationis valeat conscendere, sic per sobrietatem & temperatiam eleuatur & rapitur ad contemplanda cœlestia, & despicienda hæc terrena caducaque omnia, per quæ misera caro fouetur sæpèq; contra spiritum inflammatur.

Sobrietatis
encomium
haud fallax.

Loquacitas quam sit virginibus exitialis.

CANON XVII.

Quarto, prohibeo tibi omnem loquacitatem, quæ minime decet virginem. Nam multi loquacitatis vitio obnoxij, maxima sibi ipsi damna inferunt, a hostibus sapenūmero in magnas secum pertrahunt perplexitates, multisq; incalculabilibus etiam inuoluntat atque implicat nodis & scrupulis: à qua si quis sibi cauere, & linguæ suæ frena iniiceret, non dubium quin à multis periculis animam

Aaaa

suam

Garrulitas
quantū Deo
displiceat.
Iacob 3.

Lingua pec-
catis mala
quæ.

Lucæ 6

Taciturni-
tas vt sit vir-
ginitatis
decus.

Silentium quæ
bona præ-
ret.

suam custodiret. Sed doleo, & quidem vehementissime, tam multos huic subiacere vicio, etiam inter electos meos, qui merito deberent verbo & exemplo aliorum garrulitatem corrigere: at illi sunt in transgressione primi, ac sapius minus ducit hoc vitium, quam alij, essetq; illis pernecessarium verba B. Apostoli mei Iacobi attendere, quæ contra linguæ incontinentiam protulit. *Lingua, inquit, ignis est, vniuersitas iniquitatis.* Ecce quantus ignis, quam magnam sylvam incendit. O inquietum malum, ac plenum veneno mortifero. O multarum iniquitatum seminarium atq; origo. Ex te quasi ex fonte, multorum peccatorum promanant riuuli, scilicet iuramentum, periurium, blasphemix, maledictio, proximi detractio, adulatio, mendacium, infamatio, veritatis agnitæ impugnation, discordiæ seminatio, falsum testimonium, turpiloquia, peccatorum defensio, lenocinia & huiusmodi, quas enumerare singulatim longum esset. Ipsa præterea lingua cordis index est: & qualis sermo profertur, talis plerumque esse animus comprobatur: quia *ex abundantia cordis os loquitur.*

Nunc ergo prædilecta filia ac sponsa mea ad te reuertor: volens te hisce meis sermonibus ab omni garrulitate deterrere, ac quanta possum diligentia taciturnitatis tibi commendare, per quam gratiam à me tibi collatam, faciliter conseruare poteris. Estque illa, vt nec hoc silentio, præteream, maximum virginittatis ornamentum, & pudicitix comes indiuidua, per quam multi mihi placuerunt, & infinitos penè diaboli euaserunt laqueos, seseque à multis præferuarunt peccatis: hocq; saltem in hunc finem, vt casto corpore, ac mundo corde mihi seruire possent. O si scires quæ tam in silentio amici mei in conscientia lætitiâ experiuntur, citius scio linguam præciaderes, quam loquacitati vacares.

Temporis presentis quanta habenda sit ratio virginibus cunctis.

CANON XVIII.

Ecclesiæ 9

Ocium quæ
sit noxium.

Ociositas
quæ nam
mala ge-
neret.
Ociositas
quinam vi-
teatur.

Quinto cum districta hominibus sit reddenda ratio de tempore illis à misericorditer indulto, magna tibi adhibenda est cautio, ne hoc tempus præsens inaniter ac sine fructu prætereire permittas. Nam quod iam homines modico labore obtinere possent, post modicum, ne lachrymis quidem sanguineis obtinebunt. Ergo *quodcumque potes manus tua, nisi ante operare, & noli locum dare diabolo, qui mille laqueos & rethnas struit pigris ac desidijs.* Et quid id mirum? Nonit nãque callidissimus hostis impossibile esse, quod mens humana possit diu subsistere, si ocio vacet, aut minus pie honeste occupata sit: ideo omnes nocendi artes excogitat, si quomodo cuiusmodi ocio imponat, illumq; à via veritatis abducatur. Scit præterea quam nocuum sit amicis meis ocium, quanque multi ac penè innumeri per hoc in peccata grauia ceciderint, quemadmodum & vulgo dici solet. Ociadant vitia: ideo hoc suadet illis, vt scilicet sibi parcant, nec supra vires se grauent, parulitum ocientur & hisce similia, quibus eos dolose irretire nititur. Postremo: ipsa ociositas mater est concupiscentiarum: ac nouerca virtutum.

Ipsa est quæ virum pudicum fortissime præcipitat in omnem reatum lasciuie: facit suffocare virtutem, nutrire libidinem, & construere ad gehennam. Posset autem hic querere qua ratione tibi sit ocium fugiendum. Breuiter respondeo: nulla id posse faciliori via declinari, quam memoria mortis & extremi iudicij recordatione.

datione item iugi meae innocentissimae vitae, sanctissimae conuersationis, ac amarissimae passionis, contemplatione ac imitatione: necnon rememoratione generalium ac specialium beneficiorum meorum, multorumque diuinorum meorum charismatum, quibus te praeter ceteris hominibus praueui, ornaui, & honorauit. Istud exercitium mirae virtutis est ad expellendum non tam otium, quam omnes malas diaboli suggestiones, sed pauci (quod ipse grauius doleo) reperiuntur, qui id velint, imò qui dignentur imitari. Ne autem conueraris, quod nimis & praecipis, & prohibitionibus meis te onerem, hic iam loquendi finem faciam, rogans & obsecrans te per diuinam meam sapientiam, Patris mei coelestis potentiam, & sancti Spiritus virtutem ac bonitatem, ut iuxta hanc quam praefatus sum formam, vitam, mores, omnemque tuam conuersationem instituas, semper in via virtutum, ac mandatorum meorum semita progrediendo, viriliterque contra visibiles inuisibilesque hostes pugnando, me autem (ut dignum est) super omnia diligendo. His paucis amorem cordis mei erga te volui tibi indicare. Vale in mellifluis vulneribus meis.

PIO LECTORI SALVTEM.



NON paucos hoc deplorato seculo Dei amicos in dies existere, quibus Deus multa & magna praestet gratia sua beneficia, non te latere arbitror Lector pie. Ex his per plures trahit Deus per simplicem sui submissionem & abiegationem ad magnam virtutum omnium perfectionem, facitque eos conjunctio secretorum suorum. Placet enim Deo mirum in modum candida & Christiana simplicitas, omnis experti doli ac simulationis, qua recta tenet in Deum, nihil admittens usquam tortuose obliquitatis, nihil obliquae intentionis, sed simplici oculo in unum Deum intenta, ceteris contemptis omnibus, quae ab illo auocare possint, illum solum inquirat, spectat, amat insequitur: Ad hanc simplicitatem obtinendam praecipue faciunt ea quae hic subiiciamus, nouem praecipua siue consilia, quae quisquis fideliter erit amplexus, columbinam assequetur simplicitatem fauente gratia spiritus illius, qui ut se simplicitatis amantissimum declararet, in Salvatore baptizatum descendit in specie simplici columbae. De qua & ipse idem Saluator protestatus est, dicens: Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbae. Quae profecto nec ungue laedit, nec rostro quenuquam inuadit: ita verè simplex nec verbo, nec opere nocet. Ille verè simplex est, qui non occupatur uti Martha circa multa. (Nam ibi plura sunt, & plurimum, occasiones ruinarum, nisi quis admodum fuerit circumspectus & vndique oculatus) sed tantum unum querit, quod solum est necessarium, & ad hoc unum cuncta confert, siue quae agit siue quae patitur. Et quum omnia quae potest bona fecerit, nihil minus ex animo humili & simplici facietur id quod magister simplicitatis in Evangelio docuit. Seruus inutilis sum. Verum ne Lector candidae te mea praefatione onerem, ipse ex sequentibus facile comprobabis, quam sit ad salutem necessaria ipsa de qua loquimur, euangelica simplicitas. Vale & Deo nos recommenda.

Aaaa 2

ALLO.

Cum
92

ALLOQVIORVM IESV CHRISTI ad vnam quamlibet animam sibi deu-

tam II. libri pars III. complectens in se, vti scilicet puritas
cordis, veraque Euangelica simplicitas obtinenda
sint. Institutio succincta.

*Subtilitas & curiositas humani intellectus quantum incautis impo-
nat, & vera humilitas quinam obtineatur.*

CANON I.



Simplicita-
tem lectandi
quam
seruanda.

2. Cor. 10.

Confiteor tibi Domine pater, Domine cœli & terra, quia abscondisti has
a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Matthæi XI.
Quicumque compendio rectoꝝ tramite ad puritatem, veramq; &
in Euangelio à me præceptam desiderat pertingere simplicitate,
is ea quæ hic subiicio, studio sedulo perlegere, & opere exercere
adniteatur. Primo igitur & ante omnia discite à me ò anima fide-
lis, non cœlos fabricare, non suscitare mortuos, quia mitis sum, &
humilis corde. Aduertite hæc verba mea quotquot estis intellectu ingenioq; subiles,
neque plus satis multæ eruditioni curiosisq; scientiis comparandis insudare velitis,
interim relicto affectu vestro à charitate Dei & proximi (quæ sola vos saluare po-
test) vacuo & frigido: neque etiam his nimium innitami: magis autem intelle-
ctum vestrum ad curiosa quæque haurienda nimis propensum, humiliter inclina-
re ac demittere studete: sicq; simplices fieri, ac interiorum pariter, & exteriorum ho-
minem vestrum obseruare, passionatum ac sensualem hominem mortificare, vin-
cere & in seruitutem redigere discitote, vt hac ratione citius mites & humiles cor-
de fieri, atque in his stabiles perseverare queatis. Nec dubium, quin has virtutes ad-
epti, probè satis didiceritis: iamq; diuinam reperietis sapientiam, elatis atque su-
perbis omnibus absconditam: cui vniversa seculi collata prudentia, non nisi vanis-
sima stultitia comprobatur. Secundo loco, ò fidelis anima duo illa puncta siue con-
silia assume, in quibus D. ille Franciscus iugiter se, se exercere solebat, clamans ad
Deum nocte ac die: O Domine Deus meus & omnia da mihi nosse quid tu sis, & quid sim
ego. Hoc discere, reuera me Deum nosse est in cunctis operibus meis: & nosse te ipsum
tuumq; immensum & abyssale nihil posse, nihilq; valere, puta quod nil boni ex te
pso, vel possis, vel habeas, vel facias, vel scias, nisi gratia mea opem tibi ferat, &
bona quæque per te operetur perficiatq;.

*Humiliatio, sui que dimissio quam sit necessaria, quomodo que honore
vel iniuria affectus quisque sese habere debeat.*

CANON III.

sitas

QVo teipsam ò anima deuota melius vincere queas, discite humiliare ac depri-
mere teipsam sub hominibus vniuersis, tam exterius, vbi sic fieri expedit, &
aliquid

aliquid tibi aduersum sine contrarium irrogatur, quam interius mente, scilicet humiliando ac submittendo te omnibus. Mente etiam simplici ausculta & aduerte quid de te homines loquantur: eumque illo pariter ad Deum & ad te ipsam conuertere, videndo diligenter quem inde fructum referre, quasque virtutes hinc elicere possis. Si qua bona de te dicantur, sic cogitato: *Per hæc domine Deus meus significas mihi, quætopere cupias me esse talem, qualem me prædicant homines: satisque enitendum est mihi, vt talis efficiar, vnde modo prohdolor longius adhuc abssum: Multumque vereor domine DEVS meus, vt hoc nomen bonum districte quandoque in iudicio exigas a me, & graui ter, seuereque, inde me indices, cum vita mea minime illi respondeat, bonaque omnia, qua de me opinantur homines ipsis potius insunt, quam mihi. Idcirco tu pie Deus restitue illis iuxta ipsorum optimam de me existimationum, quanquam ego nullius horum mihi conscia sim, qua ipsi sentiunt de me. Quod equidem culpam meam esse, inficias ire non possum. Sed oro te Domine Deus meus, vt tuam diuinam mihi conferas gratiam, vt in omnibus viis, verbis, operibus, gestibus, moribus, & locis, tam sapienter ac circumspecte me geram, vt neque te DEVM meum vel vlla in re offendam, neque proximo meo malam exemplum præbeam, ipsamve scandalizem: quo sciam hanc nomenque bonum, non ad meum, sed ad tuum honorem tibi inuoluta conseruem, eisque profunda cum humilitate & ingenti gratitudine vt ar.*

Oratio eum
quis lauda-
tur.

Porro cum exterius aliquis tibi exhibetur honor aut reuerentia, mox introuer-
sa hoc vel simili modo dicito: *O Domine Deus meus, tibi soli debetur omnis laus & hono-
r: mihi verò non nisi contemptus omnis, & confusio. Dignare pie Deus mercedem refunde-
re huic creature tue, pro hoc opere bono, puta honore mihi impenso, quum propter te hunc
mihi exhibeat, aliquid mihi virtutis vel gratia inesse confidens: quarum ipsa mihi conscia non
sum. At tu Domine Deus meus solus es omne bonum. Quanquam autem ipse virtutibus præ-
dita non sum, gaudeo tamen in spiritu meo, dum video tantum luminis, & virtutem hanc
in esse proximo meo. Redde tu illi Domine sicut scis & vis.*

Cum hono-
ratur.

Contra dum te aspiciantur & vilipendunt homines, ac mala de te loquuntur
mentientes, prorsusque te abiicientes, toto corde sub his te demitte, cogitans satis te
meruisse hæc & plura grauiora: tuoque vitio id fieri, eo quod non fideliter satis pro cū-
ctis peccatoribus & infirmis hominibus (vt teneris) rogasti: credens etiam quod om-
nes isti ad tuam te originem (id est me Deum tuum) ire compellant, ipsosque hic
terrestres esse iudices tuos, quos multo satius est sustinere modo quam postea iudices
infernales: ne tum (quod absit) à Domino iudicemur, sed potius benedictionem
consequamur. Simulque ora attentius pro persequentibus te, diligenter aduertens
verba ipsorum, quæ de te loquuntur: cum iisdemque ad me introuersa, vide quem
inde fructum elicere queas, & quorsum illa faciant, ad nobilitandum videlicet in te
virtutes omnes, ad abstrahendum te ab omnibus creaturis, & ad pure in Deo tuo si-
ne omni medio quiescendum.

In vituperatione
quid
cogitandū.

Si ô amans anima ritè perspicere hæc posses, quam videlicet ingens bonum ex
istis tibi euenire permittam, cunctos homines ad vtilitatem tuam prophetas crede-
deres, simulque diceres cum fideli famulo meo Augustino: Vbi me ipsum diligenter
obseruo, adeo DEVM in mei custodia occupatum video, tanquam creaturarum om-
nium oblicus sit, mihi que soli intendat. Quibus enim meritis talem me præ illis
fecisti, DEVS meus, vt ipsos mei purgandi causa cadere permittras? Sed quæso Do-
mine ignosce illis, & verissimam sui infunde illis cognitionem.

August.

Denique vbi amici fideles infideliter tecum agunt, vt & hoc melius in me Deum
tuum trahere queas, ita cum seruo meo S. Bernardo cogitato: Nunquam me infide-

Cum amici
infideliter a-
gunt quid.

litas hominum mouit, vbi atteadi, quam ipse Deo meo infidelis fuerim: aliquid genus plurima cogitabis, quæ hic exercitij gratia assumi poterunt, quæ quisque, vt Dominus dederit, extendere debet.

Gratiæ quomodo & pro quibus sint Deo agenda.

CANON IV.

Gratiarum actio in peccatis & lapsibus aliorum.

PRO bonis etiam omnibus quæ vnquam præstiti, & etiamnum præsto tibi o anima fidelis ex tota voluntate gratias mihi & laudes referas: maxime vbi diceris vel audieris aliquos in peccata, siue pericula incidisse, dicique: *Benedicite Deo meo, & gratias ago tibi, quod me ab huiusmodi casu præseruasti. Aut si quandoque in simili lapsa sui, quod gratiam tuam nullis meis meritis mihi restituisti, quodque cognitionem mihi præstisti vt meos erratus confiteri & corrigere meam vitam possent. Vnde satis adducor vt sperem ea te mihi misericorditer remississe. Sic & ex omnibus vndeconque occurrentibus laudem aliquam meam elicere curabis, eamque ex omnium virium tuarum facultate mihi offeres. Quod diligenter obseruatum, puto satis te seruabit custodietque, vt non facile ad murmurandum vel temere iudicandum proximos tuos erumpas, quantumlibet ab illis iniuria afficiaris.*

Semper etiam ob oculos verfabis purissimæ meæ humanitatis exemplar, attentam mente reuoluens, quam ego taciturnus inter homines vixerim & cõuersatus sum: permittens me ab omnibus contemni & iudicari, spernens ipse neminem. Cùm ergo ad defendendum te, seu satisfaciendum pro te aduersus ea, quæ tibi eueniunt ac inferuntur mala, sensibusque contraria & molesta, incitaris atque tentaris, exercitij loco in mente habebis, ac sedula cogitatione ruminabis, vt ego Dominus Deus tuus me ipsum instar ouis ac agni ad occisionem duci permiserim nec aperuerim os meum ad defendendum me, sed sponte obuiam præcesserim inimicis meis.

In paupertate quid cogitandum.

Hic. 12.

Præterea, si rebus omnibus nuderis, & ad extremam redigaris rerum inopiam, cogita me Dominum DEVM tuum, & domum & hereditatem meam reliquisse, & dilectam animam meam in manus tradidisse hostium meorum, qui sine misericordia insurgentes in me, non pepercerunt animæ meæ: Dic ergo: *O Domine DEVS meus, da mihi hanc gratiam tuam, vt in similibus sequar te pro virili mea. Omnia namque bona tua sunt & tibi gratias ago, seq. laudo, quod mihi donasti hac temporaria bona pro necessitate vite meæ & iterum ea abstulisti. Sicut tibi placuit ita factum est, suu nomen Domini benedictum.*

Tentationibus variis diuersorum vitiorum quinam resistendum, quomodo item ex eis meritum colligere liceat.

CANON V.

In tentationibus quid agendum.

ADuerte & disce insuper o anima deuota exercitium aduersus quasunque tentationes. Cùm alicuius peccati te tentatio pulsat siue in cogitatione, siue in sensu, seu sentimento, cum aliqua tui ad illud propensione, euestigiò affuesces mature te ipsam ad me conuertere, priusquam locum in te accipiat: ipsamque tentationem in infimo homine quasi dissimulando, seu non attendendo, nihilque incho-

inde cogitando, nihil discutiendo, nihil denique illi immorando relinque. Et ita sponte tentatio peribit, & tu victrix euades: quoties autem tentatio ipsa redierit, te leuato rursus ad me DEVM tuum, eamq; velut contemptam in se sponte interire sinas, vtens ea tanquam excitemento quodam, ad excutiendum somnum corporis & ignauitatis, quæ diabolo copiam fecerat, te tali tentatione pulsandi. Et ideo quamlibet fœda & detestanda videatur esse tentatio, noli turbari admodum, nec animo deiici, sed cogita semper, tuo id vel negligentia, vel vitio accidisse, vt Deus permiserit te vexari vel ob tuam superbiam, aut somnolentiam, aut negligentiam tuam, quo per ipsam humiliaris, penitusque vilitatem propriam, nihil posse tuum agnoscas, sedulo etiam noctu diuq; stes super custodiam tuam: memor verborum illorum, quæ ego Dominus in horto protuli: *Vigilate & orate*, Matt. 26
vt non intretis in tentationem. Nec abs re: Malignus enim spiritus, & improba corruptaq; natura tua semper adest tibi. Sed quia sapius in his negligitis vos ipsos ad dormitatis, tentationem aliquam ad excitandas vos commonendasq; ego DEVS vester vobis occurrere permitto, quasi dicere vobisq; insinuare vellem. Videte o animæ deuotæ, quam ruinæ propinquæ sitis, & meam, si sapitis, opem flagitate. *Satanas enim expetit vos vt cribreri: sicut triticum, ego autem Patrem meum cœlestem rogamus pro vobis, vt olim Apostolo meo Petro prædixi. Quamlibet ergo anima ob oculos sibi proponat cogiterque diabolo omnem virtutem illius Dominum eripuisse, modo super custodiam suam illa stare velit, sicut ipse ore meo testatus sum. Confidite, inquit, ego vici mundum. Sicq; animam fumatis masculinum in me DEO vestro, in timore pariter & amore meo iugiter perseverantes.* Luc. 22
 loan. 16

Quod si o anima deuota, superbia te molestat, ad meam humilitatem confugito dicens: *Confiteor culpam meam Domine, quod necdum quantum opus est, humilis sim. Sed queso Domine largire mihi gratiam tuam, vt deinceps profundiori humilitate, & humiliori mente tibi seruiam: teq; in hac parte sequar pro viribus, quando tu Domine Deus meus te ipsum vsque ad mortem humiliasti, & humilitatis fundum fuisti.* Superbia impugnati oratio.

Si per vanam gloriam impugnaris sic cogitato: *Domine, mea vtique culpa est, quod tuam honorem, laudem & gloriam non purè quesui in omnibus, nec in te omnem honorem & laudem refudi: cum tamen tibi soli ea debeantur.* Vana gloria

Si luxuria te vexat, fugiens ad me DEVM tuum, sic intus alloquere. *Viribus Luxuria, quidem meis, Domine, hanc scdam & periculosam tentationem vincere non sufficio, nisi in opem mihi seras. Quamobrem obnixè te rogo, dona mihi gratiam tuam DEVS meus, vt tibi munda mente & corpore seruiam. Cor mundum crea in me DEVS, & spirium rectum in noua in visceribus meis. Obsecro etiam Domine miserere infirmorum Psa. 50 omnium, qui tentationibus variis laborant, aut etiam succumbunt, & veram illis cognitionem infunde. Bonos omnes confirma, vt perseverent, lapsos erige, vt resurgant. Atque his & huiusmodi verbis ignitis, in me Deum omnem, trahas tentationem, cogitans, vt iam antedictum est, non esse nisi commonitionem quandam excitantem, vt ad me Deum tuum te vertas.*

Si ira te infestat, dicito sic: *Est fateor Domine culpa mea, quod necdum satis sum. Sed oro te, da mihi mansuetudinis virtutem cuius me adhuc expertem agnosco.* Ira.

Si odio & inuidia torqueris, dicito: *Est plane Domine culpa mea, quod non satis me in odio & inuidia.*

me in tui & proximi dilectione exerceo, nec quantas deberem, gratias tibi refero, pro suavissimo illo verbo, quod dixisti per Prophetam tuum. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te mihi miserans tui.

Hac denique ratione, & in cæteris quibuslibet virtus ac vitiosis impugnationibus sapienti quodam & suavi remedio per Spiritum sanctum potius, quam per naturæ violentiam discas antiqui hostis conatus frangere, eiusq; insidias eludere, omni tempore considerans teipsum in limpidissimo speculo virtutum mearum, quam videlicet similis, quamve dissimilis mihi existas. Nam in singulis motibus in hoc viuo libro studere debes & attendere, quomodo in talibus meipsum habuisse credar, nepe modo perfectissimo. Hic liber potissime seruit ideotis hominibus alioqui indoctis, qui si diligenter in eo studuerint, doctos quosque longo ad Deum præuenient intervallo.

Loqui quonam pacto, quando, ubi ve liceat.

CANON VI.

Quam caute loquendum
Perpetua tibi etiam consideratione manendum est in obseruatione tui ipsius hoc est, interioris hominis, vt primum verba tua penses, quæ loqui vis, Deumq; in conscientia tua interroges, an tibi licentiam loquendi permittat, & ante ipsum in hoc quæras, aut hominibus placere velis. Hic magna diligentia opus est, donec in consuetudinem veritas certius dinoscere, quod in omnibus verbis tuis nihil aliud quæras, quam purè Dei gloriam; & proximi tui salutem. Ita enim agere curabis cum omnibus cogitationibus, & operibus tuis. Quod si quandoque improvide loquendo in verbis offenderis, ad teipsam mox rediens, tuam conscientiam interroga, num hæc verba purè ad laudem Dei protuleris, nec ne. Et statim ipsa conscientia te securam reddet, aut arguet. At vero quoties inter loquendum senseris te non purè Deum quætere, statim obmutesce, satius reputans coram hominibus erubescere, quam Deum offendere. Nihilominus si otiosa illa & noxia verba caute & sapienter corrigere potueris, laudandum est. Porro cum sensim huic exercitio assuesactus fueris, statim breuissima in reuersione clare dinoscet, quid loquendum tibi fuerit, quidquid tacendum; libertq; manebis in conscientia. Sed oportet te semper ad diuinum recurrere auxilium, siue quo nihil potes mentaliter hoc aliove modo. *O Domine, da mihi sapientiam, vt sciam, quid loqui siue respondere debeam ad ea, qua mihi dicuntur, siue proponuntur.* Hæc ars bene obrenta, multa bona adducet tibi pacemq; internam cordis docebit te ad pisci atque possidere.

Exterioris hominis custodia mortificationique sensualitatis ac passionum quatenus inuigilandum.

CANON VII.

Cum iam ð anima fidelis eousque profeceris, vt internam cum DEO pacem sentire, & in Deo quiescere incipias, magno opere tibi necessarium est, vt exterioris hominis tui custodia & mortificationi, gubernationiq; in omnibus suis moribus & prauis inclinationibus (quæ corruptæ naturæ tuæ nimis profundè infixæ manent, & necdum extinctæ sunt) summa diligentia inuigiles, si ad aptam pacem tuam internam conseruare velis. Non enim minor est virtus parta tueri, quam parere.

parere. Nam hæcenus dum ego Deus tuus te per sensibilem gratiam & internam increpationem quasi manduxi ad anteriora, non potuisti satis clare vilitatē tuæ naturæ deprehendere, vt modo. Iam verò cū interior homo quadam libertate fruitur, credis te in DEO firmiter stabilitam, quum non sentias te tam cito intrinsicis redargui vt prius. Hinc natura suas pristinas consuetudines & mores resumere incipit in multiloquio, in risu, & aliis excessibus per quæ si sapienter moderata non fuerint, externus homo tantum implicabitur, quod internum hominem sua libertate spoliabit: & magnus in spiritu dolor sequitur, plus eum nunc affligens de paruis excessibus, quam in initio in magnis, quando præ cæcitate cordis clare non cognouit, quanta quoque peccatum etiam veniale inferat animæ nocumenta, quæ nunc eo acrius deplorat, quo limpidius videt. Sed hoc soli experti gustauerūt. Beatus qui ex alieno damno monitus & cautior factus, casum suum præcauere satagit, ne Deum offendat: & qui tardus est ad loquendum, aut temere de aliis iudicandum qui curæ suæ commissi non sunt, neque id ab eo postulauerunt, neque à DEO trahitur ad alios arguendum. Verū cū necessario illi quæpiam arguere incumbit, tunc in spiritu lenitatis obsecrando potius, quam imperando aliorum errata corripit, maximè quorum ipse superior non est. Et certè non leuis ars est in his medium tenere, & non esse nimis asperum, neque nimis remissum.

Proximus
quomodo
corrigendus.

Natura feruentes & impetuosus, multa negligunt præuidere, in quæ impingunt, maximè cū vident se iuste moueri: quibus diabolus multas statuit insidias, vt cū bona intentione incipiant, & finaliter suam internam pacem lædant vel etiam amittant. Sola nanque intentio bona, non sufficit ad operis bonitatem.

*Intellectus suus cuique vt sit captiuandus & simplificandus: quæ
item sit Evangelica simplicitas, & quomodo eam
acquirere liceat.*

CANON VIII.

Cum iam o anima deuota foris & intus in omnibus spiritualibus exercitiis, & moralibus virtutibus probe instituta fueris, rursus introrsum te conuerteris ad teipsam, considerans tuum subtilem intellectum, & humanam prudentiā, quanta animæ tuæ damna & impedimenta sæpenumero parturiuit & conare ipsum intellectum magis ac magis simplicare. Quia cū intellectus in simplicitate benè illuminatus fuerit à Deo, magnum animæ subsidium & ducatum præstabit. Verum hoc non absque grandi labore continget prudentibus, & ingeniosis hominibus. Nā quum vis intellectus sit in illis florida, & nobilis acuminis, idè difficillimè vult se submittere & captiuam sese reddere, sub humili simplicitate, & aliorum iudicio. Idè etiam ægrè obtinebit veram introuersionem, nimirum suo subtili acumine & occulta superbia magis procliuis semper ad diiudicandum aliorum dicta & facta, quam sui ipsius nihilitatem. Quicumque enim aliorum causis & meritis iudicandis, multo interdum tempore sese occupant eaq; tractant atque retractant, in propriis excæcantur defectibus, adè vt etiam moniti siue correpti intelligere non valeant, sed multis rationibus & argumentis excusent, confidentes bonæ voluntati, intentioni & desiderio, ex quibus sese moueri credunt. Atque adè illis fixæ inniuntur, vt multo tempore à diabolo in suo nasuto ingenio detineantur excæcati, &

Bbb

misere

misere circumducantur, tempus suum perdentes, ne suam excitatem agnoscant. Sicq; seipfos & suas tenebras non valent agnoscere, neque ad semetipfos intrare, quamdiu ad alios considerandos & exteriora tractanda, & recogitanda, manent extrouersi. Neque sese relinquere volunt & abnegare, quamdiu ad obediendum aliorum voluntati rationibus & aliis medijs non inducuntur, neque conuincuntur. Alioqui dum eorum iudicio & intellectui integre non satisfit, manent extrouersi, putantes alios errare, eisq; iniuriam facere (quam etiam non facile obliuiscuntur) quamquam meram eis veritatem dicant, & immortalitatem eorum fundum ipsis incognitum tangant. Veruntamen si paucis accipere vis ð anima fidelis, te tota via aberrare, paululum humiliato te ipsam & in fundum tuum introuertere, & considera, quam dissimilis in hoc sis mihi cœlesti sponso tuo Iesu Christo. Vide me infantem positum in præsepio, quomodo tacitus sivo me volui & ligari à dilecta matre mea, nullum ostentans ingenium, neque prudentiam, quasi nullam prorsus habuissem sapientiam, ita diuinitatem meam sub humanitate occultabam, iuxta illud exemplar prorsus oportet te formari, atque conari, Deum inuocando, te ipsam compellendo, & aliorum coertioni te submittendo, donec exemplo meo superbus intellectus tuus sub diuina sapientia sit simplificatus, & aliorum iudicio humili subiectione semper cadere paratus. Hæc autem est vera & Catholica simplicitas, humilis videlicet obedientia, & omnimoda sui abnegatio. O sancta simplicitas, quam pauci norunt & amant virtutem tuam, præsertim hoc tempore. O quantum anima deuota exultare potest in Deo, quæ te pro parte inuenire meruit, & gustare. Hæc certè cum pastoribus Deum laudare debet, quoniam noua lux in fundo suo orta est, per quam omnes virtutes crescunt, & custodiuntur. Sicut enim apes ex omnibus floribus mel colligunt, ita sancta simplicitas, ex omnibus malis quæ videt & audit, siue nouit de alijs, occasionem capit dulces virtutes exercèdi, quæ iustar vernalis herbæ abundanter illi accrescunt, foecundanturq; cœlesti rore & confortantur. Quare confidenter dico, simplicitatem istam diuinæ puritatis esse capacem. Ipsa enim idonea est, ad recipiendum donorum Dei influentiam, ipsiq; pura anima bene vtendum, eaq; Deo cum gratitudine puri & absque quacunque adhaesione vel proprietate reofferendum: quia funditus nouit se omnis boni prorsus indignam. Iure ergo repeto supradicta verba mea, in quibus simplicitas fundatur dicens: *Disce à me quia mitis sum, & humilis corde.* Hic quippe rectam vos doceo viam, in qua omnem propriam sapientiam, scientiam, artem & ingenium (quibus vester intellectus plerūque delectabiliter adhærere solet) captiuare oportet, & abnegare: quia superbia rarè illi abesse solet, licet occulta, cui statim familiaris, est velox ira & indignatio, quam etiam, permittente Deo, carnalia vitia comitari interdum solent, vt per ea anima excitata superbium fundam suum citius agnoscere, humiliare atque corrigere festinet. In hoc studio, obtinendi videlicet memoratas virtutes & fixe possidendi, quisquis totum tempus suum & ingenium locaret, optime vtique locasset, quia in anima superba locum nullum accipere potest sancta hæc simplicitas. In anima nepe simplici & humili cessant omnia argumenta, excusationes, rationesq; & contradictiones quia rationes oportet sæpenumero cedere & abire in quandam d. stam ignorantiam: & hoc maxime quando monitio datur pro salute audientis, etiam si à puero, vel fatuo, siue insigni etiam peccatore proferatur, quando etiam iniuriola verba vel facta simplicitatis amatori irrogantur, debet cedere, & rationibus non resistere, nisi aliud postularet necessitas: alioquin cito conscientiam suam offenderet.

Intellectus
 vt cuique sit
 simplifican-
 dus.

Ecce 2.

ret. Simplicitas est etiam mater Deiformis sapientiae, qua virtutes scit acquirere & custodire, mala quaeque vitare, lapsum suum praevidere tam in se, quam in aliis, qui consilium quaerere & sequi volunt, suamque insipientiam simpliciter recognoscunt, permittentes se desuper ad hanc virtutem duci, & institui. Nam quaecunque anima hoc perfectius impleverit, velocius ad eam, & ad omnia bona perveniet. Cum ergo anima abintus urgeris, ut te ratione defendas, ubi non nihil iuris te habere vides, statim mente attende me silentem puerum Iesum in praesepio, quomodo omnis sapientia mea ibidem iacet quasi captivata: & meo exemplo tace, & sustine. Nam cum ego Deus tuus per misero tibi iniustum quid imponi, si tunc humana ratione te opponere volueris, facies tibi culpam, ubi antea culpa non fuit, quantum vis bene etiam intendas. Simplicitas enim haec necessario in omnibus casibus primum introvertitur in seipsam, descenditque ad profunde se humiliandum, & soli Deo gloria de omnibus dandum. Et postquam ita in seipsa humiliata fuerit, non tam facile postea a quovis occurrente gravamine laedi poterit. Tum demum humili corde & ore interrogare licebit illos, quos errare sentit, & corrigibiles sperat, hoc modo: Amice, licet mihi propter Deum respondere tibi de veritate informare, ut veritas magis clarescat non quod me cupiam iustificare. Sic, vel sic res se habet. Quod si tibi tum credere noluerit, neque intelligere, cede tu & tace, submittens te humiliter, & dicens in corde O domine, indignam me fateor, cui aliquis fidem adhibere debeat, vel audientiam dare. Sicque fideliter ores pro his quos errare vel hallucinari credideris: & ita semper aliquid lucraberis. Simplicitas nempe haec, non aliorum facta rimari, sed lucrum virtutum ex singulis ad Dei laudem quaerit venari. Et postquam quaevis anima deuota memoratas virtutes ex parte obtinuerit, tum demum per eas, gratia duce, in veram transformationem & unionem cum Deo, & in suam primaeuam originem (quae Deus est) cito perveniet, in quo sensualis & immortificatus exterior homo sub spiritu unitus, & animae deinceps absque contradictione obediens erit, ita ut Deus iam corpore & anima libere uti, & per ea velut per vitanda instrumenta operari poterit, non iuxta hominis, sed iuxta suam amabilissimam voluntatem.

Natura post diversorum exercitia virtutum spiritui alioquin subiecta, quomodo discrete prudenterque regenda sit.

CANON IX.

Postquam iam homo in sui mortificatione vivifica eousque profecerit, ut corpus naturalisque inclinatio amplius non rebellet spiritui, quibus edomandis, spiritus multo haecenus labore sudavit compellendo corpus per gravia & nonnunquam indiscreta ieiunia, per vigiliis, abstinentias, paenurias & alios diversos modos, ad sequendum tractum spiritus: per quos natura iam multum debilitata est, & vires exhaustae, nimirum quia vigorosa exercitatio spiritus naturam semper pressit. Quam inquam homo luculque profecerit, tum amplius necesse non erit violenta oppressione naturam spiritui prompte subiectam arctare: alioqui spiritum impediret, & Deum cui sua gratia frequenter recedere oporteret, propter naturae debilitatem, quae nunc adeo attenuata est & mobilitata, ut amoris impetum in omnibus sequi non valeat, qui iam adeo seruidus effectus est ut plura corpora, si lineretur, cito consumeret. Et ideo ipse Dei amor cogitur hic se captivum dare sub resignatione. Heu quantum suspensus aestuat hic amans anima, plangens suam captivitatem in mortali

Mortificata, carni & spiritui subiecta à violenta cessanda.

Bbbb 2 corpo-

corpore, quod eam non finit amori satisfacere. O quantam famem Deum honorandi patitur, quæ hic nunquam saturabitur, quando semper animæ videtur nihil esse quod pro Deo hætenus fecit, aut adhuc operatur, præfertim cum iam scire nihil aliud exerceat, quam nosse & amare Deum: quod in eo perpetuo infixum manet, & quod libenter in opera exerceret, nisi vires naturales, quæ sequi non possunt succumberent. Heu tunc cogitur illuminatus spiritus ad ima descendere, & languidâ naturam refocillare (cuius vires in seruitio Dei consumptæ sunt) instar infantium in cunis vagientium, quibus mater accurrens, vbera præbet, vt fileant. Ita & isti Dei amicitiam pueri facti sunt, & ad eum dulcissimi corde, vt nullis aliis armis resistere sciant quum præmuntur, quem lachrymis. Hinc iam licet eis ad laudem Dei naturæ deficienti succurrere, quo citius eo melius, & dicere: *O Domine tu dixisti, Quicquid vni ex minimis meis feceris in nomine meo, hoc mihi feceris. Me ergo minimum tuorum estimans natura succumbenti tempestiue succurre. priusquam penitus deiciatur: vt rursus confortata, tibi seruentius valeat seruire.* Nec dubito Deo plus placere, vt homines isti ab omni priuato sui amore & quaesitioni mortui, vires suas debiles Deo custodiant, quam negligant. Verum per paucis cognita est hæc sapientia, & virtutes magnæ ex ea quum spiritus liberi vti potest natura sua proficiscentes. Nam quando natura in doloribus laborat, communiter fit, vt cogitationes etiam pro ea sollicitæ reddantur, & quod modico subsidio præueniri posset, si tempestiue adhiberetur, postmodum multo negotio vix obtinebitur, vt natura pristino vigori restitatur.

Oratio eius naturæ succumbit.

Fraus diaboli.

Valdè ergo dolendum est, quod multi homines boni se decipi: sinunt per indiscretum feruorem, quos impetus fert ex hoc in illud opus immaturum, suam naturam misere destruentes. Qui si spiritu Dei agerentur, passionibus & vitia sua cum primis mortificare studerent: id enim Deo multo acceptius, & sibi vtilius foret. Verum, huiuscemodi studium quamdiu aggredi refugiunt, diabolus eos captiuos retinet & circumducit extra discretionis limites, vt eorum natura mature destruat, & tandem inutiles Dei & sibi efficiantur. Et hoc maximè conatur imponere illis, quos perspicit Deum occultis semitis ad sui secretam amicitiam trahere velle, vt tandem elaborati, gratiam Dei in opus exercere non valeant.

At hunc laqueum intelligere ipsi non quæunt, quicquid etiam illis dixeris: ad eum fixi hærent in suo proprio sensu, ad abstinendum & corpus castigandum, & in suis exercitiis quiescendum concepto: Per quod efficiuntur sibi placentes quasi etiam aliquid pro Deo fecerint, & manent in consideratione vitiorum suorum exæcati. Utinam isti clare videre possent pericula sua, quæ vident alij illuminati homines, qui ea experti sunt, & per omnes vtriusque homines mortificationes fideliter transierunt, & nunc multis suspiriis gemunt, eo quod nobilitatem diuinæ gratiæ & virtutum satis noscunt, nec tamen prosequi & implere proualent: cogunturque gratiæ cedere, debilitate naturæ siue corpusculi sui præpediti. Quapropter sapientem dixerim, qui tempestiue consilium sequitur & imitatur, qui medium seruans sibi: si non nimis propitius nec crudelis existit. Nam in hoc ipso incredibilem sapientiam latet, nec dici potest, quanta bona vel mala ex vna aut altera extremitate nascantur. Disce igitur profectum tuum instituere iuxta naturæ tuæ capacitatem, & superioris, siue confessoris tui consilium, quum eidem omnes spiritus & naturæ tuæ dispositiones in simplicitate cordis tui sincere detexeris. Sic continget, vt quæ quandoque propter penitentiam respuisti corporalia subsidia, ea nunc rursus ex necessitate quasi pro poenitentia admittere cogaris. Semper tamè oportet te o fidelis anima

æquah

æquali diligentia perseverare in continua vtriusque hominis custodia, ne vllam tibi des occasionem periculi, qua gratia Dei in te impediatur, & manere in filiali timore, humilitate, amore, & Christiana simplicitate. Imitari quoque me Iesum sponsum tuum stude ex omnibus viribus tuis, in humilitate & mansuetudine (in quibus errare non potes) & attendere in omni loco & tempore me imaginem & exemplar tuum, & quam familis siue dissimilis mihi fueris in virtutibus, in quocunque loco fueris contemplari me Dominum Iesum, quasi videres me corporaliter tibi præsentem, quemadmodum beatissima virgo Maria mater mea me cõtemplatur in omnibus moribus & virtutibus meis, ad imitandum me mihiq; fideli corde & perfecto amore feruendum cum beata Maria matre mea. In hisce nouem institutionibus quisquis sese diligenter exercuerit, maturè & faciliter in me viuet, mihiq; vnietur, & nouem angelorum choris adiungetur, liberq; manens ab omnibus rebus transitoriis, continuo desiderio ad cœlestem Hierusalcm suspirabit.

D. IOANNIS IVSTI LANSPEGI, Carthusiani, in institutionem succinctam Christianam, & de Morte & casibus eius.

P R A E F A T I O.



Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & post te ventura sunt. Ecclesiastici XXI. Sicut nihil est quod amorem mundi tibi magis reddere possit insipidum ð anima, quodq; aded sui & omnium creaturarum tibi contemptum inducat felicem, quomodo breuissima vita tua mortisq; certissima (qua omnes conatus, omnes honores, omnes voluptates, cogitatus, desideria, ac gaudia tua vniuersa peribunt) consideratio: ita nihil est quod amantem animam maiori afficiat gaudio: quam quod credat speretq; se mihi sociari mihiq; coniungi, & in me absorberi: vbi nulla post hac sit offensa, nullum delictum, nulla separatio, nullum periculũ, nihil timoris, nihil doloris, vbi charitate plena semper me laudet, semper magnificet, perfectissime mihi obediens, perfectissime placens, sitq; mecum, vbi nihil desideret, nihil amet, nihil sentiat aliud præterquam me, vbi tota me possideat, & à me tota possideatur. Hac quia tibi contingere stabiliter in hac vita non possunt, sed tunc solum, quando fueris mecum in regno meo, quando videlicet omnia desideria tua satiabuntur, & laudandi & amandi me, & quãdo ego ero omnia in omnibus. Idcirco iuste petis, iusteq; ex toto corde desideras in oratione quã tibi tradidi: Adueniat regnum tuum: Itaque si me rectè amares filia, si fortiter, si est uanter ad me anhelares, toto corde hoc regnum, hoc est, hunc statum, desiderares, ad hunc suspirans arares videlicet, vt adveniret regnum meum, in quo mihi amore suauissimo vnireris. Tota in me liquefacta & alioq; soluta. Et quia, vt dixi, hoc non fiet nisi post mortem, decreui mecum ð filia, quandam succinctam institutionem siue breue quoddam, bene feliciterq; moriendi compendium tibi prescribere: simul ac demonstrare, quid ipsa mors sit, & vnde orta, quomodoq; per mortem meam destructa: Item quæ vitanda, quæue agenda tibi sint, vt post huius calamitosa vita arumnas, læta ad conspectum mee diuinitatis admitti possis, multaq; alia omnibus Christianis admodum sicut necessaria, si bene, si secure, si religiose denique & Christianè ex hac vita excedere exoptent.

ALLOQVIORVM IESV CHRISTI ad quamlibet animam christianam libri

II, pars I V. quæ complectitur in se INSTITVTIONEM succinctam de morte, quid videlicet ea sit, vnde, vbi, & quando ortum coeperit, & quotuplex sit, quomodoque sese quisque ad eam disponere debeat: aliaque complura quæ huc necessario requiruntur, ob oculos constituens.

Mors quid sit, quotuplex quibusq; sit formidanda.

CANON I.



Anima quæcunque Christiana, quæcunque meo sanguine meritis redempta, quæcunque filia, quæcunque denique & mihi in sponsam electa, vocata, & consecrata, quemadmodum pollicitus sum: Tibi nunc explicabo quid sit ipsa mors, vnde & quotuplex sit, vt ex eius consideratione in mei amorem vehementius inardescas, citiusq; mihi vniri per mortem aspires, vitamq; tuam iuxta meæ innocentissimæ vitæ ac conuersationis præscriptum instituas: quo item cunctis vitiis viriliter relucteris, & virtutibus aggregandis strenuam naues operam.

Mors quid sit.
Mors duplex quæ.

Psal. 118.

Psal. 118.

Mors autem (vt institutum prosequar) est vitæ extinctio, siue priuatio. Est autem duplex: Animæ scilicet & corporis. Mors animæ, est ipsius à me per peccatum separatio. Mors corporis est animæ à corpore secessio & dissolutio. Et sicut anima per fidem & charitatem vegetatur viuunt & mihi manet vnita, ita corpus ex animæ præsentia in vita subsistit, & conseruatur: Quare o religiosa anima, si aliqua in te diuini amoris, refidet scintillula, caue, ne vnquam peccati labe, aut turpium delectationum consensu in quineris: caue, inquam, ne quando dominetur tibi iniquitas, ne aliqua mala in te inueniatur voluntas, vt animæ vitam hoc est, me Deum ac sponsum tuum, in ea per fidem, spem & charitatem inhabitantem, amittas, sicq; mortem incurras horrendam, gratia quoque mea ac dulci familiari: ate o moino hic priueris in tempore, & post huius miseræ vitæ decursum, in æternitate. Nonne verè sunt miseri ac omnium lachrymarum fonte plangendi, qui ob momentaneam foetidæ carnis delectationem, sempiternis se delitiis ac diuitiis priuant, æternæq; mortis supplicio se obnoxios reddunt: quando quidem si modo paululum vigilare vellept, hanc mortem tremendam euadere facillimè possent. Sed iam o anima le-cundum mortis genus tibi ob oculos ponam, quod sanè nullus abhorreere debet qui bonæ voluntatis existit, & paratus est viam mandatorum meorum currere, & sibi ab omni peccato cauere. Nam quomodo id quis timebit, quod auertere non potest? Sanè sicut quis mea adiuuante gratia (quæ omnibus eam deuoto pectore ac sincero affectu desiderantibus præsto est, imò ad bene meritoricq; operandum compellit & mouet) mortem animæ euitare valet, sic corporis non valet, eo quod hæc naturæ lex sit, vt corpus in puluerem reuertatur. *Statutum namque est bonis vitiis cunctis semel mori.*

uari. Hæc enim mors, vt dixi, ineluctabilis est, bonisq; & malis communis. Bonis nō est formidanda, sed optanda ea propter vt me Deo ac Domino suo charissimo eo familiaris penitusq; in æterna mea felicitate nulla corporis mole pregrauati, frui possim; & quem tanto desiderio videre cupierunt, dum in vita essent, tum sine fine præsentem habeant, plenè possideant, perfectissimatq; vniōne sibi copulatum sentiant.

Malis verò & mandatorum meorum transgressoribus, quam non solum hæc mors sit pertimescenda, sed etiam horrenda, nullus mortalium capere potest: imò dico, ipsum angelicum excedit capium. Redite ergo & peccatores & mei contemptores ad cor, & poenitemini de actis vestris pestiferis, immanibusq; sceleribus ne diuina mea iustitia cogente, in æternas vos cruciatus detrudere compellar, vbi prorsus nullum erit gaudium, nulla quies, nullum solacium, sed perpetuus horror, & intolerabilis dolor. Quid tunc proderit vobis acquiescisse carni, obediisse demonibus, ac mundi oblectamenti deseruisse? Nonne verum est, quod Apostolo meo docente audistis. *Mundus transit & concupiscentia eius?* Liberet tunc vos mundus iste fallax, & eius concupiscentia, cuius illicitos motus non refrenastis & de manibus eius eripiat, si potest. Quod si nequit, vel iam iustas peccatis vestris poenas luit.

Tertium mortis genus est ab omnibus meis electis summo studio adamatum & cultum, diciturq; mors spiritualis siue spirituale martyrium, hoc est, vitiorum passionumq; innatarum mortificatio. Ad quam Diuus Apostolus meus Paulus te & filia hortatur dicens: *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.* Item de seipso: *Castigo, ait, corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum aliis predicauero, ipse reprobus efficiar.* Vides ex hac sententia quanta vigilantia, quantaq; sollicitudine. Apostolus meus carnem suam domare, illicitos motus compescere studuerit, ne forte ex sui ipsius negligentiori custodia aliquod animæ damnum, dum aliorum salutem inuigilaret, incurreret? Et tu ò fidelis anima hoc ipsum studium amplectere, hinc labor in te perseneret, si desideras aliquando ad meos amplexus admitti, si mihi optas casta ac sancta adhærere, meq; tuum sponsum in intimis tuis comorantem retinere. O si hoc moriendi exercitium ad eò in miseris huius seculi vanissimi amatoribus floreret, sicut indies ad omnia scelera & peccata perpetranda inhiant, quis verbis explicet, quam benè, quamquam rectè cum eis ageretur? Sed cum in ipsis charitatis meæ diuinæ, ardor penitus sit extinctus, ac omni gratia sint expertes, ad mala insuper omnia præcliuēs, atque adhuc ad eò sint securi, tamq; feliciter secum agi arbitrentur ita denique existiment, me illis esse obligatum ac deuinctum, vt non possum vlla occasione eorum non misereri & æterna mea beatitudine participes facere, quid putas, quomodo mea amarissima morte, & præciosissimo sanguine pro eorum redemptione effuso, abutantur, & me à nouo grauius excrucient, quam illi ipsi Iudæi, quibus crucifigendus fui traditus? Illi enim ex parte erant excusabiles, eo quod non cognouerunt me verum DEI filium & ad saluandum mundum missum. hi verò, de quorum peruersitate loquor, nihil excusationis præterdere possunt, cum apertè sciant & audiant quod peccatoribus grauis imminet damnatio, quodq; ego omne execrer & detester peccatum, nec posse quæquam ad conspectum meum pertinere, qui ex hac luce peccatorum sordibus pollutus emigret. Quare per memetipsum obtestor vos ò scædi peccatores, vt abnegantes omnem impietatem & secularia desideria, sobrie, iuste & pie viuatis in hoc seculo, expectantes

Heb. 10.
Mors namque cur quibusque non sit timenda.

Mors quam sit malis timenda.
Esa. 46

Iob. 10

1. Ioan. 2

Mors vitiorum vt sit martyrium spirituale.
Col. 3
1. Cor. 9

Cruci quina mystice Christum denuo adigant.

Tu 1

A& 10
Mat 27

Rom. 2

Luc. 12
Mat 25

beatam spem, & aduentum meum, qui sum constitutus iudex viuorum & mortuorum, ac omnis mihi potestas data est in cœlo & in terra, vt que videam bona facta vestra, & gloriam habeam apud Patrem meum de vestra emendatione, & innotescat coram angelis meis, quod verè mei fuistis discipuli, meritoque ad gaudia cœlestis regni intromitti edî, perfruituri bonis meis & deliciis cum omnibus sanctis, qui me DEVM ac Dominum suum strenuè vigilanterque sunt sequuti, iamque mihi dulcissima & perfectissima vnione coniuncti, in æternum mecum exultant & iucundantur. Sin autè his meis monitis non obtemperaueritis, veniam vobis scito, ac per memetipsum duritiam cordis vestri increpabo, maloque vestro experiemini, quam verum dixerit meus Apostolus: *Reddet vnique secundum opera sua.* Istud ergo sit studium vestrum, vt spiritu facta carnis mortificetis, & præcepta mea, sanctæque Ecclesiæ immaculate sponsæ meæ obseruetis, nec non magna diligentia & conatu vos ad aduentum meum præparetis, ne cum venero, imparatos vos inueniam, & cum fatuis virginibus è regno meo excludamini. Quod certo certius vobis continget, si tempus gratiæ sine fructu transigeritis & penitentiaë laborem recusaueritis.

Mortis origo qua sit.

CANON II.

Rom. 12
1. Pet 2.Gen 2
Parens primus hominis quibus donis decoratus fuerit.
Gen 3
Sapientia

Parens primus vt donis nudatus fuerit post præuaricationem.

Gene. 12
Gen 3
Mors vnde acciderit homini.

Avdisti iam charissima filia, quid ipsa mors, & quotuplex sit: nunc verò opera pretium esse duxi, non silentio prætereundum, quæ ipsius mortis sit causa, siue origo, vt sic tuam totiusque humanæ naturæ miseriam attendens, quam videlicet prona post lapsum semper ad omnem transgressionem fuerit vt sic humiliata discas non alta sapere, sed timere. Vt sicut nec angelis in cœlo, nec protoplasto in Paradiso peccantibus peperci, ne fortè nec tibi peccanti parcam. Verum his ommissis ipsam mortis originem aggrediar. Nosti ô anima ex sacris literis, quantis, quamque mirificis donis, gratuitis insuper ac superuaturalibus gratis primum hominem decorauerim, atque in paradiso constituerim, donans illi præcepta mea & prohibitiones vt sciret, quid agere, quidve omittere deberet. Præterea cum illo vt amicus cum amico conuersabar, in omnibus actibus suis intus illi lucens, eumque docens meam voluntatem, complurisque alia mea secreta illi reuelans, ita vt si voluisset mihi in omnibus obtemperasse, sicut fuit sine corruptione natus, ita etiam sine vlla corruptione immortalis perstitisset. Sed quia astutia serpentis, mulier quam protoplasto in sociam dederam fuit seducta, & per mulieris blanditias vir factum est, vt mei obliti, vterque præcepta mea tranagredereetur. Vnde contigit quod exigente mea diuina iustitia, omni se gloria, pulchritudine, innocentia ceterisque supernaturalibus ac gratuitis donis spoliauerint, incurrerintque illam maledictionis sententiam, quam ipsemet in ipsorum terrorem dictaueram: *In quacunque die comederitis ex ea scilicet, arbore scientiæ boni & mali, morte moriemini.* Item: *Puluis es & in puluerem reuerteris.* Ex hoc igitur primorum parentum peccato, ex hac, inquam, præuaricatione, quod contempserunt obedire voci meæ mors intrauit in orbem terrarum: nec aliquis repertus est, hucusque qui eam euadere potuit, aut declinare etiamnum possit.

Vide iam mi filia, quid humano generi contulerit, quod Adam mihi rebellis fuit. Nonne per suam inobedientiam & superbiam totam suæ posteritatis progeniem in inextricabiles calamitates detruxit? Nonne omnes vos æternæ damnationis pœnis obnoxios reddidit? Nonne dulci familiaritate mea, ac diuinorum contempla-

templatione, nec non immortalitatis gloria vos priuauit? Quid vltra? Omnes vos
 vt oues errantes à via veritatis aberrare fecit, & totam humanam naturam quam
 in se recepit integrā, sua auersione à me corrupit, deprauauitq; & quod magis do- Esa. 46.
 lendum, ipsam quoque animam secundum imaginem & similitudinem meam
 factam, à sua dignitate & antiqua generositate deiecit, omnesq; vires nobilissimas
 ei ad me perfruendum concreatas misere à suo principio, hoc est, à me, ipsarum Anima qui-
 creatore & origine, abduxit & auexit: ita vt etiam sæpenumero nolens miser ho- bus calami-
 mo cogitet quæ nolit, & quasi cæca mēte ad ea quæ videntur vi quadā feratur, ra- tibus sub-
 piaturq; oblitus interea inuisibiliū, æternorum ac celestiuū bonorū in cœlis repositi- iecta sit.
 torum. Quod ergo factus sit miser Adam, cum aliquid esse vellet hinc collige & re- Eccle 47.
 cum perpende, quæ toties hunc ipsius lapsum & propriam tuam miseriam proni-
 tatemq; ab omni malum deploras & luges, nec graue illud iugum quod est super
 omnes filios Adæ excutere vales: & time, ne quando mens tua in superbiā se erigat,
 deterius quid tibi contingat. Hæc dixerim, vt pius consolator, & fidelis tuus spon-
 sus, qui ad mala & peccata præcauenda, gratiam meam nunquam tibi denegauit,
 imò sæpè tibi refragati obtuli & ingessi quo te in amore mei tepescens excitare,
 & ad virtutes exercitandas commouerem, ne te otio vacantem tentaret is, qui om-
 nibus meis amicis vel mille laqueos tendit, & ad sui consensum pertrahere nititur.
 Sed nunquid putas hæc, de qua præfatus sum præuaricatione, solam corporis
 mortem in mundum inuexi? Nequaquam. Animæ nanque multò maximè, vt in
 superiori canone tactum est, necnon & multa alia innumera penè incommoda, ad-
 uersitates, ægrotudines, aeris & aliorum elementorum iniurias, quibus tantoperè
 affligamini non te lateat: & vt breuiter dicam, omnes propemodum creaturæ con-
 tra vos & in interitum vestrum conspirarunt, ac inimicitias suas exercent. Verùm
 non immerito. Nam offenso creatore, offenditur omnis creatura.

*Mors vt per Christum destructa, & lapsus primorum pa-
 rentum reparatus sit.*

CANON III.

Verùm, mi filia, ex ijs verbis fortasse non nihil animo es consternata & con-
 tristata, quod audis tantam à primis tuis parentibus gloriam esse amissam,
 tantamq; ignominiam & contumeliam toto humano generi illatam, vt qui
 verè erant cœlestis regni hæredes, facti sint exules: & qui filij Dei, indigni sint iu-
 dicati serui. At quis ò anima restituet vobis hæreditatem vestram tamdiu perdi-
 tam? Putasne aliquis potuerit reperiri in cœlis aut in terris, qui tantæ fuerit & po-
 testatis & authoritatis, vt se de aduersarijs vestris vindicet & dolo & fraude abla-
 tam recuperet? Certè aliquot annorum milia effluxerant & nusquam aliquis ap-
 paruit, qui pro sua hæreditate dimicare ausus fuerit, quin omnes vt captiui, & mæ-
 cipia quædam ab inimicis suis capta & retenta fuerint. Quid ergo faciendum, quo
 fugiendum vobis? Ecce clamor vniuersæ carnis venit ad me, & insonuit in auri-
 bus meis, auxilium quærens simul & consilium à me, quid in re tam ardua tamque Exod. 2.
 necessaria consultandum faciendum ve sit. Tandem ego qui reuera sum autor hu-
 manæ naturæ conditæ, cernens lapsum eius tam grauem, vt à nulla pura creatura
 potuisset reparari, tanquam pius & misericors Dominus, promptum atque para-
 tum me exhibui eandem naturam in me assumere, ac in purissimis visceribus
 Cccc beatiss.

beatissimæ virginis Mariæ cooperante Spiritu sancto concipi ac nasci, alijsq; innumeris molestijs & naturæ necessitatibus subijci, quo vel sic eam in me ipso diuina mea cooperante potentia, reformarem, deq; diaboli captiuitate vendicarem, mortemq; ipsam, de qua nobis sermo, gustando, potenti virtute mea destruerem, nec non hæreditatem vestram à nescio quo infideli seruo furto subreptam restituerem, cælestisq; hæreditatis participes facerem, & in sortem filiorum Dei asciscerem: vt sicut per Adam omnes corruistis in mortem, ita per me, hoc est, per merita meæ sanctissimæ natiuitatis, inculpatae conuersationis, & amarissimæ passionis, resurgeretis & in nouitate vitæ ambularetis. Quod sanctus Apostolus innuit, dicens: *Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituentur, multi.* Non est nunc mi filia, quod tu vel alius quispiam bona voluntate & mihi placendi desiderio præditus, ob magnitudinem peccatorum, aut iniquitatum suarum desperet: sed hoc agat, ad hoc laboret & nitatur, vt post hac nulli velit mea gratia cooperare, peccato consentire, omnes etiam peccandi occasiones (sine quibus peccatum difficile vitatur) pro virile declinare. Hoc cum fecerit, quantum possibile fuerit doleat, quod me tam benignum, tam dulcè, tamq; amabilem Dominum ac patrem, sponsumq; adedò multipliciter offenderit, ac quasi pedibus suis conculcârît. Deinde cum in hoc dolore, hacq; tuorum criminum contritione aliquandiu versatus fuerit, nil restat, quàm vt ex toto affectu, se in me projiciat, me attendat, meæ vitæ purissimæ exemplar ante oculos suos cõstituat, ac quasi in quodam speculo se in me intueatur ac contempletur, & quod sibi deesse conspicit, pleno ore, ex meis abundantissimis meritis hauriat. Ex quo exercitio tanta nascitur gratia, tanta diuinæ consolationis exuberantia, tanta erga me fidelitas, tanta animi fortitudo, tanta mentis stabilitas, tanta virium, cum corporis, tum animæ reformatio, tanta denique interiorum oculorum claritas, vt in omnibus agendis & dimittendis, meum possit agnoscere beneplacitum, nec aliud velit, quàm quod me velle intelligit, omnesq; virtutes supremo quodam modo in ipso perficiuntur. Et quândiu in hoc statu persistit, hoc est, vt mihi maneat vnitus per voluntatis & animi conformitatem, nihil timere habet, ne ipsas quidè demonum occultas insidias vel ineuitabilem mortis necessitatem. Nam ego, ego inquam, pugnabo pro eo, & hostium vires, diuinitatis meæ virtute eneruabo: sicut & Apostolus meus huiusmodi cõsolatus est, dicens. *Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu: imò nec timoris, nec periculi quicquam imminet, qui non secundum carnem ambulant, sed spiritu viriliter facta carnis mortificant.* Hæc sunt breuiter dicta de spiritali animæ resurrectione, de qua quia alibi copiosius tecum egi, hic eadem missa faciam. Certum est tamen, quod quisquis prædictum exercitium neglexerit, hoc est, vt veterem hominem cum actibus suis non exuat, nec virtutibus acquirendis strenuam operam nauet, voluntatemq; suam meæ voluntati non vniat, eum non posse mihi laxo ac iucundo animo occurrere, nec pacata conscientia ex hac luce emigrare. Hoc attendant quæso, qui in hoc seculo quàm sceleratissimè viuunt, & mei vix memores sunt, vt contriti de suis peccatis, vitam suam corrigant, meq; sibi reconcilient.

De quibusdam periculosisis egrotantium tentationibus.

CANON IIII.

quan-

1 Cor. 15.

Redeundum
quomodo
post lapsum
ad Deum.

Rom. 8.

Quamquam autem filia eadem mors per meam acerbissimam mortem est destructa, negare tamē nequeo, quod multa sæpè ac graues periculosaq; mortui vicinis tentationes atque præssuræ occurrant, præcipuè mundi huius amatoribus, qui vanitatibus, voluptatibus, alijsq; obscenis operibus penè omnem vitam suam traduxerunt, & vel vix tenuiter corda sua ante ægritudinem ad me conuerterunt, neque dæmonum suggestionibus resistere, aut non curarunt, aut eorum impulsu victi, noluerunt. Horum (inquam) obtutibus in extremo mortis articulo, mea diuina permittente iustitia, cogor mala quæ egerunt, & bona quæ omiserunt, obijcere, vt compuncti de suis iniquitatibus vel sero peniteant. Item, vt videant quibus in vita seruièrunt, contingit nonnunquam vt horum tetra imagines sese illorum aspectibus ingerant. Ex quorum intuitu, quanto perè præmanetur, diuexentur ac coangustentur, difficile est dictu nimis. Nam quodam eorum in desperationis barathrum detrudere nituntur, & omnes quas quidem norunt, nocendi & fallendi artes excogitant, vt miseros hosce ex dolorum pœnarumq; acerbitate deficientes, & vix extremum spiritum trahentes, ad sui consensum pertrahant. Denique nihil non attentant vt eorum animos subuertant, totum suæ malitiæ virus, illis infundendo: nunc occultè, non aperto Marte dimicantes, nunc mala quæ gesserunt ante oculos eorum statuèntes, grauiora ea asserentes, quàm vt veniam & indulgentiam mereantur: nunc ex bonis quæ operati sunt, falsam quãdam securitatem suggerèntes, vnde vel ad spiritualem superbiam, vanam gloriam, sui ipsius complacentiam, aut præsumptionem inducantur, & sic suis eos nexibus implicent. Nunc ob doloris & ægritudinis diuturnam molestiam huiusmodi ad impatientiam compellentes, vt vel signis aut verbis erumpant, murmurando aut malè sentiendo de Deo scilicet, quod secum nimis iustè & immisericorditer agat, quod sine causa eos affligat, denique quod hanc grauem & intolerabilem infirmitatem non meruerint. Item quare hunc vel illum eodem modo non cruciet, cum constet eos magis ob suorum criminum magnitudinem iram Dei promeruisse, quàm ipsi.

Et ita excusando, & suam causam defendendo alios dijudicant: quandoquidem ipsum iudicium peccato minimè careat, nec ita fieri villo modo deberet. Nunc vero si fortè in prædictis ipsis minus feliciter succedat, alia ingrediuntur via ad infirmorum animos debellandos, vt scilicet ei persuadeant mortem non ita propinquam vt existimant, & idcirco non necessarium, vt se turbent, aut pro clara de peccatis suis cognitione, confessione & contritione dolorosa, laborent: sed bono & tranquillo animo sint, eo quod è vicino sit certa recuperandæ salutis spes: & tunc cum paululùm conualuerint, plenius possint in pœnitentiæ dolore & labore se exercere: nescientes miseri quo in discrimene res suæ versentur, quodq; ipsa mors modo eosdem expectet, suisq; eos iaculis transfixura sit. Hæc & similia callidi hostis sunt tentamenta, quibus hominibus nō tantum malis, verum etiam bonis quibusq; in hora mortis impugnat & minus cautè sibi prouidentibus imponit. Quare quàm consultissimum ipsis fuerit, vt gratiam Dei & sanctorum patrocinia contra dæmonum impugnationes implorent, ne per eorum fraudem & astutiam superati in æterna tormentorum loca deportentur.

Remedia præsentissima, contra præfatas dæmonum tentationes.

CANON V.

Cccc 2

Primum

Primum ac summum remedium est dilecta filia hostis antiqui, callidit̄ serpentis tentamenta, suggestiones, & technas, in mortis necessitate euadendi, vt in mea gratia semper maneat, inhīt̄ obediens meam voluntatem, quatenus eam agnoscis, opere impleas, nec vnquam contra me aut precepta mea siue internas inspirationes (quibus electos meos instruo ac dirigo) ex deliberato proposito agas. Deinde vt etiam firmam cum omnibus Sanctis meis amicitiam inuas, præcipue cum beatissima ac gratiosissima matre mea Sancta Maria, quæ se omnibus membris meis adhuc in exilio constitutis, multisq̄ grauaminibus oppressis, maximè amabilem reddit, ac eorum inopiam suis sæpè exuberantissimis meritis supplet, hostium vires expugnat, ac desiderium mihi placendi, ipsi subministrat, necnon & cum firmissimis sanctæ Ecclesiæ columnis Apostolis meis ceterisq̄ sanctis meis, vt & ipsi suis suffragijs & patrocinijs te adiuuent, & ad conspectum meæ diuinitatis perducant. Nam non raro hoc illis munus delego, vt animas amicorum meorum sua præsentia in morte protegant, & cum iubilo maximaq̄ gloria, lætitia & gaudio ad regni cælorum palatia perferant. Maximè etiam necessarium est tibi filia, vt quandiu prospera adhuc gaudes valetudine, indefinenter te exerceas in vera, viuâ ac Catholica fide. Oportet enim vt tam certa sis de vera fide, quàm Ecclesia sancta immaculata mea sponsa suos filios docet, quàm tibi constat & credis in cælo me esse præsentem, neq̄e vllò vnquam tempore de hac sanctæ fidei veritate quicquid dubij admittas, etiam si totus mundus insanat, & in amentiam vertatur, nisi velis æternum animæ tuæ amare dispendium. Discutias præterea & examines omnia interiora tua summè necessum est, inuestigando, & perquirendo, vtrum etiam tam benè ac piè de omnibus fidei articulis atque credendorum rationibus sentias, vt verum Catholicum & Christianum deceat, vtrum de Ecclesiæ Catholice sanctionibus, statutis & cæremonijs, ceterisq̄ traditionibus ex Spiritus sancti consilio profectis quicquam dubites. Si autem dubitas, eos interroga, qui te possunt verbo & facto consolari. Et hæc fides præcipuum est & firmissimum contra desperationis impugnationem remedium.

Hac debes spe diuinæ pietatis esse ornata, ita vt credas misericordiam meam in infinitum maiorem esse, quàm vt à tua prauitate possit vinci, & quod nemo in hora mortis extrema grauius me offendere queat, quàm de mea benignitate, clementia ac bonitate desperando. Inde est, quod Iudas multo grauius peccauit desperando, quàm me vendendo & tradendo. Contra falsam tuorum operum & meritum securitatem, moriens occultum & iustum iudicium meum oppone, quod ignores ipsa an de electorum & prædestinatorum sis numero, an secus: item quia incertum est, an odio an amore sis digna: item quoniam nescis, vtram vnquã tua mihi opera placuerint: aut ob meam diuinam charitatem fuerint facta. Non tamen hæc ita sunt agenda vt omnem salutis tuæ spem abijcias, aut de mea misericordia desperes, sed semper inexpugnabile fidei scutum in animo tuo retineas, ne fortè in alium diaboli laqueum, scilicet diffidentiam incidas. Contra impatientiam verò, his armis morti vicina te munias, vt primò cogites, ex quanta charitate & liberalitate, hæc tibi molestiam, qua tam dire vexaris miserim, & quod per hanc eandem à multis peccatorum scorijs expurgare te disposuerim: probèq̄ iam purgatam ad gaudia æterna perducere decreuerim. Cogitabis etiam, si ex iustitia mea tecum agere vellem, hanc infirmitatem, multoq̄ grauiorem vsque in diem iudicij meruisses. Tertio, amarissimam meam passionem recordaberis, eamq̄ ad eò profund

Amicitia
v̄i cum san-
ctis concili-
anda.

Fides quina
exerceatur.

Spes vt sit
ornamentū
fidei.

Aduersus o-
perum me-
ritumque
falsam præ-
sumptionē
remedium
quod.
Eccle. 9.
Impatientia
in morte
qui vincat.

funde in tuo corde imprimis, vt tuarum pœnarum oblita, in meam quasi passionem transmiseris, imbitq; te & omnia tua peccata depones, rogans me per omnem meam, pœnarum acerbissimam, quàm pro tua mundi& totius redemptione petuli, vt pro te patri meo cœlesti satisfacere, omniaq; tua meis sanctissimis meritis abolere delicta velim. Hæc si studiosè feceris, non dubium, quin omnis impatientia & sinistra de me suspitio quasi fumus euanescent. Quarta & vltima tentatio dæmonum est, recuperatæ salutis vana quædam spes, qua quum multi decipiantur, non est qui enarrare sufficiat. Hæc vana, spes toto conatu est tibi procul abijcienda ex animo, quando ipse per meum Apostolum testatus sum: *Dies Domini quasi surit in nocte veniet.* Item: *Media nocte clamor factus est: hoc est nullo sciente: Quis enim te o homo certiore fecit, vt pristinæ sanitati restituaris? Si nemo, vnde ergo speras, quod nescis, vterum futurum sit, nec ne? Vtere ergo consilio saniore & omni virtute qua potes, ad mortem omni hora te expectantem, præpara.* Nam idèd illam horam tibi esse volui incertam, vt semper tibi posset esse suspecta.

Passio Domini vt in morte cordi imprimenda.

Spes vana salutis recuperandæ vti multis imponat.

1. Thes. 5. Mar. 25.

Gregor.

Mors quam sit amara, de quæ signis quibusdam mortem corporis præcedentibus.

CANON VI.

VT eo sollicitius mortem incertam semper præ oculis habeas & anima, operæpretium est, de eius amaritudine aliqua tibi insinuare, quo semper cum timore & tremore meum aduentum præstoleris, & tuam ipsius salutem opereris. Scio namq; quod hominibus cunctis naturaliter insit, appetitus quidam vanus diu viuendi, & in bonis præsentibus mundi& vanitatibus gaudendi. Sic etiam è contra, à natura eis inditus est timor quidam incertæ & repentinæ mortis. Nam cùm hunc in aquis submersum, alium gladio peremptum, tertium improvisa ac subitanea morte extinctum audiunt, timore reuera concutiuntur, ne fortè vel simile quid illis contingat: quandoquidem nemo pro comperto habet, qui hoc momento viuit & sanus incolumisq; existit, se post horam victurum. Sed ne putes idèd mortem non esse molestam ac amaram, quia quosdam repente, ac quasi sine dolore interimat atque necet, tibi memetipsum in exemplum constituo, qui instantem mortem ante oculos cernens, non solum timore sui concussus, verum cepti insuper pauere & cadere ac tristis esse vsque ad mortem, orabamq; Patrem meum, vt illum à me mortis calicem transferret. Sic quidam mortis amaritudinè ex naturalibus quibusdam causis considerans, in hanc prorupit vocem: *Omniū terribilium, terribilissimum est mors.* Item quidam Sapiens. *O mors quam amara est memoria tua, homini sano & fiduciam habenti in diuitijs suis.* Et quamuis verum sit quosdam quasi sine dolore spiritum suum exhalare, omnibus tamen hæc moriendi nõ contingit conditio, quando complures videas, qui longa & diutina ægritudine ac intolerabili penè corporis molestia vexati, tandè suum extremum claudant diem. Et hi fortè multo feliciores ac beatores atque in sublimiori beatitudinis loco constituendi, quàm priores illi, qui absque pœna defunguntur.

Philip. 4. Vite lögioris quibusdã affectus insit.

Mat. 26.

Marc. 21.

Lucæ 22.

Aristot. 3.

Acti.

Ecli. 43.

Mori quosdam sine dolore.

Mortem esse super omnia graue propter transgressionem.

Idèd mi filia hoc tene, mortem naturalem omnibus eius circumstantijs ritè penfatis, maximè esse grauem & amaritudine repletam, ob pœnam præuaricationis, propter quã inflicta est. Vt autem huius ipsius mortis memoria profundius cordi

Mortui
hominis
imago vt
ante oculos
figenda.

tuo in sculpatur, proponam tibi hic hominis iamq; morituri miseram speciem & dispositionem, vt quem paulò ante floridum ac naturali decore, pulchritudine & ornatu decoratum intuebaris, iam cernas toto corpore pallere, oculos præ magnitudine pœnarum euertere, linguam simul & omnium membrorum officio priuari. Vide etiam quomodo eiusmodi hominis pili labantur, frons contrahatur, mœbra cuncta rigescant, mentum roat, labia infrigidentur, halitus paulatim se recolligens deficiat. Et ecce mox adsunt quædam puncturæ ac pressuræ mortiferæ, quasi mortis futuræ certa inditia, cor pungentes & transfigentes. Hosq; sequitur sudor mortis, qui naturam vitam esse demonstrat, sicut pœnis atque angustijs præualentibus, natura succumbit, & anima de habitaculo suo eijcitur, extrahitur & rapitur, pro bonis, quæ egit receptura vitam æternam, pro malis verò, iustum Dei iudicium. Huiusmodi morientis dispositionem, quidam de meis amicis ita describit. Quotidie: inquam, morimur, quotidie aliqua pars vitæ demitur, & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Memento ergo, ô homo, quoniam in morte nasus frigaret, dentes nigrescent, facies palleſcet. Et addit: Nihil itaque vilius, nihil horribilius caduere hominis mortui. In aere non suspenditur, ne aer corrumpatur: in aquam non proijcitur, ne aqua inficiatur. Sed in foueam mittitur tanquam venenû aspidum, ne amplius videatur. Quid enim scœditius humano caduere? quid horribilius homine mortuo? cuius est in vita tam gratissimus amplexus, sit in morte horribilis aspectus. Quid ergo, ô miseri, profunt vobis diuitiæ, delitiæ, & honores? Diuitiæ nō liberant à morte, nec delitiæ à vermibus. Qui ante tempus modicū sedebat ornatus in aula, iacet modo sepultus in tumba. Si haberes ô anima fortitudinem Sampsonis, pulchritudinem Absalonis, sapientiam Salomonis, diuitias Croesi, potestatem Oetiquiani, quid tibi prodesset, quando caro vermibus, anima tetris spiritibus crucianda datur? Memorare ergo nouissima tua vt ad hunc extremum non peruenias articulum, vbi de periculo animæ agatur.

Effectus præmeditationis mortis.

CANON VII.

Timor qui
nam ex me-
ditatione
mortis nascitur.
2. Cor. 5.
Prou 14.

Deut. 4.
Solicitudo
quæ nascitur
ex mortis me-
moria.
Colof. 2.

VT intelligas ô nobilis anima, quid conferat frequens memoria mortis, quise fructus eiusmodi exercitij, paucis hic perstringam eius effectus, ne inuacuum cucurisse, aut incassum laborasse videaris. Primus effectus est, qui ex iugi ac frequenti mortis consideratione nasci solet, timor, quo homines in pœnis multos flagitijs & peccatis retrahuntur. Nam dum timent ex improvisa morte se præueniendos, meoq; cōspectui exhibendos, vt recipiant prout quisque gessit in corpore suo siue bonum siue malum, non libet iam mala perpetrare, nec quicquam illiciti admittere. Hinc Salomon loquitur: *Sapiens timet, & declinat à malo*, hoc est, non vanè securitati innititur, non inani lætitia resoluitur, non iocis, non lusibus, non alijs denique infructuosis operibus vacat, sed omni custodia custodit cor & animam suam, sollicitus: ne me ad iracundiam prouocet, aut mea præcepta transgrediatur. Secundus effectus qui ex mortis recordatione oritur, est sollicitudo & circumspectio, vt homines, scilicet, reddantur solliciti & circumspecti in omnibus operibus & vijs suis, ne circumueniantur à sathana: ita vt mortem, quasi omni hora præsentem ante oculos habeant, seseq; ad eam per veram pœnitentiam præparent, atque alijs pijs & deuotis exercitijs, vt operibus misericordie, vitiorum mortificationi, virtutumq; strenuæ exercitationi, gnauiter vacent. Ea nanque eos non parum mihi

commen-

commendant, & in charitate perfectos reddunt, sine quibus difficile imò impossibile est, feliciter posse quæquam mori. Tertio ex mortis consideratione oritur propria fragilitatis & miseræ cognitio, ex qua omne bonum, omnis felicitas, ipsaq; æterna hominibus prouenit beatitudo, eo q; qui sui verâ adeptus est cognitionem, omnè execratur superbiam, ex qua omnis miseria, omnisq; infelicitas originem trahit: contemnit etiam omnem auaritiã, quæ demonum rectè censetur esse seruitus. Mundi quoque vanitates, & omnes carnis abominandas voluptates, non aliter, atque pannum detestatur menstruata, quia meis æternis delicijs è diametro repugnât. Præterea si titillat animum ambitio, & excelsos honorum gradus conscendendi appetentia, si pompa, si mundi gloria delectat, veniat autem in mentem mors obeunda, protinus cadunt alteri illi spiritus, & animositas omnis deprimitur. Si item cupiditas opum concitat animum ad aurum congerendum, ad prædia, domos, & præciosam suppellectilem commendam, occurratq; menti mortis venturæ memoria, refrigescit ilico æstus ille, & feruor auaritiæ: quoniam vt sanctus Iob inquit: *Dives cum interierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Ex his manifestum est, quanto perè laborandum & nitendum sit ad sui cognitionem, per quam ineffabilia electis meis condonantur bona. Sed dolendum atque defendendum, quod hac tempestate miseri homines aded à proprio amore sint possessi, vt penitus nolint seipsos agnoscere, aut ferre v; à quoquam humiliètur siue deprimantur. Huic quartus succedit effectus: seculi scilicet contemptus, & terrenarum occupationum abiectio. Nam qui perpendit, quàm momentaneum, & fallax sit hoc præsens seculum, quodq; post hanc vitam aut in maximis & extremis miserijs, aut in felicissima atq; iucundissima beatitudine perpetuo sit victurus, contemnere haud dubiè cogitur carnalia hæc & caduca, atq; prouidere sibi de spiritualibus opibus, de veris virtutibus, quibus sine fine in beatorum vita reficiatur. Terrenas quoq; occupationes, & inutiles mentis turbationes, mortis intuitu felicitatis æternæ desiderio contemnit, veramq; tranquillitatem & cordis pacem adipisci contendit & laborat. Harum verò occupationum secretorum meorum optimè conscius mellifluus Bernardus, causam pandit, dicens: Cor quod futuram felicitatem non cogitat, amore terrestrium implicatur: sicq; vanitas mentem decipit, curiositas ducit, voluptas inficit, cupiditas afficit, luxuria inquinat, ita perturbat. Quintus meditationis mortis effectus, est perfectum mihi quoddam placendi desiderium. Quod cum nequeat sine labore & dolore, sine sui abnegatione, & prauarum affectionum desideriorumq; carnalium mortificatione obtineri, abdicat, prostrigit, & eliminat à se, quidquid nouit sibi obfuturum ad hoc desiderium acquirendum. Hoc, quia nulla re facilius fit, quàm memoria mortis, semper hanc horam extremam ante oculos suos statuit, in qua ex hac luce emigraturus est. Sextus effectus, qui ex memoria mortis oritur, est gaudium in Spiritu sancto, quod non passim omnibus, sed sanctis & meis amatoribus datur. Nam amici mei ided gaudent de hac lachrymarum valle recedere, quod sperant & confidunt perpetuo in regno meo se mansuros & à meorum clementissimo atque pijsimo Domino benignè recipiendos, confortioq; omnium beatorum spirituum associandos. Hoc gaudium neuiquam malis inesse potest, & huius mundi amatoribus, qui potius hic suam quærunt consolationem, quàm in celestibus: adeoq; hoc mundo vtuntur, quasi sine fine hic essent mansuri: nec aliam vitam quærunt, aut si quærunt, aded tepidè, negligenterq; hoc faciunt, ac si nulla superesset. At longè aliter in electis meis fit, quibus mundus hic carcer &

Cognitio
sui vera vt
nascatur ex
mortis me-
moria.

Ephes. 5.
Coloss. 3.

Iob 27.

Contemptus
seculi ex
mortis me-
moria nasci

Bernardus.

Desiderium
Deo placendi
nasci ex
mortis me-
moria.

Gaudium ve-
rum ortu
mortis re-
cordatione.

2. Cor. 5.

Psal 41.

grauissimum videtur exilium: vti verissimè Apostolus meus Paulus protestatus est, dicens: *Quamdiu sumus in hoc mundo, peregrinamur à Domino.* Huic concordat regi-
 gius ille Psaltes Dauid, cui præsens hæc vita, admodum fuit molesta & grauis, qui
 ita in Psalmo loquitur: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Quando veniam &
 apparebo ante faciem Dei.* Hæc de mortis origine, speciebus & effectibus sint dicta.

Mors vt Sanctis fit in desiderio, & à quantis malis liberet.

CANON VIII.

VT autem dilucidius intelligas ô filia quæ dico, scito & pro comperto habes
 mortem) quæ est ianua atque introitus ad vitam) Sanctis meis esse in deside-
 rio, & vitam in patientia, propter nimium me videndi, contemplandi & lau-
 dandi desiderium, quod vsque adeò in eorum cordibus excreuit, dum meũ erga se
 amorẽ, & gaudia cœlestis patrie meditatur, vt graue nimis illis videatur, nõ posse
 semper mea præsencia & dulci familiaritate perfrui. Quid enim habet amittere cũ
 hac misera infelici vita huiusmodi anima, nisi peccandi statũ, delictorum laqueos,
 ruinarum occasiones, inimicorum fraudes, propriam fragilitatem, timores, aliãq;
 innumera, quæ animam vel ignorantem, vel infirmam, vel tepidam (vt corporis
 pericula hic taceam) & propterea semper mutantem atque instabilem coangustant?
 Multa hic vult anima, quæ non deberet, aut quæ nescit etiam se velle. Multa vult,
 quæ non potest. In multis anima est ignara, cæca, & ambulans inter laqueos, aut in
 tenebris, vnde se nescit extricare. Quomodo non meritò optaret, quomodo non
 iam gauderet se ab his tristitijs atque periculis liberari? Quid itaque ô anima iam
 times, quid non desideras mortem? Quid enim mali tibi adferet mors? Si nihil in
 hoc mdo amas, nihil tibi mors tollere potest. Si aliquid mundi amas, cũ periculo,
 imò ipsum tuum periculum amas. Ante igitur mortẽ, amare desine, vt timere ha-
 beas mortem. Porrò, si me solum in hac vita amas, gaude, quia morieris, & nõ nisi
 moriens assequeris quod amas. Verũ scio quid times: nihil quidem in hoc
 mundo diligis, nihil quod amittere aut nolis, aut doleas, possides. Angustat tamen
 te formido & pauor, quia nescis amore an odio dignus sis: nescis quomodo à me sis
 excipienda, ad requiem, an ad pœnam. Nihil horum filia debes scire, imò ne expe-
 dit quidem. Sta, licet timeas, in spe & fiducia, & viuens & moriens erga me nõ po-
 tes ex te bene viuere, & non potes ex te bene mori. Vtrunque habes ex me. Quomo-
 do si tibi dederõ bene viuere, non dabo etiam bene ac feliciter mori? Cum igitur
 omnia habeas ex me, cum omnia ex me expectes, quomodo vnũ speras, aliud des-
 peras? Ex te neque bene viuere, neque bene mori potes. Confide igitur in me, iacta
 cogitatum tuum in me, proijce omnẽ timorem & sollicitudinem tuam in me. Sicut
 nulli potes tentationi resistere, nullum euadere peccatum viuens, ita nec moriens.
 Si vigentem te non derelinquo, si tentationem fideliter præuenio ac moderor in
 vita vt possis sustinere, ita id ipsum facio in morte. Nunquam tuis armis vadas in
 prælium, sed innitendo super me. Si innixa fueris super me, ego pugnabo pro te.
 Porrò me pugnante ac propugnante, quid habes timere, quæ nihil es ex te.

Anima vt in
 multis sit
 cæca & nescia

Eccle 9.

Psal 54.
1. Pet. 5.

Mortis conditio iustis, Dei que amicis non timenda.

CANON IX.

Cæca

CAeterum, de conditione ac genere mortis nihil hæreas. Nullum est genus moriendi, quod nocere possit iusto. *Iustus enim quacunque hora fuerit præoccupatus morte, in refrigerio erit.* Nihil itaq; apud te referat domi an foris, in lecto, an in agro moriaris: nihil item formidandum est, naturalis sit mors, an violenta, quæ te extinguit. Nā si mortis genus aliud alio felicius esset, infelicissimi fuissent planè omnes Sancti mei, quorum maxima olim pars iuxta mundi iudiciū, atque in oculis carnis, infelicissimè hac vita essent defuncti. Quis enim Sanctorum martyrum naturali atque matura morte consumptus est? Quem violentia crucis, equulei, ignis, gladijve non extinxit? Nihil igitur tibi oberit siue peste, siue apoplexia, siue alio genere mortis, in lecto in campo moriaris. Vigila tantum, vt in fide, spe ac charitate inueniaris, & nulla tibi mors nocebit aut sepultura.

Verùm enim uero, quia tibi loquens, ad eos quoque loquor, qui adhuc in meo sunt amore imperfecti, hoc vobis omnibus consulo, vt innocentiam diligatis, malum odiat. Si peccasti, quæcunque es anima, quiesce, dolo, & pœnite, quod peccaueris, quamdiu viuis. Verùm ita pœnite, si fructuosam tibi optas pœnitentiam, vt ad peccatum, peccandiue statum non denuò reuertaris. Semper mortem expecta, & ad hanc quasi iam moritura te para.

Boni vt à malis in morte discernantur.

CANON X.

Verum ne spiritu adhuc infirmis desit institutio aliqua pia, qua fulciti discant aliquando mori, plura ijs adjiciam. Principio igitur meminisse debes, *Heb. 12. Psa. 55.* quod Apostolus meus dicat, & res ipsa doquat, vos hic manentem non habere ciuitatem, sed futuram inquirere, ad quam hic in mundo haud aliter atque in itinere peregrini ambulatis. Finitur autem peregrinatio vestra, dum consumitur vita vestra. Itaque mors ipsa vltima linea rerum mediat inter exilium, in quo estis, & patriam ad quam pergitis: aded vt non sit alia porta, per quam de hac valle peregrinationis egrediamini, & patriam intretis, nisi per mortem. Certissima igitur vos manet mors, quemadmodum certissimus vobis constitutus est vitæ vestre finis. Sed hoc interest inter bonos & malos, quod hic in peregrinatione mixti: omnes peregrinamini: omnes, quamuis non recto itinere, ad patriam anhelatis beatam: omnes, quamdiu in itinere estis, etiam si hallucinamini, redire ad vitam veram potestis. Cùm verò ad itineris finem perueneritis, in porta ipsa, id est, in morte, discernimini, vt alij de exilio ad vitam, alij ad miseriam & mortem eatis sempiternam. Non igitur parum aduertendum est, non negligenti animo obseruandum, quomodo ad mortem quis veniat. Ibi enim omnia post vos relinquitis, in quibus confidatis: sint diuitiæ, honores, amici & vana alia quæcunque in morte nihil conducunt vobis, sed post vos illis relictis, soli ibitis ad Dei tribunal, accepturi secundum opera vestra. Quocirca quanta cæcitas, quanta est dementia, gaudere hic in itinere, amare caduca, quæ nihil profunt, tempus & bene viuendi occasiones negligere, quasi sine Deo in stupore & ariditate mentis, sola quæ carnis sunt sapere, ad eternam tantum effluere, & statum interioris hominis, periculatq; non aduertere, sicquod mortem venire? Heu quàm innumeri hic falluntur, quàm illaqueantur mundi amore tot miseri, quàm infeliciter diaboli iugum trahunt captiui. Et sic inspirate ad mortem veniunt, corde duri & obcæcati. Heu quàm infelix est eorum vitæ finis, apud quos nulla fuit meditatio mortis, nulla præparatio salutis. Abijcienda

Dddd igitur

Mors vt sit
ianua ad vi-
tam beatam.

Ad mortem
vt perueniatur.

Mors in-
preparata
quam sit
periculosa.

igitur sunt quæ spiritum impediunt, carnem oblectant, relinquenda quæcumque non expediunt, & vnicuique viuendum omni hora, quasi etiam eadem sit vltima, qua moriturus ad Dei iudicium vadat.

*Consilium sanissimum ad feliciter moriendum & vera
penitentia vnde.*

CANON XI.

Consilium
ad mortem
sanum quid
sit.

Consilium igitur vtilissimum est vt eo viuas modo filia, quo non timeas mori. Nunc etiam, & si continuè, sæpenumero tamen quasi ante oculos præsto tibi debet esse hora illa, qua anima tua de corpore exitura, pro singulis operibus, verbis & cogitationibus iudicabitur. Idèq; tibi nunc debes imperare, vita agas modo, ita parata inueniaris, quomodo paratum te optares inueniri, cum mors adfuerit indubitata.

Correctio-
nem vitæ
differte vs-
que ad mor-
tem quantæ
sit demerita.
Penitentia
fallax quæ-
nam sit.

Stultissimi & insani cordis est, vitæ correctionem ad tempus illud differre, quando temporis tibi finis instat, quando vltra viuendum non est, quando iam non te emendare, sed emendata Deo occurrere debes. Egre dientem certè ex hac vita, non solum peccata, sed cuncta etiam relinquunt. Non igitur peccatam deseruisse diceris, quando iam peccare vltra non vales. sed si dum peccare potes, à peccatis desinis, vera penitens iudicaberis. Et licet vera penitentia nunquam sera dicenda sit, hæc tamen quæ ad extrema vitæ differtur, rarò vera esse timeretur. Nam si timore tantum damnationis iam iamq; moritura doles, pro periculi euasione parata facere quisquid remedij consequi posses, non ex charitate doles, quia Deum offendisti, sed ex priuato amore, quia tibi benè, & non malè optas. Doles enim, quia tuis peccatis æternam damnationem tibi constituisti. Quæ si rectè doleres, ob hoc duntaxat doleres, quia mihi inobediens, mihi ingrata, mihi contumeliosa: mihi honorem & reuerentiam dignam nõ exhibuisti: quem te velle coluisse deberes, quomodocumq; etiam tibi eueniret. Iam verò quia propter te tantum doles, si tibi periculum abisset, aut vltio pro peccatis nulla foret, nihil lugeres, tamen si mille annis me offendisses. Vera penitentia, quæ animam mihi reconciliat, nascitur ex charitate, & plægit hoc præcipuè, quod ad eò sæpè me optimum, maximum, piissimum, fidelissimumq; Dominum Deum, creatorem & redemptorem suum contempserit, atque offendit. Inde (inquam) cor eius vulneratur, quod tam ingrata tam inobediens tam superba (cum sit puluis & nihil) contra me se erexit. Quisquis igitur bene ac feliciter desiderat mori, sobriè, iustè ac piè (vt Apostolus meus monet) viuat. Bonam ac iustam vitam non sequitur mala mors, sed prætiosa est in conspectu meo mors sanctorum meorum, quocumque etiam genere moriendi (hoc est, siue in aquis, siue in ignibus, siue in lecto) hac luce defungantur. Ad præparationem autem mortis, cuius meditatio tota est vita sapientis, sume hic exercitium quoddam breue, quo se quisque admoneat, vt in statu tali, quo non timeat mori, fatagat inueniri.

Dolor de
peccatis ve-
rus qui fore
debet.

Penitentia
vera vn te
nascatur.

Sen 18.
Philip. 3.
Psal. 137

Monita salubria ad bene moriendum.

CANON XII.

Quicquid moriens optares te egisse, hoc age modo. Quicquid factum esse volueris, hoc alijs nõ cõmitte post mortè tuã faciendũ, sed tu ipse fac. Si enim in tua salute tu ipse negligens fueris tibi, atque infidelis, quomodo alieni suam felicitatè curabunt? Noli super incertis sperare, & vanis promissis, nec dubijs euentibus te committas. Sic viue & age, vt sis in conscientia tua tranquilla, & quasi hodie

hodie moriturus. Nunquam eas dormitum quin huius diei cursum, vitæque tuæ conditionem actusque expenderis. Discite in iudicium voca cor tuum & omnes sensus tuos: & meliorem deteriorve facta sis hoc die, perquire. Nunquam ea conscientia eas dormitum, qua non auderes mori. Si inuenis te in eo statu, quo timeas mori, perquire huius timoris causam. Nam fortasse peccata in te sunt, quorum necdum penitisti, aut renuis confiteri, aut à peccatis, & peccatorum occasionibus abstinere reculas: aut in officio, seu conditione aliqua viuus, quam auersor: aut in odio aut in iusta rerum possessione perseueras: aut temporalium cupiditati, sine voluptati nimium innexa, aut creaturæ cuiuspiam amore illicito capta: aut terrenorum atque visibilium (puta honoris & diuitiarum) oblectatione merfa, te conuertere non vales ad me, nihil eorum quæ spiritus sunt sapiens, sed ad exteriora tantum effusa, & diuina nauigans, mortem idem formidas, quia mala sibi conscientia mens tua post mortem sibi prænuntiat futura tormenta. Quicquid horum in te fuerit, execrari, prosequi, & quanto potes nisi liberam te facere deberes. Ad hoc iquat mea vestigia & crucem amplecti, atque rigore animi sanctorum odio contra te assumpto bellum vitæ omnibus indicere, voluntatem non peccandi statuere, se penitentiæ ac infatigabiliter eandem renouare, nulla infirmitate aut pusillanimitate deiici, mea & Sanctorum exempla contemplari, orationibus & exhortationibus bonorum se commendare, inspirationibus internis ac bonis acquiescere, orationi ac lectioni sacræ incumbere, otia nunquam admittere, & silentium atque solitudinem amare. Hæc & huiusmodi immutant animi prauitatem & depellunt moriendi formidinem. Ad cuiuslibet diei finem cum perueneris dic tibiipsum: iam ad vnam diem breuior facta est vita mea. Manecum surgis, dic: *O pie Deus, iam ad vnam noctem mortis sum vicinior.*

Exercitijs quibusnam sese Dei familiares amici quotidie ad felicem mortem præpararint: & quonam pacto in eiusmodi exercitijs eosdem imitari licebit.

CANON XIII.

Breuem, sed cum primis vtilem & omnibus modis necessarium hic tibi filiarado modum, per quem, modo tibiipsum non defueris, ad felicem mortem te præparare haud difficulter valebis. Nam omnes amici mei & quotquot mihi vnquam ex corde placere studuerunt, hunc modum sunt sequuti, & per eundem hostium suorum insidias & machinationes, mea virtute roborati atque confortati, penitus deuicerunt, omnemque eorum robur eneruauerunt, atque præclaros ex suo certamine reportarunt triumphos nullo non tempore duraturos. Primus itaque modus, quo ad mortem se præpararunt, hic fuit, vt quotidie sese mihi ex integro resignarent, omnemque suam voluntatem meæ diuinæ voluntati quam intime possent, vnirent, atque ab omnibus rebus caducis, ac temporarijs sese cum omnibus viribus totamque animam aduerterent, & ad me Dominum & cœlestem sponsum suum conuerterent: vehementissime atque ardentissime desiderantes ac sitientes meam in omnibus adimplere voluntatem, tam in tempore, quam in æternitate. Deinde, gloriosissimam virginem Mariam, matrem meam misericordiamque reginam quam intimis & deuotissimis pulsabant precibus simulque omnes Sanctos & electissimos meos amicos, quatenus ad suum eos dignarentur admittere contubernium post huius calamitose vitæ terminum, ne ab eorum communionem segregati, hostium paterent insulcibus.

Dddd 2

Deinde

Serio vt vitæ ratio habenda sit.

Mortis quædam secum faciat.

Voluntatis propriae resignatio vt ditionat ad mortem.

Mater Dei vt inuocanda pro morte felici.

Ioan. 14.
Vite Christi
imitatio vt
disponat ad
mortem.

Deinde quia certa fide tenebant, q. nemo venit ad patrem nisi per filium, amabilissimam, suauissimam atque dulcissimam vitam meam exemplar tam profunde per quotidianam ac quasi continuam exercitationem cordibus suis imprimebant, ut sine cessatione & intermissione mei esse memores, nec non & eorum omnium quae ob eorum gratiam ac salutem promerendam perpetuus fui. Ex quorum iugi recordatione mihi filia, satis nequeo tibi explicare, quantam in animabus suis experiebantur gratiam, quantum item erga me amorem, gratitudinem, fiduciam, mihiq. seruiendi strenuitatem ac promptitudinem, erga seipsum vero nihil nisi merum odium displicentiamq. & omnium mundi vanitatum detestationem. Adeoq. sese in hoc exemplari te contuebantur, vt sui & omnium operum suorum quantumuis excellentium, oblici, in me & meritorum meorum abyssum & vastissimum pelagus demissi & immergi, supra seipsum raperentur, & omnimodam suorum delictorum remissionem inde haurirent, multisq. alijs, qui se eorum orationibus commendabant, gratiam magnam ex dulcissimis meis vulneribus obtinerent, & ad simile studium prouocarent. Laborauerunt etiam non segniter pro vera contritione, non adducti seruili timore poenarum infernalium, sed filiali, quae ex Dei amore & salubri odio sui oriri solet, quod scilicet tam pietissimum Dominum, tam fidelissimum patrem, a quo sine intermissione bona tantaq. beneficia perceperunt, innumeris penae malis & iniquis cogitationibus, verbis, operibus ac negligentis offenderunt. Item quod gratiam meam misericorditer illis indulgiam tam multis vicibus neglexerunt, neq. tempus pretiosum debite ad honorem meum, & sui profectum expenderunt, deniq. quod proximis suis opere & verbo viam veritatis & Evangelicae perfectionis non pro virili sua demonstrarunt, & propter haec & huiusmodi magis cruciabantur quam propter omnes poenas quas iuste pro peccatis suis promeruerant. Nec his contenti, sed etiam sanctae Ecclesiae Catholicae fidei in humili subiectione ac obedientia omnibusq. doctoribus, qui a tempore Apostolorum vsque in hanc horam fuerunt se submittebant, eorum iudicio & definitionibus stare parati.

Rom. 12.

Vt contingit quod ita roborarentur, vt nullus aduersariorum contra eos stare potuerit, sed huius sacrae fidei virtute omnes vt fumus euauerint. His ita rite peractis & in interiori fundo exercitatis, semetipsum vt hostiam viuam ad summam meam gloriam pro acceptissima mea voluntate mihi offerebant resignabantq. ad sufferendum patienter ex puro amore omnem languoris acerbissimam, ipsam mortis amaritudinem, omnemq. poenam in tempore & aeternitate quam meae exigentiae iustitia, illis infligere decreueram, ita vt si pro suo voto, mille & eo ultra annis in maximis delictis & voluptatibus viuere potuissent, pro mei tamen amore hanc naturae molestiam, & praesuram, ipsamq. mortem acerbissimam subire maluissent. Horum resignatio tanta fuit efficacis & virtutis, vt omnes tam purgationis quam inferni poenas penitus ipsis ademerit. Postremo cum iam ad illud extremum punctum ventum esset vt animam suam mihi redderent, mirum dictu filia, quae alacritate & animi deuotione semetipsum mihi commendabant & offerebant: rogantes & flagitantes per meam amarissimam passionem, acerbissimam mortem, ac ineffabilem charitatem, quae haec omnia me subire coegit, ne eos in necessitate sua extrema desererem, sed virtute diuinitatis meae protegerem, & hostium insultus propulsarem, simul eos in me absorbendo & debile eorum corpus cum corpore meo exhausto, animam item eorum miserè desolatam ac angustatam cum meam nimis afflictam animam copularem & vnirem, necnon spiritum eorum nimis depressum

Resignatio
quorundam
Sanctorum
qualis fuerit

pressum in mentem iucundissimum spiritum raperem atque transformarem, & ante conspectum summæ & adorandæ Trinitatis perducerem.

Hæc omnium amicorum meorum ad feliciter moriendum exercitia fuere, & etiam nunc sunt, quibus se omnibus diebus vitæ suæ ad mortem præpararunt, neque vllum vnquam diem omiserunt, in quo non vltimæ illius horæ memores essent, quando ex hac luce migraturi fuerint.

Modus alius quo se quisque ad mortem præparare possit.

CANON XIV.

Sunt qui velut præsentem mortem quotannis sibi exercitio quodam præfigunt, id est non aliter, atque si iam forent morituri, ad mortem parant, id est ad quinque dies continuos. Prima die, meditantur poenas atque infirmitates mortem præcedentes, atque horrorem mortis: ad quæ omnia se resignant. Altera die, de peccatis suis cogitant, illa tanta diligentia atque sedulitate confitendo, ac si post confessionem statim forent morituri. Itaque illam diem gemitibus & fletibus transigunt. Tertia die, ad sacram Eucharistiam, quasi viaticum pro exitu huius exilij summentes, quanto possunt feruore accedunt. Quarta die, pro vñctione sancti Spiritus, qua illuminentur atque emolliatur cordis sui duritia, Deum rogant assidue. Et hoc faciunt pro extrema vñctione. Quinta die, Deo feruentissimè supplicant pro morte spirituali, qua mundo & sibi ipsi perfecte moriantur, viuant autem Deo. Singulis autem his diebus possunt applicari Psalmi & orationes congruæ, nec non inuocationes Sanctorum, & tandem gratiarum actio pro omnibus beneficijs à Deo per totam vitam collatis.

Dies præparationis ad mortem qui sunt.

Consilium tempore mortis instantis.

CANON XV.

Filia in infirmitate constituta, præpara animam tuam Deo. De bonis tuis temporalibus in vita tua sic ordina atque constitue, vt post mortem tuam nec lis, nec querimonia nascatur. Vtilissimum est bona in vita agere, & misericordiaz operibus, dum viuus, peccata redimere. Quæcunque alijs pro te facienda committere vis, per te ipsam perficere stude. Nam si mories in æternum iueris supplicium, testamenti tui apparatus, pompa funeralis, atque elemosynæ ac sacrificia post mortem, quid conferent tibi damnatæ? Hæc mihi dum viuus sacrificia, vt non solum à peccatis libereris, sed etiam in gratia mea crescendo, ad damnationem non peruenias, sed à peccatis, me præseruante, in bonis operibus ad finem vsque peruenies. Morte accedente, fac vt à curis & occupationibus alijs tunc prorsus libera, mihi studeas immaculata, desiderabunda & fiducia plena occurrere, nihil de tuis operibus, sed de mea misericordia infallibili salutem tibi promittens: atque in hac fide & te ipsam, & vniuersa quæ in mundo sunt, prouidentia ac beneplacito meo committens, Sacramenta humiliter atque deuotè suscipias. Indulgencias quoque, quæ ex meis meritis habent virtutem, & Ecclesiæ pro thesauro à me datæ sunt, tamen si multi illis sapè, sicut & sanctissimis quibusque alijs, abusi sint, si habere potes, tibi facias applicari. Hoc enim & valde sancti vtriusque sexus homines, ijs miraculis celebres fecerunt.

Morte vrgente quid agendum.

Exercitium quo mane, aut quancumque volueris, Deo effundas cor tuum pro bona morte.

Dddd 3

CANON

Omnipotens æterne Deus, creator & amator meus, laudo, adoro, & benedicite, quod in peccatis & ægritudinibus meis ad eò misericorditer ac longanimiter me tolerasti vsq; ad hanc horam, ad quã tuis beneficijs me perduxisti, vitam & vitæ necessaria, angelicamq; custodiam mihi conferens indigno & contumelioso. Ah piè Deus, quis scit, si ad vesperam mihi viuendi terminus prorogabitur, aut quã mortem ego sortiar? Misericordissime Domine Deus & pater, da mihi contritionem, qua ex toto corde meo peccata mea, & quod te offenderim, deflem. Et non sinas animam meam de corpore egredi, nisi per misericordiam tuam sit tibi reconciliata, per tuam gratiam adoptata, tuis meritis atque virtutibus ornata, charitate perfectissima inflammata, & secundum omne beneplacitum tuum tibi accepta. Clementissime Domine Iesu Christe, si tibi quod desidero placeat, da mihi, licet indignissimus sim exaudiri, da mihi (quæso) in hac vita à peccatis meis omnibus per miserationes tuas infinitas, & per tuæ passionis merita purgari, vt moriens ex vehementi & vera contritione compunctus, & ardentissima charitate tibi vnitus, emigrem ad te dulcissimum redemptorem meum, ab omni damnatione ac purgatione alia immediatè liber atque securus. Nihilominus offero atque resigno me tibi, amantissime Iesu secundum omne beneplacitum tuum ed agendum & patiendum pro gloria tua: hoc vnum orans, vt memor sis fragilitatis, vilitatis, instabilitatis atque miseræ meæ, simulq; bonitatis & charitatis tuæ, vt nunquam derelinquas me, neque recedas à me, sed totum semperq; tu regas & possideas me secundum beneplacitum tuum, Amen.

Exercitium, quo infirmus seipsum suspirijs atque gemitibus (quia aliud vix potest) Deo resignet atque commendet, & vt eidem coniungi mereatur, feruenter desideret.

Precatio ad Patrem caelestem & oblatio Christi meritorumq; eius.

CANON XVII.

Omnipotens clementissime Pater, omnes pœnas & dolores, opprobria, verbera & conuitia, omnes aduersitates, incommoda & labores vnigeniti filij tui Iesu Christi agni immaculati, quæ in corpore suo sustinuit propter me, omnes etiam actus & singula membra eius propter me afflicta, sanguinem eius propter me fusum & pedibus conculcatum, animam quoque eius nobilissimam & piissimam propter me à dilecto corpore separatam, virtutes etiam & merita eius infinita: item vires animæ & corporis eius, & omnia in eo vitalia propter me in mortem tradita, & nihilo minus inseparabiliter diuinitati vnita, imò Christum totam benedictum filium tuum, Deum & hominem, omnipotentem & infirmum, despectum & gloriosum, miracula facientem & in cruce pendentem, tibi offero in expiationem & satisfactionem omnium peccatorum meorum atque totius mundi, & in mortificationem atque extinctionem malorum omnium passionum, affectionum ac vitiorum meorum, in suppletionem omnium negligentiarum mearum & in laudem & gratiarum actionem omnium beneficiorum tuorum. Deus propitius esto mihi miserissimo peccatori propter illum. Miserere mei ob amo-

ob amorem Iesu Christi dilecti filij tui. Qui cum eodem filio tuo & Spiritu sancto
vinis & regnas Deus, per infinita seculorum secula, Amen.

Precatio ad Filium.

CANON XVIII.

O Amator fidelissime, misericordissime Domine Iesu Christe, da mihi vt ex
orde & animo sentiam quod dico: *Quem admodum desideras ceruus ad fontes* Psal. 41.
aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Elegi abiectus esse in domo Dei mei,
magis quam habitare in tabernaculo peccatorum. Beati qui habitant in domo tua Domine,
in secula seculorum laudabunt te. Sicut anima mea ad te Deus, quando veniam & appa-
rebo ante faciem tuam? Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo,
quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. Illustra faciem tuam super
seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua Domine, non confundar in eternum, quon-
iam inuocauit te. Deus ne elongeris a me, Deus meus in auxilium meum respice. Tibi dere-
lictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Tu es refugium a tribulatione qua circumdedit me,
exultatio mea, erue me a circumdantibus me. Intende in adiutorium meum Domine Deus
salutis mea. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, adiutor meus & protector
meus Ne igitur derelinquas me, neque desicias me Deus salutaris meus. Ecce venio ad te,
quem desipxi & offendi Deus meus, quia misericordia tua plena est terra. Ad mi-
sericordissimum igitur te Patrem confugio. Suscipe me secundum eloquium tuum
(quo dicis: Nolo mortem peccatoris) & viuam, & non confundas me ab expectatione
mea. Pro vita temporali non rogo Deus meus, sed te qui es vita eterna in animam
meam inuoco. Heu dulcis amator, heu Domine Deus meus quod vnquam offendi
te, quod tuas inspirationes & monita neglexi, quod vnquam aliud preter te aut
extra te amavi: pro hoc doleo Domine Deus, atque vtinam des mihi, vt ex toto
corde meo doleam & lugeam per omnia momenta vite mee. Vtinam omnis san-
guinis mei guttas cum lachymis pre dolore & amore in suauissimum cor tuum
tibi fundere & offerre possem.

Dulcis Iesu neque vitam, neque mortem, sed tuum beneplacitum desidero
& expecto: fiat mihi secundum voluntatem tuam. Si vis vt moriar dulcis Iesu, sus-
cipe spiritum meum: & licet ad vesperam venerim omnium nouissimus, da mihi
vt tecum, & in te requiem accipiam sempiternam, si vero vis vt diutius viuam dul-
cis Iesu, hoc propono & pro hoc gratia tua suffragium rogo, reliquum vite mee
corrigere, atque in holocaustum tibi totum offerre in gloriam tuam, & secundum
beneplacitum tuum. O desiderabilissime Iesu, quia vitam meam in peccatis con-
sumpsi ad contumeliam nominis tui gloriosi, nec tibi hactenus seruire coepi: da
mihi vt vel nunc perfecte incipiam, & omnes anima & corporis mei, omneq; resi-
duum tempus mihi abs te concedendum, in gloriam & secundum optimam ac per-
fectissimam voluntatem tuam expendam.

Misericordissime Iesu adesto mihi propitius in his pœnis ac miserijs, quibus
teneor: & si quæ grauiorcs super me venerint, quia & grauiora & grauisima com-
merui peccatis meis, fac vt patientissime tolerem Dulcis Iesu, si nihil vnquam de-
hiquissem, aut nihil mali apud te commeruisssem, nihilominus ad gloriam tuam
& in tui amorem ac beneplacitum, in has & in quaslibet alias pœnas me tibi pro
tua voluntate offero atque resigno, non in mea virtute confidens, sed in miseri-

cordiarum tuarum multitudine quibus innitor, & quas inuoco, vt fragilitatem carnis meae, pusillanimitatem, ac instabilitatem spiritus mei tua virtute erigas, longanimitate confortes, ac patientia robores, vt nulla aduersitate aut tentatione victus succumbam, nulla pusillanimitate deficiam: sed amoris tui aestuantissimo absorptus incendio ad te solum suspirem, ad te sitienti corde anhelem, te solum cogitem, te solum desiderem, & mandum cum vniuersis quae in eo sunt relinquam, fastidiam & contemniam: tibi verò pro omnibus & laetis & tristibus ex toto corde gratias agam.

Amabilissime Iesu, te eligo, te opto, te desidero, tibi occurro, atque omni quod tu non es, abrenuntio: quicquid vis, volo: quicquid non vis, nolo: quicquid execraris, auerfor. Et si aliud huic voluntati contrarium mihi vnquam inciderit, rogo te Deus meus, non imputes mihi, neque secundum illam, sed secundum hanc animi mei electionem iudices me: Quia & omnibus quae nolle debeo, contradico: & si etiam (quod misericordia tua auertat) post hac victus consentirem, nunc tamen execror.

Amabilissime Iesu, si tibi placet & ad gloriam tuam fuerit, da mihi in hac vita à peccatis & poenis omnibus (in quae post mortem alioqui venire deberem, aut quibus obnoxius essem) praeseruari vt animam meam per manus misericordiae tuae immediatè de hac vita ad gaudia recipias sempiterna. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Protestatio seu testamentum quoddam, Christiano cui libet iam iam morituro, vel dictu vel cogitatu non inutile.

CANON XIX.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ego N. infelix peccator, redemptus preciosissimo sanguine Domini nostri Iesu Christi idque per magnam ipsius erga me dilectionem, non meum meritum, fateor & agnosco publicè vel chirographo hoc, vel verbis meis, coram omnipotente Deo, coram omnium qui in caelo sunt exercitu, coramque vobis quotquot hic vt testes (si res exegerit) circumstatis, quod ego sum ac mori volo verè obediens sanctae Ecclesiae Catholicae filius, quem admodum sincerè Christianum decet: credoque & fateor generatim omnes & singulas partes seu articulos fidei Christianae, quibus credendis vnusquisque Christianus obnoxius est, praecipuè vniuersas particulas in duodecim articulis fidei Christianae, vel aperte expressas, vel rationabiliter inclusas, secundum quod à Spiritu sancto per duodecim Apostolos veritate Evangelica nobis traditi sunt. Adhuc credo & adhuc reo illorum interpretationibus sine declarationibus, non quorumuis aut quibusuis, sed ijs quae per sanctos patres & dicit à sanctissimis concilijs receptae, admittit, approbat, confirmatque sunt. Et vt breuiter dicam, credo quicquid verè Christianus credere debet. In hac tam inamobili tamque firma fide gaudeo ego ex toto corde mori, tenes ac offerens hanc scripturam in manibus meis, tanquam munificentissimam & inuictissimam aduersus omnes insultus, insidias ac fraudes diaboli scutum. Et si (quod Deus auertat, fieret vt ego impugnatione Diaboli aut violentia egritudinis quicquam aduersus praedicta cogitare, loquerer, facerem, aut in aliquid perfidiae, diffidenciae seu desperationis caderem, hoc qualecunque futurum esset, reuoco hic nunc in vestra omni praesentia, tamque irritum facio quam facerem si compos mentis essem. Propter hoc appello vos omnes quicumque hic praesentes estis, etque sancte angele, cuiuscumque stodiæ ego traditus sum, vt huius protestationis coram omnipotente iudice testimo-

testimonium feratis. Quod vero in me est, ignosco & remitto omnes iniurias mihi quomodocunq; irrogatas id ipsum petens mihi fieri ab his, quos vel verbo, vel factis vnquam offendi, petoq; & ex toto corde desidero participes fieri omnium bonorum operum, quæ à sanctis hominibus per totam Ecclesiam vel facta sunt habitus, vel adhuc fiunt: præcipuè autem amarissimæ passionis & innocentissimæ mortis Domini nostri Iesu Christi. Et mea naturalis ac voluntaria mors, stet pro omnibus peccatis meis. Atque vrinam neque contra Deum, neque contra leges eius neque contra superiores, neque contra proximum aut meipsum peccassem vnquã. Postremo gratias ago omnipotenti Deo pro omnibus beneficiis ipsius mihi exhibitis, commendoque corpus & animam in manus eius, & in amaritudinem passionis Domini nostri Iesu Christi, cui laus & honor & dignitas in perpetuum Amen.

Exercitium triplex pium, authenticum atque diuinitus reuelatum, quo eger, vbi à sensibus vsuque loquæ deficere incipit, à circumstantibus muniendus, Deoque commendandus erit.

CANON X.

EXERCITIUM I.

KYrieleyson, Christieleyson, Kyrieleyson. *Pater noster. Aue Maria. Et ne nos &c.*
Versus. Saluator mundi salua nos, qui per crucem tuam & sanguinem tuum redemisti nos: Auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster.

Precatio.

Domine Iesu Christe per agoniam tuam sanctissimam & orationem, qua orasti pro nobis in monte Oliueti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, obsecro te, vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quem per timoris angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre & obtendere digneris Deo Patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui N. & libera eum in hac hora mortis suæ ab omnibus pœnis & angustijs suis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto, viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

EXERCITIUM II.

KYrieleyson, Christieleyson, Kyrieleyson. *Pater noster. Aue Maria. Et ne nos &c.*
Versus. Sanctifica nos Domine signaculo sanctæ crucis, vt fiat nobis obstaculum contra sæua iacula omnium inimicorum nostrorum: Defende nos Domine per lignum sanctum, & per totum pretium iusti sanguinis tui quo nos redemisti.

Precatio.

Eccc

Damine

Domine Iesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te vt omnes amaritudines omnium passionum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo offerre & obtendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima huius famuli tui N. & libera eam in hac hora exitus sui ab omnibus pœnis & passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui eodem cum Patre & Spiritu sancto, viuis &c.

EXERCITIUM III.

Kyriceleyson, Christiceleyson, Kyriceleyson. *Pater noster. Ave Maria. Et ne nos &c.*
Versus. Protege † Salua † Benedic † Saluifica, & † sanctifica Domine hunc famulum tuum N. per signum sanctæ crucis: Morbos omnes auerte ab eo corporis & animæ. Hoc contra signum nullum fiet periculum.

Precatio.

O Domine Iesu Christe, qui per os Prophetæ tui dixisti: *In charitate perpetua li-*
exite, ideo attraxite mihi miserans tui, obsecro te, vt eandem charitatem tuâ, quæ te de cœlis in terram, ad tolerancias omnium passionum tuarum traxit, offerre & obtendere digneris Deo Patri omnipotenti, contra omnes pœnas & passiones huius famuli tui N. quas pro peccatis suis se timet meruisse. Salua animam eius in hac hora exitus sui. Aperi ei ianuam vitæ & fac eam gaudere cum Sanctis tuis in gloria. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto, viuis & regnas Deus per infinita seculorum secula, Amen.

Precatio concludens hoc exercitium.

Domine Iesu Christe, qui redemisti nos pretioso sanguine tuo scribe in animam famuli tui N. tua pretiosa vulnera sanguine tuo, vt discat in eis legere tuum dolorem, contra omnes dolores & pœnas quas pro peccatis suis letimet meruisse: amorem tuum, vt vnias eum tibi amore inuincibili, quo à te, & omnibus electis tuis nunquam possit in perpetuum separari. Fac eam Domine Iesu Christe participem sacratissimæ incarnationis, passionis, gloriosissimæ resurrectionis, & ascensionis tuæ mirabilissimæ. Fac eam Domine participem sacratissimorum mysteriorum & sacramentorum tuorum. Fac eam Domine participem omnium orationum & beneficiorum quæ sunt in Ecclesia tua sancta. Et fac eam participem omnium benedictionum, gratiarum, meritorum, & gaudiorum omnium electorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi: & concede ei, vt cum his omnibus in conspectu tuo gaudeat in æternum. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto, viuis & regnas Deus sublimis in æternum benedictus, Amen.

Quenam potissimum in agone constitutorum auribus sint inclamanda.

CANON XXI.

Praterea quam plurimum morientibus prodest hæc sequentis verba in eorum auribus recitari, sicut quibusdam diuinitus reuelatum fuit.

Domini.

Domine Deus, ego sum miser homo ille, quem tu pro paternata bonitate & potentia creasti propter teipsum & ad teipsum.

Domine Iesu Christe ego sum ille miser, quem tu per ignominiosissimam & innocentissimam mortem tuam redemisti ab omni potestate inimici. Tu ergo solum in perium habes & potestatem super me.

Domine Deus, ego sum homo miser, quem tu saluare potes secundum abyssum misericordie tue.

Precationes deuotæ ac piæ, quibus commendandus diuinæ misericordie erit in extremis vitæ constitutus à circum adstantibus, posteaquam Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis munitus fuerit.

CANON XXII.

KYrieleyson, Christieleyson, Kyrieleyson. *Pater noster. Ave Maria. Beatus &c.*

Versus. Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. Esto ei Domine turris fortitudinis, à facie inimici. Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Precatio I. ad Patrem cælestem.

Misericordiam tuam Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, pietatis affectu pro alijs orare cogimur, qui pro nostris peccatis orare nequaquam sufficimus, tamen de tua gratuita pietate confisi, clementiam tuam deposcimus, vt animam huius famuli tui ad te reuertentem, cum pietate suscipias. Adsit ei angelus Michael, & per manus sanctorum angelorum inter sanctos & electos tuos in sinu Abraham, Isaac & Iacob patriarcharum tuorum, eam collocare digneris: quatenus à principibus tenebrarum, & de locis pœnarum liberata, nullius ignorantie aut propriæ iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus, sed potius agnoscatur à tuis, & sancte beatitudinis requie perfruatur: atque cū magni iudicij aduenerit dies inter sanctos tuos resuscitatus, gloria beatissimæ visionis perpetuo satietur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, filium tuum, qui tecum &c.

Precatio II. ad Patrem cælestem.

O Pater omnipotens & æterne, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, tuam deprecamur bonitatem superpijsissimam & immensam: per ineffabilem illam charitatem, qua dilexisti genus humanum, quando vnitum atque charissimum filium tuum misisti in hunc mundum pro nostra redemptione, & ipsum ex sacratissima ac mundissima virgine Maria voluisti incarnari, & inter homines conuersari ac tandem acerbissimam, & ignominiosissimam mortem subire: ostende ò Domine in hac hora pietatis tuæ abyssum, & charitatis tuæ dulcedinem in hac tua rationali creatura, nunc mortaliter infirmante, & ad te Patrem spirituum redeunte: ostende ei ò clementissime ac supergloriosissime Deus Pater lucem miserationum tuarum. O Deus sancte, fortis, & immortalis, conforta mentem eius in te, intellectum eius illumina, voluntatem eius accende, & conserua

Eeee 2 in te

in te omnium vltimato ac beatifico fine, summo & incommutabili, infinito & incomparabili bono: protege eum o præstantissime Pater ab omni aduersaria potestate, ab omni occurfu contrario, à tentationibus vniuersis, non secundum peccata sua facias ei, sed secundum tuæ benignissimæ bonitatis immensitatem, secundum tuam charitatem affluentissimam & paternam, secundum multitudinem miserationum tuarum ei nunc superdulcissime Deus Pater miserere, & indulgere, parcere & adesse digneris, & suscipe spiritum eius in brachijs tuæ dilectionis, per vniuersum tuum Dominum nostrum Iesum Christum, per vniuersa mysteria & beneficia eius, per omnia quæ ipse pro nostra salute assumpsit, fecit ac passus est. Qui tecum viuere regnat, in vnitæte Spiritus sancti Deus per omnia, secula seculorum, Amen.

Precatio III. ad Deum patrem.

Domine rex omnipotens, in cuius dispositione atque imperio sunt posita vniuersa, cuius voluntati nullus potest resistere, qui iuxta tuam omnipotentem, sanctam, super sapientissimam atque liberrimam voluntatem facis tam in virtutibus cæli, quam in habitatoribus terræ; cui nullus dicere potest, quare sic facis? qui quibusvis misereris, & quos vis induras: aperi oculos tuæ misericordissimæ pietatis super hanc tuam miserabilem creaturam, viribus destitutam, in extrema necessitate ac summo periculo constitutam, hostibus suæ salutis, ac aduersarijs tui honoris horribiliter ac malitiosè vndique circumuallatam. O Pater altissime, ne memineris iniquitatum quas ex humana fragilitate ac ignorantia, aut alia quouis causa seu occasione incidit aut commisit. Attende o benignissime ac suauissime Pater, quam prona sit humana natura ad lapsum, quanta sit eius infectio, quâ precipitius sit ex seipsâ humana cõditio ad peccandû. Quid o superexcellētissime Pater, & viscera misericordiæ tuæ super illud cõcineas, & permittas illud perire? Memēto o Domine, q̄ propter miseros peccatores, misericors appelleris. Idcirco o fons totius pietatis & gratiæ, ob tuâ infinitam potentiã confortata in te hanc deficientem ac debilem creaturam, propter immensam sapientiam tuam animam eius illustra, propter tuam abyssalem & interminabilem pietatem vniuersis culpis eius ignosce, propter omnem beatitudinem tuam prorfus illimitatam libera eam ab infernali miseria, & ab omni calamitate, eam circumdante ac opprimente. Da ei sanctissime Pater cū tanta contritione à corpore emigrare, vt benignissime suscipiatur à te per vniuersum tuum Dominum nostrum Iesum Christum per preces & merita clementissimæ Virginis, tibi o Pater æternæ comparentalis, per intercessionem ac meritum totius triumphantis Ecclesiæ, & omnium viatorum tibi placentium, qui cum vniuerso tuo, & adorando paracleto, spiritu, vnus es verus, solus ac summus Deus Amen.

Precatio IV. ad Deum patrem.

O Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, cui proprium est misereri ac parcere, à quo alienum & peregrinum est irasci, punire ac vindicare. Obscramus te o superpijsimè & superdulcissime Pater, per communicationem illam adintra, qua totam deitatis tuæ plenitudinem communicas vniuerso filio tuo per generationem æternam, atque

atque Spiritui sancto, per diffusionem æternam & immanentem: effunde super hanc creaturam tuam pauperem: & infirmam omni solatio destitutam, liberalissima dona gratiæ tuæ, præueni & conuerte eam pijsime, applica eam tibi o gratiosissime Domine, fac eam, gloriosissime serenissime Deus Pater, esse vas misericordiæ tuæ immensæ. Nihil proficiant in ea aduersarij humanæ salutis, protege eam sub vmbra tuæ omnipotentis virtutis. In tanta tentationum & afflictionum caligine animam eius irradiata gratiarum tuarum suavissima luce, & consolationum tuarum interna tranquillitate. Periculum eius in manibus tuis est, & nunc in vnus horæ momento, aut æternæ damnationis sententiam merebitur obtinere, aut in tua charitate & gratia decedendo iudicium salutætionis perpetuæ consequetur. Ecce o Pater adorande & benedicte, qui à nobis pauperibus atque fragilibus creaturis ad omne malum pronissimis, Pater appellari dignaris, ecce quam infinitum periculum misericordissime, ergo succurre o clementissime ac fidelissime Pater, nec in hac periculosissima hora auferas misericordiam tuam saluificam à creatura hac agonizante, sed eam benignissime inuere, corrobora, salua, posside per per vnigenitum tuum in charitate, & pietate Spiritus sancti, interuenientibus omnibus sanctis tuis pro ea, ad laudem & gloriam nominis tui, Amen.

Precatio I. ad filiũ Dei.

Obscramus te Domine Iesu Christe per charitatis tuæ ardorem, quo te ipsum pro nostra redẽptione tradidisti in mortẽ, mortẽ autẽ crucis acerbissimam atque turpissimam, & per tui præciosissimi pro nobis liberalissime fusi sanguinis pretium, per suæ quoque amarissimæ passionis indeficientissimum copiosissimum meritum atque per tuam dilectissimam matrem, & suæ maternæ compassionis acerbiteratẽ, assistentiamq; fidelissimam, qua assistit tibi vsque ad tuam in cruce expirationem, mirifica pietatis tuæ abyssum in hoc tuo famulo aut famula, à luce vitæ præsentis, ad te omnium iudicem metuendissimum pergente. Præpara animam eius o Domine ad occurrendum tibi salubriter: nequaquam sine vera contritione ac filiali ad te conuersione permittas eam separari à corpore: visita & illustra mentem eius visitatione tua secreta, pijsima & paterna, qua in ictu oculi, in instanti conuertis atque iustificas impium, & de immundo efficis mundum. Mitte ei Domine & saluator auxilium gratiæ tuæ à throno gloriæ tuæ, & ea pietate qua Latroni sero pœnitenti, indulgentissime promisisti. *Hodie mecum eris in paradiso*, etiam in isto ostende viscera tuæ charitatis ac pietatis, & præcipe eum ad tuam misericordiam peruenire, saluator mundi, rex gloriæ, princeps virtutum, iudex altissime. Qui cum Patre tuo æterno & suavissimo Spiritu sancto viuus & regnas Deus per omnia secula æternaliter benedictus, Amen.

Precatio II. ad filium.

Propter charitatem illam superardentissimam & immensam, qua tu o vnigenite fili Dei, Patrem tuum æternum æternaliter diligis, atque ab eo infinið amore diligeris, animam huius morientis tua charitate informa. Propter omnem suauitatem, amabilitatem ac munificentiam Spiritus sancti charismata gratiæ tuæ in eo confirma. O sancte, iuste, & innocens agne Dei, qui propter nos ab hominibus dijudicari dignatus es, & quæ non rapuisti exoluere voluisti, esto huic in exitu

Ecce 3 suo

suo potius propitius aduocatus, quam iudex seuerus. In tuis sanctis ac profundis vulneribus absconde eum dulcissime Domine Iesu Christe, à cunctis hostium tentationibus atque insidijs. Tu Domine qui es via, veritas & vita, sine cuius ductu & gratia nemo venit ad Patrem, per viam salutis duc eum in splendore summæ veritatis ad vitam gloriæ æternalis, ea pietate immensa, qua respexisti Petrum, dum te ter negauit, & fecisti eum ex vera contritione fieri amare, respice cor istius, & omnem obicem culpæ tolle ab eo, quatenus in sancta contritione discedens à carne mortali, mereatur à te stola immortalitatis vestiri, & te regem gloriæ in tuo decore beatificare contemplari. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuus & regnas Deus per secula vniuersa in coelesti illa splendidissima ac amoenissima patria, Amen.

Precatio III. ad filium.

Domine Iesu Christe vnigenite Patris summi, ob tuam te obsecramus dignissimam incarnationem, sanctissimam in hoc mundo conuersationem, atque plenissimam charitatem, quam omnibus nobis in cœna nouissima demonstraisti, corpus tuum purissimum ac pretiosissimum sanguinem tribuendo discipulis in escam & potum, & per vehementem illam anxietatem, qua contremuisti, quando post trinam tuam orationem factus est sudor ex tenerimo corpore tuo erumpens sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, atque per omnem mansuetudinem, humilitatem & patientiam, quas tempore passionis habuisti, dum à sceleratissimis transgressoribus captus, ligatus, consputus, irrisus, blasphematus, & alapis cæsus fuisti: per omnem quoque dolorem quem sustinuisti quando tam inhumaniter es flagellatus, spinis coronatus, proprijs humeris crucem baiulans ductus, diris clavis perfossus, & in crucis patibulo violentissime es distentus, & ipsam mortem perpeffus, per omnem etiam compassionem qua tibi nunc condoluerunt discipuli & amici tui astantes, specialiter sanctus Ioannes, & deuotæ feminæ te secutæ specialissimè tua dilectissima genitrix virgo Maria, esto in hora hac piissimus miserator huius animæ à suæ carnis ergastulo recedentis, ad cuius deuorationem concurrerunt & astant tot lupi, dracones & beluæ infernales, à quorum rabie, importunitate atque ferocia eam eruere modo digneris: circunda & imple eam lumine tuæ clementiæ, virtute constantiæ, charitatis ardore & in omni pietate ac gratia ei necessaria ad salutem. O Domine & saluator, rex iudex, ac legifer noster, pro tuis crucifixoribus exorasti, indulge piissime huic mox migraturo, & nos pauperes seruos exaudi nunc deprecantes misericordissimè Domine pro illo, ut angelica ope protectus, tuo metuendo tribunali præsentetur saluandus, ac clementer tractandus. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuus es Deus æternaliter viuens & omnium dominans.

Precatio I. ad Spiritum sanctum.

Adorande paraclete Spiritus sancte, qui ex Patre & filio æternaliter manas, cui bonitas, communitas, pietas, pax, dulcedo, charitas atque connexio appropriatur, obsecramus tuâ liberalitatè piissimâ & immensam, per tuâ æternâ ex Patre & filio processione, infunde nunc radium tuæ propitiationis in animam istam vndique angustiatam, omnem malignorum spirituum falsitatem, & obscurationem

rationem expelle ab ea, diffunde in eam diuitias gratiæ tuæ, samq; consorta & erige contra vniuersam aciem vitiorum ac dæmonum: fac eam plenè contritam, ad suū creatorem feruidè aspirare, & ad fontem totius puritatis ac sanctitatis purificatam venire. Ea largitate & dignatione, qua in die Pētecostes in igneis linguis super Christi discipulos descendisti, & mentes eorum copiosissimè adimplesti, splendidissime illustrasti, & calidissime inflammasti, etiam nunc mentem animæ huius hinc abeuntis, benignissime imple, illumina & accende, & ad te totius salutis ac gratiæ fontalem, originem digneris saluam perducere. Qui cum Patre & filio æternaliter viuus & regnas, Deus verus omnipotens, Amca.

Precatio II. ad Spiritum sanctum.

Obscramus bonitatem tuam munificentissimam atque dulcissimam ô Spiritus sancte, qui es laborantium subleuator, periclitantium liberator, errantiumq; reductor, vt propter mutuum illum, ardentissimum & immensum amorem, quo tu verus Deus, Patrem æternum, & vnigenitum eius filium æternaliter amas, & ab eis amaris: oRende nunc charitatem tuam in anima agonizantis istius. In hoc laboriosissimo eius conflictu gratiosissime subleua eam, in tanto cōstituto periculo misericordissime adiuua: si in aliquo deuiat ne differas eam reducere, septiformem gratiam tuam effunde in eam: Esto ei ductor & finis, beatificator & custos propter superliberalissimam illam donationem, quæ tibi à Patre & filio data est, deitatis plenitudo per æternam spirationem, inenarrabilem magnitudinē tuæ liberalissimæ benignitatis, declara in anima ista hoc seculum relinquente, quatenus educta de carcere huius exilij, inueniat hodie receptaculum gratiosum, consolatorumq; hospitium. O superdignissime consolator Spiritus sancte, qui cum Patre & filio vniuersorum es conditor, iudex ac dominus, Amen.

Precatio III. ad Spiritum sanctum.

Oclementissimæ atque dulcissime Spiritus sancte quo Pater & filius se inuicem æternaliter diligunt, qui es amor amborum, pax serenissima, tranquillitas infinita, communitio plena, sempiterna atq; communis lætitia: cuius dono & cooperatione celebrata sunt vniuersa mytheria nostræ redemptionis, de quo illibatissima ac diuinissima virgo Maria Verbum Patris æterni, verum Deum concepit: tu qui ab exordio mundi gratiarum tuarum charismata hominibus multipliciter infudisti, & multorum indurata corda gratiosè præuenisti, emollisti & conuertisti, conuerte nunc animam hinc pergentem ad te conuersione completa: quicquid duritiæ, quicquid obstaculi gratiæ tuæ, quicquid impediens salutis in ea extiterit, dignanter & superpijsime tolle ab ea, & gratiam consumatam ei largire: per quam consequi mereatur æternam felicitatem & inter vasa tuæ misericordiæ cōputetur: ad laudem & gloriam pietatis tuæ penitus infinitæ. Amen.

Precatio ad superbeatissimam Trinitatem.

O Trinitas adoranda, vnitas summa, & deitas simplicissima ob tuam inseparabilem vnionem, coniunge tibi per charitatem perpetuā gratiamq; finale spiritū huius nūc morietis, vt per gloriæ vnionem, plenariā, vnus tecū sit spiritus, per feruētissimæ dilectionis intimissimā transformationē. O Trinitas cōsubstantialis, coequalis & coæterna, ob tuā substantialē identitatē essentialēq; vnita-

tem, animam istam Christo incorpora & mystico eius corpori infere eam, vt tanquam oliua fructifera plantetur in paradiso coelesti, & choris inseratur angelicis. O supergloriosissima Trinitas propter communicationem & emanationem tuam ad intra, effunde super istam agonizantem dona gratiae tuae, & abundantiam pietatis ac largitatis tuae in hac hora in ipso demonstra, ne abducatur aut separetur à te. O Pater aeternae, o vnigenite Dei superpulcherrime, o suavissime paraclete spiritus sancte Deus vnus & trinus, ob tuam mutuam intuitionem, plenè comprehensam, & infinitè iucundam, fac animam istam te nunc per fidem synceriter intueri, ob tuam mutuam dilectionem superardentissimam, ac intensiue immensam, accende eam tui sancto amore, ob tuam mutuam fruitionem beatissimam & aeternam, perduc eam ad tui beatificam fruitionem, propter omnem charitatem, misericordiam & gratiam tuam super genus humanum, educ eam de corpore omni virtute ornata, per vniuersa mysteria, merita ac beneficia Iesu Christi, per preces & merita Virginis gloriosae, omniamque sanctorum & electorum tuorum, Amen.

Precatio ad Virginem gloriosam & omnes sanctos.

Beatissima virgo Maria, totius humani generis fidelissima aduocata. O regina misericordiae, cui regnum misericordiae à Deo omnipotente commissum est. O affectuosissima hominum, miseratrix, & ardentissima eorum amatrix, ob incarnationem, natiuitatem, & educationem vnigeniti filij Dei ex te, ob omnem tui & eius mutuam in hac vita conuersationem, mutuamque dilectionem, propter omnem charitatem, perfectionem, virtutem & excellentiam, gratiam & gloriam tibi à superbeatissima Trinitate exhibitam. Ob illius terroris commotionem, quo cor tuum contremuit, quando filium tuum dulcissimum ab impijs captum, ligatum, ad supplicia tractum, ab omnibusque derelictum audisti: Ob plangens & lachrymas, quibus afficiebaris, quando filium & Deum tuum vidisti praesidi praesentari, ab iniquis innocentem accusari, obprobrijsque innumeris affici: Ob cruciatus & angustias, quas sustinuit cor tuum, quando filius & Deus tuus, clamantibus ludæis, *Crucifige, crucifige*, morti adiudicatus & crucis supplicio condemnatus est. Ob illius doloris gladium, qui tuam moestissimam animam tum pertransiuit, quando cernebas filium delicatissimum in Cruce nudum leuatum, clauis manus eius & pedes perforatos, cruore proprio perfusum, plagisque ac vulneribus vndique laceratum: Ob denique tormentum & grauamè quod cor tuum sustinuit, quando filium tuum praedolore nimio clamantem voce magna, te matrem dilectam Ioanni commendantem, deficientem attendebas. Subueni o gloriosa domina famulo tuo nunc quia lingua eius ad te iuuocandam se mouere non potest, oculi eius lumine priuantur, aures eius surdescunt & obturantur, omnesque vires & sensus deficiunt. O pijsima mater exaudi preces nostras, quas ad aures tuae pietatis fundimus: & subueni huic famulo tuo in hoc obitu suo, ac suavissimo filio tuo eius spiritum commenda, quatenus tuCipio interuentu à terroribus & tormentis libera, ad desideratam coelestis patriae requirem te comitante iubilosè peruenire mereatur. Amen.

Precatio ad sanctum Michael Archangelum.

O Sancte Michael Archangele, huic animae succurre apud altissimum iudicem.
O inuictissime pugil, assiste huic famulo in extremis laboranti, & eum potentè

potēter à dracone infernali defende, & à visione fraudeq; malorum spiritum protege. Insuper exoramus te præclarum signiferum, vt in hac extrema hora vitæ ipsius animam eius benigne suscipias, ac suauius in sinum tuum recipias, illamq; in locum refrigerij, lucis & pacis perducas, cum Domino Iesu æternaliter, regnaturam, Amen.

Precatio ad ipsius infirmi proprium Angelum.

O Sancte angele Dei, ab eodem huic famulo in custodem, in protectorem & gubernatorem assignate, quas gratias possumus tibi dignas, vel ipse per se, vel nos pro illo tuis beneficijs agere? qui à tam multis periculis illum præseruasti, tanto tempore protexisti, tantoque tempore ei salutaria procurasti? Profecto nullas possumus dignas. Oramus tamen humiliter de omnibus huius infirmi negligentijs, irreuerentijs, atque inobedientijs veniam illi, supplicantes, vt qui tanto tempore indefessus eius salutem procurasti, in hac vltima necessitate illum non deseras, sed ab omni formidine, ab omni pusillanimitate, ab omnibus hostium insidijs, ab omni tentatione, ab denique omni malo illum protegas, ac liberes. Asta ei nunc fidelissimus amicus & custos, quia præter te non habet alium, qui sui curam gerat, qui eum defendat, qui ve eius zeletur salutem. Non illum deseras, donec reconciliatum Deo offeras in misericordia, & non in iudicio. Eia ipsius custos omnium fidelissime, lucretur nunc per te Christus hanc animam, à qua non cesses donec cõpuncta, contrita, atque à Deo in sui gratiam recepta confirmetur, Qui sit benedictus in secula, Amen.

Commendatio infirmi ad omnes Sanctos.

Comendamus te frater charissime omnipotenti Deo, cuius creatura es, vt cum humanitatis debitum morte interueniente persolueris, ad creatorem tuum, qui te de limo formauit, reuertaris: & de corpore egrediente anima tua splendidus angelorum chorus occurrat, Patriarcharum cuneus, & prophetarum numerus suauissimo modulamine tibi occurrat. Iudex Apostolorum senatus tibi blãdus existat. Candidatorum tibi Martyrum exercitus iubiloso concentu obuier. Liliata rutilantium Confessorum turma te lætante excipiat. Iubilantium te Virginũ chorus suscipiat & beatæ quietis, in sinu Patriarcharum tibi suavis amplexus appareat, qui inter assistentes sibi ingiter te interesse faciant: Ignores omnino quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, & quod cruciat in tormentis. Cedat tibi deterrimus Satanus cum satellitibus suis, in aduentu tuo te comitantibus angelis contremiscat, atque in æterne noctis chaos diffugiat. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant a facie eius qui oderunt eum. Confundantur igitur & erubescant contra te legiones tartareæ & ministri Sathanz: iter tuum deducente te angelo bono impedire non valeant. Ab omni cruciatio dominus Iesus Christus te liberet, qui pro te mortuus est. Dominus Iesus Christus Dei vni filius, saluator & redemptor tuus intra sancta paradyfi & amœna loca te constituat: & ille suauissimus pastor inter oues suas te locans, agnoscat, complectatur & nutriat. Ille amantissimus pater sui sacratissimi sanguinis pretio ab omnibus peccatis quæ commisisti malitia, miseria, fragilitate & ignorantia, mortaliter & venialiter, te benigne absoluat, atque cum electis suis ad dexteram suam perenni iubilo fruiturum te constituat: quate-

Ffff

nus pijs-

nus pijsimum redemptorem tuum facie ad faciem videns & præsens semper assi-
 stens, gloriosa ipsius visione potiaris, donec glorioso corpore tuo reasumpto spiri-
 tuali, essentiali, & accidentali præmio, cum beatissimis spiritibus læteris perenni in
 æuo. Proficiscere nunc anima Christiana de hoc misero mundo in nomine Patris
 omnipotentis, qui te creauit, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui pro te a-
 morose passus est: & in nomine Spiritus sancti, qui in te gratiose susceperit. Occurrat
 tibi & succurrant sancti angeli & omnis chorus angelorum. Subueniant tibi Patri-
 archæ in lumine fidei suæ, Prophetæ in splendore spei suæ, Apostoli in fulgore exi-
 miæ charitatis, Martyres in mansuetissima patientia, Confessores in humili obe-
 diëntia, Virgines in lucida munditia, Monachi in clara humilitate, Eremitæ in syn-
 cera austeritate, & omnes sancti & sanctæ Dei, in plena virtutum consummatione.
 Adiuuent te orationes & merita omnium sanctorum, vt in pace & luce sit locus tu-
 us, & habitatio tua in cœlesti Hierusalem per æterna secula seculorum, Amen.

Commendatio ad beatissimam virginem Mariam.

O Maria virgo sanctissima ob tormentum & grauamen quod cor tuum susti-
 nuit, quando filium tuum sanctissimum Dominum nostrum Iesum Chri-
 stum filium Dei viui, præ dolore voce magna clamantem, te matrem dilectum
 Ioanni commendantem deficientem attendebas: ita vt præ nimio doloris gladio
 loqui non posses. Subueni ô gloriosa domina famulo tuo huic, quia lingua eius ad te
 inuocandam se mouere non potest: oculi eius lumine priuantur: aures eius surde-
 scunt & obturantur: organa vires ac sensus deficiunt. O pijsima mater exaudi
 preces nostras: quas ad aures tuas pietatis fundimus. Et subueni tibi in hoc obitu suo:
 ac suauissimo filio tuo interuentu à terroribus & tormentis libera: ad desideratam
 cœlestis patriæ requiem te comitante iubilosè peruenire mereatur, Amen.

*Istis cum seruentissima deuotione completis, legatur dominica passionis textus, ex qua-
 tuor Euangelistis collectus, aut hæc eadem resumantur, ita vt semper vel pia lectio, vel seruent
 oratio apud agonizantes fiat.*

*In exercitium authenticum iuxta ac deuotissimum pro redimendo
 purgatorio sibi ipsi aut alteri D. Ioannis Iusti Lau-
 spergij Carthusiani institutio pia.*

Sciendum sequentem Missam de quinque Christi vulneribus angelo (vt legi-
 tur varijs in libris) docente, Bonifacio Papæ reuelatam; atque singulari hæc (si
 quinque legatur) prærogatiua donatam, vt quicumque sacerdos eandem Mis-
 sam deuote legerit pro seipso, vel pro alio ægrotante, aut in tribulationeposito, si
 expediërit saluti eius, liberabitur. Et si pro defuncto vel defuncta quinque lecta
 fuerit, statim illis finis absoluetur à pœnis. Quapropter prædictus Papa omnibus
 memoratam Missam quinque deuote celebrantibus, septimam partem omnium
 peccatorum, nec non eandem deuote audientibus quadraginta dierum pœnitentiã
 in Domino relaxauit. Legitur hæc Missa quoque per Innocentium confirmata. Et
 pro quacunque anima in purgatorio existente si quinque celebrata fuerit, addita
 sexta Missa de Resurrectione Domini nostri Iesu Christi, illa anima liberabitur à
 pœna, etiam si vsque ad diem iudicij in pœnis manere debuisset. Quod varijs reue-
 lationi.

lationibus compertum est, (quas breuitatis gratia hic studiosè præterimus) vbi nonnullè animæ ad diem vsque extremi iudicij igni purgatorio deputatæ, his Missis sunt liberatæ. Colligitur ergo ex varijs libris, etiam peruetustis, sex Missas esse legendas, quarum priores quinque erunt, vt præfertur, de quinque vulneribus Domini, videlicet *Humilitatis semetipsum*: sexta verò de Dominica Resurrectione, in cuius collecta omittenda sunt verba hæc (*hodierna die*) In secreta quoq; & complenda illius Missæ vbi fit mentio de paschalibus sacramentis, referatur intellectus ad dominicam cœnam, quia in paschali tempore olim sunt instituta hæc Sacramenta. Adijciendum præterea, quod in harum sex Missarum prima Dominus noster Iesus Christus suæ innocentis admonens est captiuitatis, quam pro nobis & pro vniuerso genere humano sustinuit, vt per hanc dignetur liberare animam, pro qua oratur, ab omni captiuitate & pœna purgatorij, in quam se propria voluntate, vt pro peccatis suis id exigentibus tradidit captiuam. In secunda Missa admonendus est Dominus Iesu iudicij, quod ipse innocens, iniuste sustinuit, tam pro nobis, quàm pro vniuerso genere humano, vt liberare dignetur animam N. de iusto iudicio in quod seipsam sua tradidit voluntate iudicandam. In tertia Missa admoneatur Dominus Iesus, indignæ dolorosissimæq; crucifixionis suæ, vt propter hanc à iusta pœnarum afflictione animam N. liberet, cui se propria tradidit voluntate peccatis suis exigentibus, puniendam. In quarta Missa admonendus est Dominus Iesus vulnera sui corporis, suæ acerbissimæ mortis, atque transfusionis sui pijsissimi cordis, vt ipse dignetur animam liberare à vulneribus & peccatis, per quæ voluntarie sibi comparauit pœnam. In quinta Missa admonendus est Dominus sepulture suæ, qui licet cœli terræq; sit dominus, in terra tamen propter nos non dedignatus est sepeliri, vt animam N. à sepultura pœnæq; purgatorij, cui sua sponte per peccata sua se immerfit, dignetur liberare. In sexta Missa admoneatur Dominus suæ iucundæ resurrectionis, vt animam N. faciat per hanc ita resurgere à pœnis, vt nunquam ab eo separetur.

Itaque hæc admonitiones mentales in Missa circa memoriam defunctorum, aut ante sumptionem Sacramenti (quando Sacramenti est effectus præuia aliqua meditatione aut oratione mentali impetrandus) aut certe vtrobique, quo efficacior fiat oratio, sunt habendæ. Nec scrupulus est propterea habendus, quod cum memoria (vt vniuersus canon) ad Patrem dirigitur, incongruum sit haberi hanc admonitionem ad Filium, quia circa finem memoriæ generalis more solito obseruatæ, potest celebrâs ad Dominum Iesum Dei Filium se conuertere, corporalibus, aut spiritualibus oculis intueno Sacramentum, & pro anima defuncti iuxta institutionem intentionis præscriptæ illum admonere. Qua admonitione completa mentaliter (vt verba sensu ordinato sequantur) rursus ad Patrem se conuertere, atque mentaliter, seu spiritu dicere: *Memento clementissime Pater hoc modo omnium fidelium tuorum defunctorum, quos pretioso sanguine filij tui redemisti (Qui nos præcesserunt)* huc vt alij distinguunt (*Ipsis & omnibus in Christo &c.* Verùm quia sunt qui admonitiones huiusmodi non possunt mentaliter corâ Deo effundere, propter hos inferius scriptæ sunt admonitiones vocales, quæ ante Missam pro intencionis directione excitationeq; deuotionis ore possunt legi. In canone namq; nihil aliud præter verba canonis est, vocaliter exprimendû: tamen si nō improbari debeat, si finitis verbis canonis, ante sumptionem venerabilis Sacramenti hæc admonitio vocaliter legatur quomodo multi alij Deo deuoti nō arguendi sunt, si p. maiori excitatione deuotionis & pro recollectione

mentis eodem tempore (quia mentaliter orare nesciunt) vocalem orationem legant, qua se humiliari, accendi, magisque fieri idoneos ad sumptionem venerabilis Sacramenti sentiunt.

Postremo quanuis hæ Missæ continuis sex diebus & non interpolatis legendæ ferantur, nihil tamen arbitramur delinqui, si diebus inter medijs, quibus, solenne est festum, ac quibus ex debito aut aliam Missam legere, aut à celebrando teneatur sacerdos abstinere, Missas has non continuet. Neque enim fructu promisso propterea anima priuabitur, si vt modo temporeq; licito hæ Missæ legantur, non ex negligentia differantur, sed diebus licet non continuis, perficiantur. Inueniuntur præterea alicubi annotati hi quinque Psalmi, singulis Missis deuote præmittendi, & cū Requiem æternam terminandi, videlicet Psalmus XXI. *Deus Deus meus respice in me.* Psal. XXXIV. *Iudica Domine nocentes me, expugna & c.* Psalmus LIV. *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.* Psalmus LXVIII. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aqua & c.* Et Psalmus CIX. *Dixit Dominus domino meo & c.* Kyrieleyson, Christeleyson, Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo Amen. Requiem æternam dona eis Domine, Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi, Erue Domine animas eorum. Credo videre bona Domini, In terra viuentium. Ne tradas bestijs animas confidentium tibi. Es animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Deinde vna ex sex admonitionibus. Verùm quia horum nullus verustus liber, neque etiam reuelatio Bonifacij meminit, credendi sunt ab aliquo pio viro adiecti, vt pro sua quisque deuotione ea legere possit vel omittere.

Admonitiones sex, quarum iuxta ordinem vna semper ante, aut sub Missa est tractanda coram, Deo, deuoto & ardenti affectu.

Ante primam missam legenda, aut sub ea meditanda oratio.

Recordare ô mitissime ac clementissime Domine Iesu Christe innocentissime captiuitatis tuæ, quam pro vniuerso genere humano vltro subiisti, cuius te nunc admoneo, atque per eandem in vnione amoris, quo hanc sustinivisti te obsecro, vt animam famuli tui N. ab omni captiuitate & à pœna purgatorij, cui peccatis exigentibus vltro se dedit captiuam, liberes. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Ante secundam Missam vocalis, aut mentalis sub Missa oratio.

Recordare ô mitissime ac clementissime Domine Iesu Christe, iniquissimi iudicij, quod innocentissimus agnus pro vniuerso genere humano sustinivisti, cuius te nunc admoneo, & per idem in vnione æstuantissimæ charitatis tuæ te obsecro, vt animam famuli tui N. de iusto iudicio tuo, in quod se peccatis suis exigentibus sponte tradidit iudicandam, liberes. Qui viuis & c.

Ante tertiam Missam vocalis, aut sub eadem Missa oratio mentalis.

Recordare ô mitissime ac clementissime Domine Iesu Christe, innocentissimæ, dire ac indignæ, crucifixionis tuæ, quam vltro pro vniuerso genere humano subiisti: cuius te nunc admoneo, per eandemq; in vnione feruentissimæ charita-

charitatis tuæ te obsecro, vt animam famuli tui N. ab omni crucifixione pœnarū, cui vltro se peccatis suis exigentibus implicauit liberes. Qui viuus &c.

Ante quartam Missam vocalis, aut sub eadem missa oratio mentalis.

Recordare ô mitissime ac clementissime Domine Iesu Christe omnium vulnerum corporis tui, acerbissimæ mortis tuæ, ac transfixionis suauissimi cordis tui: quæ omnia pro vniuerso genere humano vltro sustinuisti, quorū te ego nunc admoneo, atque in vnione infinitæ charitatis tuæ, per omnium pœnarū & mortis tuæ angustiam te obsecro, vt animam famuli tui N. ab omni vulnere peccatorum, quo se sponte vulnerauit, atque puniendam tradidit, liberes. Qui viuus & regnas &c.

Ante quintam Missam vocalis, aut sub eadem Missa mentalis oratio.

Recordare ô mitissime ac clementissime Domine Iesu Christe, sanctæ luctuosæq; sepelitionis corporis tui, qua tu licet cœli terræq; Dominus ac Deus, in terra sepultus es, cuius te nunc admoneo, atque in vnione infinitæ charitatis tuæ per eandem te obsecro, vt animam famuli tui N. à fouea & pœna purgatorij, cui se peccatis suis exigentibus, sponte sua puniendam tradidit, liberes. Qui viuus &c.

Ante sextam Missam vocalis, aut sub eadem Missa mentalis oratio.

Recordare ô mitissime ac clementissime Domine Iesu Christe, sacratissimæ iucundissimæq; resurrectionis, gloriosissimæq; ascensionis tuæ, cuius miser ego te nunc admoneo, atque per eandem te obsecro, vt animam famuli tui N. ab omni munda peccato, ab omni reatu liberes, atque vt gloriæ tuæ confestim sis particeps, tu misericordissimus tua bonitate dones. Qui viuus & regn. &c.

Missæ de quinque vulneribus Domini nostri Iesu Christi, Bonifacio Papæ diuinitus reuelata, atque per Ioannem Papam vigesimum secundum CC. dierum indulgentiis donata.

Humiliauit semetipsum dominus noster Iesus Christus factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

VERSUS.

Misericordias Domini in æternum cantabo.

ORATIO.

Domine Iesu Christe filij Dei viui, qui de cœlis ad terram descendisti, & in ligno crucis quinque plagas sustinuisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum sudisti, te humiliter deprecamur, vt in die iudicij ad dexteram

Ffff 3 tuam

tuam audire mereamur: venite benedicti Patris mei. Qui cum eodem Patre in vnitae Spiritus sancti viuus & regnas Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Lectio Zachariae Prophetæ.

Hæc dicit Dominus Deus: Effundam super domum David & super habitantes Hierusalem spiritum gratia & miserationis. Et aspicient ad me, quem confixerunt. Et plangent eum planctu, quasi super vnigenitum. Et dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit plandus magnus in Hierusalem, & dicitur ei. Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et dicit: Hæc plaga atus sum in domo eorum qui diligebant me. Et amea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum. Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis, ait Dominus omnipotens.

RESPONSORIUM.

Improperium expectauit cor meum & miseriam: & sustinui qui simul contristar etur, & non fuit consolantem me, quæsiui, & non inueni. *Versus.* Et dederunt in escam meam fel, & in fici mea potauerunt me aceto.

ALLELUIA VERSVS.

Aue Rex noster: tu solus nostros miseratus errores patri obediens, ductus es ad crucem, vt agnus mansuetus ad occasionem: tibi gloria & ofanna, tibi summe laudis & honoris corona. Alleluia.

Tempore Paschali Alleluia, secundum *Versus.* Surrexit altissimus de sepulchro, qui pro nobis pependit in ligno.

Tractus in Septuagesima.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. *Versus.* Circudederunt me canes multi, consilium malignatum obfedit me. *Versus.* Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt ossa mea. *Versus.* Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt. *Versus.* Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum, ad defensionem meam conspice.

Secundum Ioannem.

In illo tempore. Sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, vt consumaretur scriptura, dixit. Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudei ergo quoniam pasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato. (Erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea lateri eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit. Et verum est testimonium eius.

OFFER.

OFFERTORIUM.

Insurrexerunt in me viri iniqui, & absque misericordia quaesierunt me interficere, & non pepercerunt in faciem meam spueri, & lanceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt omnia ossa mea.

SECRETA.

Domine Iesu Christe, qui pro mundi redemptione crucis patibulum ascendisti, vt vniuersus mundus qui in tenebris erat illuminaretur: illam lucem in animas & corpora nostra semper tribue illucescere, per quam ad aeternam lucem peruenire mereamur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitae Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Præfatio de Sancta cruce, communio.

Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.

COMPLENDA.

Domine Iesu Christe, qui hora diei sexta pro mundi redemptione crucis patibulum ascendisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti, te humiliter deprecamur, vt nos post obitum nostrum sine obstaculo Paradisi ianuam facias introire: qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitae Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Orationes Pro defunctis multum efficaces, & selectuosae, si in Missa legantur.

COLLECTA.

Domine Iesu Christe, qui te pro nostra redemptione in manus peccatorum capiendum, iudicandum, flagellandumque vltro tradidisti, perque diram & innocentem captiuitatem tuam perquam iniustum iudicium, quo ad mortem innocens es damnatus, te obsecramus vt animam famuli tui (vel, famulorum & famularum tuarum) ab omni poenarum captiuitate liberes, & à iusto iudicio tuo, cui per peccata sua vltro se fecit obnoxiam, salues. Qui viuis & regnas, &c.

SECRETA.

Mvnera hæc tuæ maiestati clementissime Deus offerentes, per crudelissimam tuam crucifixionem, per dolorissimam tuam in cruce pendentiam, per acerbissimam tuam mortem, & per dulcissimi cordis tui transfixionem te obsecramus, vt animam famuli tui à iusta poenarum obligatione liberes & à poenis vulneribus peccatorum, quæ sua sponte contraxit, sanes. Qui viuis, &c.

COMPLENDA.

Ffff 4

Refefvi

Refecti corpore & sanguine tuo Domine Iesu Christe, per sanctam corporis tui sepulturam, qua tu cæli terræq; Dominus in terra recondi dignatus es, per iucandam ac gloriosam resurrectionem tuam, per admirabilem denique ascensionem tuam, pro anima famuli tui te obsecramus vt à fouea peccatorum, quam sua sponte incidit hanc liberares, ab omni peccatorum macula emundes, & vt gloriæ tuæ tecum sit particeps dones. Qui viuis &c.

Pro infirmo amico, aut etiam pro seipso ad obtinendam bonam mortē.

COLLECTA.

Domine Iesu Christe, per tristitiam, per orationem, per agonemq; tuum sanctissimum, quem in montē Oliueti propter nos pertulisti, quando præ cordis angustia ac pauore factus est suodr tuus sicut guttæ sanguinis decurrētis in terram, tuam obsecramus clemētiam, vt hæc, omnemque præsuram & laborem tuum contra multitudinem peccatorum famuli, tui Patri tuo offeras & obtendas & ipsum in hora mortis ab omni angustia, quam suis se meruisse peccatis agnoscit, eripias. Qui viuis & regnas, &c.

SECRETA.

Hostiam nunc passionis tuæ tibi Domine Iesu Christe offerimus, charitatem tuam, omniumque passionum ac dolorum amaritudinem quas in cruce pro nobis pertulisti, maximè quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo, retolentes, teque per temetipsum obsecrantes, vt hæc omnia Patri tuo pro anima famuli tui offeras & obtendas, eandemq; in exitu eius ab omnibus passionibus & pœnis, quas pro suis se meruisse peccatis agnoscit eripias. Qui viuis & regnas &c.

COMPLENDA.

Sumpta hæc Sacramenta cælestia quæsumus Domine Deus tuæ erga nos charitatis, quæ te de cælis in terram traxit, teq; in omnium pœnarum ac passionum tolerantiam, vt nos miserans rursus tibi attraheres, induxit, te admoneant, vt eandem charitatem sanguinisq; effusionem, vulnera ac pœnas tuas pro famulo tuo, Patri cælesti offeras & obtendas, & omnes pœnas & passiones, quas pro suis peccatis se meruisse agnoscit eidem amoueat. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitæte Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII, Carthusiani, in Alloquiorum ad cunctas animas fideles libri secundi partem, quæ complectitur Canonice seu Institutiones Iesu Christi succinctas, velut summam omnis Christianæ perfectionis,

PRÆFATIO.



VAM sit hodie misera Ecclesie species, quanta deformatio, nemo est, qui non videat. Tacet vbique pietas, vitia passim dominantur: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Impie viuere non iam vitium est, sed virtus. Christi Euangelium frequens quidem in ore habetur, at nusquam apparet in vita. Contabescunt

sabest ſi homines in ſceleribus ſuis, mūdus hominū iniquitate conflagrare videtur: ira omnipotentis Dei multis modis ſeſe exerit, & iā mundo ſeneſcenti interitum minatur, & tamen vix quiſquā redit ad ſanā mentem. Quid inter hæc faciant, quos pulcherrimarum ac rationalium animarum cruciant ſtamna irrecuperabilia? quibus Dei contemptus ſummè dolet, quos æelus domus Dei comedit? Certè nullum adhibere conatum pro virili ſua, vt his tantis malis aliqua ſaltem ex parte occurratur, vix eſt hominis Chriſtiani. Que nimirum cogitatio eo me adduxit, vt inſtituerim, ſi quid poſſem, opera adhibere, quo miſeris & obſcatis hominibus, ac per præceps in tartara ruentibus aliquid præſtem remedij, & ſi non multis, ſaltem vel paucis proſim. Nihil enim mihi vendico, nihil mihi ſumo: tamen quia Chriſtianus ſum, non poſſum non dolere tot animarū exitiū, tantam Eccleſiæ indiæ deficientis calamitatem ac deformitatem. Itaque ſtatui mecum duplicem viuendi Canonem, non ex meo cerebro, ſed ex ſacriſ literis, ſanctorumq; Patrum monumentis conſicere, quorum alter pertinet ad imperfectos, & qui necdum ſolido poſſint veſci cibo: Alter ad eos, qui iam ad perfectiora contendunt, aut ad ea tendere obligati ſunt. Neque ſane id vt facerem temerè me motum exiſtimo. Neque ſane id vt facerem temerè me motum exiſtimo. Vitia enim iam (vt ante dixi) excreuerunt, & propter ea tota vbique Eccleſia deformis & ſqualida videtur. Atqui non poteſt alia ratione Eccleſia à vitijs expurgari, & priſtinum recuperare decorem, niſi ſe homines conferant ad colendam pietatem. Scripſimus ergo duos viuendi Canones, quorum primus eſt ſaluti obtinenda neceſſarius, alter ad ſpirituales pertinet. Id propterea fecimus, vt & Laicis, & Religioſis, aut aliqui perfectioni deditu conſuleremus. Habent hic omnes, cuiuſcumque ſint ſtatus vel ordinis, quod iſſi ſunt amplectendi Canones, & alia quedam huc pertinentia docebit Epistoſa Saluatoris, quem hic loquentem introducimus, vt maiorem habeant gratiam, & plus ponderis ac autoritatis ea que dicuntur, præſeferant. Lector boni conſulat ſtudiū noſtrum. Equidem conſido in Domino, ſi non defuerint, qui ad horum Canonum præſcriptum vitam ſuam componere, alioſq; ad idem hortari ac inducere nitantur, breui non parum bonæ frugis inde ad multos rediturum. Chriſtus Dominus mittat Spiritum ſuum in torpentia corda noſtra, excitetq; nos ad contemptum mundi, & ſui ardentiffimum amorem. Certè expurgandi tempus nunc eſt. Non licet amplius diſſimulare. Niſi conuerſi fuerimus, iam Deus gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum terendit, & parauit illum, vt feriat impios & contemptores. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. O quid negligimus, quid torpemus? An verò de lana caprina agitur, & non potius de noſtrarum ſalute animarum, quas certum eſt ſemper aut in immentis gaudijs, aut atrociffima inferorum carnificina victuras? Sed nunc Chriſtum ipſum loquentem audiamus.

IESV CHRISTI SALVATORIS Mundi epistoſa, ſeu alloquium, cunctis

Chriſtifiſidelibus, hoc eſt, iſs qui vitam ſuam iuxta præſcriptum
Euangelicum inſtituere, atque ad virtutum charita-
tiſque Dei & proximi perfectionem anhelant,
deſtinatum.



Esus Chriſtus propter vos homo factus, cūm olim mundo prædicarem, vnā ſaluandis omnibus Euangelij tradidi regulam. Huic credens nemo aberrare, nemo hanc obſeruans perire poteſt. Siquidem hæc ſola dū ſeruatur, animæ ſufficiet ſaluti. Hæc quoque ad quamuis erudit perfe-

GGGG

ctionem.

Regulæ
sanctorum
patrum &
monachorū
quo spectet.

tionem. Quare si iuxta illam viueretur, nihil monachorū opus esset regulis, nihil fraternitatibus, nihil confœderationibus ac vnionibus hominum, nihil denique canonibus quibuslibet, quandoquidem qui Euangelio (vt dixi) germanè & sincere viueret, nihil huic deesset, vel ad salutem, vel ad perfectionem. Verūm, quia Euangelio relicto, paulò pōt hominum quæ sua sunt vnusquisque meditari incipiebat, non absque meo consilio nec sine spiritu meo factum est, vt sanctorum multi varia tentarent, quibus mundi ac proprium amorem (vnde fit vt relinquatur tepescatq; & Euangelij & honoris mei zelus) eradicarent, mundoq; Euangelij ac præceptorum meorum obseruantiam restituerent. Eam obrem statuerunt regulas plerique, quibus ea potissimum prohiberent ac rescarent, vnde occasio sumitur Euangelium meum transgrediendi: ea verò quæ spiritum excitant, purificant atq; confortant, iusserunt. Sciebant enim non nisi carnis castigatione & occasionum subtractione, spiritum superiorem posse fieri atque fortiozem. Hoc namq; confortato, castior, feruentior atque constantior fit in vobis amor siue deuotio præcepta mea seruandi. Hinc liquet contra Euangelium meum ne vnū quidem apicem, sed pro Euangelio sanctos homines omnia statuere voluisse. His regulis posteros eorum nouas constitutiones, complures etiam cæremonias addidisse perspicuum est: quarum transgressiones (vt fit) seuerius acerbiusq; castigari, quàm Euangelij mei, ordo est præposterus. Nam puniuntur si quis fregerit silentium, si perperam cecinerit arguitur, humiliatur si cæremoniarum quid neglexerit. At mallem ego (tameñ illa probem) Euangelio meo non inferiorem, imò vehemētiorem etiam zelum adhiberi, seuerioremq; transgredientibus censuram, puta ne impune quis iurauerit, ne detraxerit cuiquam, ne odio quemquam habuerit, nec id genus reliqua (quæ Euangelium vetat) transgressus fuerit. Siquidem pro ijs præceptis meis, quæ ne transgredereentur, Patrum regulæ olim institutæ sunt, oportebat acriorem vigilantiozemq; disciplinam vigere.

In Euangelicis huius seculi.
Esaï. 46.
Marc. 1.

Matt. 11.
1. Ioan. 2.
Galat. 5.
Coloss. 5.
Matt. 7.

Ioan. 14.

Reformatio
hominis in
terioris quæ
requirit.

Sed quid dicam? Video quod neque Euangelium, neque Patrum regulas seruatis hodie. Ore quidem verba mea, nudoq; sermone Euangelium iactitatis: at quā longè sim ego à cordibus vestris inde satis est manifestum, cum neque me, neq; præcepta mea diligatis. Redite igitur nunc, licet sero, præuaricatores ad cor, penitentini, & credite Euangelio. Quicquid Euangelium docet non solum credite, verum etiam credendo amandoq; facite. Si Christiani, si mei vultis esse discipuli, me imitami. *Discite à me, quā mitis sim & humilis corde.* Quomodo ego ambulauī, ambulatē. Porro si monachi, si clerici, si religiosi esse vultis, quæ spiritus sunt facite, & spiritu opera carnis mortificate. Si estis (vt dicitis) Euangelici, mandata Euangelij perficite. Quousque mihi dicetis: Domine Domine, & non facietis quæ dico: Facite quæ præcipio vobis, & non verbo tantum, sed opere ac veritate amicos vos esse ostendite. Qui enim audit verba mea, qui habet mandata mea, & facit, hic est, qui diligit me.

Proferuore igitur resuscitando, pro Euangelij mei obseruatiā renouanda, quas etiamnum amicis meis ac mihi deuotis trado regulas per breues, quarū altera imperfectioribus, atque adhuc incipientibus, altera perfectioribus, & ad amorē mei castissimum aspirantibus, sit accommodata. In quibus non cæremoniarum fascēs, nec precum multitudo, sed conscientia interiorisq; hominis reformatio atq; mentis deuotio, docetur. Nihil de colore aut similitudine vestium agitur, sed ad Euangelicæ obseruantia cultum studia multorum excitantur: Fraternitasq; vna, vbi multorum sit animus vnus, parq; propositum, vtpotē amantium atque colentium me,

me, conciliatur. Nemo se voto hic astringat ad horum obseruantiam necesse est (tamen si, alioquin votum bonam voluntatem vehementer ornet, roboret, locupletet) nec si prauaricatur, se peccato obnoxium constiuet, vltra quam legis meæ transgressio ipsa alioquin reum facit.

Omnibus itaq; qui mihi seruire cupiunt, pro viribus vniuscuiusq; legē admini-
stro, atq; sic tēpero, vt nemo gratia mea adiutus hanc nequeat implere. Volo enim
saluare (quatenus ex mea pēdet beneuolētia) omnes. Idcirco dissimulo circa infir-
mos, nec calamum confringam conuulsatū, aut lignū fumigās penitus extingua.

Hac ratione mihi seruientes collecturus, in duos ordines illos cōstituo, videlicet
infirmorum, siue incipientium, & perfectorum: vtriusq; præcepta suo ordini & statui
congruentia insinuans. Canon autem sequens, ad cuius obseruationē infirmi & in-
cipientes quique adniti debent, iam olim in Euangelio meo per traditionem man-
datorum meorum est eis præscriptus, & hic breuiter ad aliqua desumptus.

*Canon, Regula, siue fraternitas, hoc est, Institutio succincta Domini
nostri Iesu Christi, ijs qui in virtutibus paruum adhuc fecē-
re profectum vtputa incipientibus potissimum,
prescripta.*

Quisquis militiæ meæ sese astringere, quisquis manus mihi suas dare vo-
luerit, si non principio omnia, maximè tamen lethalia debet cauere pec-
cata.

Tu igitur si inter seruos meos fideles cupis adnumerari, caue peccata, & peccandi
omnes occasiones rescinde ac fuge. Declina à malo, & fac bonum: In maleuolam enim
animam non introibo, nec habitabo in corpore subdito peccatis.

Nunquam vitæ tuæ aut bonis temporalibus pareas, si proximi tui animam à
peccato mortifero potueris aut eruere, aut præseruare. Plures enim facere debes a-
nimam quamcunq; pro qua in mortem tradidi ego animam meam, quàm corpus
tuum aut rem temporalem: & præciosior ego tibi esse debeo, pro cuius honore ze-
leris, quàm vita tua corporalis. Nunquam igitur consentias peccato, siue proprio,
siue alieno, maximè lethali.

Quicquid oderis tibi fieri, alteri ne feceris. Idcirco fraudem, dolum, iniuriam-
ve nulli inferas. Quæ si tibi illata fuerint, aut pro mei amore hæc tacens tolera, aut
pro his non aliter quàm iuste & iusto modo exoptula. Præcepi enim seruis meis,
quod iustum est, etiam iuste prosequantur.

Nunquam pro malo malum reddas, nunquam conuitium conuitio, nunquam
iniuriam iniuria retalies: idq; mei amore, qui cū maledicerer non maledicebam,
cū paterer non comminabar, sed tradebam me iudicanti iniuste. Tu itaque pari
modo si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit potum da illi. Diligere debes enim ini-
micum tuum, & benefacere eis qui te oderunt, vt sis filius patris tui qui in cœlis
est, qui bonis malisq; benefacit. Esto misericors, sicut & pater tuus cœlestis miseri-
cors est. Eleemosynam igitur, aut beneficium, officium, obsequium, opusve aliud
quodcunq; misericordiæ aut charitatis quotidie non minus vnum proximo
tuo debes impendere: & in hoc miserendi atque subueniendi exercitio fideliter te
exercere.

Sed & omni tempore pauperibus larga manu, dum facultas suppetit subuenire, hospitali uisitare, ministrare infirmis, peccantes corrigere, cæteratq; Christianæ pietatis officia, hoc est, misericordiz opera tam spiritualia quam corporalia studio sedulo exercere debebis, si uelis vnquam misericordiam meam erga te experi-ri. Et ad hæc omnia familiam, cæterosq; tibi commissos ac subiectos, omnes denique homines pro posse tuo instigare, & vrgeri debebis. Quisquis enim siue corporaliter siue spiritualiter in alium misericors fuerit, à me misericordiam consequetur: & quicquid vni ex minimis meis fecerit, siue bonum fuerit, siue malum, hoc mihi factum existimabo. Si secundum carnem vixeris, morieris. Porro si spiritu facta carnis mortificaueris, viues. Mortifica igitur desideria tua, sensus tuos & membra tua super terram, vt non quæcunque volueris facias.

Mat. 25.
Rom. 8.

Quotidie non minus semel delectabile desideratum ve aliquid, mei causa tibi debes subtrahere, interdicens, siue negare, aded, vt si aliquid etiam aliud subtrahendum non occurrat, saltem vbi habendi, loquendi, videndi audiendi ve aliquid occasio daretur, ad quod concupiscentia te aut curiositas naturæ inclinaret, iam tibi illud mei amore, dum tamen alius fructus in illo nullus est, nega, & desiderium hoc in te, mei amore occide.

Exod. 25.
Matt. 5.
Leui. 19.

Nunquam iurabis, nisi pro veritate in iudicio per auctoritatem iudicis compul- sus: nomen meum vanè aut inutiliter non nominabis, nec vnquam mentieris.

Quotidie si iuxta tuum statum aut officium potes, missam vel lege vel audicidq; in memoriam ac honorem charitatis meæ omniumq; beneficiorum meorum, quæ hominibus exhibui, & quotidie exhibeo.

Quam si audire non potes, eadem intentione orationem dominicam, angeli- camq; lege salutationem, & in corde tuo offer meipsum Patri, simulq; omnia bona opera quæ à me, meisq; facta sunt aut fiunt, pro te & vniuersa Ecclesia.

Omni mense ad minus semel debes sacramentaliter confiteri, & ad festa Natiuitatis ac Resurrectionis meæ, Pentecostes quoque, Assumptionis matris meæ & Omnium Sanctorum, Eucharistiæ Sacramentum suscipere. Verùm, si qualibet hebdomada ad minus semel confiteri, & quouis mense studueris sacratissimo Eucharistiæ Sacramento communicare, multo consultius feceris. Porro, si sub voto aut in monasterio viuas, vbi ex regula alia ipsa tibi sint instituta ad illa seruanda, toto conatu te accinge.

Quouis die mane adorare me debes, vnum Deum in Trinitate personarum, & te mihi commendare, orareq; vt te mundumq; vniuersum defendam à peccato. Qui aded est simplex, vt hæc capere nequeat, legat pia intentione. *Pater noster*, & *Aue Maria*.

Quamdiu ex interna meditatione ardentioriq; affectu mentalia non habes ex-ercitia meliora, quotidie in honorem passionis meæ ac vulnerum meorum, die quinque *Pater noster* totidemq; *Aue Maria*.

Porro, qualibet hebdomada ad matris meæ venerationem ter quinquaginta legas *Aue Maria*, seu (vt vocant) tria rosaria.

Quotidie in veneratione Sacramenti corporis mei, duas facito genu flexiones aut venias, siue adorationes. Vnã, quæ charitati meæ ac beneficijs meis, in incarnatione, passione, morte, atque huius sacramenti institutione mundo exhibitis, gratias agas. Altera qua honorè mihi (quantum in te est) refundere cupias pro contumelia, quàm patior ab indignè sumentibus, ac impurè hoc sacramentum tractantibus.

Duas

Duas adhuc alteras genu flexiones seu adorationes quotidie facies: Vnam videlicet pro fructu impetrando, quem moriens passione mea, sanguinis quoque ac animæ meæ emissionem obtinui, & largiri volui mundo. Or. his igitur, vt singulorum cordibus, modo eandem virtutem, eandemque efficaciam ac fructum passionis meæ infundam, quàm in cruce vt susciperēt, illis sum operatus. Alterā genu flexionem siue tui humiliationem coram me facies, in laudem ac gratiarum actionem effusionis sanguinis mei, omniumque misericordiarum mearum, quas super bonos & malos vnquam effudi: orabisque pro conuersione eorum, qui in peccatis sunt dānabilibus, & pro reformatione Ecclesiæ. Qui hæc capere nequeunt, pia intentione dicant duo *Pater noster* & duo *Aue Maria*.

Omni sexta feria, dum infirmitas, debilitas, labor, egestas, peregrinatio, ætas, a hæc rationabilis occasio non impedit, ieiunare debes: Aut si maluieris, bis potes temperatè refici, sed pro cœna coctio cibo non vti, vt vel tantillo meæ mortis plangas amaritudinem.

Euangelij mei mandata, Ecclesiæque meæ præcepta discas sedulo, atque vbi didiceris, nullius rei amore transgrediaris.

Non minus semel quotidie debes teipsum intro conuertere, proprias cogitationes, verba, opera, affectus, passionem, negligentias discutere, mihi de bonis tum corporalibus tum spiritualibus gratias agere: de male actis dolere, veniā humiliter exposcere, corrigendique vitam tuam propositum reformare, & ad hoc, quandoquidem *sine me nihil potestis facere*, meam gratiam operumque petere, ipsa quoque vitia tua notare, opportuno tempore coram cōfessori tuo de ijs te ex animi dolore accusaturus. Per hoc namque ad vitia tua cognoscenda & in hoc seculo emendanda faciliè peruenies, quæ alioqui, non nisi in futuro eras seculo cognosciturus, & per rigorem iustitiæ luiturus.

Mortem quoque tuam & quatuor nouissima subinde ante mentis tuæ oculos constitue, & ad rationem mihi reddendam de cunctis operibus, verbis, cogitationibus & omissionibus tuis post hanc vitam te præparare studiosè non negligas: vt quacunque hora te ex hoc seculo euocaturus aduenero, te paratum reperiam.

*Exercitium quod hic subnectimus miræ virtutis & efficaciæ est ad impetrandū. Vulgo iter Crucis appellatū. Quod si humili feruentique affectu, attentè, tractim, ac deuotè Deo pro quavis necessitate vel causa offeratur, exauditionis gratia (quatenus animarum saluti congruit) minime fraudabitur, vt frequens experientia etiam in magnis periculis probauit. Quodque per plures simul adunatos Dei ministros, aut etiam per quemlibet seorsim exerceri potest. Ad singulos autem articulos sequentes leges deuotè & attentè quinque *Pater noster* &*

*quinque *Aue Maria*, quæ constituunt simul LX.*

*Pater noster & *Aue Maria*.*

Exercitium seu iter sancte Crucis.

Prinipio leges d anima deuota, quinq; *Pater noster*, & quinque *Aue Maria* ambulando, ad honorem illius amoris, que ego Dominus Iesus Deus tuus à cena egressus sum cum discipulis meis ad hortum, vbi traditor me quæsiturus erat. Quem amorem meditando, simul etiam recordaberis suauissimi sermonis (quem ego eadem hora loquutus sum ad discipulos meos) igniferæ dilectionis plenissimi: rogando me Dominum per eundem meum infinitum amorem, vt miserar tui & causæ pro qua postulas.

Secundo, orabis similiter quinq; orationes dominicas, & tota ð salutationes Angelicas humiliter positus nudis genibus (si commodè potueris) sicut ego Dominus in horto orauì vsque ad sanguineum sudorem.

Tertio, ambulando orabis dictas Dominicas orationes & Angelicas salutationes sicut ego Dominus tuus Iesus Christus meis hostibus spontè obuiam iui, quibus etiam solo verbo prostratis potestatem permisi me capiendi, ligandi, trahendi, prosternendi, cædendi, illudendi, & de iudice ad iudicem ducendi, & quicquid poenarum volebant inferendi tota nocte & mane sequenti.

Quarto, manibus cruciformiter pectori applicatis, sicut ego Dominus tuus Iesus Christus steti columnæ alligatus, & flagellis toto corpore laniatus, eadem orationes & prædictas salutationes Angelicas orabis.

Quinto, prædicta orabis sedendo, ad honorem meum, quod spinis scilicet fui coronatus, consputus & percussus sedebam: & deinde sic populo ostensus & condemnatus fui.

Sexto, prædicta orabis ambulando curuato dorso ad honorem meum, qui graui Cruce oneratus iui, portans omnium vestrum iniquitates: cum qua viribus exhaustis occurrente matre mea moestissima in terram corruì.

Septimo, prædicta orabis ambulando implexis manibus, ad honorem pijsimæ virginis matris meæ, quæ me filium suum Crucis baiulum dolens sequebatur, & tandem in meo occurfu deficiens corruit in via.

Octauo, prædicta orabis cruciformiter expansis brachijs collocando te super dorsum tuum, & honorem dirissimæ, præcipitationis meæ super crucem, meæq; extensionis & affixionis.

Nono, prædicta orabis stando extensis in altum brachijs, quemadmodù ego Dominus in Cruce steti pendulus, laniatus, & vndique derelictus.

Decimo, prædicta orabis, stando implicatis manibus sub cruce cum sancta Maria matre mea summo dolore transuerberata.

Vndecimo, prædicta orabis, iacendo supinus in terra, ad honorem meæ mortis, & quod in sinu meæ matris depositus, & in sepulchro fui collocatus.

Duodecimo, eadem orabis, stando ad honore gaudij mei & matris meæ beatæ Mariæ, quod recepi in festo Paschæ & gloriosa resurrectione mea. Rogabis hoc loco beatissimam virginem Mariam matrem meam semper venerandam, vt suis sanctissimis meritis & precibus tibi impetrare dignetur consolationem exauditionis in hæ petitione tua, pro gloria & voluntate mea & animarum salute, concludendo exercitiu cum *Salve Regina*, & Hymno, *Veni creator Spiritus*, & Collecta de Spiritu sancto.

Canon, regula, siue fraternitas, hoc est, Institutio succincta alter a ijs qui spiritu seruentiore ad perfectionem virtutum Christi formium anhelant potissimum præscripta.

In secundo ordine ij sunt, qui ea quæ retro sunt obliti, in anteriora semper se extendunt: qui videlicet ad perfectionem anhelantes, necum vnum fieri percipiunt, herum hæc erit Regula XIX.

Quisquis itaq; toto corde mihi seruire, mihiq; totus placere desideras, nullū debes peccatum ex certa sciētia aut animo deliberato, quamlibet leue aut veniale admittere, idq; oratione humilima ac deuotissima à me flagitare, vt te custodiā, præseruemq; ab omni peccato. Esto igitur sanctus, quoniā & ego sanctus sum. Esto perfectus, sicut & ego perfectus sum. Esto, inquam, sanctus coram me, qui cū etiam fueris, ex me, non ex te es: idēd nihil tibi videaris quam peccator, damnationi æternæ, nisi mea benevolentissima semperq; paratissima adesset misericordia, obnoxius.

In vocatione qua vocatus es ambula, & secundum statum ac regulam vocationis tuæ viue.

Quicquid scriptura sancta mea iubet, quicquid ore tuo mihi promissisti, diligenter obserua & exequere.

Itaque tuum erit non solum mandata, sed & beneplacita atq; consilia mea scrutari, & cum desiderio eadem implere.

Abstractam vitam ab occupationibus otiosis, ab hominum familiaritate & colloquijs, age.

Silencio, solitudini & orationi vacabis, quantum statui tuo potest congruere. Seruum Dei, dicit Apostolus meus, non decet litigare.

Noli igitur verbis contendere. Ab omni etiam verbo otioso, maximè autem carnali aut detractorio, abstinere. Nunquam etiam de absentibus nisi bona debes loqui, & audire. Et quamuis bona interdum possit intentione fieri, vt de absente mali aliquid dicatur, tamen nisi id certissimè constet, non consensias audire aut loqui malum de alio. Vbi si excefferis, non debes inultum illud transire, sed tibi ipsi poenitentiam, atq; pro delicto poenam iniungere, idq; tempore opportuno sacerdoti confiteri, & emendationem proponere.

Sobrietatem obserua cibi & potus, omniumq; creaturarum tibi vsu tempora, vt mei amore pauper spiritu, nihil in mundo diligens, sed tanquam peregrinus & viator omnia mundo ac libero corde transeunter aspiciens.

Ad humilitatem, ad mititatem, benignitatem, pietatemq; erga proximum te assuefacito, me contemplan in omni homine, & mihi facere cupiens quicquid cuiusque feceris homini. Nam reuera ego recipio tanquam mihi factum, quicquid proximo tuo feceris.

Neminem debes iudicare, nec de conscientijs rebusve quibuscunq; alienis discutendis iudicandisve te intromittere, nisi à me constitutus fueris iudex, quare ex officio habeas iudicare. Si tamen videris aliquem peccare, & admonitionis tuæ speras fructum, vel saltem non grauius peccatum times ex correptione tua secururum, potes eum qui peccat humaniter admonere, benigneq; rogare, vt memor suæ salutis, sese corrigat. Si tamē se defenderit, aut pro se pertinaciter certauerit (nisi tu paulatim ad magis salutaria speres illum redire) noli disputare, noli inaniter tuam sententiam propugnare, sed humiliter cæde absque ira, tranquillus & mansuetus.

Pari modo si tu etiam innocens correptus fueris, potes si vis, humiliter ac benigne rationem reddere: melius autem facies (nisi scandalum inde natum fuerit) si humiliter veniam petas, & absque excusatione vlla emendationem (quoad

licuerit per beneplacitum meum)promittas , simulq; pro charitatis officio ei qui te commonefecit, gratias agas.

Monui olim, vt si quis post me velit venire, abneget semetipsum. In abnegatione enim suis ipsius tota perfectio hominis consistit, quemadmodum in amore sui hominis agitur ruina. Semper igitur vbicunq; potes abnegationi tuæ infistes, & vt in te mortificetur voluntas propria, maximo opere studebis.

Omnia tua ordinabis vt ex consilio iudicioq; alicuius boni viri ac timentis Deū (si Prælatum non habes) facias ea vel omittas. Nihil iudicio tuo credes. Nihil ex proprio arbitrio facias, præsertim in ambiguis, vbi esse periculum possit. Atque idēd nihil pro te tu procurabis (nisi quæ constat esse mihi accepta) te ipsum quæres, sed multorum potius vtilitatem meiq; honorem, semper ante ferendo respicies, te verò committes prouidentiaæ meæ. Ego curam tui habebo. Ego pro te sollicitudinē agam: tu verò in hoc solo satagas ne honori, ac beneplacito meo, quippiam derogetur.

Cæterum, vt per tui abnegationem magis tua mihi placeant opera, si in religione non visis monastica, potes hanc suscipiendo regulam, obedientiam in manus promittere sacerdotis, aut alterius boni viri me timentis. Nec mouere debet te huius temporum infelicitas, hominumq; impietas, vota, promissionesq; salutares calūniantium: sed magis credere debes & inniti misericordiaæ meæ, vt si tibi dederō infinctum beneuolendi aut promittendi, dabo & virtutem adimplendi. Neutrum enim abs te est, sed ex me vtrunq; & bene velle & bene agere, salutaria & promittere & adimplere.

Secretum elige, cupiens nesciri: & consilia tua non omnibus, sed vni tantum pādas, quem habes directorem conscientiaæ tuæ.

Studeas non velle hominibus placere, nec laudari aut nominari, aut tibi aliquid, vnde sequitur opinio, laus, siue admiratio ascribi: quandoquidem quibuscunq; laus debetur, omnia mea solius sunt.

Verūm ad hoc conare potius, vt in simplicitate ac puritate cordis, de te vilius quā de cæteris sentias, & ab alijs ita de te sentiri velis. Adēd vt siue laude, siue contemptu vituperioq; dignum quid gesseris, excluso tamen solo peccato, non aliter mouearis, nec aliter intus forisq; te exhibeas, atqui exhiberes, si quispiam id fecisset alius.

Proinde nihil omnino de te exultes, nihil glorieris, nihil tibi ex donis meis vendices aut vsurpes, nihil ex bonis operibus, licet in te aut per te etiam factis, tibi plus tribuas, quam securi aut instrumento, quod à se quidem nihil est & nihil per se facit, sed per illud si quid fit, ex voluntate est artificis in eo operantis: qui artifex per aliud si vellet instrumentum posset operari.

Siquidem & hoc ipsum quod est esse instrumentum, aut in se habere, quo in se possit fieri aliquid, non à se habet instrumentum, nec aliunde quam ab artifice, à quo factum est, vt in eo nonnihil possit operari: sine magistro, aut artifice operante, inane iacet & inutile.

Hoc modo qui filius esse cupit meus, imitatorq; humilitatis meæ, & quisquis hanc regulā suscepit, sentire debet de semetipso, atq; seipsum in sua miseria, in suis defectibus in suisq; peccatis & infirmitatibus considerare. Porrò alios homines, secundum quod gratia & virtutibus à me sunt ornati, debet inspicere, vt se omnibus semper iudicet inferiorem. De omnibus verò virtutibus, operationibus, ac donis meis quæ in illo ego operor, nihil sibi ascribat, nihil sibi arroget, sed quasi in
alio

alio facta existimet, mihiq; omnem laudem & gloriam purè (nihil sibi inde attrahens) refundat.

Obseruare debes, huius regulæ qui cupis esse alumnus, tequetipsum, atq; in omni re diligenter scrutari, ne aliud quæras, aliud intendas præter me, hoc est, præterquã gloriam meam, & beneplacitum meum.

Proinde vbiq; que teipsum inuenieris, puta, propriam quæsitonem aut priuatũ amorem, ibi teipsum debes relinquere, vel etiam totum illud, quo me purè non intendebas (si alioqui nihil obstiterit) intermittere.

Nemini debes, quærlari de ijs quæ pateris, nisi consilij gratia. Ex manu etenim mea cuncta debes accipere, & in me omnia referre.

Idcirco vndecunq; ingruerit tempestas, quocunq; modo aduersitas aduenerit, animam habes paratum, mihi & omnibus creaturis ad sustinendum subiectum.

Cæterum, contra motus insurgentes vim tibi facias, ac teipsum studeas relinquere, nec contra homines mouearis, pugnes, disputes aut resistas.

Noli præterea patiendi effugium quærere, nec te excusare, sed tacens elige omnia in pacè, in tranquillitate, in æquanimitate & silentio cordis recipere, & quamdiu mihi placet portare.

In aduersitate etiam constitutus, noli ex deliberato proposito, id est, ex intentione obtinendi, & propter te, id est, vt leuius habeas, consolationem vllam quærere: sed mihi omnia committe, & vniuersorum à me & exitum & finem præstolare.

In quavis hebdomada sacerdoti quidem non minus semel sacramentaliter, mihi vero quotidie in oratione & id sæpius, debes cum gemitu cordis per tui humilena accusationem confiteri, & teipsum offerre mihi in gloriam ac beneplacitum meũ.

In omni mense non minus semel Eucharistiæ Sacramentum, si non potes in hebdomada etiam quavis semel aut bis, suscipere, te conuenit.

Genus flexiones quas in regula priori monui circa venerabile Sacramentum meum, & circa memoriam mortis meæ, noli intermittere.

Si horum aliquid prædictorum fueris transgressus, non propterea nouæ culpæ obnoxius ex huius regulæ assumptione fies, nec plus delinques, quam alius qui extra hanc fraternitatem & regulam deliquerit, pro qualibet tamen transgressione tibi ipse in inconstantia victus, à bono proposito totus tandem desinas, poenitentia seu penam vnius *Aue Maria*, aut grauiorem, impones.

Omnis etiam die sero nihilo minus tria dices *Aue Maria* coram matre mea pijsissima. Vnum pro negligentijs commissis per ignorantiam, quorum non meministi. Alterum, rogando me per illius intercessionem pro emendatione, perseverantia atque mea gratia. Tertium, vt mei cultus in hac regula aut alio quocumque modo mihi placuerit indies dilatetur, augeatur & crescat.

Exercitia spiritus assume deuotioni, statui ac naturæ tuæ congrua, quibus tempus vtiliter expendas, teq; erigas, proficiens quotidie & ad meliora te impellens.

Hanc fraternitatem, seu regulam quisquis assumere voluerit, & se iuxta istam exercere, ante passionis meæ imaginem, si solus est aut secretus esse maluerit, genua flectat, scq; à me in discipulum recipi, & gratia mea perfundi, confortari quoque & confirmari bonam in se voluntatem oret, qua statuet constanter atque indeclinabiliter iuxta harum regularum aliquam viuere. Alios quoque doceat, & mihi animas lucretur & adducat.

At verò si in monasterio oppido ve huius propositi plures fuerint, possent seipfos

H h h h in are

in me cohortari & fraternitatem, non ab alijs diuisam, sed charitate inter se propositi similitudine adunatam, habere: nec paucissimi omnes, puta de quibus non speratur constantia spiritus, aut deuotionis perseverantia, in illam recipere, ne horum leuitas atque instabilitas, qui ad propositi suscepti perfectionem non contendent, aliorum etiam propositum labefactent, atque perire faciant.

Missæ pro mundi peccatorumque reconciliatione à nostro D. Ioanne Iusto Lanspergio Carthusiano ordinata.

INTROITVS.

Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens illis: quia tu es Dominus Deus noster.

Psalmus.

Miserere mei Deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.
Gloria patri &c.

ORATIO.

Populum tuum quæsumus Domine tuæ visitationis illustratione purifica, & vt ardentissime tibi semper vniatur amore ab omni peccato præserua per Dominum nostrum &c.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli, Ad Colossenses.

Fratres, Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordia: Benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis: si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habentes: quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris: in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & commones vobismetipsos in Psalmis & Hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Domino. Omne quodcumque, facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri, Per Iesum Christum Dominum nostrum.

RESPONSORIUM.

Propitius esto Domine peccatis nostris, ne quando dicant gentes vbi est Deus eorum.

VERSVS.

Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine libera nos.

ALLE-

ALLELVIA.

Latus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.

Tractus in septuagesima.

Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

VERSUS.

Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiae tuae: quia pauperes facti sumus nimis.

VERSUS.

Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

SECUNDVM MATTHAEVVM.

In illo tempore, Respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi Pater Domine caeli & terra, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.

SECRETA.

Hostiam quam tu nobis instituisti Domine Iesu Christe propitius respice, & vniuerso populo tuo (vt mortificatis vitijs in nouitate vitae ambulet) gratiam & dona sancti Spiritus tui potenter infunde. Qui uiuis & regnas cum Deo Patre in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

COMMUNIO.

Tu exurgens Domine misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius.

COMPLENDA.

HAEC sacra communio quaesumus Domine plebi tuae impetret misericordiam, vt inter aduersa omnia tam fortis quam patiens, & charitatis igne semper ardeat, & in beneplacitorum tuorum perpetua obseruatione inseparabiliter sibi inhaereat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

Hbbb 2 Pro

Pro Affliclis & contristatis, aut pro seipso.

COLLECTA.

Domine Iesu Christe, qui tuo nos exemplo esse iussisti humiles, mites & misericordes, respice quæsumus huius famuli (aut famulæ, aut famulorum tuorum, nostrum aut meum) omniumque afflictorum gemitum, & in gaudium eorum, (vel nostrum) luctum conuerte, vt illuminati gratia tua discant (vel discamus) & timere in prosperis, & exultare in aduersis. Qui viuus &c.

SECRETA.

HAC oblatione quæsumus Domine, quam in omnium laborum, tristitiarum, passionum, dolorumque tuorum memoriam offerimus, humiliter tibi supplicamus, vt huius famuli tui (nostram vel meam) omniumque afflictorum tristitiam consoleris, quo in te solo perpetuo gaudeant, (vel gaudeamus) & tui amore tristissima que que toto corde subire concupiscant. Qui viuus &c.

COMPLENDA.

Huius Sacramenti cœlestis Domine perceptio hunc famulum tuum, omnesque in vniuerso mundo afflictos consoletur, vt ab omni tristitia erepti exultent in tua misericordia, & in omni beneplacito tuo confirmentur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c.

Libri II. Alloquiorum finis.

*METHODVS AD VERAM CHRISTIANAMQUE PERTINGEN-
di Theosophiam: & quam quæsumus ab eiusdem adeptione præpediant.*

Prefatio Authoris.

Homo rationis ac beatitudinis capax, ad Deum cognoscendum, amandum, & eo fruendum conditus, multis impeditur modis ab illo hoste antiquo, reteratore improbissimo, tartarico demone, ne in Dei cognitione ac amore proficiat; multa enim suggerit, partim euidenter mala, partim virtutis quandam speciem præ se ferentia, quibus plerisque omnes aut penitus auertit à virtutum profectu (quibus solis pertingitur ad Deum) aut certè remoratur.

Curiositas
sciendi ad
salutem nõ
necessaria.

Inter hæc est non minimum impedimentum, libido & curiositas, omnia (etiam infrugifera ac superuacanea) cognoscendi, aut illis (quæ non nihil possint habere commodi ac bonæ frugis) nimis diu immorandi. Ita videmus perplures ætatem omnem deterere in perdiscendis artibus liberalibus, in inuestigandis

curio.

curiosissimæ antiquitatis monumentis, in euoluendis veterum Philosophorum scriptis, in linguarum obtinendâ cognitione, nec id tamen ob aliud aliquid nisi vt decti habeantur, & plurimarum rerum cognitione tum sibi, tum alijs placeant. Interim verò aded sunt suæ æternæ salutis incuriosi, vt dubitare possis Christianis sint, nisi quod verbis adhuc Christum vecumq; fatentur, licet factis negent. Quorum sanè est miseranda conditio, quod cum multò minori negotio possent in vera ac salutari sapientiâ vel summum obtinere gradum, eam nihili pendant & tempus omne atque operam ponant in rebus inutilibus, ne dicam perniciosis.

Verùm id longè debet abesse ab eorum instituto, qui se Christianos non nomine duntaxat, sed & re ipsa præstare volent, qui eò potius modis omnibus conuicti debeant, vt externarum artium vel rerum cognitionem non quidem omninò respiciant, sed (quantum ad Christianam possit satis esse pietatem) apprehendisse contenti sint: ac deinde totos se ad veram conferant Philosophiam, quæ in Dei cognitione & contemplatione versatur: nec obtineri potest, nisi virtutum studio, extirpatis prius vitijs omnibus, ac confopitis animi perturbationibus, quæ mentem obnubilant, aut penitus excæcant, ne possit in Deum suos intendere obtutus. Cùm sit enim Deus spiritus purissimus, non nisi à nitidis mentibus cernitur.

Profligatis autem vitijs, mens suapte spontè fertur in Deum, tanquam suam originem: sicut lapis natura deorsum, ignis sursum tendit.

Istæ verò Philosophia cunctis Ethicis Philosophis nunquam benè perspecta, mystica theologia ac diuina sapientia passim à Theologis appellatur, qua creaturæ animus ultra omnia sese in Deum recipit, creaturis omnibus (quæ ipsi possint esse impedimento) nunciis remittit, soli Deo inhiat, soli Deo placere, eois vno frui desiderat, despicit præsentia, æterna concupiscit, spernit seculi vanitatem, ad cœlestia suspirat, denique ab omnibus sese expedit, vt possit soli Deo vacare ac inhzere, & eo in æternum perfrui. Ipse est enim finis & scopus, ad quem tota hominis vita dirigenda est, qui cùm apprehensus est, nihil est quod præterea mens acquirat, quo non apprehenso, nihil est quod mentem explere queat. Huic ergo tã salutari, tam vtili, tam necessariæ sapientiæ cùm meritò vacare omnes debeant: tamen ea neglecta omnes ferè suos sequuntur animarum impetus, & discunt ad extremam vsque senectutem, nec tamen veritatis scientiam adipiscuntur, quæ non nisi in Deo inuenitur, à quo se miseri auertunt, & qui intus in animâ suâ Deum (in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi) præsentem semper habent, (paratum ipsis suæ sapientiæ splendores affatim communicare,) in externa sese effundunt, voluunt & reuoluunt innumeros codices, noctes ac dies libris assident, seipos miserè discruciant & macerant, vt possint scilicet multa videri didicisse, & ab omnibus Rabbi vocentur, & tamen post tantos labores tam longè absunt è salutari scientiâ, vt oleum atque operam omnem meritò perdidisse censendi sint. Cùm enim ille debeat studiorum nostrorum esse scopus, vt Deum ac diuina rectius cognoscamus, & ardentius amemus: isti quòd plura norunt, eò sunt vaniores, & multò peius plerumque viuunt, quàm qui omninò rudes & idiotæ sunt, quod est euidentis argumentum, non eos verà sed fallaci ac turgidâ scientiâ imbutos.

Vt igitur tandem immodica sciendi libido compefcatur, velimusq; potius

Hhhh 3

Titum 2

Philosophiam verã comprehendendū me dū.

Theosophia quibusnam solis comperita sit.

Scopus studiorum nostrorum esse scopus, vt Deum omnium Christiani cuiusque quis fore debeat.

potius vtilia discere, quam friuola: opera pretium nobis facturi visi sumus, si aliquot adferamus rationes, quibus liquidè declaratur, quid intersit inter sterilem ac infrugiferam Philosophorum & sapientium mundi huius scientiam, & sobriam ac longè saluberrimam proborum Christianorum sapientiam, quam nos *mysticam Theologiam* appellamus. Erunt autem rationes duo decim: Quarum prima hæc.

Theologia mystica quæ sit.

Christianorum Philosophia, (vel vera contemplatio & mystica Theologia) inter omnes scientias facile primas sibi vendicat: quandoquidem in summo & super omnia radiantissimo vertice addiscitur, puta in æterni contemplatione Verbi, quod est præcipuus vertex & fons ac origo diuinarum scripturarum & scientiarum omnium. Vnde est apud D. Dionysium. *Dirige nos, inquit, ad summum verticem mysticorum eloquiorum.* Contra verò humana sapientia discitur in infimo huius nostræ terræ habitationis carcere, qui est vallis miseræ tenebrosæ. Sapientia Christiana & vera contemplatio in apice voluntatis (tanquam in spiritali fastigio & monte animæ rationalis) perdiscitur, Atqui sapientia humana in valle phantasæ, densis phantasmatum nebulis obsita contrahitur. Vide Augustinum Lib. IX. de S. Trinitate, Capite VI, vt is qui in mōte est, subtus videt æreæ nebulosum, supra verò aerem purum ac syncerum.

D. Dionysius Arcopagita.

S. Augustin.

Philosophiæ mundanæ quanta sit futilitas.

Sapientia contemplationis Diuinæ, omnium scientiarum est compendiosissima, quippe quæ vnico ac simplici & discitur & docetur verbo. Vnde D. Dionysius vocat *mysteria Theologiæ simplicia.* Et D. Apostolus Paulus paucis verbis intra triduum (imò longè minori spacio) eam est sapientiam assecutus. At mundana sapientia & Philosophica longè lateq; diffunditur, & innumeris vix potest addici verbis, persuasionibus, exhortationibus, affirmationibus, negationibus, concertationibus & disputationibus.

Ast. 9.
2. Cor. 11.

Iob 16.
1. Cor. 8.

Quamobrem rectè dici possit mundi sapientibus, ex personâ veri contemplatoris, id quod habetur apud Diuum Iob: *Verbofi omnes amici mei: Ad Deum stillat oculus meus.* Iactant enim sese, & suam ostentant scientiam buccis crepitantibus mundi sapientes: at qui verè sapiens est lacrymis à Deo petit lumen sapientiæ.

Itaque mundi sapientia inflat & dispergit animum, Christiana sapientia compungit & colligit.

Theosophia quàm sit occulta. sed facilis.

Christiana sapientia, (quæ est eadem cum Theologia mystica,) certa est & absoluta. Non enim per parabolas, figuras, ænigmata, symbola, & id genus alia addiscitur: sed dilucidè ac perspicuè, ita vt est reuera. Hanc sapientiam ex Christi pectore affatim hausit præ cæteris charior ille discipulus, quàm postea eructans, *In principio, inquit, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.*

Ioa. 1.

Sed

Sed mundi sapientia semper alio respicit: vtpote innumeris astricta modis, cæ-
libus, temporibus, generibus, numeris, & significandi rationibus: & vt plurimum
non nisi ob humanas laudes, ob honores & dignitates appetitur, quæ omnia vana
sunt, & sui sectatores vanissimos efficiunt.

Theosophia quânam discatur.

Christiana sapientia & contemplatio, verissima est: vt quàm Dens ipse (qui
summa veritas est, nec errare potest) edocet: disciturq; in Verbo æterno (seu
in codice) quod nimirum est veritas per essentiam, vnde quicquid in eo dis-
citur, incommutabile, infallibile, & inconuertibile est.

At mundi fallax sapientia, multa habet vana, commentitia & erroris plena: si-
quidem ab hominibus mendacio obnoxij traditur: per rationem naturalem in
multis hallucinantem obtinetur: in codicibus (multa complectentibus ficta, am-
bigua, falsa, ac facta) reperitur.

Itaque non solum est incommutabilis, sed etiam destruenda, quatenus menda-
cij nititur.

Theosophiam acquirendi modus.

Christiana sapientia, & vera contemplatio, inter scientias omnes facillima
est. Discitur enim suspensis actibus sensuum & intellectus, quia in caligine Luc. 10.
Diuinâ eam beatissima Maria Magdalena (ad pedes Domini Iesu sedens
quieta, hausit auidissimè: nihil morata, quod soror Martha eam desidia incusaret
apud Dominum, qui eam optimam delegasse partem affirmavit.

Porro mundi sapientia multis & sensuum, & phantasie & memoriæ ac intel-
lectus laboribus vix acquiritur, etiam longissimo temporis interuallo. Probant
hoc innumeri Philosophorum atque omnis generis artium professorum casus
inanesq; labores, qui post detritam in eiusmodi studijs ætatem, secundum Acade-
micos hoc solum se scire fatentur, quod nihil sciunt. Qui si eam ponerent operam in
perdiscendâ ac obrinendâ mysticæ Theologiæ sapientiâ, breui ad summam per-
tingent perfectionem, & veri admirandiq; contemplatores efficerentur.

Theosophia vt in pace & silentio acquiratur.

Christiana sapientia præ cæteris scientijs summè pacifica est. Discitur enim Iacob. 1.
cunctarum virium animæ, (quæ apprehensivæ vocantur,) silentio, & in pace
animæ: cum Deo amat, fouet, parit ac tuetur pacem. Ed pertinet sententia il-
la Prophetæ regij: *In pace*, id est, silentio omnium virium apprehensivarum, Psal. 4.
dominiam per contemplationem, & *requiescam* per desiderij expletionem & consola-
tionem.

Mundi verò sapientia pugna est & contentiosa: Obtinetur enim per dispu-
tationum conflictus, & ad lites ac concertationes prouocat, fouetq; & nutrit dis-
cordiam inter sui professores, vt probas *Apost. 11. ad Timot. 11.* Vide sectas Philoso- 2. Tim. 2.
phorum, quàm inter se pugnent, quàm sint diuersæ ac pugnant inter illas opi-
niones, nec inter eos duntaxat, sed etiam Christianos, (humanæ sapientiæ addi-
ctos) dum alij hac vel illa opinione ducuntur.

Theosophia uti humilitate acquiratur.

Osee 4.

Christiana Philosophia est humilissima ac modestissima. Discitur enim & docetur in occulto, seruetur occulte, & appeti: semper secrete & occulte loquari. Huc facit quod per Prophetam Dominus de animâ religioſâ dicit:

Psal. 93.

Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad eor eius. Beatus homo, quem tu erudiris Domine, non foris sed intus: non in publico (ubi vana subrepat laus) sed in secreto, ubi non timetur pestifer status vanæ gloriæ cuncta bona dissipantis.

Perſius.

Elat. 4.

At mundi sapientia non intus sed foris gloriam quærens, propalam docetur in scholis, in gymnasijs, in hominum frequentia, nec se patitur ab hominum noticiâ secludi, sed vult cunctis innotescere, ut lauderar ab omnibus. Quod genus homines irridens Perſius: *Scire tuum, inquit, nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.* Istis per Prophetam dicit Spiritus Sanctus: *Filij hominum vsque quo graui corde: ut quid diligitis vanitatem, & quantum mendacium?*

Theosophia uti minimè sit obscura.

Num. 12.

Christiana sapientia est euidentissima, siquidem per eam Deus (qui est obiectum lucidissimum) perspicuè & abundè cognoscitur. Nam Moyses contemplator præcipuus, Deum facie ad faciem nouit, & palam vidit, non per ænigmata & figuras. Quid verò potest esse opacius, quàm Deum per contemplationem cernere?

Eccle. 8.

Mundi autem sapientia obscurissima est & maximè ambigua, nec quicquam per eam certò cognoscitur, sed cuncta quasi per accidentia agnoscimus. Nota est illa Sapientis sententia: *Intellexi quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum que sunt sub sole: & quantum plus laborauerit ad querendum, tantò minus inueniat.*

Theosophia quantæ sit præstantiæ.

Christiana Philosophia, & vera diuinorum contemplatio, dignissima est, utpote quæ circa præclarissimum versatur obiectum, ipsum videlicet Deum omnipotentem, qui est omnium perfectionum & bonorum pelagus infinitum.

Iacobus.

Mundi autem sapientia est reuera vilissima, quandoquidem circa creaturas vilissimas occupatur: puta circa materiam primam, (quæ est imperfectissima,) circa quantitates, & secundas intentiones, alijs eiusmodi: si quid verò de Deo vel cœlestibus agat, prorsus confusa est, & generali quadam ratione dæcitur. De qua est illud Iacobi Apostoli. *Non est istorum sapientia desursum descendens à patre lumininum, sed terrena, animalis, diabolica.*

Theosophia ut sit omnium scientiarum sublimissima.

2. Cor. 12.

Christiana sapientia est sublimissima: Excedit enim tum Physicam, tum Metaphysicam scientiam: illam quidem quod eâ in re versatur, quæ non potest ratione naturali attingi aut inuestigari: istam verò, quod id tractat, quod non potest villo humanæ intelligentiæ actû perspicui vel cognosci. O admirandam, ô sublimem, ô diuinam & maximè appetendam sapientiam! quàm didicit Apostolus, cum raptus in tertium cœlum audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Poet.

Porro humana sapientia prorsus abiecta & infima est; quia de visibilibus, & corporeis, & ijs quæ humanâ possint ratione ac intelligentiâ contingi agit: suiq; sectatores in infimis semper retinet, efficitq; vanitati deditos, vt non possint assurgere ad cœlestia contemplanda & amanda.

Theosophia quam sit opulenta.

Christiana Philosophia ac vera contemplatio est abundantissima; siquidem non implet modo, verum etiam copiosè inundat animam rationalem bonis spiritualibus. In ipsa enim Diuinorum contemplatione, ex illo potatur fonte Diuinæ essentiæ ac immensæ Beatitudinis, de quo quisquis biberit, non sitiet in æternum, eademq; contemplatio mentem cœlestibus replet intolletibus. 1. Cor. 4

Atqui mundi sapientia inanissima ac summè indiga & inops, semperq; famelica est, nunquam exacians nec tranquillans animum. Quam qui biberit, sitiet amplius. Cui qui etiam penitus immoriuntur, nihil obtinent internarum animi diuitiarum, nihil salutaris ac veræ sapientiæ: sed manent miseri ac stolidi, seipos inaniter hominibus venditantes, vt sint in precio apud alios, cum apud Deum & in sua ipsorum conscientia nihil sint.

Theosophia quantum ditet ornetq; animam rationalem.

Christiana ac mystica sapientia est longè gloriosissima. Implet enim & decentissimè foris & intus componit, ornat & ditat hominem virtutum, morum, charismatum, donorum, beatitudinum & fructuum splendoribus pulcherrimis: nec vlla alia scientia perinde gloriosam, fecundam, locupletem ac illustrem reddit animam, non modo in hoc seculo, sed & in æternâ beatitudine. De qua præclare dicit Author libri Sapientiæ: Optaui, inquit, & datus est mihi Sap. 7 sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Et proposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi pariter omnia bona cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Et latatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia. Et ignorabam, quoniam omnium bonorum mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidiâ communico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia Dei, propter disciplinam dona commendati.

Contra verò mundi obscura sapientia multis & foris & intus hominem replet confusionibus, & perturbationibus, puta, infidelitate, hæresi, incantationibus, superbiâ, inuidiâ, lasciuia, blasphemiâ, indignatione, &c. Vide Apostolum I. Tim. 6 ad Timoth. 11. Inde est, quod plerique omnes mundanæ sapientiæ addicti, pronissimi sunt in lites, concertationes, pugnas: unde oriuntur hæreses & mala innumera, dum alij alijs cedere nolunt, sed suam quique sententiam pertinaciter defendunt, inflati sensu carnis suæ, & spiritu tumidi. Quo fit vt difficilimum sit,

cum eiusmodi pacificè vitam transigere, ob eorum arrogantiam & morositatem quam sempiterna sequentur lamenta, nisi resipuerint.

Iraque stultissimi sunt, qui omnia & contempta facillimè, certissimè ac saluberrimè Christianà sapientià (quæ in Dei contemplatione obtinetur) facultates, vires, corporis & animæ, tempus pretiosum, in Philosophorum, Rhetorum, aliorumq; curiosorum vanâ & abiectâ comparandâ scientiâ (ultra quam ratio dicitur, aut Christiano homini congruum sit) deterunt & consumunt. Satis esset, tantum humanarum artium didicisse: quantum posset sufficere cuiusq; statui, professioni vel conditioni.

Non enim id affirmamus, prorsus contemnendam esse Philosophicam scientiam: sed eos reprehendimus, qui in eâ nimis diu versantur, potioraq; interim miserè negligunt, perinde quasi eo nati simus, vt omnes Philosophorum veritas & ineptias habeamus cognitâs & exploratas: in quibus sæpè plus dispendij quam compendij inest; & non eò potius, vt in Dei cognitione & amore indies crescamus, & quæ inde nos retrahunt aut impediunt seridò fugiamus.

Breuis est hæc vita, nec (si velimus) possumus cuncta perdiscere. Cur igitur non ea malimus pro viribus sectari, quorum cognitio nos beatos reddit: speretis illis, quæ nullam adferunt salutarem eruditionem, sed habent sterilem ac infrugiferam (ne dicam perniciosam) cognitionem? O quam seueram quandoque rationem Deo reddituri sunt, qui tempus pretiosissimum (agendæ penitentia, virtutum obtinendarum, & diuinæ contemplationis comparandæ causâ nobis indultum) in nugis & vanitatibus perdunt: nihil secum ex hæc vitâ nisi animam vitijs & erroribus mille implicatam relaturi?

FINIS.



CHRI.

CHRISTIANO PIOQUE LE-
ctori, Salutem.

HOC libello autor turturis in morem gemitibus deditæ, pijsimas gemendi atque ad Deum & caelestia suspirandi formulas tradit, introducens animam primo proprii corporis molestias & impedimenta plangentem, deinde mundi quoque peccata & calamitates lugentem, post sensim ab infimis ad superiora scandentem, & ex omnibus ad Deum asperandi materiam capientem. Libellus ipse brevis certè est, sed breuitatem suam multiplici vtilitate compensat. Vtinam discamus, omnes turturis imitari gemitus (Namque & libellus iste titulum habet, Gemitus turturis) & tum labentis seculi vanitatem, tum innumerabilium calamitatum, miseriarum, periculorum, angustiarum, tentationum, quibus vndique cingimur, molestias & discrimina haud oscitanter perpendere, atque ex ipsa hac consideratione primo quidem despiciere quicquid potest blandiri in hac vita tot ærumnis obnoxia: deinde perpetim eo suspirare ac animi votis & conatibus proficisci, vbi sunt certa, vera & aeterna gaudia. Hoc efficere in lectoris animo nititur totus hic libellus. Frigido lectori, & qui mundi huius deliram insanamque lætitiã sectetur, insipidus fortassis erit, sed Deum iam vel vtcunq̃ amanti poterit esse gratissimus: Cur enim sumus id quod sumus, nisi vt assiduè eo tēdamus, eo suspiremus, vnde primam nostræ essentiaë originem hausimus: hoc est, ad Deum verum omnium fontem & principium, cui qui non suspirat, miser est & infelix, per inania fallacis mundi oblectamenta diffluens, & totus effusus in hæc visibilia, quæ velut vmbra prætereunt, nec diu possint vnq̃ in loco subsistere: pertinetque haud dubio ad eorum numerum, de quibus Propheta terribiliter ait: *Qui elongant se à re Domini peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Et tamen id genus hominibus plenus est mundus qui tantum præsentibus capiuntur, & quicquid potest arridere in hoc seculo, avidissimè amplectuntur, atque interim inter ipsa quibus inhiant oblectamenta, simul cum tempore præterfluunt, atque vbi non putant, mortis laqueis præfocantur, nihil aliud secum reportantes ex momentaneis huius vitæ miseræ & fallaciosæ vanitatibus, quam conscientiam

peccatis onustam, quibus deinceps æternum cruciantur apud inferos, Sicut enim iusti & pijs temporales miseriæ & cruciamenta æquanimiter perpeffa vertuntur in ineffabilem ac sempiternam voluptatem, ita impijs & iniquis mundi gaudia in inexplicabiles ac æternos mutantur cruciatus. Itaque, quod libellus hic tradit, suspiremus pie lector ad cœlestia, præsentia floccipendamus. Non deerit conatibus nostris is, qui nos vt conemur inuitat, Dominus noster Iesus Christus, cui nos tuis vt precibus commendes oramus, vale.

IN SOLILOQVIUM ANIMAE AMANTIS
suauiterq; ad vitam verè beatam aspirantis ac æstuantis,
Præfatiuncula.



DESU suauissime, sola, vera, & vniuersa suauitas, ô sol desiderabilis super aurum & lapidem pretiosum multum, quia tu solus es speciosus forma prælijs hominû, tu verè filius hominis, ô dulcor super mei & fauum, quia fauus distillans sunt labia tua, mel & lac sub lingua tua. in tuis enim labijs gratia est diffusa, ô secretissime & presensissime, quia omnibus presens, sed paucis admodum vixit a amicis manifestus es. Benignissime omnium, iam nunc adesto, meoq; (qui in se miseri sunt) in te misericorditer mirabiliterq; conuertere

digneris affectus, vt Spiritu sancto vehementer & dulciter aspiratus, ipsius igne illuminet pariter & inardescam, & anime sponsa tua, qua corporis fastidit angustias, terrena inquinamenta horrescit, sancta ciuitatis tua & domus super cœlestis habitationem concupiscat, tibi verò & dulci sponso suo coniungi desideret, cordeq; sentire & verbis competentibus explicare valeant affectus, vt animarum nondum ardentium meditationes in concupiscentiam tui valeant excitari: iam verò ardentes in maiorem & dulciorem inflammentur ardorem, vt gressus tuos per omnium virtutum itinera comitantes, post eanentes cursent, immò quasi quibusdam alis assumptis volitent, & dulcibus quæreis velut columba & turres tue, tibi incessanter insistant, non recipientes medelam consolationis humanae, donec per te solum sponsum earum dulcissimum, anima ipsarum eripiatur à morte, oculi succentur à lachrymis, pedes ab omni laqueo eruantur, & placeant tibi Deo viuo & vero in regione viuorum: vbite non iam per speculum & in enigmate, sed facie ad faciem contemplantur, Deum & regem, sponsum & amicum suum, & diu cupitis tuis amplexibus fatientur. Iam verò anima suspirantis & à corpore liberari desiderantis ob amorem sponsi, verba ponamus.

Psa. 44
Cant. 4

Psa. 44

Psa. 114
1. Col. 3

SOLL

SOLILOQVIVM ANIMÆ FI-
delis præsentis vitæ exilium, miserias,
calamitates, propria sua pericula, peccata, ingrati-
tudinemque gementis, & ad cœlestia anxie vehe-
menterque suspirantis.

*Vt amans anima corpus suum onerosum, tenebrosum, inimicumque
queratur fore impedimento, quo minus dilecto perfecte
frui liceat.*

CAPVT I.



Corpus meum miserum, corpus mortis, quod corrumpitur & ag- Sapient. 9.
grauat animam, quamdiu te patiar, quamdiu tecum ero, quamdiu
concupiscentias tuas malas & mihi contrarias, sustinebo? Quamdiu
in carcere tuo reclusa gemam, & circumdata vmbriis mortis, non po-
tero faciem meam ad veri Solis radium subleuare, vt dicā Soli meo, Ioan. 1.
Psal. 118.
qui illuminat omnem hominem venientem ad ipsum: Illumina sol clarissime &
charissime oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem? Et hæc nunc quidem
gemans & lachrymans dico, compuncta in cubili meo, sed non responderetur, nec fa-
tis sic affectui meo, quia tu corpus corruptibile tanquam paries medius interpo-
neris inter me & lucidissimum, pulcherrimum sponsum meum, & tuis tenebris
illius claritatem à me, & me ab illius optabili claritate disjungis. O verè odiosum
& tenebrosum corpus, o verè inimice & tediose paries, qui tam densis tenebris o-
periris, vt maximè, fortissimè, & dulcissimè lucis radius tuas non possit tenebras
penetrare. Ni fallor tu es ille paries inimicus & tenebrosus, què Sponsa in Canti-
co canticorum nominat, cùm de Sponsa sic loquitur: *En ipse stat post parietem nostrum,* Cant. 2.
prospiciens per fenestras. O paries corporis mei, quàm spissus & quàm firmus es? Spis-
situdine enim tua à me optabile lumen abscindis, firmitate tua duras, vt non cito
possis corruere. Vtinam minus spissus esses, vt delectabile lumen sponsi, meis ocu-
lis per te possit infundi, quod nunc tua tam immensa spissitudine obscuratur. Vti-
nam & minus firmus esses, vt lumen illius amantissimè faciei sponsi mei tam diu
in tantum desideratum, sed te mediantè dilatatum, te saltè cadente illucesceret
menti meæ, & sineret me oculis irreuerberatis illam speciosissimam faciem intue-
ri? & clamarem ad Dominum: Ne auertas sponse dulcissime faciem tuam à me, & Psal. 114.
ne declines de cætero ab ancilla tua, ne sicut similis descenditibus in lacum. Hei
mihi quamdiu differar ab illa facie propter firmitatem tuam. O paries tenebrosè?
Quamdiu illius dulcissimi luminis, immensitatem quasi quasdam scintillas in-
tuebor, sponse serenissimo ad me aspiciente per te quasi per quasdam fenestras?
Nam propter interpositionem tuam, suæ dulcissimæ bonitatis agnitionem mihi
rarissimè & breuissimè manifestat. Quid molestius accidere posset? Amicissimus
& desideratissimus ille rarè venit, & cito recedit.

Vti amans anima se resignet desideretque per pœnas martirij eximi molestijs corporis, suoque amato coniungi.

CAPVT II.

In felix ego homo, qui me liberabit de corpore mortis huius? Quamdiu moriar in te & corpus morbidum & mortiferum? immo quamdiu viues tu ad moreificationem meam continuam, & non morieris? Vbi sunt omnes antiqui temporis crudelissimi persecutores nominis Christiani, vt in me Christum confitentem deszuant, & me per crucis patibulum reddant crucifixo? Scringantur gladij, pareantur ignes, ferarum rabies incitetur, exercentur omnia genera tormetorum: Christiana ego sum. Quid moramini? Si perimendi sunt Christiani, ecce dixi & dico, quia Christiana ego sum. Sed quid loquor? Ecce non comparent carnifices, & Ecclesia Dei pax est: & ecce in hac die quæ ad pacem mihi, & in hac pace amaritudo mea amarissima. Amara enim nimirum est hæc pax quamuis bona, illam optimam & pacatissimam æternam & dulcissimam pacem differens. O quam omnino iucundissimi agones martyrum corpus miserum occidentes, saccum conscindentes, vitam conterentes, & animam gramen & cinerum in coelestem thalamum, in horrea horroris nescia, & in cellam vinariam transmittentes. Quis timeret miseri corporis occisores, diligens eum qui habet potestatem animam & corpus ad coelestem iucundissimum & amantissimum paradysum transferre? Hei quam fortiter pœnas potuerunt contemnere, qui tam opprimem & lætissimum præmium pœnarum in manibus tenuerunt. Quam summè bonum, & quàm iucundum, ex hoc pessimo & tristissimo corpore mortis subito emigrare, & ad vitam incorruptibilem sine mora transire? Quis mihi det hanc mortem breuem & desiderabilem, me ab hac morte quotidiana & continua, quàm patior liberantem?

Vti amans anima humiliter supplicet corruptibili corpore eximi, adq̃ superna gaudia peruenire.

CAPVT III.

O Dulcissime & serenissime pater misericordiarum & totius consolationis, qui me in hoc tam laborioso huius corporis carcere deuinxisti: liberator meus de gentibus iracundis, dirumpe iam vincula mea, vincula amarissima, vincula mortis, vincula tenebrarum, vt conuersa in requiem dulcedinis tuæ vitæ æternæ, libertatis nobilissimæ, iam tibi sacrificem hostiam laudis memetipsam, & inflammer & illuminer à fortissimo & lucidissimo igne charitatis & claritatis tuæ. O Deus meus vita mea, dulcedo mea sancta, quamdiu stabis post parietem corporis mei, & tam modica, obscura & breui me visitatione respicies, & cordi meo tam minimas tuæ maximæ dulcedinis guttulas instillabas? Veniat obsecro nunc tandem de thesauris summæ Trinitatis torrens fortissimæ charitatis, qui violentia dulcedinis suæ hos odiosos obices corporis mei potenter euellat, vt egō sicut passer erepta de laqueo venantium, laqueoq̃ contrito liberata, in tam diu cupitos amplexus tuos nullo impedimento obstante ruere possim, gaudeam, & eultem palam deosculans te fratrem meum, Dominum meum, Sponsum meum

amant-

amantissimum, potētissimum, dulcissimum, & ab vberibus plenissimæ consolationis tuæ merear consolari, destructo & deiecto hoc pariete inimicitiarum, scilicet corpore meo, quod tunc post mortem principium veræ vitæ incipiam diligere & desiderare propensius. Scio enim me idem corpus tunc incorruptibile recepturam & cum ipso stolam duplicem habituram, nec impleri poterit gaudium meum sine reparatione corporis mei, quod nunc licet in tristitia & dolore mihi cooperatur, vt oleum laudis pro luctu, vel pallium gaudij pro mœrore, coronam dulcoris pariter & decoris pro cinere humiliationis & squaloris, præstante te dulcissime Sponse meus quandoque feliciter merear obtinere, cum canente tuba nouissima, mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur: cum corruptibile hoc inducet incorruptionem & mortale hoc inducet immortalitatem: quando absorbebitur mors in victoria, ita vt non solum non timeatur, verum etiam nec mentio eiusdem habeatur, omnibus securissimè, quietissimè, iucundissimèq; viuentibus, & vitam æternam in pane viuæ, in pane Angelorum manducantibus, & haustum vitæ perennis de fonte vitæ, fonte dulcissimè & lucidissimè haurientibus, bibentibus omnibus pro voluntate & capacitate sua, quantumcunque placet, quantumcunque liber de vita vitam, de salute salutem, dulcedinem de dulcissimo corde tuo dulcissime Christe Iesu.

Vti amans anima mundum huncce fallacem deploret: in quantas item calamitates per protoparentum præuarcationem incidimus vniuersi.

CAPVT IV.

Quid autem de hoc mundo immundo loqui poterò? Quid mihi & tibi o munde immundissime, carcer tenebrose, ergastulum squalidissimum, sentina fetidissima? Quid mihi, inquã, & tibi est? Quamdiu in te exiliũ patiemur, exules filij exulantis olim, nunc autem in patria lætantis Adæ? O infelix commercium, cum ille à serpente deiectus pro tua miseria paradysi delicias commutauit. Infelix verè transiit de incorruptione ad corruptionem, de vita ad mortem, de luce ad tenebras, de gaudio ad dolores, de colloquio dulcissimi, suauissimi & totius desiderabilis Dei, ad confabulationes amarissimæ, & perditissimi, & pessimi inimici. Sed vtinam radix sola, id est, primi parentis vitium incurrisset, vt non simul cum ipsis & in ipsis tota posteritas corruisset. Sed heu corruerunt homines omnes, & ego in omnibus non enim melior sum, quàm patres mei. Corruimus inquam, in hanc vallem lachrymarum, conuallem plorationis, foueam tenacis bituminis, in hoc exilium plenum laqueis innumeris & inextricabilibus, plenum timore nocturno semper suspectum à sagitta volante in die, semper timorosum à negotio perambulante in tenebris, semper horribile ab incursu & demonio meridiano. Quis locus hic securitati, aut quieti relinquitur? In nocte aduersitatis nos timor angustat, in die prosperitatis sagitta dilationis nos vulnerat, in tenebris ignorantia diuersis modis demonia nos negotiosa decipiunt, in meridie honorum non nunquam incurrentibus nobis demonijs à dierum nostrorum medio, id est, à bonis operibus ad perfectionem tendentibus, reuocamur. *Hæc mihi, quia inter hæc incolam meus prolongatus est.*

Vt amans anima presentis vitæ calamitates deplorat: mundi huius vitia quanta inuoluerint, quibusque peccatis potissimum seculares homines irretiti teneantur.

CAP V.

Psal. 39.

Domine Domine quando respicies, quando mihi misello expectanti & expectandi te misericorditer intendes, vt exaudias preces meas, & educa me de hoc lacu miseriz & de luto fecis, vt statuas supra petram æternæ stabilitatis pedes meos, & ad patriam æternæ iucunditatis dirigas gressus meos, vbi immittes in os meum canticum nouum, hymnum tibi Deus meus: Nunc autem interim dū super flumina sedeo Babylonis, id est, huius mundi confusi diuersis peccatis, sicut dum recordor illius super celestis Sion, & sunt mihi lachryma mea panes die ac nocte, dū dicitur mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus? Et ego dico: Deus meus vbi es? Ecce vbi es.

Psal. 135.

Psal. 41.

Et respiro modicum & modicum paululum, inquam, respiro in te Deus meus, solatium meum, dum à longè prospicio, & quasi de longinquo saluto patriam meam, regnum tuum o rex & pater meus, cum effundo super me animam meam, cum pertranseo meditando in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum tuam, vbi quamuis tenuiter & non omnino intelligibiliter audio vocem exultationis & laudationis, soni festiuitatem celebrantis. Et tamen adhuc tristis est, quia relabatur subito ad consuetas miserias misera anima mea, & conturbat me, & facit mihi tedium vitæ meæ, dum considero diuersa pericula, tam eorum qui foris sunt, quam eorum qui intus. Adhuc enim insultat Iudæus mortuo crucifixo nostro. Mortalem fuisse Deum paganus irridet. Quis hoc non doleat, quis optimo crucifixo non condoleat, pro nobis facto viro dolorum, super quem adhuc cadunt opprobria exprobrantium ei, & additur dolor super vulnere eius dolorem, dum hodie contemnitur regnans & in æternum victurus in caelis qui tunc vulnerabatur humilis, & temporaliter moriturus in terris. At verò intus, id est, in Ecclesia Catholica fideles infideliter viuunt, & ipsum meum crucifixum, quem verbis protestantur, factis detestantur, quæ consententur lingua, operibus diffitentur. Nec minus foris, id est extra religionem, vel extra monasteria, mundum sequuntur amatores mundi, solo nomine Christiani, regnantes in eis non Christus Iesus Rex regum & Dominus dominantium, qui verè mitis est, & humilis corde, cuius iugum suauis est, & onus leue: sed iugum grauisimum iniquitatis ipsi sibi imponunt homines inhumani, faciuntque in se regnare concupiscentiam oculorum, id est, auaritiam & concupiscentiam carnis, id est, luxuriam, & superbiam vitæ, dum gloriantur in malitia, qui potentes sunt in iniquitate. Abiecto dulcissimo sanctæ charitatis affectu, mordent se inuicem & comedunt, sæpiusque inuicem se collumunt, odientes & detrahentes, & occidentes se inuicem qui inuicem, deberent esse benigni & misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit nobis.

Ibidem.

Psal. 41.

Esaia 53.

Psal. 68.

Esaia 1.

Vt amans anima quorundam religiosorum vitia defleat: vt que profui ex cunctis malis liberatione & cum Deo vnione supplicet.

CAP VI.

1. Co. 7.

Vtinam autem hæc ad eos qui intus, id est, in monasterijs sunt minimè pertuerent, & haberetur saltem securitas intus inter filios & filias Dei spirituales & speciales, filijs mundi pugnantibus, litigantibus & belligerantibus foris. Sed

Sed heu verum, & nimis verum est hoc dictum Apostoli: *Intus timores, foris pugnae* immò etiam, intus timores propter pericula fratrum falsorum, intus quoque sunt pugnae propter eos qui aperte virtutibus, & disciplinæ, & sanctæ charitati resistunt, & verissimum est quod Sponsa in Cantico amoris conqueritur dicens: *Filius matris meae pugnauerunt contra me*, dum quælibet optima anima volens piè viuere in Christo persecutionem patitur.

Et quid ultra dicam? Clementissime Pater cum quo & propter quem sustineo opprobria, & operit sæpè confusio faciem meam, de tantis iam nunc laqueis eripe me. *Libera me, & pone me iuxta te*, fiat manus tua dulcissime saluator meus, vt saluet me, & tunc *cutusuis manu pugnet contra me*. Vsq̄quo enim tu Domine qui omnia nosti, qui scrutaris renes, & corda omnium intueris, vsq̄quo inquam, oblitisceris me in finem, vsq̄quo auertis iucundissimam faciem dulcissimæ consolationis tuæ à me? Quamdiu ponam consilia in anima mea, dum propter multiplicium infidiarum laqueos vereri me oportet omnia opera, sciens etiam si nihil mihi conficius sum, me in hoc quoque non iustificari?

Benignissimæ Iesu obsecro te per humanitatem nostram, quàm dignatus es assumere, vt me de hoc exilio ouem tuam perditam pijs humeris tuis per crucem tuam ad patriam tuam & nostram, à qua heu cecidimus reportes. Respice vultu tuo misericordissimo animam, quàm ad te metipsam creasti, & saluam eam fac, quoniam intraerunt aquæ multiplicium tribulationum vsq̄ ad ipsam. Infixa quoque in limo profundi, & non subsistens, de profundis clamo ad te, laboro clamans die ac nocte, rauca factæ sunt fauces meæ, deficiunt oculi mei, dum spero in te spes mea & Deus meus. In multitudine igitur misericordiæ tuæ exaudi me. & quia verè benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et quia non in iustificationibus meis prosterno preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, iam iam de hoc sæculo nequã eripe me, & de miserijs meis multis, & transfer me ab æstu mundi ad amœna paradyssi, vbi glorioso ac desiderabili vultu tuo pasces oues tuas, vbi cubas in omni securitate, in meridie clarissimæ lucis tuæ, ô lucidissime & pulcherrime Christe Iesu.

Vti amans anima cœlestis Hierusalem contempletur gloriam, vtque eius decorem desideret vehementer.

CAPIT VII.

Nunc iã super te eleuare anima mea, & relictis infra te omnibus mutabilibus & querelosis causis, sursum cor habe ad illam matrem nostram cœlestem Hierusalem, ab omni querela liberam, de qua multi quidem multa gloriosa dixerunt, & adhuc locus est laudi gloriæ eius. Quis enim dignè te laudare poterit ciuitas tota laudabilis, tota solis laudibus vacans illius tui summi regis, quem dignè laudare nemo porest? Felix tu, & nimium felix, sine fineq̄ felix, quàm pulchra es & decora, quàm gloriosa es & beata. *Tota pulchra es, & macula non est in te*. Electa Dei ciuitas manu æterni artificis constructa, quis perpendere, quis referre potest ineffabilem, inestimabilem decorem ædificiorum, quæ construeris ex viuis & electis lapidibus candentibus & rubentibus, de sanguine agni incontaminati & immaculati, summè pulchri & summè diligendi, candidi & rubicundi Iesu? Huius purissimo cruore adornati sunt omnes lapides sanctuarij tui ciuitas sancta, huius cruce

Kkk

expolita

expolita, quia aliter non introissent in te incircumcisi, & immundi. Muri tui ex gemis micantibus multis & varijs, portæ tuæ ex margaritis optimis, plateæ ex auro purissimo. Mansiones tuæ plurimæ cœlestibus fundatæ saphyris, laterculis aureis coopertæ, quæ solos illos beatos recipiunt, quibus à suo rege sunt ante sæcula preparatæ, quia non est in te malus, neq; vitiosus, non est in te fermentum malitiæ & nequitia. Nihil est in te, quod sit sanctæ delectationi contrarium: omnia bona simul sunt & iucunda. Pascuntur oculi ciuium tuorum amœnitate iucundissima, gramineis cespitibus nunquam marcentibus, floribus rosarum & liliorum, nunquam se mutantibus. præcipuè luce tua purissima, in cuius respectu lux nostra nox est & quædam vmbra, minimæ scintillæ inconprehensibilis splendoris minimè comparanda.

Vt amans anima mirè rapiatur ex contemplatione quatuor elementorum, luminumque cœlestium corporum ad notitiam amoremque mansionum cœlicarum.

CAPVT VIII.

Libet hic per elementorum considerationem ad tam miri luminis contemplationem ascendere, libet tenebrosa luce calcata ad illam lucidissimæ lucis ascendere mansionem.

Video igitur terram, quæ grauitate sua infimam se esse indicat. Nigra quidem in se est & obscura, non parum tamen de se decoris emittens, florida gramina, flores innumeros, arbores fructuosas, herbas aromaticas, & cætera innumera, quæ quamuis corruptibilia sint, corruptibiles tamen demulcent aspectus.

Proxima est aqua terræ leuitate & pulchritudine, quæ tam in fontibus quàm in fluminibus tantum iucunditatis habet, vt nullus locus sine aqua sit laudabilis & iucundus.

Super aquam proximus est aër liquidus, lucidus & perspicuus, cuius pulchritudine tantum humana natura delectatur, vt aëre conturbato, ipsa quoque naturaliter conturbetur.

Superiora sunt his omnibus sydera ignea, quæ tanto magis habent pulchritudinis & decoris quanto à corruptione terrena magis eleuata & separata sunt. Quantum inest decor luminaribus illuminantibus tenebras noctis, quanta iucunditas inuentibus illa? Quis vel vni stellæ aliquid simile videt in terra? Quam iucundus decor est lucifero, lucis primordia nuncianti?

Sed obscurat claritate sua cæteras stellas pulcherrima magnitudo & maxima pulchritudo corporis lunaris, patienter in se visus humanos admittens, nosq; candidissima sui claritate demulcens.

Superat autem & lunam & stellas fulgentissima claritate sua igneum corpus solis, aliquid in se cœleste & diuinum ostendentis, eò quod aciem oculorum nostrorum corruptibilium in sui considerationem nõ admittat. Quis dicere poterit pulchritudinem solis, qui in se videri non potest, quia ipse solus cor est mundi, principium caloris & luminis, omnia nutrens & illuminans quæ sub ipso sunt? Huc vsque oculis me ducentibus per ipsa elementa conscendi, & video ea quanto viciniora sunt cœlo, tanto plus claritatis & fulgoris habere.

Si ergo in his visibilibus infimis terrenis & corruptibilibus tantum est pulchritudinis & decoris, quid esse credam in illis invisibilibus, summis cœlestibus, & incor-

& incorruptibilibus? Quomodo virescit terra viuentium, quomodo floret, quales flores violarum, rosarum & liliorum producit, qui nostros flores terræ nostræ tantum præcedunt pulchritudine sua, quantum & durabilitate? Quem ergo modum habet pulchritudo florum terræ viuentium, quorum durabilitas non habet finem? Si tantum decoris & delectationi habent flores nostri, qui mox ut oriuntur, deficiunt, quantum elegantiae habent flores illi qui nunquam marcescunt? Quam pulchra est statura arborum semper viuentium, in terra viuentium qualis fructus earum quarum folia nunquam decidunt, quarum fructus nunquam corrumpuntur? Et ut alias taceam, qualis est arbor ligni vitæ, cuius fructum qui comederit, uiuet in æternum? Dico autem lignum vitæ illius supercælestis paradisi non huius terræ, de quo electus est Adam. Sed nondum est tempus differendi.

Quid dignè de illis supercælestibus aquis dicam? Quantæ eas perspicuitatis, quantæ iucunditatis esse putem, cum nostras corruptibiles aquas videas tam perspicuas & iucundas? Deinde quis illius immutabilis aeris clarissimam subtilitatem, & subtilissimam claritatem valeat explicare? Non est mutabilis vicissitudo temporum, non expellit nox diem, vel dies noctem. non est mutatio qualitatum temporalium, non succedit æstas veri, non autumnus æstati, non hyems autumnio, sed vnum & perpetuum ver ibi est: immò vnus ibi dies est temperatissimus, serenissimus, iucundissimus. *Melior est hæc vna dies in agris Domini super milia dierum temporalium & transeuntium, quanta scunq; habeant voluptates quia illa dies perfecta in decore suo, in iucunditate, in delictijs æternalibus nunquam decrescit, stellis suis & sole suo, sole vtrique iustitiæ, solstitium æternum tenentibus, nec vnquam de cætero declinantibus ad vesperam. Ni fallor ille est meridies, in quo Sponsa Sponsum patientem pariter & cubantem sibi postulat indicari, ita dicens: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.**

Pauit nos aliquando pastor noster, dilectus animæ nostræ non cubando, sed stando in cruce manibus expansis, & toto corpore distento: pauit inquam, nos tunc non in meridie, sed in defectu diei nostræ, nostrum sustinens defectum pro nobis, peruenitq; vsque ad vesperam, id est, ad finem vitæ suæ. Permanit enim obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Nunc verò in tuis pascuis ô cælestis Hierusalem pascit suas oves, non sicut olim tenens baculum crucis in manibus bonus, immò & optimus pastor noster, sed cubat in te, id est, requiescit, securitatem habens, quod nemo rapiat eas de manu sua. Cubat ergo in meridie. Et optimè in meridie, quia in maximo feruore, in maximo splendore, quando umbræ minimæ sunt. Verè in maximo splendore, quia sicut sol, non solum sicut nunc fulget, sed sicut tunc fulgebit. Erit enim tunc post iudicium lux lunæ sicut lux solis huius, & lux solis septemplex sicut lux septem dierum.

Habebit ergo qui libet iustus splendorem septemplexis solis, fulgebit sicut septem soles nostri in meridie, non aduesperascente, in solstitio semper stante. Quot ibi soles fulgebunt? Quis ibi fulgor erit? O splendorem illum meridianum & merissimum. O pascua semper virentia, semper desiderabilia, semper saturata, in quibus pastor noster formosissimus, rex, filius regis æternaliter, delectabiliter & securissimè pascit ouiculas suas, non sicut nunc in medio luporum, sed in medio Angelorum, & accubare eas facit in pratis virentibus, in pascuis vberissimis

ascens eas in circuitu suo, vbi lumen est nunquam deficiens, vbi constituit ipse pastor optimus lucidissimas mansiones, ibi requiescunt sanctorum animæ. O meridiam illum lucidissimum, in quo vmbra minimæ, id est, nullæ sunt. Quo enim caderent vmbra, cum ex omni parte lumen sit inexplicabile, incomprehensibile? immò potius vnde venirent vmbra, cum ipsa corpora lucidissima sint futura, & pro vmbra lumen luminosissimum emissuram? pulchra quidem sunt hæc cogitati, dicenti, audienti: sed est adhuc quod tā maximo supercœlesti lumini adijciatur.

Vti amans anima ordines singulorum angelicorum spirituum contemplando miretur, eorundem officia beatitudinemq; compendio perstringens.

CAPVT IX.

NVnquid autem illos purissimos Angelicos spiritus sub silentio hic præteribo, qui de ipso originali fonte luminis diuini lumen hauriunt sempiternum? Hauriunt quidem pleno ore luminis diuini plenitudinem de te Deus meus, & sese replentes non illud exhauriunt, vnde hauriunt, sed quicquid hauriunt, in pelagus diuini luminis totum refundunt, quia nihil suæ virtuti attribuant, sed diuina: tanto subiectiores tibi o pater luminum, quanto tuo lumine sunt pleniores. Et vt rationabiliter non asserendo, de purissimis spiritibus illis loquar, vide Angelos singularum animarum custodes, propter mundiciam cœlestis decoris, vt niuem, immò super niuem albescentes, & primum decoris & delectationis gradum construentes.

Angeli

Archangeli

Vide Archangelos, id est, principes Angelorum tanquam argenti bene sonori candore candentes, in quo splendor albedini commiscetur, quia argentum non solum albet, sed & splendet, immò & sonorum est, quod competit Archangelis, quia non solummodo mundi sunt sicut Angeli, sed etiam splendent, quia missi à Deo ipsum cordibus eorum, ad quos mittuntur faciunt innotescere, insuper dum eloquenter suas legationes denunciant, sicut ab ipso Dei Verbo familiariter audierunt, bene dicuntur argentum splendidum & sonorum.

Virtutes

Vide Virtutes, virore cœlesti pulcherrime virescentes, quia dum per eas Dominus virtutum, virtutes & miracula sapius operatur in terris, virorem suæ fidei in cordibus hominum facit germinare.

Potestates

Considera super Virtutes ordinem Potestatum, quæ ex eo nomen acceperunt, quod Dominus maiestatis earum ministerio specialiter superare & compescere dignatur malignorum spirituum potestatem, ne quantum voluit aduersus humanam infirmitatem præualeant. Hunc inquam, chorum tanquam colorem gladij bene purati aspice fulminantem, tanquam castrorum aciem bene ordinatam.

Principatus

Considera chorum Principatum, colore purpureo insignitam, qui quia quatuor ordinibus sibi subiectis principantur, & eorum ministerio terreni etiam principatus instituuntur, mutantur & disponuntur, colore purpureo quo reges vti solent & principes, conuenienter insigniri & ornari dicuntur.

Dominaciones.

Considera Dominaciones, his omnibus dominantes, ad quas tanquam ad Dominos prædictorum ordinum ministeria referuntur, colore croceo, quo soli dominantes vestiri solent, quadam speciali excellentia & decoris gloria insignitos.

Throni.

Contemplare Thronos, qui sic appellantur, quia Domino maiestatis tanta vicinitate & familiaritate iunguntur, vt in eis sedere, & cum summa tranquillitate per

per eorum ministerium omnia indicare dicatur, cœli lucidissimi & serenissimi colore vestiti, quia & de cœlo dictum est, quia cœlum thronus Dei est. Psal 69
Cherubim.

Contemplare super hos Cherubim diuinæ sapientiæ vicinius adhærere, vt secundum nominis sui interpretationem, (quia Cherubim dicitur plenitudo sapientiæ) de ipso plenissimo fonte sapientiæ diuinæ sapientiæ hauriant plenitudinem, quam cæteris angelorum agminibus administrant, & tam iocundi fluminis impetu lætificant ciuitatem Dei. Hunc inquam, chorum velut auri purissimi fulgore, sapientiam designante, pulcherrime & iucundissime videas radiare. Psa 45

Contemplare Seraphim secundum nomen suum tota ardentia diuinæ charitatis igne, cui immediate iunguntur tanto fortius, quanto vicinius cum summa suauitate flammantia, choruscantia tam iucunde, vt ipsa deitas in eis & flammare suauissime, & lucere iucundissime videatur in tantum vt ipsa non solum flammantia, sed magis flamma maxima videantur: tam mirè quotq; lucentia, vt magna ipsa lux, quam lucentia valeant indicari, ita vt eis mediantibus omnia agmina angelorum illuminentur iucundissime, suauissimeq; incendantur. Seraphim

Vti amans anima cœlestis patriæ ciuium gaudia contempletur, cantica item laudesque, qualia exhibeant à sacris virginibus precipue matre virginum sanctissima Virgine Maria.

CAPVT. X.

NVNC ò anima mea perpende, quantum & quomodo ascenderis, & quantum fas est, tam inexplicabili replere & dilatare lætitia, singulos cœlestium ciuium choros speciali decore fulgentes gradatim pertransi, & leuans in circuiu oculos tuos, vide iucunditatem immensam, quæ in ciuibus cœlestis Hierusalem sine modo, & sine fine resultat. Et vt alia taceam agmina Angelorum iucundissima & delectabilissima varietate distincta, quantum desiderij quantumq; lætitiæ possunt & debent tibi illa ardentia & choruscantia Seraphim tam mirabili suo igne conferre, ardore desiderabili desiderium tuum, choruscantione lætissima lætitiâ augmentantes. Baruc 4

Huc me rape desiderium meum, tanta tui virtute, vt tua lenitas euincat miseri corporis grauitatem, vel illud vna mecum eleuando, vel me ab illo penitus euellendo, quia ò quam bonum, ò quam verè optimum est me hic esse, si non contingat me illo talento plumbi, id est, mole corporea reuocari.

O quam beatum est, hic esse, in te summa Hierusalem, vbi amœnitatem pulchritudinis, formositatem totius splendoris, & dignitatem omnis elegantie iugiter ciues tui cernunt Nihil ibi omnino quod conturbet mentem auribus sanctis datur. Sonant ibi semper melliflua hymnorum organa, suauissima Angelorum melodia, cantica canticorum dulcissima, quæ ad laudem superni regis, & gloriam à supernis ciuibus in perpetuum decantantur.

Præ cunctis autem ciuibus tuis nomen & suauissimum, singulare & delectabilissimum à purissimis virginibus, agnum mansuetissimum sequentibus, canticum decantatur, tanto dulcius, quanto purius, tanto suauius, quanto singularius. Cantat cum virginibus sacris ipsa Virgo virginum mater virginis dulcissimi & purissimi

Kkkk 3 • Iesù.

Iesu: cantat nimirum & præcantat, ducitq; choream chori virginæ regina virginum. O quam iucundissime hymnizans, iubilans, organizans, quanta admiratione omnium cœlestium ciuicem in se trahit affectus, in comparatione illius se, linguae & matos iudicantes. Cantat ergo cantrix illa eloquentissima, canticum suum tanto dulcius in aures, immò in dulcissimum cor dulcissimi Iesu, cui olim in curabilis verba suauissima pueriles vagitus consolantia decantarat, quanto illum præ omnibus ciuibus Syon cœlestis vicinius loco, dignitate, potentia & charitate contemplantur.

O si ad hos mihi cantus suauissimos ascendere liceat audiendos, & inter organa sanctorum cynamomum & balsamum redolentia, inter laudes angelicas incessabiliter resonantes, & cantica virginea singulari dulcedine purissimo sponso placetia, vossem iucundissimam, serenissimam, acutissimam, altissimam virginis & purissimæ matris audire, & cum ipsa, & secundum ipsam pariter decantare, vt magnificaret anima mea Dominum, & exultaret etiam spiritus meus gaudio ineffabili, incomprehensibili in dulcissimo Deo Iesu meo. Credo enim, & verè credo quod vox matris castissimæ, nequaquam vires suas perdiderit, qua per aurem matris audita exultauit in gaudio infans ille maximus in vtero matris, prius exultans, quam nascens; prius intelligens, quam sentiens; feliciter & mirabiliter prius gaudens, quam plorans; prius suo regi occurrens, quam ab vtero matris prodiens. Felix, dulcis & fortis omnino vox illa tam matrem, quam filium Spiritu sancto implens. Quid putas fieret, si audiretur in coelo in gaudio tam supereminenti; cum tantum virtutis habuerit in terris, & licet in gaudijs cœlesti tamen gaudio non comparando?

Vti amans anima sacratissimæ Virginis Mariæ excellentiam, beatitudinem, pulchritudinemque contempletur maximam.

CAPVT. XI.

O si talem in perfectione eminentissimi decoris tui, in die summæ solennitatis & lætitiæ cordis tui, in iubilo inenarrabili & iucundissimo liceat audire, & virtutem vocis tuæ tum, maximæ perfectionis tuæ conuenientem sentire. O si tantum liceat. O si liceat. Quis mihi dabit hoc? Detur hoc quæso detur iam mihi, detur non solum audire, sed & videre hanc, quæ sola cum filio priuilegio specialis excellentiæ meruit exaltari, non solum inter, sed & longè super omnes ordines Angelorum, tanto plus præ omnibus habens pulchritudinis & decoris, quæto plus omnibus meruit exaltari. *Ecco tu pulchra es amica mea*, inquit Sponsus speciosus ad illam, *ecce tu pulchra*. Et iterum: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Et tertio: *O quam pulchra es & decora charissima in delicijs*. Pulchra, pulchrior, pulcherrima. Chara, charior, charissima Pulchra & chara in natiuitate, pulchrior & charior in fecundatione, pulcherrima & charissima in assumptione cœlesti. In pulchritudine duplici, id est, in munditia mentis & corporis: cum simpliciter pulchra diceris, curæ tamen specialiter anteferris, sponso dicente: *Ecco tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra*. Tum autem tota pulchra diceris. Sponso dicente: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, non solum alijs, sed & tibi ipsi præponeris*: quia cum dominum Deum tuum concipere meruisti, in vtroque decore pulchrior effulsisti: cum vero pulcherrima appellaris, sponso quasi pulchritudinem tuam admirante & dicente: *O quam pulchra es & decora charissima in delicijs*, tam primis duabus pulchritudini-

Cant. 1

Cant. 4

Cant. 7

Cant. 1

Cant. 4

Cant. 8

audimibus tuis, quam choris angelicis excellentissime superferris, ita ut quæ ante pulchra & chara, pulchrior & charior fueras, nunc in delicijs cœlestibus non solum omnibus sanctis & angelis sed & ipsi filio & sponso tuo verè & mirabiliter pulcherrima & charissima videaris. *Quam pulchra igitur & quam decora es charissima in delicijs, quasi aurora valde rutilans, tota formosa & suavis es, pulchra ut luna, electa ut sol, electa ex milibus, quæ dilecto, pulcherrimo, electo ex milibus placuisti.* Cant. 6

Vti amans anima contempletur beatissimam Mariam Dei matrem angelicis spiritibus sanctisque cunctis in cœlis prælatam, cœlestemque curiam sua beatitudine illustrantem.

CAPVT. XII.

O Puella deliciofa, virgo speciosa, mater gloriosa, quæ à proximo tibi clarissimo sole iusticiæ iure tam miram accipis claritatem, ipsa delectabiliter in te radios clarissimæ diuinitatis suæ tam copiosissime refundente, ut inter omnes, immò præ omnibus non tantum filijs hominum, sed etiam filijs Dei, id est Angelis te omnibus spectabilem, mirabilem, delectabilem præbuerit, & suæ simillimam fecerit claritati, clarissima, charissima, dulcissima, doctissima, mitissima, misericordissima, lætissima, lucidissima, cum qua creuit misericordia ab infantia, & de vtero pariter est egressa, ostende mihi desiderabilem & delicatissimam faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Cant. 1

Te enim ô clarissima cum in spexero, aperietur oculorum meorum cæcitas: te enim audiéro ô cantrix suauissima, aurium mearum surditas dirumpetur: si ad me peruenierit tui dulcissimi odoris fragrantia, cuius est inæstimabilis odor nimis, quia te circûdant, in te spirant flores rosarum, & lilia conuallium, quæ ab omnibus filijs supernæ Hierusalem beatissima prædicaris, dicentibus: *Vnguentum effusum nomen tuum: nec immeritò, quia in te filij tui omnis suauitas tam copiosè ab ipso immediate distillat.* Si ergo ad me peruenierit odor tuus, currâ & ego post te, & tecum post spolum odoriferum, donec ab illo tecum in cellam cœlestium aromatum merear introduci. Cant. 4

Videam igitur ô formosissima faciem tuam, solis summi faciei solam simillimam, ducem errantium, lucem cæcorum, audiam vocem tuam singulari sonoritate suauissimam. *Vox enim tua dulcis, ut ipse sponsus testatur, quia diffusa est gratia in labijs & mel & lac sub lingua tua: vnde eloquij tui dulcedine tantum ipse dulcissimus filius & sponsus tuus afficitur, ut nihil velit vel possit tuæ dulcedini denegare: quia fauus distillans labia tua, & sicut vitta occinea, nimirum verbis ignitæ charitatis incomparabiliter ardentia.* Videam ergo speciosam faciem tuam, eloquium ardentissimum audiam, ut particeps fieri merear speciositatis tuæ pariter & ardoris. Cant. 1 Psal. 44 Cant. 4 Cant. 4 2. Cor. 3

O quam beati sunt, qui vident te, qui te reuelata facie vident quotidie, qui organum dulcissimæ vocis tuæ audiunt sine defectu.

Vti amans anima, cœlestis Hierusalem beatitudinem, ordinemque sanctorum contempletur, illorumque felicitati congratuletur.

CAPVT. XIII

O Ciuitas sancta Dei, nobilissima sponsa Christi, summa Hierusalem, congregatio omnium supernorum, cunctorumque beatorum spirituum, quam mira & quam magna tui decoris elegantia, quæ tantis & tam speciosis ciuibus, quæ tam mirabilis decoris & suauitatis regina decoraris.

Galar. 4

Hierusalem sancta, quæ sursum es, placet mihi, liberque, vtinam liceat tuæ intèdere claritati. Oblectat me valde bona tua puro mentis intuitu, & dulcissimo ac pio amoris affectu considerare. Tuæ enim charitatis iaculo vulnerata sum, tuo vehementi desiderio flagro, ad te peruenire cupio, te videre desidero. Libet itaque, libet oculos fidei in te attollere, statum mentis confirmare, affectum cordis erigere. Non est in te nox neque vlla tenebrarum obscuritas, non lux lucernæ, aut stellarum, aut lunæ, aut solis in te lucet, sed Dominus Deus tuus illuminat te.

Apoc. 1

Agnus Dei lumen tuum, lucerna tua, luna & sol tuus, atque omne bonum, & gaudium tuum continua visio eius. Ipse rex regum in medio tui, & pueri eius in circuitu eius.

Sunt etenim ibi hymnidici sanctorum spirituum chori, Prophetarum prouidus cuneus, iudex Apostolorum numerus, innumerabilium Martyrum victor exercitus, sanctorum Confessorum sacer conuentus, beatorum Monachorum candidissima turba, tanto illic lætior quanto hic afflicta durius: sanctorum Virginum gloriosa caterua, tam oculis, quam auribus omnium sanctorum congregationi præbens gaudium singulare, dum præter committentem sanctæ & æternæ remunerationis coronam, virginali aureola redimitur,

Vti amans anima Sanctorum, præcipuè Virginum aureolam triplicem contempletur.

CAPV I XIV.

FVLget autem inter omnes virgines specialius illa societas, quæ duplici, seu triplici aureola coronatur, scilicet illa, quæ tam pro martyrio, quam pro virginitate, nec non & pro doctrina singulariter coronatur.

Ornatur præcipua his omnibus regina pulcherrima, quæ propter præcipue & summe castitatis munditiam, Virgo virginum iustissimè appellatur: vnde & pulcherrimam virginitatis aureolam promeretur, quæ ipsam & remuneret, & designat. Similiter & aureolam martyrii ipsi gladius doloris à Simeone prædictus obtinuit, qui in passione filij sui dilectissimi ipsius animam dulcissimam amarissimè pertransiuit. Sanguine quoque suo, qui de filij manibus distillauit, quem filius ab ipsa acceperat, ipsam credo copiosè rubricatam, quia iuxta crucem filij proxima mater stabat. Doctrinæ etiam aureola non priuatur, quæ ipsorum etiam Apostolorum fidelissima doctrix fuit, dum omnia verba ipsius eruere consuevit, quæ à prima colloctione angelica in arca cordis fidelissimi conferre, & conseruare pariter curauit. Quis huius reginæ & totius comitatus eius supereminentem pulchritudinem dignè poterit admirari? Quis cor suum ad tantæ gloriæ contemplationem, ad tam excellentis decoris admirationem dignè poterit eleuare? beati, & verè beati, quos elegisti Domine quos & vocasti & magnificasti.

Beata Maria vti de triplici aureola gaudiat in supernis
Luc. 2

Luc. 1

Psal. 64
Rom. 8

Ecce lætantur coram te, quorum vnus labor, amare te dulcissimum dulcissimè. Vnum eorum negotium copiosissimè perfrui tam amato. O laborem omni re quæ dulciorem, & negotium omni ocio præferendum. Quam optimus labor amare te, quam ociosissimum negotium perfrui te. Quam dulciter requiescitis sic laborâtes, quam

quam desiderabiliter oriamini sic negotiantes. Requiescitis o felices in gaudio, gaudetis in requie, gloriamini in satietate, satiamini in gloria. Bibitis de torrente voluptuosissimi fontis illius, ad quem animae nostrae sitiuerunt. Bibitis quantum vultis, quomodo vultis, quamdiu vultis. Semper satiati, semper bibitis: quia ipsa satietas delectationem parit, delectatio desiderium accendit: fruuntur desiderio, dum iucunditas & exultatio thesaurizantur super vos, dum repletur in bonis desiderium vestrum, & renouatur sicut aquilae iuuentus vestra, in splendore solis iustitiae, & in fonte voluptatis aeternae, id est, purissimo & dulcissimo Christo Iesu.

Vti amans anima sensus suos viresq; excitet omnes ad contemplationem amoremque caelestis sponsi.

CAPVT. XV.

Nunc iam tempus est, omnes animae vires in vnum colligere, & quantum ipse dederit, exire obuiam sponso ipsi, & regem in decore suo videre, qui iam per decorem creaturarum suarum innotuit aliquantum.

Accede ergo ad hunc o anima mea, qui habitat lucem inaccessibilem, & illuminat omnem hominem, & in luce propria contemplare, prepara aures tuas ad audiendum verbum aeternum, sine quo omnis lingua obmutescit, excita saporem tuum, ut sapiat tibi panis Angelorum, manna verum: nares tuas expurga, ut illo incomparabili lilio paradisi, iam suauissime odorante fruaris: tactum tuum sensifica, ut deliciosissimi sponsi tui complexibus & osculis satieris: quia hic est, a quo est quicquid est, a quo bonum, immo qui solus est bonus, qui solus est omne bonum, ad hunc erigi te, hunc contemplare, in hunc tota meditatione exardesce, & dic.

Suauias suauitatum & omnis suauias Domine Deus meus, rex meus, pater meus, virtus mea, honor meus, potestas mea, vita mea, dulcedo mea sancta, summe, optime, omnipotentissime misericordissime & iustissime, secretissime, & presentissime, pulcherrime & fortissime, stabilis & incomprehensibilis, immutabilis mutans omnia, nunquam nouus, nunquam vetus, innouans omnia. Deus lumen cordis mei, & panis vehementer reficiens gustum anime meae, & virtus maritans mentem meam & finem cogitationis meae, amator dulcissime, amabilis valde super omnes amores conforta me querentem te, ut querendo inueniam te, inueniendo laudem te, laudatum te teneam, nec dimittam, nec amittam, donec tota in te communitur, & absorbeatur a spiritu tuo, & spiritus vnus tecum efficiat, ut verè incipiam viuere iam non ego, viuat verò in me virtus tua: in quo tanquam in fonte viuo, sum, & verè viuunt vita, delicia, decus, solertia, regnum, virtus, victoria. O dulcis Deus, pulchrorum omnium lumen verum, lumen solum, in quo tenebrae non sunt, lux creatrix omnium luminum, a cuius luce lucent ea quae lucent, in cuius comparatione etiam lucidissima Cherubim non lucent, ardentissima Seraphim non ardent: quia o lucidissime, clarissime, pulcherrime, formosissime, speciosissime tu solus es, habens haec omnia, sed non aliunde accipiens, & in te tanquam in fonte clarissimo scaturit incomprehensibilis lucis tua, lucis diuina, lucis quae non est aliud quam tu, quia tu non aliena luce, sed tua propria luce lucet, immo et ipso lucet, lucis, tuae radios, quae sine mensura lucent in te, secundum sapientiam benignitatis tuae in alios quosq; pro mensura suae capacitatis effundis.

O ignis ardentissime, lucidissime, inuid, o ardor & lux, omnis ardoris & lucis principium, Deus meus, charitas ardens & lucens, accende & illumina me. illumina ut cognoscam, accende

LIII • cōde

cendo vt amem te. Cognoscam te cognitor meus, cognoscam te, sicut & à te cognitus sum. Amem te & pulchritudo mea Deus meus, amem te licet sero, sicut & à te amatus sum. Immitte in cor meum scintillas ignis tui Deus meus, vt illuminentur interiores oculi mei, ad videndum pulchritudinem tuam in te. Libet de ignis tui ignitissimo fonte te ignem desiderabile haurire, vt de te ipso igne vero, Deo meo & illuminer & inardescam.

Vti amans anima contempletur Dei perfectiones gloriãq; creaturarum omnium: perfectiones & gloriã in immensum excellere.

CAPVT XVI.

Quid autem sunt creaturæ tuæ in conspectu tuo? Ardent ignita Seraphim, sed ignita sunt, non ignis: ardentia sunt, sed accensa accendunt & ipsa alios, sed non ex se: immò verò ex eo per quem ardent, & qui ardet in ipsis. Quid enim
1. Cor. 4. habent etiam ipsa quod non acceperunt? Licet enim plena sint ardoris & charitatis, ipsum tamen ardorem, ipsam charitatem de fonte ardoris & charitatis, quæ Deus est, acceperunt.

O amor qui semper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus, accensor ardentium Seraphim Deus meus, accende me Deus meus pulcherrime, qui decorem & confessionem induisti, amictus lumine sicut vestimèto, qui facis ministros tuos ignem vrentem, vrè & exure me, vt conuertar in te. O lux vera, lux sola, lux optima Deus meus illumina me. Quid enim sunt creaturæ illuminatæ comparatæ tibi?
Psal. 103
Hic. 1

Lucent quidem luminosa Cherubim, sed illuminata sunt, non ipsa sunt lumen, nec sibi vsurpant illius primi, & incircumscripti, & inaccessibilis luminis claritatè, sed semper respiciunt ad te Deus meus, lumen verum, fontem luminis, & se ministratarios spiritus esse profitentur.

Illuminant & ipsa alios, non tamen ex se, sed ex illo, qui lucet in ipsis. Ministri enim sunt luminis & sapientiæ, non magistri. Ministrant enim alijs quod ipsi excellentius acceperunt à te magister sapientissime, fons sapientiæ, vera & sola sapiëntia, non magisterij, sed ministerij sibi tribuentes honorem, scientes nõ in se, sed in Domino gloriari, quia vnus est magister eorum in cælis tu doctissime Deus meus.

Quam pulcher ergo es, & quam decorus dilecte mi, O quam pulcher es, quam
Cant. 1
Ecl. 05
Psal. 25
Psal. 66
1. Co. 13
mnino formosus in stola tua, id est, in indeficienti gloria tua, quam vere speciosus in delicijs tuis. Quis mihi det videre faciem tuam, & peruidere: quis mihi det intueri vultum festiue claritatis tuæ, vultum solarem, lunã & stellas pariter obfuscant? Tibi, tibi dixit cor meum: Exquisiuit te facies mea, faciem tuã formosissime Domine requiram: ne auertas eam quæ lo à me, sed misericordissime omnium, miserere & benedic mihi, illumina vultum tuum super me in me, vt videns Dominum facie ad faciem, saluam fieri sentiam animam meam, & verè fiat mihi romen Iſraël, quod est videns Deum.

O si iam daretur salutarem hanc faciem intueri. O si iam mihi non per speculum & in enigmate, non in fantasijs similitudinum, sed veritatem ipsam in veritate liceat contemplari. Putasne hoc aliquando eueniet? Quando autem veniet? Longissima est omnis mora, quantumcunque parua. Veni Domine Deus meus, veni & ne sarctis venire, ne differas apparere, vt iam videam te in te.

Vti amans anima contempletur Dei sanctorumq; felicitatem & eternam pacem ac in caelestibus stabilitionem.

CAPVT. XVII.

Ecce ante te est cor meum, Deus cogitor cordis mei, ecce tu videns omnia vides, quod quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te. *Sicut anima mea ad te Deus fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem tuam?* Quando tota transibo non reditura amplius in locum tabernaculi tui admirabilis vsque ad domum tuam? vbi caelestes Angelorum tuorum populi laudant nomen tuum, qui non habent opus suscipere firmamentum hoc, vt in creaturis creatorem agnoscant & legendo intelligant te. Psal. 43

Vident enim faciem tuam semper, & ibi legunt sine syllabis temporum, quid velit aeterna voluntas tua: legunt, eligunt & diligunt. Semper legunt, & nunquam praeterit quod legunt. Eligendo enim & diligendo legunt incommutabilitatem consilii tui. Non clauditur codex eorum, nec plicabitur liber eorum, quia tu ipse illis hic es, & es in aeternum, quia super hoc firmamentum ordinasti eos, quod permanet in aeternum. Stabiles sunt illi & immobiles, stabiliter & immobiliter pulchritudinis tuae dulcedinem contemplantes, in pace tua in te vero pacifico, in te vera & summa & sola pax, quae omnem etiam angelicum sensum exuperat, quiescentes. Quiescunt quidem Throni pacati & tranquilli in te pacatissime & tranquillissime: sed non quemadmodum tu in te o summa pax & tranquillitas. Quid enim est creatura, quantumcunque pacata, ad te summam pacem? Pacati quidem sunt, sed non propria, immo magis illius pace, & illa pace pacati, quae ponit fines caelestis Hierusalem pacem. Acceperunt enim & ipsi pacis suae tranquillitatem, te o pax nostra in illis sedente, & eorum ministerio cum tranquillitate omnia iudicante.

O si in illam pacem quandoque perueniam. O si in illa pace Dei mei, immo melius Deo meo nunc tandem obdormiam & requiescam. O pax mea Deus meus, quam diu vigilabo in me, & non obdormiam in te? Obscuro te per te Deus meus, pax cordis mei, quae in caelo sunt & in terra pacificans, tolle animam meam vsque adhuc in litibus & dissensionibus suis vigilantem, & fac eam in te pace mea pacatissimum obdormire. Psal. 71
Colloca

Obdormiam in corde tuo vera & summae pacis fonte, de quo mihi tranquillitas aeterna scaturiat & profuat, vt non commouear in aeternum. O quam bonum, & quam iucundum habitare in vnitatem pacis tuae, vniri tecum in pace tua, connecti tecum in vinculo vnitatis tuae, vt consummati in vnum, semper in te vnum simus, qui semper idem es. Psal. 133

Quid gloriosius, quid delicatius, quid melius vnitatem hac, qui tecum vniri debemus in tua vnitatem dulcissime, pacatissime, tranquillissime inseparabiliter per manum tuam, vbi declinabis in nos sicut torrentem pacem, & dabis nobis solacium verum, pacem super pacem, & manifestabis nobis in temetipso magnam multitudinem, multam magnitudinem dulcedinis tuae, quam abscondisti timentibus te, quae conseruasti amantibus te, praeparasti credentibus in te, perfecisti sperantibus in te, largiris venientibus ad te: & requiesces tu in nobis cum summa tranquillitate & pace, sicut & in Thronis tuis, & nos quoque in te pace vera & aeterna facies accubare quam parasti in dulcedine tua pauperi Deus ditissime & dulcissime. Psal. 66
Psal. 36
Psal. 97

Vt iamans anima contempletur animarum sanctarum diuitias inestimabiles, vt Deus potestate in sanctis suis, vtque omnem suam potestatem & gloriam ab ipso accipiant.

CAPVT. XVIII.

Quam diues paupertas, o quam dulcis amaritudo animarum sanctarum, quæ tam inestimabiles diuitias, tam incomprehensibilem sunt dulcedinem accepturæ, cum in visione pacis æternæ regem suum in decore suo merebuntur videre, refundentem in ipsas cum tanta & tam mira largitate diuitias dulcedinis, & dulcedinem diuitiarum suarum, cum gloriam & honorem summe gloriosæ & summe honorati de manu tua munificentissima accipient Deus bone, & dominatum potentie virtutis tuæ non solum in choro Dominatum contemplabuntur, sed multo verius & perfectius in temetipso perspicient, quam poterit, quam patenter omnibus domineris, etiam ipsis Dominatibus, quibus dedisti subiectis tibi cæteris beatorum spirituum agminibus dominari.

Licet enim magna valde sit gloria eorum, potensq; dominatus, quibus cæteros præcellunt, nõ tamen ipsi sunt domini rerum omnium, nec similes sunt altissimo, sed habent super se, & tibi præidentem, & sibi dominantem Dominum dominorum, Regem regum, & Deum deorum, ita vt ipsi verè seniant & dicant cum illo fidei Centurione: Nam & nos sub potestate sumus, habentes sub nobis milites. Cognoscunt se dominari quidem, non tamen per se, sed per te o Domine virtutum, a quo tanquam serui acceperunt hoc ipsum quod dominantur, seque eorum quibus dominantur conseruos esse meminerunt, te o Domine dominorum qui dominaris in eis, humilitatis virtutem ipsis cum dominatu pariter infundente.

Quam gloriosus ergo es, & quam excelsus dominatum Domine, quam verè humilis & mansuetus in dominatu potentie tuæ, quia sicut superbis resistis, ita humilibus das gratiam in præfenti, & dominationis gloriam in futuro, exaltans eos qui se humiliauerunt, & Dominatibus tuis adiungens, vt etiam domineris in eis, & per eos alijs domineris, dans eis gloriam, quibus dedisti & gratiam. Tu enim es solus sanctus, solus dominus, solus altissimus: cui merito soli dicimus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Quam magnificus enim, & quam spectabilis est dominatus tuus, quam excellentis & singularis gloriæ in medio amicorum tuorum, scilicet Angelorum & hominum o Domine virtutum, qui tamen victoriosè & mirabiliter in medio inimicorum tuorum dominaris, quos non alienum adiutorium, sed sola dextera dominationis tuæ ponit se bellum pedum tuorum. O si aliquando in amicis charissimis te Dominum meum oculis irreuerberatis in temetipso dominantem aspiciam videamq; regnarem, & charissimis tuis solius maximæ excellentissimæ, dulcissimæ charitatis iura dstantem, te per mansuetudinem & placidissimam potentiam dominante in ipsis, & ipsis per perfectæ charitatis affectum dominantibus in te.

O si sic aliquando dominer in te, o si sic aliquando Domine virtutum domineris in me, vt vni tibi seruiendo, cui seruire, regnare est, virtute perfectæ humilitatis adeptus, subijciar omni humanæ creaturæ propter te. Domine Deus meus, & vel factem

saltem inter tuos inimicos minima & humilissima merear inueniri, vt secundum ^{Mat. 20.} te humiliata, qui non venisti ministrari, sed ministrare, per te ad tibi ministrantes dominationis merear exaltari, vt te non solum in dominationibus, sed multo melius & perfectius cum ipsis te in teipso videam dominantem, tota attracta uehementia spiritus tui in te principium & principem honorum omnium, cuius principatus nec augmentatur, quia cum incomprehensibiliter immensus sit, non habet quo crescat, nec minuitur, quia omnem mutabilitatem transcendens, à sui status perfectione nullatenus valet inflecti, verumque esse cognosco, quod tu per ^{Mat. 5.} Prophetam tuum de te testaris, dicens: *Ego Deus, & non mutor.* Et quod alius quidam dicit: *Stabilisq; manens das cuncta moveri.*

Vt amans anima contempletur diuinam illam insuper ac omnimodis potestatem: & vt omnis creata potentia ab illa primaria simpliciter dependeat.

CAPVT XIX.

Quam fortis, & quam gloriosus es Domine Deus meus, princeps omnium regum & Principum terræ, in principatu tuo, id est, in teipso multo perfectius & fortius, quam in Angelicis principatibus. Principantur quidem illi, & in terrenis principatibus donando, auferendo, mutando virtutem sui principatus ostendunt, non tamen hæc à seipsis operantur, sed per te omnium rerum principum princeps magne. Tu enim principaris illis, dans illis virtutem vt illam à te accipiant, quam tu solus verè habes, sed à nullo accepisti, quia tu solus es fons & origo & principium, qui nihil alieni habes in te, & omnes alij quicquid habent, habent à te.

Magnum principium hoc, magnum supra omnem modum principatus tuus è pater futuri seculi, è princeps pacis: pleni sunt cæli & terra gloria tua è princeps ^{Esa. 9.} ac propugnator noster, in quo & à quo solo est omnis potestas in cælo & in terra. ^{Esa. 6.} Quamuis enim Angelicæ potestates ad expugnandas aëreas potestates, & ad comprimendam eorum malitiam, ne nobis noceant quantum volunt, magnam habeant potestatem, hanc tamen in te è potentissimè, omnipotentissimè multo perfectiorem & incomparabiliter fortiozem cognoscimus potestatem, quia ille non à semetipsis, sed à te potentes sunt, te in illis contra aduersarias potestates potentissimè dimicante, & te per eorum ministerium, illum antiquum serpentem, cui nulla sub cælo potestas comparari potest, magnifice simul & mirabiliter triumphante. ^{Sap. 16.}

Tu autem Domine Iabbaath, Deus exercituum fortis & potens, potens in prælio, cui non est opus alieno auxilio, dextera tua & brachio fortitudinis tuæ tibi auxiliante, singulari quadam potentia, quæ nihil aliud est quam tu ipse in magnificentia tuæ diuinæ maiestatis choruscans, cui nulla potestas se opponere, vel mirum etiam nutu obuiare præsumit. ^{Psal. 33.}

Iacet inæstimabiliter & incomparabiliter longè sub pedibus potentia tuæ omnis quantumcunque magnificus potentatus, & si tu solè potens, solè summa sapientia attendaris, omnis potentia quadam impotentia est: immò potius nihil. ^{Exod. 4.} *Quis enim similis tui in fortibus Domine, quis similis tibi magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia.* De te enim verè dictum est. *Qui facit mirabilia solus.*

Pfal. 71.
Pfal. 67.

Licet enim virtutes Angelicæ in creaturis tuis miracula operentur, non tamen hæc virtute propria operantur, sed tua ð Domine, Domine virtutum, qui verè mirabilis es in sanctis tuis tam hominibus, quàm Angelis, per quorum tu ministeriū virtutes & miracula operaris. Quid enim sine te factore omnium facerent? Quid in creaturis tuis, non suis operari possent, nisi tu operareris in illis, qui etiam cum ipsis virtutibus tuo iussu miracula operantibus, per te metipsum mirabilia operaris? Qui autem quantumcunque perfectus agnoscat, quanta sit virtus tua in te metipso ð rex gloriæ, Domine virtutum, quàm cæteris omnibus ad mensuram dedisti.

Vt amans anima diuinam incomprehensibilitatem non intelligendo miretur: vtq̄ illam potius simpliciter credendo, quàm perscrutando curiosè venerari oporteat.

CAPVT XX.

Pfal. 102.
Eccli. 15.

Incomprehensibilis est virtus tua Domine Deus meus, vita mea, virtus mea, quia virtus tua non est aliud, quàm tu. O si aliquando illumines oculos cordis mei in illa terra viventium illustrato lumine vultus tui, vt facie reuelata videam in te ipso virtutem tuam, id est, te. O si videam te in multitudine virtutis tuę operantem in electis & dilectis tuis mirabilia illa supercœlestia, tam mirabiliter operantem cum illis in gloria immutabili, facientem cum illis gratiam pro gratia, coronando illos in misericordia & miserationibus, replendo in bonis desiderium eorum, thesaurizando super capita eorū lætitiā sempiternā, vbi videatur virtus tua & gloria tua, quarum media pars, imò nec millesima alicui vnquam, quantumcunque sancto, in hac vita mortali fuit nunciata. Quis enim illam tuę maiestatis agnoscat virtutem, præter te? Cuius facundia illam annunciet, cuius lingua totam loquatur, nisi tua? Virtutem enim tuam totam, id est, te metipsum tu solus agnoscis, tu solus tibi annuncias: nullius enim intellectus, nullius auditus capit te totum, sed capiunt te creaturæ tuę rationales, & intellectuales, id est, homines & Angeli, vnusquisque secundum mensuram donationis tuę.

Vnde licet etiam Angelus, imò & Archangelus de cælo tuam euangelizet virtutem, nequaquam tamen illius facundia illam explicabit: quia tibi vni conseruatum est à te, plenè intelligere te, plenè loqui de te. Nam quamuis facundi valde sint Archangeli principes Angelorum, sicut decet nuncios tanti regis, incomparabiliter tamen dulcius & facundius resonant tua verba, quæ tu tibi eructus, nō intelligibilia cordibus humanis, nec auditui cuiusquā convenientia. Quis ad illorū verborum incomprehensibilem dulcedinem pertingat, quæ sancte Pater & sancte Fili, & sancte Spiritus vobis eructuatis, nisi tu sola Trinitas & indiuisa vnitas. Incomprehensibilia super omnem incomprehensibilitatem, ineffabilia super omnem ineffabilitatē, dulcissima super omnē dulcissimam dulcedinē sunt hæc verba.

Ereu 2.

Inscrutabilia hæc perscrutanda non sunt, sed credenda, ne incantus perscrutator maiestatis opprimatur à gloria, ne nimium in solem intendens per nimiam claritatem cæcitatē tenebris oriatur.

Vt amans anima simpliciter ea credere profiteaturq̄, per Christi sanctorum vitam & doctrinam in sacris literis commendata sunt.

CAPVT

Sufficit mihi Domine ad illa verba aures arrigere, quæ per vnigenitum tuum Sponsum meum nostris auribus conuenientia nobis eructuare dignatus es. Ipsis enim inimicis tuis testimonium dantibus, nunquam sic loquutus fuit homo, immò nec Archangelus: quia tu qui loquebaris non solum eras Archangelus, id est, princeps Angelorum, sed etiam Archangelorum Archangelus, id est, princeps omnium principum Angelorum, incomparabili dissimilitudine altissima quæq; creata transcendens.

Audiuerat, & benè persenserat virtutem verborum tuorū Petrus, qui tibi quærenti, an & ipsi Apostoli à te vellent abire, respondit: *Verba vita eterna habes Domine: & ad quem ibimus abs te?* Tanquam si diceret: Det nobis aliquis facundiorē, vtliorē & dulciorem te, & relinquemus te. Tu enim solus verba vitæ æternæ habes, qui solus vita eterna es, qui solus verè de te solo dicere potuisti. *Ego sum via, veritas & vita.* Quis Archangelorum hæc de se dicere posset? Dicunt illi quidem laudes tuas, & enarrant gloriam tuam pro mensura intellectus sui, pro capacitate intellectus auditorum, nec tamen laudes suas quærent, sed tuas refundentes in te fontē viuū, fontē luminis inexhausti quicquid de tua plenitudine acceperunt, in laudes enim tuas facundè sunt, in honorem tuum subiecti sibi Angelis principantur. Nec minus & ipsi Angeli imperantibus sibi Archangelis deuotissimè parent, obediunt præcipientibus sine mora alacriter, humiliter & perseueranter, omnia quæ iubentur adimplent cum summa benignitate, charitate & defensione custodiunt suæ custodiæ deputatos, ne vel dolo vel violentia malignorum spirituum superentur. Agnoscunt enim certissimè, quod tibi magister & Domine omnium ministerium gratissimum exhibeant cum ministrant nobis, sciuntq; nihilominus te per ipsos nobis pium & omninò necessarium ministerium exhibere.

Vt amans anima Christi Iesu virtutes, præcipuè humilitatem contempletur.

CAPVT XXII.

Verè quidem tu magni & antiqui consilij Angele, per ipsos, & in ipsis benignè & humiliter ministras nobis: sed longè benignior & humilior, immò & vtlior illa ministratio quàm per te in humilitate humanitatis tuæ nobis exhibere dignatus. Quis enim illam benignitatem satis & perfectè consideret? Quis ad illam humilitatem quantumcunque subtiliter pertingat? Quis illius benignissimæ & humillimæ ministrationis summam vtilitatem perpendat? Erat quidem semper eadem virtus benignitatis & humilitatis in deitate incommutabilis maiestatis tuæ, cuius in humanitate tua tam validum experimur effectum.

Non solum igitur Angelicos spiritus in humilitate humanitatis nostræ, vt etiam in excellentissima maiestate tuæ diuinitatis per affectum benignitatis & virtutem humilitatis excellis, quamuis harum virtutum effectus in tua magis humanitate clarescant, & iam mundo innotuerint vniuerso, quod tu non veneris ministrari, sed ministrare, & dare animam tuam in redemptionem pro multis: Quis Angelorum sic ministravit? Quis eorum ad tantam humilitatem descendit? Quis circa sibi commendatam tantam benignitatem ostendit?

Q. VI
11

Esai. 63. Nullus inquam, quia tu solus torcular crucis calcasti, nec de gentibus, imò nec de Angelis erat vir tecum. Tu enim solus verè vir, id est, virilis, solus vir virtutibus plenus pro nobis factus es, *vir dolorum & sciens infirmitates*, quia tu solus portasti in corpore tuo super lignum iniquitates omnium nostrum, qui mortè tua viuificati sumus.

Sed ecce tum per ordines Angelorum te illis præferendo, descendendo à gloria diuinæ maiestatis ad ignominiam crucis tuæ deuenit: sed non inconuenienter, vt reor: Dum enim pulchritudini tuæ in temetipso lucenti cordis obtutus inigo, ad pulchritudinem humilitatis tuæ perueni, quæ in tua maximè humanitate poterit deprehendi. Quid autem pulchrius humilitatis virtute, sine qua nihil tuis oculis pulchrum esse potest? Quàm pulchra est in te virtus humilitatis tuæ pulcherrime Deus meus, quanta in te luce præfulget, quàm valdè lux illius in te omnes creaturas excellit. Ecce sic pulcher es dilecte & decorus, speciosus valdè præ omnibus filiis tuis, id est, Angelicis spiritibus, quorum singulas virtutes ipsorum, ordinibus & officijs specialiter conuenientes inæstimabili excellentia antecellis.

Cant. 1.
Psal. 44.

Humilitatis quippe benignè, & humilis benignitatis ministerio præis ordinem Angelorum, facundia tua Archangelos antecedis, miraculorum patratiōe Virtutes exuperas, fortitudo tua Potestates excellit, honor tuus supergreditur Principatus, potentia dominatōnis tuæ Dominationibus superferitur, Thronis es in tranquillitate pacatior, Cherubin in sapientia tibi cædunt, Seraphin te in charitatis ardore sequuntur. Ecce quàm pulcher es, & quàm decorus & pulchritudo & decor æterne, quàm formosus es, & quàm speciosus formator & reformator omnium. In cuius speciem desiderant Angeli prospicere, vt de te in fonte clarissimo, fonte luminis æterni scaturientem in te virtutum tuarum in se hauriant claritatem, afertissimè cognoscunt, quia etiam ipsi sine te nihil possunt facere, & seipsos quoque in æterna claritate statutos sine tuo lumine tenebras esse profitentur.

1. Petr. 1.
Ioan. 15.

Vti amans anima beatitudinem sanctorum, quàm de Christi Iesu concipiunt humanitate glorificatam contempletur.

CAPVT XXIII.

O Verè felices in hac, quæ tu es, clarissima claritate manentes, felicissimi omninò pueri tui, qui inseparabiliter in hoc tam lucidissimo speculo faciei tuæ, te ipsum, se ipsos & omnia quæ sciri bonum & dulce & necessarium est, infallibiliter intuentur. Speculantur spiritus beatissimi tam hominum, quàm Angelorum amicorum tuorum speculum clarissimum dulcissimi vultus tui, non per speculum & in ænigmate, sed serenissimo intuitu mundi cordis, sese, secundum promissionem tuam verè beatos & beatissimos per experientiam recognoscunt, quia *beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et hæc est eorum vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem agnoscunt amant, & amato pro suo libitu æternaliter persequantur.*

Matt. 5.
Ioan. 17.

Quàm magna, quàm maxima, quàm inexplicabilis, quàm incomprehensibilis est lætitia cordis eorum, qui in perfectissimo libro cordis tui, tuam tam perfectam erga se legunt & intelligunt charitatem, nunquam terminandam, nulla vnquam suspitione fuscandam, nullis vnquam dissensionibus dirimendam.

Quàm

SOLILOQVIUM ANIMAE FIDELIS.

Quam felix & quam dulcis intellectus, cui dulcissimi cordis tui tam manifeste, & tam copiose reuelantur arcana, vt ad intelligendam voluntatem tuam omnem, omnino sufficiat reuelatio vultus tui, à quo lux diuina procedens, ita omnium te videntium corda, sua mirabili serenitate serenat, vt in aspectu tuo clarissimo vniuersa quae sciri debent arcana pateant.

Accedit huic visioni Deificae, illa suauissima suauitas vocalissimae vocis tuae, loquentis ad cor omnium ciuium supercaelestis Hierusalem, loquentis pacem in plebem tuam, non qualem mundus dat, sed qualem tu solus das omnium pacatissime pater pacificorum beatorum, quoniam filij tui vocantur & erunt, qui à te consolator dulcissime consolationis dulcissimae verbum merebuntur audire, per quod tanta cordibus eorum laetitia infundetur, vt abstergatur omnis lachryma ab oculis eorum, gaudio sempiterno omnem locum cordis eorum possidente possessione perpetua, ita vt illi turbationis nullus vnquam praebatur accessus.

O Deus meus, laetitia cordis mei, quis agnosceret dulcedinem festiuae vocis tuae in illis nuptijs sempiternis, vbi felicissima sponsa tua tota Ecclesia multo tempore, multis ex locis collecta, in illo regno beatissimo iam tunc vnum cor habens & animam vnam, tua mellea voce plena omnibus consolationibus, liberrime perfruetur, & vberissime satiabitur.

Quid autem credam te loqui amicissimis tuis, in die desponsationis tuae, in die solennitatis & laetitiae cordis tui, cum tu dulcissime legislator & dabis benedictionem, & benedices coronae anni benignitatis tuae? Benedices, tu ei, & erit benedicta te in ea regnante, & tuos regente, qui es benedictus in secula.

Vti amans anima sanctorum gaudia ex temporis aeternitate ac felicitate contempletur.

C A P V T XXIV.

Quis autem est annus iste, cui, cuiusque coronae tu benedices, nisi tempus illud requiei & gaudij, qui etiam dicitur annus acceptabilis Domino? Quae autem est haec corona huius anni, quae à te Domine benedictionem accipiet, nisi illa aeternitas temporum, quae finem non habet. Felix annus, tali corona redimimus, Felix corona, tali benedictione insignita. Quos, quot & quales lapides credam in hac benedicta corona fulgere? Quis horum lapidum micantium nomina numerumque cognoscit, nisi tu qui numerus multitudinem stellarum, & omnibus eius nomina vocas? Quis horum lapidum pulchritudinem dignitatemque perspiciat, nisi tu artifex optimè, conditor & institutor eorum? Qui autem sunt lapides hi, nisi gaudia anni beatissimi, nunquam terminandi, quae in ipsa aeternitate sine defectu refurgent, tanquam radiantes lapides in corona? Quis haec gaudia enumerare sufficiat? Felix profecto annus benignitatis tuae, pater benignissime, in quo tantum benignus videberis & eris. Non timebitur in eo iudicium seueritatis tuae, & gladius iustissimae ultionis, sed sola tui mitissimi cordis benignitas de ditissimis thesauris bonitatis & mansuetudinis super amicos tuos charissimos, tanquam in torrente fortissimo effundet.

Verè igitur benedicta erit corona anni benignitatis tuae, cui tu benedices, cum in illa aeternitate temporis felicissimi, benedicens benedices iustis voce tua iucua-

M m m m dissima

tiſſima, auribus & cordibus eorum cum inenarrabili læticia influente. Quid autē dicer hæc vox tua benedicta & benedicens?

Pſal. 31. Quid potius, quam quod ſcriptum eſt: *Venite filij, & audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra?* Et illud: *Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi.*

Cant. 5. O dulcem vocem, ad dulce conuiuiū inuitantem amiciffimos ſponſi, qui ſtant tanquam ad obediendum parati, & audiunt eum, & gaudio gaudent propter vocē ſponſi. Loquere iterum atque iterum, immō inceſſanter loquere o ſponſe dulciſſime, facundiſſime: ſonet in auribus meis vox tua clariſſima, omnium vocum Angelorum & humanarum, etiam ipſius dulciſſimæ matris, quantumcūq; nobilem ſonoritatem excellens.

Vti amans anima ad diuinam vocem, hoc eſt, internam inſpirationem ac illuminationem inardescat.

CAPVT XXV.

Cant. 1. **S**onet igitur o Domine, *vox tua in auribus meis*, in auditu cordis mei, formetur in anima mea affectus puriſſimus, ſimilis puriſſimæ vocis tuæ. Loquantur mihi labia tua mellea, mel liquidiffimum diſtillantia, mel ſingulariter melleum, in quo dulcedo exuberat ſingularis, incomparabile illi melli, quod ab aliorum ſanctorum labijs cognoscitur diſtillare.

Cant. 5. Audiam igitur verba labiorum tuorum, quæ ſponſa tua lilia appellat, dicens: *Labia eius, id eſt, ſponſi, ſunt lilia diſtillantia, myrrham primam.* Quam candida, quam benigna, quam dulcia ſunt verba ab his procedentia. O ſi hæc lilia labiorum tuorum ſune. tandem audiam, formantia vocem ipſis ſimilem, cantantia cordi meo carmen amatorium, canticum canticorum, canticum dulciſſimo affectu & perſectiſſimo effectu redundans? Audiam tantum vocem hanc, & ſufficit mihi: audiam eam, & moriar, immō potius ne moriar: *labia enim tua ſunt lilia diſtillantia myrrham primam, id eſt, immortalitatem conferentia.* Hæc etenim tu ipſe de te ſtatas es, dicens: *Siquis ſermonem meum ſeruauerit, non morietur in æternum: immō magis viuor in in æternum, ſicut tu ipſe dixiſti: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.*

Ibidem.

Io. 8. 10.

Ioan. 3.

Cant. 1.

Pſal. 50.

Ioan. 14.

Apoc. 11.

Ioan. 10.

Pſal. 77.

Sap. 16.

Pſal. 302.

Pſal. 27.

Pſal. 50.

Lucæ 1.

Audiam igitur vocem tuam o verbum vitæ, *sonet vox tua in auribus meis*, ut detur auditui meo gaudium & lætitia, & curram poſt vocem hanc donec apprehendam te, & ducar à te in domum patris tui, in qua manſiones multæ ſunt: in quibus tamen qui habitant, idē magis felices ſunt quia habitant in te & tu in illis, quam quia in illis manſionibus habitant, quæ ſunt aliud quam tu. Quid enim voluptatis poteſt habere, quantumcūq; voluptate affluens locus omnis, ſi tu illi loco tuam voluptatem non infundas?

Locus requiei meæ portio mea tu es Domine in terra viuentium, vbi, quamuis viuatur, non tamen viuatur alia vita, niſi te. Refectio enim ibi viuentium tu ſolus es, pars viue, panis delicate, panis candidiſſime, panis Angelorum, panis habens omne delectamentum, & omnem ſaporem ſuauiſſimis. Te enim, & non alio ſatiabitur deſiderium meum: te comesto renouabitur ut aquilæ iuuentus mea, & reflorefcet caro mea, & exultabunt oſſa humiliata, & exultabit ſpiritus meus in te Deus meus, ſalutaris meus.

Vti

Vti amans anima Deo satiari, in illumque transformari desideret.

CAPVT XXVI.

Comedam te & delicatissime ciborum omnium, vita mea, & dulcedo mea sancta, Deus meus: nec tu mutaberis in me, sicut cibus carnis meae, sed ego mutabor in te. Mutabor inquam in te, vt tota transiens in te incommutabilem, iam vltra nullam commutationem recipiam, post illam felicissimam mutationem, cum mea ignominia in tuam gloriam, mea paupertas in tuas diuitias, mea fragilitas in tuam potentiam, meus labor in tuas delicias, mea esuries & sitis in tuam satietatem, mea intemperies in tuam temperantiam, mea mortalitas in tuam vitam commutabitur: vitamque iam non ego, viues verò tu in me vita deliciofa, vita sempiterna sponse meus, honor meus, thesaurus meus, fortitudo mea, voluptas mea, satietas mea, salus mea, vita mea, rex meus & Deus meus: eroty de tua bonitate bona, de tua prudentia prudens, de tua simplicitate simplex, de tua serenitate serena, de tua diuinitate diuina, de te ero tu, quia tecum secundum petitionem tuam in vnum consumata, vnum ero in te & tecum, sicut in Patre tuo tu es vnum, ita vt hanc vnitatem acquiram per gratiam, quam tu habes per naturam.

Ad hoc enim, sponse benignissime, mox humanitatis factus es particeps, vt me tua diuinitatis faceres esse participem. Ad hoc in mea carne mihi vnitus es, vt me tuo spiritui vnires, & fierem vnus spiritus tecum, omni carnalitate molestia deposita, & ad similitudinem tuam spiritali lenitate assumpta, vt quicquid bonum est, velim in te, quicquid voluero, prosum per te, quicquid voluero, sciam abs te.

Illuminabit me lux tua lucidissima, vt non tam illuminata videar, quam lumen docebit me vox tua facundissima abscondita, ab initio mihi eruens: satiabis me de te ipso tu ipse, & voluptas mea, sancta suauitate mirifica, plena perfruitione tua, vt cum Angelis tuis pleno te ore manducans, non esuriam, neque sitiam in aeternum: inflammabit me ardentissima charitas tua, vt tota in quendam diuinum ignem conuersa, non timeam à frigoribus niuis, ad quam transibunt damnati à calore nimio. Ero enim sicut & alij domestici tui, vestita duplicibus igne scilicet duplicis charitatis accensa.

*Vti amans anima odore diuini altaris hoc est, deifici amorosissimiq;
diuini cordis suauitate attracta, cuncta mutabilia transcen-
dere, ibiq; suam requiem constituere
desideret.*

CAPVT XXVII.

Odor vnguentorum tuorum fragrans & Domine super omnia aromata, nares meas iam ab omni carnali & mundana concupiscentia expurgatas, delectationis tuae suauitas mulcebit, & sua delictabili violentia trahet me post te, trahet me ad te, trahet me in te: ita vt omni corruptibili grauitate reiecta eam post te, curram ad te, volem in te, nidumque faciens in altari cordis tui, ibi reponam pullos meos, opera mea, verba mea, cogitatus meos, quos illuc iactabo in te, & tu enutries eos.

Mmm z Ibi;

Ibi, hoc est, in altari cordis tui est portus securissimus, quem nulla ventorum conturbatio turbare potest. Ibi requies, quæ nulla ventorum vel fluminum comminatione inquietari potest: ibi deliciae delicatæ, nec fastidium generantes, nec defectum alicuius patientes: ibi pax pacatissima, quæ nulla vnquam poterit dissensione discindi: ibi gaudium, quod nulla vnquam poterit molestia variari: ibi felicitas felicissima: ibi dulcedo dulcissima, serenitas serenissima, beatitudo beatissima reperitur. Ibi fons, ibi princeps principalissimus omnis boni, ibi omnis sanctæ dilectionis & suauitatis origo primitiua.

Inde, id est, à corde tuo dulcissime Deus natus omnis felicitas, omnis dulcedo, omnis serenitas, omnis securitas, omnis quies, omnis voluptas, omnis pax, omne gaudium, omnis delectatio, omnis suauitas, omnis beatitudo, omne bonum tanquam à fonte principalissimo & præcipuo, & inexhausto: in corda tam filiorum Dei, id est, Angelorum, quam filiorum hominum diriuatur. Quale etenim bonum, vel qualiter bonum esse posset, quod non esset à bono? à te verò bono? summo bono? solo bono?

O quam bonum haurire in hoc fonte bono omne bonum, quam bonum bibere & inebriari de hoc fonte dulcissimæ & sanctissimæ voluptatis tuæ, qui emittit tanquam torrentem fortissimum à se omnem sanctam voluptatem. Felix, felicitior & felicissimus odor aromaticus suauissimorum vnguentorum, id est, virtutum tuarum in te redoletium, qui ad hoc altare, ad hoc sanctuarium cordis tui se sitientes inuitat, inuitatos trahit, tractos perducit, perductos non decipit, sed reficit, ita vt nunquam vltra deficiant, sed requiescât à laboribus suis in requie cordis tui.

Fluant igitur iam nunc aromata tua, sicut est, dulcedo virtutum tuarum à te beato deliciarum, verò & præcipuo paradiso. fluant: inquam, & resiliant naribus animarum, vt delectatione tua tracta, ô sole delectabilis, trahatur extra se, trahatur intra te: ibi moretur, ibi moriatur sibi, vt viuat tibi: ibi iam præsentialiter te agnoscat, quem longe posita, ex oris tui flagrantia aliquantulum recognouit, vt ore tuo concupiscibili concupiscentias in ea sanctas & sempiternas generes.

Et quid mirum, si tam mirus, si tam concupiscibilis, si tam suauissimus sit odor tuus ô horte deliciose, ô florifer paradise, in quo omnium nobilissimorum aromatum simul & florum genera pullulant indefinenter, scilicet rosa charitatis immensæ, liliu castitatis purissimæ, viola humilitatis excelsæ, balsamus incorruptionis, & cætera innumera, quæ explicari non possunt?

Dedit odorem suum rosa charitatis tuæ, & innotuit vniverso mundo, quantum dilexeris mundum: & ecce currit totus mundus mandarum animarum in odore huius rosæ, in dilectione dilectionis tuæ, in amore amoris tui, in charitate charitatis tuæ, & non metuant propter te intingere pedem suum in sanguine, & tollere cruce tuam, & sequi te, donec te ducente in sancta sanctorum, in sanctuarium quod firmauerunt manus tuæ perueniant, vbi tu regnas, & regis eos, in æternum. Spirauit odor lilij castitatis tuæ, in me & adhuc spirat, & trahit in odorem eius currentes adolesemulas virgunculas teneras, quæ propter amorem castitatis, regnum mundi & omnem ornatum seculi contemnunt, & muliebri infirmitate seposita, currunt viriliter difficiles, capiteq; draconis insidiantes earum calcaneo, conculcant conteruntq; viriliter, & minas euadentes tyranni sacrilegi, carnis spurcitas immaculato calle pertranseunt, donec veniant ad te liliu suum, quem amant, quem quarunt, quem totis desiderijs incessanter adoptant.

Fragra-

Apo. 4
Cant. 4

Luc. 9.

Psal. 78.

Cant. 1.

Gen. 3.

Fragrant & fragrat odor fortissimus violæ humilitatis tuæ, & non solum cæ-
 los & terras, sed & inferos penetravit, quos per crucis tuæ humilitatem expugna-
 vi, senseruntq; odoris tui fragrantiam, & sequuntur te vbique terrarum sancti &
 humiles corda, qui reiectis oneribus terrenorum honorum, & superbarum diui-
 tiarum pompis, humili corde, humili gestu, humili habitu te ducem humilitatis
 sequuntur, sese in presenti humiliant, vt secundùm sententiam tuam, in futuro
 mereantur exaltari. Apoç. 14.
Luc. 14.

Nec minus & balsamus immortalitatis tuæ saum longe lateq; diffudit odorem,
 & odorati sunt omnes populi legi mortis subiecti, tuq; immortalitatis odore de-
 lectati, seseq; in beata sperantes immortalitate tecum victuros, non timent pro te
 mortem subire, credentes firmissimè, quod sicut tu dulcissime Iesu Christe resur-
 gens à mortuis iam ultra non moreris, & mors tibi ultra non dominabitur, te ha-
 bitante dominatum vitæ & mortis, ita & ipsi per receptionem corporum immor-
 talitatis ultra non morientur, sed tecum, & in te, & propter te viuent & reficien-
 tur tunc plenissimè & iucundissimè odoris tui fragrantia sempiterna, mortem
 omnem excludente, & vitam perpetuam conferente. Rom. 6

*Vti amans anima beatorum æternam felicitatem contempletur,
 Deumq; laudat, illiq; coniungi summoperè anhelat.*

CAPVT XXVIII.

Appropinquabunt omnes electi tui & Deus tunc immortales effecti tibi regi
 sæculorum inuisibili, immortalis, sicut Deus, & in amplexus tuos ruent: cir-
 cundabunt te vlnis charitatis suæ, & trahent te ad se: sed & tu ligabis eos bra-
 chijs charitatis diuinæ, & fortitudine eius trahes eos in te, & osculaberis eos oscu-
 lo oris tui, & introduces eos in cellam vinariam, vbi reposita sunt illa vina multi-
 plicia, id est, multæ sanctorum animæ expressa & reliquata & separata ab acinis cor-
 porum suorū per torcular per diuersarum passionū, quæ vina tu ipse serenissime
 pater familias bibis in iucunditate & in læticia cordis tui, id est, illorū affectus ita
 omninò in te cõmutas, vt nihil desiderent nisi te, nihil siant nisi te, & tamè omnia
 sciant in te. Propinas etiam hæc vina bibenda omnibus charissimis tuis, cùm illos
 sibi inuicem tanta charitate connectis, vt iam non plures, sed verè vnum dici pos-
 sit, habentes cor vnum & animam vnã, ita vt quilibet de gaudio & honore alterius
 tanquam de suo gaudeat, & quilibet tot habeat læticias singulares, quot socios in
 tuo regno sibi cognouerit sociari. Bibuntur hæc vina in læticia cordis iustorum,
 dum ipsi de eorum glorificatione gaudium mutuum generatur, sed longè melius,
 iucundius, sapidius, clarius & fortius est vinum illud, id est, iucunditas illa, quæ de
 te hauritur, de te & tecum bibitur & vitis vera, vitis fructifera, vinum semper no-
 num de te emittens, & propinans charissimis tuis, quibus disposuisti, sicut dispo-
 suit tibi pater tuus regnum æternum, vt edant & bibant super mensam tuam in
 regno tuo. Quid edant, & quid bibunt, nisi te? Quasi nihilum esset, quicquid esset
 aliud quam tu, quicquid non esses tu. Tit. 1.
Cant. 1.
Aç. 4.
Ioa. 19.
Luc. 22.

Comedent ergo felicissimi & iucundissimi conuiuæ illi triplex ferculum in
 vase vno, dum trinitatem personarum agnoscent in vnitæ substantiæ. Edent, in-
 quam, cibum illum mirabiliter reficientem, facientem semper, & tamen adhuc
 desiderium accendentem. Habebitur enim semper quod desideratur, & desiderabi-

QVI
11

Lucæ 10.

tur quod habetur. Ministrabis tu illis accubantibus, epulantibus & exultantibus in conspectu tuo, de aspectu tuo, & delectatis & dilatatis in lætitia, pro eo quod in illa die, in illo meridie, liquidissime te demonstrante cognoscent, & facie ad faciem videbunt, quod tu es in patre tuo, & pater in te, & tu in ipsis. Ostendes tu ibi charissimis tuis manifestissime Patrem tuum, & te, & Spiritum sanctum, ut benè & optime sit eis, ut sufficiat eis, vitam æternam, gaudium plenum habentibus de perfecta agnitione S. Trinitatis, & laudantibus sine fine regem suum, quem vident in decore suo quomodo volunt, quantum volunt, viventem & regnantem vnum Deum in Trinitate perfecta per omnia secula seculorum.

Gaudia supernæ beatitudinis semmatim explicat

CAPVT XXIX.

EXcitare nunc anima mea, & erige totum intellectum tuum in illam cœlestem Hierusalem patriam tuam, & cogita quantum potes, quale & quantum sit illud cœleste bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente, quam delectabile sit illud bonum, quod continet incunditatem omnium honorum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt creator à creatura. Si enim bona est vita creata, quam bona est vita creatrix? Si iucunda est salus facta, quam iucunda est salus, quæ fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cognitione rerum conditarum, quam amabilis sapientia, quæ omnia condidit ex nihilo? Denique si magnæ & multæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in illo qui fecit ipsa delectabilia? Sed qui hoc bono fruor, quid illi eris? Certè quicquid voles eris, & quod noles non eris.

Eccl. 64.
1. Cor. 2.

Ibi quippè erit bona corporis & animæ, qualia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis cogitavit. Cur ergo per multa vagaris ò homuncio, querendo bona animæ tuæ & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona & sufficit tibi. Desidera simplex bonum, quod est esse bonum, & satis est. Quid enim amas caro mea? Quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amas, quicquid desideras. Si delectat pulchritudo, *fulgebunt iusti sicut sol*. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis cui nihil obistere possit, *erunt similes Angelis Dei: quia si seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, potestate utique, non natura*. Si longa & salubris vita, ibi sunt sana æternitas, & æterna sanitas: quia *iusti in perpetuum vivent, & salus iustorum à Domino*. Si facietas, *satiabuntur cum apparuerit gloria Domini*. Si ebrietas, *inebriabuntur ab ybertate domus Dei*. Si melodia, ibi Angelorum chori concinant sine fine Deo. Si quælibet non immunda sed munda voluptas, *torrente voluptatis sua potabit eos Dominus*. Si sapientia: ipsa Dei sapientia ostendet eis seipsum. Si amicitia, diligunt Dominum plus quam seipfos, & inuicem tanquam seipfos, & Deus illos plus, quam illi seipfos: quia illi illum, se inuicem per illum, & ille se, & illos per seipfos. Si concordia, omnibus illis vna erit voluntas, quia nulla illis erit nisi Dei voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt suæ voluntatis, v. Deus suæ. Nam sicut poterit Deus quod volet per seipsum, quia sicut illi non aliud volent quam quod ille: ita ille volet quicquid volent illi, & quod ille volet, non poterit non esse. Si honor & diuitiæ, Deus suos seruos & fideles supra multa constituet, imò filij Dei & Dij vocabuntur & erunt, & ubi erit filius eius, ibi erunt, & illi hæredes Dei, coheredes autem Christi. Si vera securitas, certè ita securi erunt nunquam & nullatenus ista, vel potius istud bonum sibi defuturum, sicut certi erunt non sponte sua illud amissu-

Matt. 13.
Matt. 22.
1. Cor. 15.

Sap. 6.
Psal. 36.
Psal. 15.
Psal. 35.
Eccl. 1.

Apoc. 14.
Psal. 119.
Ioan. 14.

Luc. 12.
Matt. 5.

Rom. 8.

amissuros, neque dilectorem Deum, dilectoribus suis inuitis illud ablaturum, neque aliquid Deo potentius inuitos Dominum & illos separaturum.

Gaudium verò quale & quantum est, vbi tantum & tale bonum est? Cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, imò obrutum ærumnis, quantum gauderes, si his omnibus abundares? Interroga intima tua, si capere possunt gaudium de tanta beatitudine sua. Sed certè si quis alius, quem omninò sicut te ipsum diligeres, eandem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non minus gauderes pro eo, quam pro teipso. Si verò duo, vel tres vel multo plures id ipsum haberent, tantum pro singulis, quantum pro teipso gauderes, si singulos sicut te ipsum amares.

Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum Angelorum & hominum, vbi nullus diligit minus alium, quam seipsum, non aliter gaudebit quisque pro singulis, quam pro seipso.

Si ergo cor hominis de tanto bono suo vix capit gaudium suum, quomodo capax erit cor & tantorum gaudiorum? Et utique quoniam quantum quisque diligit aliquem, tantum de bono eius gaudet, sic in illa perfecta felicitate vnusquisque plus amabit sine comparatione Deum, quam se & omnes alios secum. Ita plus gaudebit absque æstimatione Dei, quam de sua & omnium aliorum secum. Sed si Deum sic diligens, scilicet, toto corde, tota mente, tota anima, totum cor, tota mens, tota anima, nò sufficit dignitati dilectionis Dei, profectò gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt totum cor, tota anima non sufficiat plenitudini gaudiorum. Ergo non poterit illud gaudium totum intrare in gaudentes sed toti gaudentes intrabimus in gaudium illud ab æterno omnibus electis, præscitis, prædestinatis & saluandis præparatum.

Matth. 22.
Mar. 12.
Lucæ 10.

Verba auctoris ad quamlibet fidelem amantemque animam.

C A P V T XXX.

HI sunt tui gemitus o turtur castitatis, turtur fidelis, turtur non recipiens consolationem perfectam, donec sponso tuo inseparabiliter socieris, quem nunc quasi amissum reputas: quia etiam dum se tibi exhibere dignatur, vides eum non quidem facie ad faciem, sed tanquam per speculum & in ænigmate, vocemque ipsius adhuc audis loquentem quasi in parabolis, non in plena cognitione mysteriorum, id est, secretorum suorum. Si ergo verba mea tuis affectibus, & tuis gemitibus non bene nec plenè respondent o anima charissima sponsa Christi, non mireris, quia cum adhuc gemitibus doloris, timoris, & diversarum anxietatum sim oppressus, istis gemitibus tibi conuenientibus, quos tu secunda de requie, dissolui cupiens, & esse cum Christo, edere consueuisti, nec scio, nec possum intendere: & idè quod nescio, docere non possum. Lege gemen ista, & dilige, quæ tua dilectione coactus, non vt debui, non vt volui, sed sicut sciui & valui, tota deuotione conscripsi. Supplicor vt vsque in diem sepulturæ tuæ ista conserues, in his memoriam habere digneris: non solum nunc, sed etiam in aspectu serenissimo dulcissimi sponsi tui Christi Iesu. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula benedictus

Amen.

Soliloquij fidelis anima

F I N I S.

Mmm 4

IN

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVÆ HOC TOMO PRIMO OPVSCVLORVM IOAN. IVSTI Lanspergij continentur.

A	Bnegare sese quid sit	208	aduentus Christi in monte hominis 257. in monte
	Abnegati hominis exercitiū quod	438	cuiusque ibid. in missa qualibet, quam sit gratio-
	Abnegatio discipulum Christi quæ-	275	aduersa ut electis acciderent, ab æterno præuisum
	nam constituat	275	
	excellentiæ quantæ sit	406	alijs non imputanda 303 quibus solis imputanda
	exercenda in quibus sit	336	399. quo animo excipiēda 302 homini cur Deus
	grata quam sit Deo	439	creauerit 31. pati ut sit via regia 34. omnia, que-
	obtinenda quomodo sit	436	nam tolerabilia efficiant
	sensus proprii, quantum professe	213	aduersus non debere turbari hominem 342. præstus
	sui ipsius quæ nam sit	271	quæ exercere debeat 302. quo animo occurren-
	sui perfecti quæ	388	dum
	quæ nam includat	522	aduersus artibus occurrentibus quid faciendum 343
	quam magna consolatio sit	333	in aduersitatibus Deus inuenitur
	vera quæ 403. quid requirat	404	adulterium quam sit immane scelus
	voluntatis propriæ, quam necessaria	403	Æternam felicitatem beatorum uti anima con-
	totalis uti contingat	196	templetur
	<i>vide mortificatio.</i>		æternum quid
	abnegationis perfectæ fundamentum qui iacien-	517	Agenda omnia cum consilio
	dum	517	Affectus hominis quomodo mundandus
	abstinentia perpetua, quando non lauderur	280	omnis quo sit dirigendus
	abstinentiam indiscretam cur suadeat diabolus	226	affectus quomodo purificandi
	abstinentiæ Deo acceptæ, & ab omni periculo alie-	280	affectuum omnium mortificatio quomodo obti-
	næ quæ	280	neatur
	abstractam vitam quæ nam promoueat	426	afflictio spiritualis quæ
	abstractio ab omni re creata, uti fiat	295	afflictiones propriæ electorum
	Accidentia omnia, nude accipienda de manu Do-	438	quomodo sint refrigeria
	mini	438	in afflictione quam verè Deus inueniat
	accusatio peccatorum, quomodo ritè fieri debeat	468	in afflictionibus, ut gaudendum
		468	afflictius exercitia quatenus tantum assumenda 332
	accusatus & reprehensus quomodo se habere de-	376	afflictos quidnam consoletur
	beat	376	Alphabetum aureum nouitiorum
	accedere in seruitio diuino quomodo repellenda	276	Amaritudini contra proximum quomodo resisten-
	aduro quænam, quid præmeditandum	298	dum
	actus monachorum indifferentes unde grati fiant	62	amarulentia erga alios causa quæ
	Deo	62	amare & amari, ut quis scire debeat
	Adam quibus donis decoratus fuerit	568	amari quomodo Deus velit
	ut donis nudatus fuerit post præuocationem	568	ambiguitas perplexa quomodo euadenda
		568	ambitio humani fauoris quæ mala adferat homini
	Adæ peccatum quanta indiguerit penitentia	279	390
	adoratio Dei qui fiat, & grata ut sit Deo quid requi-	8	amicitia Dei quæ nam in nobis exquirat
	ret	8	cum Sanctis uti concilianda

I N D E X.

amicitia humana non ambienda	119	multis sit caeca & nescia	386
amicitiam Dei quam nutriendam	221	animae immaculatae natura quae	388
amici Dei fideles quinam 473. veri qui	498	revertenti vti Christus laetus occurret	412
amici Dei cum infideliter agunt, quid cogitandum		animae cuncta quod	417
557		animarum despendium maximum quod	440
amicorum Dei proprium quid sit	496	animas Christus quare fecerit	450
amicos suos vt Deus ducat per asperam semitam		adimo quoniam cuncta sint perficienda	98
410		Apostatae religiosi & qui ijs fauent quo loco habendi	22
amor creaturarum immodicus, quam Deo iniuri- am irroget	424	ad recipiendum habitum compellendi	29
amor Dei vt sit causa bene viuendi & operandi	277	apostatarum coniugia incestuosa	22
exercitiorum omnium scopus	415	apostolicam vitam quinam retinuerint	14
vt à Deo postulandus 421. quomodo foueatur		Araucæ dotes	201
426. ineffabilis quomodo contemplandus	413	arbitrium hominis quam sit liberum	431
quomodo crescat 458. crescit in infinitum	513	arbitrij liberi excellentia	392
vt non possit esse otiosus 513. qualis sit	514	arbores putantem videnti, quid cogitandum	247
amoris Dei impedimentum maximum quod	424	artha aeternae beatitudinis quae	515
exercitio quantum vacandum	426	S. Arsenio quid ab angelo præceptum	419
amore Dei quanto anima inflammari debeat	512	Asinus in quibus imitandus	352
inordinatus quomodo mentem excocet 536. quo modo mortificandus	ibid.	aspirationes sub cantu assumenda quae cuiusmodi emittendae ad Deum	287
amor mundi præcipue animam terret 92. vt excludatur ab electorum mentibus 231. quid fructus generet	514	aspirationibus mentis iugiter vtendum	427
amor pereuntium rerum quam sit fallax	422	aspernandus cur nemo sit	248
amor purus, fidelis & constans quis	238	Attentio vigorosa quinam exercenda	407
amorem quam purum Deus à sponsa sua exigit	543	attentionem quamnam iuuent sub diuinis	173. 188
amor priuatus quomodo hodie inualuerit	435	Auaricia spiritalis quae appetat	392
quae mala generet 535. quomodo per intentionem sectam corrigendus sit	ibid.	auariciae mala quamnam	43
amor sui quantum homini noccat 88. 390. quantum Deo exosus	390	auaritiā quid extinguat	17
Ananias & Saphira voluntariam paupertatem uertunt	13	S. Augustinus cenobiticam vitam in Africa instituit 15. eandem quomodo contra obrectatores defendit	16
S. Anatholiz castitas per angelum vt probetur	546	auiculae dotes	201. 234
angeli boni officia circa hominem quae mali officia circa eundem quae	295	aureola quibusnam detur	512
anima rationalis quid sit 416. nominibus diuersis vnde vocetur ibid. satiari nisi solo Deo potest	ibid.	austeritas nimis, quid in subditis efficiat	193
417		auxilium diuinum implorandum contra inbecillitatem nostram	24
anima inter tempus & aeternitatem hic est posita 418 ex seruitio peccatorum, quantum sibi met damnum intulerit 453. peccatrix vt Deum amare incipiat	419	Barbam cur gerant laici monachi	01
anima Deum amans quantum excelsari debeat peccatum 535. vt Deum in se feriat 519. vt Deo satiari in illum que transformari desideret	643	S. Basilij regula vbi etiam num obseruetur	15
anima diuini amoris suavitate attrita cuncta mutabilia transcendere vt desideret	643	Beatitudinis futuræ argumentum certissimum	449
anima quibus calamitatibus subiecta sit 569. vt in		beatitudinem Sanctorum quomodo anima compleat	642
		S. Benedictus vt cenobiticam auerit vitam	16
		beneficia tria quae recolenda	228
		Dei quomodo consideranda	399
		quomodo proximis communicanda	510
		beneplacitum Dei quanto studio zelandum	489
		benignitas quanta erga cunctos seruanda	345
		bestias mactari videns, quomodo mentem erigere in Deum debeat	244
		Bibendo quid ruminandum	282
		Naaa	Blaf

O. VI
11

I N D E X.

Blasphemæ cogitationes quomodo repellendæ	292	quam informationem acceperit	169
tentationes quomodo superandæ	484	Castratio spiritualis quæ sit	17
blasphemarum tentationum remedium	485, 516	Cella vti Matæ dedicanda	300
à Bono summo vt plurimi dehortentur	96	cellam ingredientem, quid faciendum	299
bonis cur mali admixti	126	cellam vinariam quænam intrare faciant	472
bonitas Dei erga peccatores quanta	329	ceremonie in Ecclesijs quo spectent	409
S Bruno Carthusiani ordinis institutor	16	monachorum num in Euangelio sint tradite	60
Cæcitas spiritualis vnde	397	externæ vnde meritum accipiant	305
cæcus vti quis sit	458	in ceremonijs animus ad Deum erigendus	144
canon monasticus quo spectet	41	Charitas fons & summa virtutum omnium	27
canones monastici Deo autore conditi	18	duplex quæ sit	237
cur instituti	19	vt sit scopus vitæ spiritualis	464
canoici antiquitus vitam monasticam vixerunt		vera quæ sit	464
151. regulares quinam	ibid.	quænam Deo sit acceptior	311
seculares à primo suo instituto deciuertunt	ibid.	vt in infinitum se extendat	339
canticis spiritualibus in solitudine vrendum	300	vt sit arbor quædam	146
cantilenæ carnales execrandæ Deo dicatis	194	quàm sit virginibus necessaria	145
cantus choralis quis, quouè spectet	33	charitas fraterna quibus studijs nutrienda	375
cur porcellinum institutus in Ecclesia	287	in quo consistat, & quomodo probetur	406
capitis ratio in spiritali exercitio habenda	287	quænam exigat	337
captiuitas felix quæ sit	224	charitatis effectus	27
Carmelum monachi tempore Helix inhabitauerunt	12	opera vti exercenda	149
carnis tentationum remedium	482	veræ officium quod	213
Caroli V. Casaris virtutes quantæ	2	regula cuiuslibet obseruanda quæ	308
quibus studijs diuinum fauorem sibi conciliauerit	2	opera hilariter perficienda	339, 345
Carthusianus cuiusmodi esse debeat	99	actus qui sint	146
Carthusiani quot habeant occasiones Deo seruiendi	254	charitati nihil præferendum	306
Carthusianorum ordo, vt sit fundatus super simplicitate Evangelica	184	charitatem qui non habet, quodcunque facit, nihil ipsi prodest	237
tam anachoreticam, quam cenobeticam exerceat vitam	355	nos habere, quænam probemus	238
Solitudo quomodo sit discretæ & sine periculo	315	Deus maximè requirit in homine	402
castigatio moderata iuuenibus necessaria	332	christianus vt sit, & dici possit quilibet religiosus	8
castimonia monastica quænam exigat	42	christianum bonum quænam constituent	47
caste multos etiamnum hodie viuere	23	christiani bonis operibus vacui, damnabuntur	68
quomodo se quis gerere debeat erga corpus proprium	113	christianorum vitam in primitiua Ecclesia, nihil à monastica discrepasse	11
Castitas monastica vnde ortum habeat	42	christianos nascentis Ecclesiæ, non præcepta donata, sed & consilia Christi exequenda suscepisse	75
quænam exigatur à Deo dicatis	194	Christus vt nos velit superioribus obtemperare	133
quandò solum violatur	482	quid nos vita sua docuerit	317
triplex vt sit	342	vti solus viuere debeat in nobis	309
vt sit comes virginis	347	quanta charitate passus fuerit	309
quantum laudanda	ibid.	in passione omni consolatione destitutus fuit	410
Sapientum quorundam quanta fuerit	352	vt animæ euentibus ætus occurrat	413
castitatis prælia quam sinisterrima	146	quibusnam sua arcana reuelat	472
encomium excellens	348	Christi & Sanctorum via arcta	26
castratio spiritualis quæ sit	17	dolores interni, & cur eos pati voluerit	114
S. Catharina Senensis fortitudinem à Deo postulans		vitæ nos conformari debemus	117
		erga nos amor quantus	164, 324
		præsentia, vti discipulis utilis & noxia fuerit	216
		Yulneta	

I N D E X.

vulnera quomodo honoranda	235	quomodo facienda	220 315
humilitas	399	generalis cur necessaria	456
in Christi vita & passione septem quæ meditanda		confessionem quam præparatio præcedere debeat	315
333		non palleandam	ibid.
Christo in membris suis quomodo seruiendum	310	ad confessionem peccatorum, ut anima sese animare debeat	454
Christum cognouisse non satis est ad salutem	69	confessione peccata quomodo se gerere debeat	77
ad Christum quid ducat	123	cator	456
Cibus & potus quo animo sumantur	219	in confessione quis ordo seruandus, & quis dolor necessarius	315
in cibi melioris vsu, ut discretio seruanda	243	confitendum nude & simpliciter	181
cibo sumpto cur minus apri simus ad spiritualia	219	confidere & credere Deo ut quisque debeat quantum quis debeat	197
in cibo & potu sumendo quid obseruandum	243	confidendum in misericordia Dei	362
cibi communes singularibus præferenda	363	confidentiam hominis erga Deum quam præcipiant	472
cisterna visa, quid cogitandum	243	confidentium Deo conatos, dirigit Deus	129
Coactio quæ nam bona	225	confusiones quomodo ferendæ	347
cælestis patriæ felicitas quanta	92	coniuges ut inter se viuere debeant	78
cælum aqueum 419. Empyrcum quod		conscientia ante confessionem examinanda	222
cælorum orbis quomodo contemplandi	419	quomodo & quoribus discutienda	314
cœnobita, antequam sic vocata, fuere	10	conscientia quomodo discutienda	369 376
Samuelis tempore	11	certain die horis examinanda	468
reformanda non extirpanda	11	consensus peccatum constituit	99
num in paupertate degant	11	consilia Evangelica cur non omnibus præcepta	3
in cœnobijs ut monachi instituantur ad pietatē	76	consilio superiorum omnia agenda	489
cœnobitica vita ad quid instituta	53	consilij proprijs cur non fidendum	100
cogitationes malæ parti spirituali detegendæ	99	bonorum ut, quam sit Deo gratum	148
324		in consilij congregationum quomodo se habendum	356
quomodo excludendæ	348	consolatio spiritualis cur petenda	393
statim in principio illidendæ	349	in aduersis unde fugienda	502
fortiter impugnant, quomodo repellendæ	350	nulla desideranda	504
quamnam cum detestatione sint abijciendæ	350	Dei, ut omnium creaturarum in immensum exte-llat	114
solæ quamnam fouendæ	350	consolationi spirituali ut etiam renunciandum sit	216
inutiles & noxiæ quantum impediant	392	consolatione tum diuina, tum humana destitui, quale inditium	48
cogitationibus curiosis circa fidem quomodo	10	consolationibus quinam viuendum	177
respondendum	293	consuetudo bona quomodo introducenda	298
malis quomodo respondendum	349	consuetudines bonæ non leuiter postponendæ	303
colloquia disputatiua pacem turbant	343	contemplationis fundamentum quod	135
ad colloquia quomodo se præparandum	378	contemplatiui cur pauci hodie inueniantur	431
commendatio sui ad B. Mariam virginem	102	cur quidam querantur se inopes	475
commendationes diuersæ, quibus agonizans Deo & Sanctis commendandus	385	contemptui quinam hodie à malis habeantur	46
communicandum quotidie spiritualiter, & quomodo se ad communionem præparandum	360	contentiones & disputationes quæ vitandæ	302
compassionis & pietatis opera colenda	143	continentia cur non omnibus præcepta	17
complacentibus nobis ipsis, quid dicendum	231	quomodo obtineatur	63
compunctio ante orationem assumenda	289		
compunctio uti insistendum sit	475		
concionator quis non admodum proficit	144		
concionatores hæretici quales	70		
concupiscentijs frænum cuiusmodi iniiciendum	134		
condemnationis certissimum iudicium	414		
confessio de quibus necessario sit facienda	220		

Naaa * 101111

I N D E X.

contritio vera quæ	388	Creata ut sint omnia propter hominem	314
in morte quam sit rara	414	creationis rerum omnium causa quæ	402
quæ sufficiat ad salutem	416	creator ex creaturis ut possit agnoscere	202
generalis de peccatis multis quæ necessaria	417	creatorem ut loquantur omnia	202
quantum valeat apud Deum	431	creatura quando non noceat homini	314
Sanctorum qualis fuerit	382	omnis, ut gratiæ Dei maioris occasio fiat	304
contritionis sensibilis bona quæ sint	458	creaturæ cur plerisque noceant	199
contumelias alicui inferre quam sit periculosum	216	ut sint diligendæ	199
conuersatio cum prauis quantum noceat	267	omnes ut nos ad Deum trahant	231, 299
cursus proximo qualis esse debeat	377	ut laudem Dei prædicent	209
conuersio ad Deum animæ dignitas quanta	200	officium naturale cuiuslibet quod sit	207, 34
conuersio perfecta ad Deum quæ, & quid efficiat	388	ut pro sint non officiant	202
conuersionis initium quomodo sit	456	quomodo loquantur Dei potentiam, sapientiam, bonitatem	214
conuersionem ad mortem deferre quam sit periculosum	386, 378	creaturarum solatijs ut sit utendum	199
conuersus ad Deum ex toto corde, quid querat	125	voces unde audiantur	203
conuertere se à peccatis quam honorificum	450	ex creaturarum contemplatione assurgendum in Creatorem	254
conuiuia quomodo resellenda sint	89	in creaturarum vsu quanta discretio seruanda	466
passus quo animo esse debeat	503	creaturis quomodo utendum	217
patri cur præstet hic, quàm laudes	534	à creaturis ad Creatorem animus reuocandus	200
conuiujs nemo laceffendus	311	ex creaturis ut creator intelligatur	246
conuiuium cuiusmodi licet agatur	79	in creaturis quinam acquiescant	253
cor ut sit quotidie effundendum coram Deo	94	non delectandum, sed necessitas querenda	316
quam cautè custodiendum	172	crucifigi extra castra, quid mysticè	329
cuiusmodi Deus sua in habitatione dignetur	183	crucifigamur quinam Christo	410
liberum quid efficiat	324	crucifixus Christus quinam contemplandus	329
hominis in quo semper versari debeat	518	crux quæ nam quotidie portanda	327
cor Iesu ut sit coleandum	146	electorum triplex	411
honore quantum conducat	146	varia quomodo ferenda	523
ad idem oratio 147 ad idem exercitium	361	incipientium quæ sit, & quam patienter ferenda	519
cor mundum ut Deus sitiat	245	proficientium quam sit grauis quandoque	530
quomodo sit conseruandum	430, 508	grauissima omnium quæ sit	532
cordis puritati, ut studendum	99	S. Crucis iter	666
custodia diligentissime obseruanda quæ	348	cruci quinam quis cum Christo affigatur	329
cordis puritas & charitas ut sit finis vitæ spiritualis	364	affigi ab intra, quid mysticè	307
amaritudo qui extinguenta	537	quinam Christum mysticè affigant	307
corpus quam discretè regendum	185	crucem Christi quis rectius portet	410
ut sit regendum	218	qui sibi adaugent indiscrete, quam male faciant	412
quomodo curandum & diligendum	298	quam nam quisque ferre debeat	537
corporis exercitia & afflictiones ut non æquè omnibus conueniant	242	cruce cur Christus diabolum vincere voluerit	169
correctio cur ad tempus differenda	190	à cruce, ut nemo sit immunis	58
correctiones ut patienter & humiliter sustinendæ	374	cucullus cuiusnam rei monachum admoneat	35
qui exhibendæ sint	467	sine religiosa vestis	38
		curiosa studia quam sint fallacia	297
		curiositas fugienda	247
			mortis

INDEX.

214	mortificanda quoniam	365	deuotionis ob inopiam, non deferenda exercitia	135
492	humani intellectus, quantum incautis imponat		pia	285
202	555	612	nomine petenda quæ sint	285
202	sciendi, ad salutem non necessaria		deuotione sensibili quomodo non sit abutendū	285
314	curiositatis inordinati quomodo respondendū sit	318	quomodo bene utendum	418
304	320. a curiositate sensus membraque quanto studio	484	Deus cognoscendus quomodo sit in creaturis	421
199	arcendi	450	absconditus quam sit in creaturis	217
199	D Amatorum calamitas quanta	237	per amicos suos ut operetur	423
33. 199	dæmon quantum nos oderit	165	dimittendus quandoque propter Deum	149. 394
209	dæmones ut nobis imponant		exorabilis quam sit	274
201	plura vide in verbo Diabolus		ab homine quid potissimum requirat	414
201	Debita ut ante omnia sint persoluenda	118	inueniatur quoniam	446 447
216	spiritualia negligenter persoluere quam sit peri-	150	laudandus quomodo assidue	149
199	iosum 141. quomodo sint Deo soluenda	156	offendendus nunquam	223
203	decreta maiorum qui abijcit, proficere nequit	131	à periculis ut quosdam sua bonitate extrahat	420
203	defectus proximorum non curiosè obseruandi	307	præsentissimus ut sit omnibus	420
274	472	343	quid sit	420
274	quando celandi, aut quando reuelandi	496	rerum omnium causa ut sit	430
274	patienter ferendi		requirat quantum solum ab hominibus	430
274	notare quodnam indicium		reuerentes ad se quam benignè recipit	422
274	defectus duodecim homini pio valdè perniciosi qui		rogetur quibusnam modis	223
274	371		educat ut quosdam feliciter	422
274	proprij non passim omnibus aperiendi	157	Dei altitudo & profunditas quomodo contemplan-	422
274	delectatione in comedendo quam sit vitanda	280	da & imitanda	398
274	delectationes sensuum superfluar, quomodo ampu-	317	bonitas quanta	422
274	tandæ	377	bonitas quam sit incomprehensibilis	421
274	delectationibus quinam utendum	47	claritas quanta	86
274	in derelictione spirituali, quid faciendum	216	elementia quanta erga nos	252
274	omnimoda magis Deo innitendum	309	contemptus ut sit desendus	428
274	deserere, ut se quisque debeat	33	latitudo quomodo consideranda & imitanda	422
274	desertionis professionis monasticæ causa quæ	500	liberalitas quanta	422
274	desideranda super omnia quoniam	333	longitudo quomodo contemplan- & imitanda	422
274	desiderium proficiendi semper habendum		miserordia quanta erga peccatores	458 461
274	desperare de suis viribus quomodo quisque debeat		præsentia uti ubique attendenda	427
274	480		etiam in externis operibus	195
274	desperatio damnatorum, quam cruciabilis	166	perfectio quanta	398
274	desperationis propter peccata remedium	457	potentia quanta	398
274	detractio quomodo caueatur	158	sapientia quanta	217
274	detractio qui quilibet abstineat	477	totus ut quis sit, & Deus illius	98
274	detractioes & obloquutiones quanto opere fugien-	304	de Dei manu omnia accipienda	176
274	dæ	344	Deo dignos quid nos efficiat	252
274	patienter ferendæ	374	puliantur cur plurimi non aperiant	277
274	quomodo interrumpendæ	312 334	pro peccatis quid offerendum	294
274	detrahentibus quomodo occurrendum	8	seruicium quam sit fideliter	413
274	deuotio quid	175. 264 487	in Deo quoniam quæ tendant	237
274	vera quoniam sit	369	Deum in nobis non esse quoniam prodant	394
274	vera in quo consistat	369	erga Deum ut se habendum	94
274	quibus modis fouenda	488	in Deum quomodo quis tendat	84
274	quoniam ad Eucharistiæ sumptionem necessaria	285	Diabolus quibus infestior sit	89
274	deuotio sensibilis an desideranda	487	ut quosdam sub specie pietatis fallat	ad
274	quo spectet	487		
274	ut neminem faciat sanctiorem	487		
274	deuotionis sensibilis subtractio quo referenda	329		

Nnan 3

INDEX

ad hunc cur hortetur	106	dona Dei exigua non æstimanda	314
indiscrète vt imponat seruentibus	ibid.	quibus electos suos donat, quatuor quæ	436
displicentiam vt nitatur iater superiores & sub-		omnia vt sint gratuita	502
ditos excitare	118	vti purè in Deum referenda	507
bonum aggressuris quomodo insidietur	121	ex his se efferre quanta superbia	496
240		dona sua cur interdum subtrahat Deus	312
vti per manifesta mala & simulata bona fallat		cur quandoque proroget dare rogatus	451
246		dona nostra libenter proximis communicanda	314
fraudem vbi potissimum struat	141	dormiendi situs honestus seruandus vt sit	273
quam callidè homini insidietur	394	in dubijs vt quis securus sit	257
seruis suis quænam præmia largiatur	449	E bricitas quam sit perniciofa	79
Diaboli à fraudibus quinam immunes	108	E cclēsia vera apud quos sit	78
machinamenta cuiusmodi	242. 457	& scriptura vti inter se consentiant	78
nidus quis, vbi tentationum oua excubat	164	ecclēsiastici bonis ecclēsiarum non priuandi	59
Dies præparationis ad mortem qui sint	582	Edendo quid meditandum	222
dilectio Dei cum odio proximi stare non potest	309	Electi Dei quam a ceteris exercentur	437
causa quæ	305	Electis suis quamnam Deus præsuram admittit	488
diligat quidnam quisque præcipuè, vnde cognos-		electos suos quatuor quibusnam donis officiat Deus	436
cendum	514	cur Deus diu viuere sinat	474
diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, quid		electosyna duplex ad honorem B. Mariæ quæ dan-	375
sit	1015	da	375
diligentiæ sex ad perfectionem necessariæ quæ		electosyna cur S. Paulus pro fidelibus emendicâ-	58
	372	rit	58
discipulus Christi plus est quam Christianus	28	Elias & Elifæus monachi fuerunt	11
discretio quomodo in omnibus seruanda	272	S. Elisabetha leuiter obitum mariti planxit	217
quanta virtus, & quam necessaria	ibid.	filiorum amorem vt à se petierit auferri	217
quam in cunctis sit necessaria	429	Enchiridion militiæ Christianæ quid doceat	198
discretio in vsu creaturarum, quanta seruanda			
466			
dispensatio de deserenda vita monastica, vtrum va-		S. Encletices memoranda sententiæ	170
leat 162. eam qua ratione quidam obtineant		Enos nomen Domini primum inuocare coepisse,	
162		quomodo intelligendum	9
displicentia quænam perniciofa	163	Erubescendum propter quæ sit homini	463
displicentia sui, quænam cuique habenda	334	errata posse euenire in omni statu	45
quid frugis in homine conferat	402	aliorum corrigere, cur non quis facillè se ingerere	508
displicentiæ contra proximum quomodo resisten-		debeat	508
dum	294	Essentia Dei vti, qualisque sit	420
disputationes quæ & cur vitandæ	302	Euangelicæ vitæ fundamentum quod	7
distractiones quomodo rohibendæ	287	Euangelicus verè quis	7
distractionum animi remedium	227	euangelici multi ore, non opere	7
Doctores cur in hæses labantur	73	euangelicorum, verum quænam efficiant	271
doctores sanctis cur fidem adhibeamus	74	euangelicos qui se venditant, cuiusmodi hodie sit	23
dolor de peccatis vanus quis sit	434	vita	23
qui Deo gratissimus	458	S. Eufraxiæ vita mirabilis	173
quomodo fore debeat	578	Eucharistia cur sæpius sumenda	442
dominica in altis quænam, & quare sic dicta	59	ad eam vt se quis præparet	ibid.
S. Dominicus monasticen vbi primum coepit	16		quantum
domum pulchram videns, vti mentem in Deum e-			
leuare debeat	244		
ingredienti quid faciendum	289		

INDEX.

quanta gratia eam dignè sumentibus conferatur	442	peccatrici animæ, sed conuersæ, quale	460
quomodo spiritualiter suscipienda	443	pro redimendo purgatorio	594
in Eucharistia cur se singulariter donet Christus	444	siue iter S. Crucis	608
137		exercitia spiritualia consilio assumenda	105
quomodo Christo occurrendum	443	certa assumenda	149
quomodo deherio Christo obuiandum	444	qualia cuique assumenda	110
quomodo Christus existat	488	propria cur quandoque intermittenda	149
Eucharistiæ gratia quomodo custodienda	444	vbi deferenda sint	309
operatio quàm sit admiranda	445	externa vt sint admittenda	157
fructum quænam impediunt	445	vt sint alternanda	ibid.
ad Eucharistiæ sumptionem quænam deuotio necessaria	488	debita proprijs anteferenda	290
præparatio optima quæ	443	interioris hominis cuiusmodi assumenda tyroni	242
post Eucharistiæ sumptionem quid exorandus Deus	444	hominum quam sint varia	412
444		exercitia tria Christiano vtilissima	368
gratiarum actio	444	quibus infirmus deficiente loquela, Deo commendandus	385
Eucharistiæ reuerenter inspiciens, quid mereatur	445	exercitiorum omnium scopus quis	428
445		exercitijs mentalibus, debitis peractis, insistendum	290
sumentium genera tria	446	exoli Deo quoniam	387
ex consuetudine aride sumere, quàm periculosum	446	exterioris hominis custodiæ, quatenus inuigilandum	360
446		externis dediti, cur non sentiant passiones suas	127
Excessus & negligentia quibus remedijs curandæ	366		
excusare se quando quis debeat	282	F acienda omnia suo tempore	113
exempla malorum non imitanda	98	facta aliena pie interpretanda	160
Sanctorum cur tam varia	256	famam in paruis negligere, quam excusare quando præstet	331
exercitatio introductoria ad omnem virtutum perfectionem	401	fames inordinata cur quibusdam accidat	219
exercitationes monasticæ quid conferant	60	familiaritas singularis cur fugienda	100.
exercitium primum expurgantis quodnam esse debeat	102	113	
ad beatissimam Dei matrem	138	abscindenda quæ	366
ad eandem, post Matutinas	199	fugienda quæ	372 479
ad corlesu	139 362	hominum cur vitanda	429
amoris quotidianum assumi oportere	202	fatigato in opere Dei quid cogitandum	346
amoris ad quamuis horam diei, quale	202	fauor aliorum quomodo reputandus	495
amoris diuini ex beneficijs & passione Christi	203 & seqq.	Feruo primorum credentium vnde tepuerit	14
pro amore Dei acquirendo quale assumendum	424	immoderatus quantum noceat	197
424		discretus quàm necessarius	172
pro felici sine vitæ quod pertingendi ad virtutes	204	festinantia nimia in diuino officio, reprehendenda	289
de omnibus Sanctis	240	289	
in aduentu Domini	257	festi P. Mariæ Virginis quid cogitandum	249
exercitium quadragesimæ	257	Apostoli alicuius cogitandum quid	251
ante comestionem seruandum	282	Martyrum quo exercitio se quis debeat occupare	251
sub cantu frequentandum quod interioris & exterioris hominis quale assumendum	287	Confessoris quid cogitandum	252
442		S. Martini eiusque vigilia quænam exercenda	253
ibid.			

O. VI
10

I N D E X.

S. Brunonis quid cogitandum	254	impedimenta duodecim quæ	314
S. Vrsulæ & sociarum cogitandum quid	254	donæ, quinam proximis communicanda	313
S. Barbaræ, aut alterius Virginis & martyris quomodo se quis exercere debeat	255	gratiam Dei primam, vt nulla opera mereatur	66
Fidelitas quanta Deo exhibenda	273	suam Deus cui non pariat	108
fides quomodo exercetur	272	gratitudo quantum exornet virginitatem	319
fiducia in Deum vnde oriatue	401	Gula quinam per abstinentiam frænetur.	279
in Deum firma habenda	439	quomodo sit vitanda	280
quàm sit efficax	439	gula spiritualis quæ, quam quæ exitialis sit	392
quomodo crescat	458	gula quantopere virginibus fugienda	393
finis boni hominis quis sit	94	gulæ incommoda quænam sint	391
actionum quis constituendus	148	H abitus monachorum cur singularis	34
quis esse debeat	275	Abiectior quid designet	36
firmamentum quod, & quæ contemplandum	419	monastici antiquitas	55
Flagitia huius temporis quanta	386	secularis & curiosi causa quæ	38
flagellorum Dei causa quæ	502	hæretici quomodo monachos vexent	3
Fœdærum tentationum remedium	316	scripturæ verba vt detorqueant	22. 63
foelicitas vñam sola inueniatur in terris	337	vti depræuent	24
fœminæ cur à monasteriorum ingressu arceantur	61	religiosis quomodo falso crimina quædam im- pingant	25
61		benefacta religiosorum vt traducant	25
fonte viso, quomodo mens in Deum eleuanda	245	quid querant	58
S. Franciscus vbi monasticen primum coepit	16	qua pœna plestantur B. Virginem in honorentes	487
S. Francisci mira patientia	169	hæreticorum dogmata dæmonis instar cauenda	372
fructuum crudorū esum, vti quis sibi vtiliter interdicit	279	nære sum varia pœntentia	74
Fuga seculi quam sit necessaria	272	Henricus Suso vbi sepultus	146
fugienda quænam sint animæ fideli	476	Henrici Susonis sententia memorabilis	240
futurorum quatenus cura habenda	500	S. Hilariõnis virginalis puritas	254
C aritas quantum Deo displiceat	554	Homo cur creatus sit	7
Gaudium sine fine cum Deo quod sit	255	conqueri de se coram Deo quomodo debeat	133
gaudia B. Mariæ vera quæ	118	bestialis siue inferior quis	416
quæ, quando, & quomodo sint recolenda	118. 375.	rationalis quis dicatur	416
bonis præparata, quantum distent à mundanis	224	Diformis quis sit	416
224		quænam in seipso habeat	435
gaudia beatitudinis æternæ	646	hominem quid beatum faciat	91
Gloria inanis quantum Deo displiceat	390	hominum cæcitas & infania quanta	167
gloriæ inanis remedium	127	honores & opes cui non obsint	405
Gratia Dei omnia possumus, & sine illa nihil quid in nobis efficiat	24	honore vel iniuria affectus, quomodo se habere debeat	56
64		horariæ preces quomodo soluendæ	119
gratiæ Dei vti in homine locus sit aptandus	392	à quo reperendæ	ibid.
quomodo collaborandum	ibid.	horarias preces soluendo, quis Ecclesiæ præceptum violet	119
gratiæ vt sit. Deo agendæ pro donis Virgini Mariæ collatis	104	hortum, seu parmarium intranti quid cogitandum	246
in aduersis	239	246	
vti Deo semper agendæ	354	hostes animæ quo pacto facile prosteruantur	394
quomodo Deo agendæ	358	humiliatio quam necessaria	492. 56
pro quibus Deo agendæ	ibid.	humiliato & contempto quid dicendum	329
gratiæ diuinae adiutorio soli firmiter inhaerendum	322	humilis esse, & obedire nequit diabolus	142
322		qualem seipsum debeat seputare	310
ad solcas comparatio	388		422

INDEX.

verè inditia quæ	402	mendandus	583
humilitas à laqueis tuta	107	infirmi exercitium quo se Deo resignet & com-	582
ficta vt plurimos decipiat & præcipiet	131	mendet	582
quomodo requiratur	141. 195 328 331. 333. 358.	Sacramentis muniti commendationes	587
492. 536		infirmi quo se solari debeant	346
sine humilitione non acquiritur	148	infirmis remedijs vt subueniendum	178
diaboli technas omnes quæ illudat	142	Ingratitudo quam Deo odiosa	265
ac humiliatio sui, quomodo exercenda	328	Deo omnium odiosissima	473
absque ea nihil edificat	329	religiosis quam detestanda	354
in externis moribus non semper consistit	330	hominis quæta	400
humilitas vera quæ	330. 494	inimicus quibus modis possit placari	89
quid	398	inimici hominis qui sunt	122
virginibus quam necessaria	550	iniuria vt dissimulanda	311
humilitatis argumentum	208	quænam sola existimanda sit	522
obtinendi modus optimus quis	230	affectus vt se habere debeat	556
encomium	142	iniuriam passo quid faciendum	226
via vera quæ	240	inobedientis pœna qualis etiam inh ac vita	337
exercitium tutum quod	240	inquietudo omnis vade oriatur	404
profectum quid impediatur	235	inspiraciones diuinas cur quidam misere negligant	471
fundamentum cuiusmodi sit	398	negligere quam sit periculosum	509
excellencia quanta	401	ad inspirationem vt anima inardescat	642
causæ quænam	494	instabilitas quos magis infestet	226
humilitatem quantoperè sancti coluerint	331	instabilitatis remedia optima	164
quænam foueant	495	Institutio quædam pro interiori homine	111
humilitate sola Sancti Deo placuerunt	331	instituciones quædam morales	110
& oratione, quatenus in lucta spiritali opus	470	institutum monasticum & seclare quomodo differant	48
470		intellectus noster captiuus est per subiectionem	171
I Ab e doctore Rechebræ paruerunt	9	quomodo purificandus	197
Ieiunium & carnis afflictiones quatenus assu-	435	quomodo simplicandus	538
mendæ	60	quomodo captiuandus & simplicandus	562
ieiunij euolumenta	393	intellectu quomodo Deo adhærendum	487
Imago Christi vt in vtroque homine gestanda	393	intentio quomodo casta, simplex, ac recta esse de-	296
395		beat	298
imaginem quamnam sibi homo imprimere debeat	519	triplex in omni actione quæ sit	344. 425
519		discutienda quomodo sit	389
imagines peccatorum, vt per Christum pellendæ	394	impura, vt opera bona inficiat	390.
394		rectificanda quænam	60
in Ecclesijs cur ordinatæ habeantur	470	de internis culpis aliorum nemini iudicare licet	202
470		interrogationibus internis quomodo respondendum	425
imitandus quisnam	358	intouersio quam sit Deo accepta	435
imitatio vitæ Christi, quam necessaria proficere	572	inuidia quatenus cauenda	435
volenti	328	inuidiam quantoperè Deus odit & punit	228
impatiens in morte qui vincatur	343	inuiti quæ sentimus, vt nihil nobis noceant	122
impedimenta Christianæ perfectionis quæ	312. 377	inacundo & inuido quomodo occurrendum	345
Incepato benigne accipienda	218	iratus quomodo placandus	312
inceptus quomodo se habere debeat	165	Ite sanctæ Crucis	606
iniciuils quisnam sit	193	Iudicans temerè peccat	159
inferorum cruciatus	168		ind.
infirmioribus quis succurrendum	168		
infirmetas corporis vt sit accipienda	168		
infirmus cum loquela defecerit, quomodo Deo cõ-			

I N D E X.

Indicium scilicet solum quisque debet	196	laxitas nimia, quantum nocet	107
quid sit	376	Lectio quam sit utilis	274
alios quam sit nocivum	506	qualis esse debeat	157
Indicium prelati ut semper proprio preferendum		scilicet in mensa non negligenda	281
336		cuiusmodi sola frequentanda	284
Indicium quomodo sit horribile quosdam maneat	397	cuiusmodi cauenda	ibid.
Indicium temerarium quanto per se execrandum	407	lectionis quis debeat monacho esse scopus	116
Indicium Dei memoria semper habenda	385	lectioni qua ratione vacandum	116
Indicia temeraria quanto studio cauenda	312, 375	ad lectionem invitare quid nos debeat	115
reprehenduntur	407	ex lectione mens eleuatur in Deum	261
Indicia humana quam incerta	231	lecti sub ingressum quid agendum	101
quantilli facienda	495	in lectio n. anere, & non posse dormire quibus non	
Indicia Dei quam sint occulta	424	consultum	273
Indicia cur quedam monasteria habeant	56	lepusculus quid fuga sua non doceat	202
Iustitiam superiorum proueniendam	338	leuitas quam pernitiosa	160
Iustificatio quid interdum significet	26	nimia in Prelatis quam damnanda	192
duplex	ibid.	lex quatenus omnibus sensibus membrisque indi-	
Iuandus proximus cum hilaritate	329	cenda	468
à iuuenibus quid exigit Deus	412	leges humanæ quando obligent	278
L abor & afflictio spiritualis quæ sint	352	quando bene obseruentur	ibid.
corporalis quantum impediatur à spirituali	434	Libertas cordis quomodo seruanda	359
exercitio		libri hæreticorum cur exurandi	76
labores manuales ignitis precibus quandoque in-		libri quinam nouo Christi tyroni legendi	214
terrupti	122	qui ad pietatem faciant	145
laborans manibus, quid cogitare debeat	257	lingua quomodo ad honorem Dei utenda	308
laborantem videnti, quid cogitandum	248	frangenda quinam	467
lachrymæ amoris humili corde profundendæ quæ		custodienda quomodo	476
334		linguæ procacis mala	514
Lanæpergius quam religiosè in cella vixerit	120	linguam compescendi optima ratio quamnam	61
lapsus quis in vita, quid agere debeat	482	395	
lapsus nostri, ut doceant nos orare	252	frangere quam sit necessarium	237
quinam resurgere debeat	468	locus mutatus, tentationem non fugat	271
primorum parentum, uti sit per Christum repa-		locum in anima quæ nam Deo parent	477
ratus	569	loci communes ut sint dirigendi	116
lapso quomodo redeundum ad Deum	270	loquacitas quam sit virginibus exitialis	553
à lapso quid desideret Deus	224	loquendi modus quisnam seruandus	467
lapsus quorundam, non imputandum cæteris	44	in loquendo, ut sit disciplina seruanda	111
laqueis diaboli quam multi irretiti teneantur	385	loquendum quam sit discretè	198
laudare Deum quid sit	515	quam cautè	560
laudet, quando quis verè Deum	516	quomodo sit cum alijs	376
laus quam magis Deo placeat	516	quomodo de absentibus	477
gratissima Deo quatenus sit	446	loquendo quid præmeditandum	298
Dei, arre æternæ beatitudinis	515	Lupi quinam reuera hodie sint	32
aliorum quid cuique conferat	495	Lutherana hæresis quæ sit & quomodo reprobata	55
laudis Dei exercitium quale esse debeat	517	cur multos habeat sectatores	70
laudem Dei ex omnibus euentibus rerum elicien-		Lutherani num recta gradiantur via	20
dum	517	verbum Dei quale prædicent	51
in laudem Dei quomodo omnia trahantur	516	statuis uti sint similes	64
laudes diuinæ quinam cantandæ	118	Lutheranorum Euangelistarum exercitia quæ	51
laudes & vituperia quomodo toleranda	335	prædicantium mos quibus	51

I N D E X.

facilegia in Ecclesiastica bona	35	honorem impensum non manere irremuera-	
Lutheranus nullus spiritus	51	tum	294
Lutheranos cum daemones excoecarint	54	gaudia quomodo recolenda	118. 376
à Lutheranismò quomodo quis se conuertere de-		thesaurus omnis Dei concreditus	486
beat	77	quam sit fideliter seruendum	185
Lutherus miraculis nullis dogmata sua confirma-		ad B. Mariæ honorem, quinque obseruanda quæ	326
uit	73	elemosyna duplex quæ danda	376
hæresum multarum autor	74	B. Mariam venerari quam sit frugiferum	138
sensum suum uti omnium iudicio prætulert		quantum Dei donum erga eam affici	138
74		Sancti omnes venerari sunt	146
Lutheri dogma ut cum Mahometico consentiat	62	cur Deus à mortalibus honorari & coli voluerit	
ut cum Euangelio consentire non possit	69	484	
sapientiae cœlestis quam nihil habeat	72	per B. Mariam quos Deus ad salutem vocet	486
dogmatibus cur plerique acquiescant	61. 69	S. Martini perfectio quaerata	269
Euangelium quale sit	70	eius festo & vigilia quid cogitandum	ibid.
Lutheri impudentia quanta in iudicio peccati	38	deuotio ad Martyrum reliquias	255
impostura vnde facile aduertatur	64	Martyrum in cœlis gloria quanta	252
portenta quænam sint	73	matrem Dei esse quantæ sit dignitatis	544
& Sectariorum suorum opus quod	34	Medicinalibus quomodo & quando vtendum	29
ad Lutherum quinam confugerint	71	meditatio vitæ & passionis Christi quam necessaria	
luxuriam quænam extinguant	43	sit proficere volenti	525
M ala occulta ut hominem humilient	495	passionis Christi quænam exigat	525
malis vt non faciant nos malos, sed ostendant		meditationis modus quis fructuosissimus	525
126		passionis Christi fructus quisnam	525
malum permittit, sed non vult Deus	239	mens quomodo pura seruanda	396
malis cur Deus subinde parcat	238	quomodo ad Deum conuerrenda	434
malitia quanta hominum	385	qui semper in Deum eleuanda	507
malitiam suam, uti coronam Deo considerare de-		qualis esse debeat, quam Deus dignetur inhabi-	
beat homo	529	tare	513
mandatorum Dei obseruantia, ut sit thesaurus	48	quomodo reformanda & in Deum eleuanda	538
manè quid faciendum	186	mentes spirituales, ut nunquam non orient	205
mansuetudo quid	231	meritorum Christi oblatio	101
manus ut sint tenendæ	110	meritis quomodo quis facile diues fiat	126
de manu Dei omnia suscipienda	363	Militum Christi stipendia præcipua quæ	125
S. Marcus Alexandria vitam Apostolicam instau-		ministra in Ecclesia quo spectant	469
rauit	15	miraculum de sanguine martyrum Mauritiij & So-	
B. Maria vnde potissimum placuerit Deo	103	ciorum	253
B. Maria cor purissimum, uti habuerit	132	miracula cur adiuncta monasticorum ordinum ar-	
à B. Maria petitiones quinque petendæ quæ		chitectis	60
312		misericordia quomodo exercenda sit in proximo	400
ut sit honoranda & inuocanda	122	Dei erga peccatores quanta	438. 461
Sabbato qui honoranda	375	missa pro defunctis de quoque vultibus Christi	
à religioso post Deum vpicè veneranda	137	Bonifacio Papæ reuelata	597
quotidie aliquo obsequio honoranda	373	pro mundi peccatorum que reconciliatione	610
cur sit Carthusianorum mater præcipua	183	missæ sacrificio ut sit assistendum	103
quid à seculis suis requirat	356	seruando ut sit properandum	ibid.
amore quanto prosequenda	375	quomodo sit in seruendum	119
inuocanda uti sit pro morte felice	379	ministrare, quam sit sublime officium	360
auricula triplici uti gaudeat in cœlis	632	mititas vera quæ sit	508
B. Mariæ officium quodnam fuerit	249	Mœror & lachrymæ nimez fugiendæ	215

I N D E X.

molestia animi omnis unde nascatur	81	monastice quid	30
molestia præterita, cur obliuioni tradenda	352	monastici ordines & personæ licet in omnibus non conueniant, tamen in vno finem tendunt	11
quænam ferenda	490	in quibus consentiant	16
monachismus omnis quo spectet	47	monastici canones & tria vora, an ex Euangelio profecta	40
monachus ignorare quæ non debeat	116	monasticen subituri cur vestes mutent	114
propositum quam firmum facere debeat nõ peccandi	130	ad monasticen trahi à Deo, quanta sit gratia	14
gerere quomodo se debeat erga alios monachos	145	morbi quantum animæ profint	161
vita Christi vt se conformare debeat	153	morcs Christi in passione, quibus exemplo esse debeant	103
intentionis suæ cur in cœnobium venerit, memor sit	155	morum disciplina, vt sit in choro seruanda	111
vti se habere debeat	158	quam necessaria	101
bonus quis non	161	seuitas fugienda	111
monacho quinque quæ obseruanda	130	honestas Prælati maximè necessaria	306
monachum verum quænam efficiant esse quid sit	33. 80. 183. 180	mori securo, quomodo ysticè contingat	329
monachi quanta ab hæreticis patiantur	3	quidnam securè faciat	379
perfectionis studiosi semper fuerit nomen vnde	4	moriatur quomodo quis securus	409. 325
ab hominum consortio cur se quidã separent	19	ad moriendum feliciter, consilium sanissimum	378
boni propter malos, male audire nõ debet cur ludibrio habeantur apud malos	21. 28. 32	moriturus quinam se præparare debeat	326
monachi veteris testamenti quinam fuerint	12. 39	quomodo debita sua soluere possit	326
sintne otiosi	50	moritui hominis imago, vt ante oculos figenda	374
nil proprii possideat	57	protestatio seu testamentum	384
studium quale esse debeas	65	mors omnibus vna debetur	91
lectio qualis	144	vt nihil nostrum nobis auferat	ibid.
apostata quo spiritu regantur	50	vt sit optabilis	91
in quorum locum successerint	54	meditanda vt sit iugiter	361
quidam quare sint expulsi à monasterijs	55	quid sit	366
monachorum vocabulum cur ipsa vita posterius	10	duplex quæ	ibid.
monachis documenta quædam obseruata utilissima	186. & seqq.	naturæ cur non sit timenda	367
monasteria non diruenda	21	malis quam sit timenda	ibid.
deformata reformanda, non destruenda	45	per Christum vt sit destructa	369
cur instituta	280	grauis cur super omnia	373
monastica vita, ipso nomine antiquior	10	Sanctis vt sit in desiderio	376
instituta, sui sectatores quo perducant	28	à malis quantis liberet	ibid.
vita vt instituta	40	ianus ad vitam beatam vt sit	377
vt sit magis	40	impræparata, quam sit periculosa	377
quo animo amplectenda	124	mors vitiorum, vt sit martyrium spirituale	387
monastica vitæ antiquitas	11	mortis origo quæ	368
etiam in veteri testamento viguit	9	mortis meditatio contra tentationes assumenda	224
inchoatores quinam fuerint	17	memoria quomodo quotidie habenda	374
principes quinam	15	conditio iustus non timenda	376
propugnatores quinam	15	mortis instantis tempore consilium	382
studium quodnam sit	41	ex mortis meditatione, quinam sex fructus nascantur	374. & 375
institutum cur inuentum	96	ad mortem quomodo nos quotidie præparare debeamus	365
fundamentum quodnam esse debeat	143	vt perueniatur	377
			feli.

I N D E X.

felicem exercitia preparatoria	575.582	humana, quidnam sit	495
preparandi se modus alius	581	emori in quibus in se debeat	495
morte vigente quid agendum	581	quomodo regenda	490
mortuus in qua re quis dicatur	317	mortificanda quomodo	509
mortui conditiones imitanda quae	393	natura & cerebrum in speculationibus ne laedantur,	
mortuum lugere ut sit instructuosum	91	advigilandum	497
mortificata carne à violentia abstinendum	565	naturae quae nam interdicienda sunt, & quae non	
mortificare quae nam debeat studiosus Dei amator	466	naturam, ut quidam deservant	185.489.531
425		Necessaria delectabilia qui sumenda	476
mortificatio sui unica ad veram pacem via	89	necessitas felix quae	163
vitiorum quam sit necessaria	316	negligentia interioris hominis quam periculosa	
sine labore non obtrinetur	317	negligentiae & excessus nostri quibus remedijs cu-	
quae, quam necessaria	393	randi	196
quomodo & in quibus fieri debeat	393	negligentias in divinis, quam Deus severe iudicet &	
quantò dolore naturam premat	435	punit	468
mortificationis studium egregium	312	nequitiae aliorum quomodo non noceant	437
vitiorum neglectores, quanto se spolient gaudio		Nihilietatis propriae cognitionem, unde accipiat	
398		homo	325
mortificationi propriae duo quae necessaria	313	nihilietatem propriam quomodo quis confideat	
ad mortificationem acquirendam nullis parcendum	405	393	
laboribus		Nobilitas unde sumpserit initium	47
vide Abnegatio		noceat nemo nisi à seipso	317
motus vitiorum sensisse, quam non sensisse, ut magis	112	nomen Dei quoniam in nobis sanctificetur	52
prosit		Lutheranis quoniam sanctificetur	ibid.
Multam sibi ipsi pro peccatis indicere, quam vitio	50	novitius quomodo vitam suam instituire debeat	
50		140	
multandum quo pacto, si quid delinquamus	79	discretionem quoniam obtineat	140
munditia cordis absque oculorum custodia servari	301	suspiciones & timores suos quomodo contemne-	
non potest	301	re debeat	140
quomodo servanda	272	surgens è lecto quid agere debeat	141
mundus quomodo fugiendus	265	resignare quomodo se Deo debeat	142
mundi contemptum quem parcant	233	in sermone qualis debeat esse	142
amatores quam miseri	213	voluntatem suam uti abnegare debeat	142
in mundo bene vivere, quam difficile	96	novitij mali signa quae	143
mundum relinquere quid sit	214	institutiones pro exteriori & interiori homine	
relicturus, ut cum Deo pactum inire debeat	214	110	
relicturi quomodo mutari debeant	198	novitio instabilitas superanda	140
corpore ut quidam, non animo deserant	391	ductor aliquis necessarius	196
murmuratio quam sit damna bilis	347	novitium quo praecipue diabolus evertit & studeat	
murmuraciones quomodo ferendae	33	140	
musica instrumenta in templis habenda	478	novitiorum profectio, siue defectio spiritualis, qui-	
mutus uti quis sit	544	bis indicijs probeatur	140
Nascatur quoniam Deus mystice in nobis	436	Nuda & simplex ut sit anima	110
natiuitas mystica, uti in anima modificata purifi-	393	nuditas spiritualis quoniam necessaria	431
cetur	178	interna quoniam necessaria.	129
natura à gratia qui discernatur	227	nunc aeternitatis, quodnam sit	120
natura exhausta qui reficienda	318	nuptiae carnaes plus oneris quam gaudij habent	
ad malum prona, quomodo frangenda	435	222	
hominis quomodo tractanda			
ut seipsam in omnibus quaerat			

O q q o s ebede

I N D E X.

obedientiam quam bona sequantur	43	offensus quomodo sit reconciliandus	24-25
obedientis religiosorum vade	42	offerre quomodo se quis debeat in cor lesu	214
exhibenda quomodo sit	297	officium diuinum quanto studio carendum	216
simplex ad quantam perfectionem S. Paulum sim-		officia diuina qui soluenda	228
plicem euecit	108	Omnia quænam conturbent	492
fida nihil prodest	204	Opes cui non obfint	405
prompta esse debet & perseverans	209	opus nobilissimum quod facere possimus quodnam	
placita omnia Deo reddit	226	52	
velox quam esse debeat	224	bonum ex proprio consilio profectum sordet co-	
omnibus alijs præferenda	338	ram Deo	217
vera in quo consistat	403	ex obedientia vel charitate intermissum quomo-	
quomodo excolenda	496	do suppleatur	219
Sacrificium Deo gratissimum quando sit	469	in opere omni quid spectandum	296
obediencia comedens quid lucretur	489	Opera bona quænam præcipua sint	2
omnia relinquenda	486	quam necessaria sint ad salutem	68
repugnantibus cogitationibus vti respondendum	318	quo animo perficienda	122
opera hilariter perficienda	319	quanto studio colenda	104
operis vtilitas, neque vilitas discutienda	339	propter vanam gloriam non facienda necomit-	
nullum opus aut exercitium antefendum	331	tenda	285
obedientiam sereno vultu exhibendam	345	propria vilipendenda, proximorum laudanda	317
obedire nequit diabolus	242	opera nostra vnde sint meritoria	25
obitus sanctorum moderate plangendus	215	meritoria vti sint	67
oblectatio sensuum quæ, quomodo mortificanda	329	meritoria dicere, vt nihil diuinæ gratiæ deroget	
obloquentibus quomodo occurrendum	324	65	
obseruari non sunt alij	352	meritoria negare quam perniciosum	67
obseruare alios quam sit stultum	353	opera quique sua vt non debeat magni pendere	
obseruatio sui assidua, vt sit in principio difficilis	425	68	
diligens quid boni adferat	509	omnia quo ex fundo facienda	282
obseruationes ceremoniarum quæ monasticæ quo ten-		& verba hominis quomodo ex Deo sint	414
dant	49	nostra & aliorum vt sint diuerso oculo inspecien-	
obseruationum omnium scopus quis esse debeat	458	enda	106
Occasiones peccati fugiendæ	231	opera externa quænam à Deo nos impediunt	474
bene operandi cum gaudio suscipiendæ	339	interna quomodo non impediunt	518
occupationes quænam præferendæ	213	opera manuarum vt sint exercenda	104
occupatus exterius, quid interius agere debeat	317	operum omnium scopus quis fore debeat	296
occurritia omnia vti de manu Domini sint accipi-		Orandus quid sit Deus	21
enda	340	orandi genus optimum quod sit	131
oculus Dei quænam penitissime omnia penetret	471	occulio vnde sumenda	248 286
cordis quomodo sergandus	430	vti ex temporum ratione sumenda	249
oculi quam caute custodiendi	232	orandum vt sit pro filijs spiritalibus	95
vti frænanandi	395	Orandum pro confederatis vt sit	96
oculis quid semper obuersari debeat	617	pro benefactoribus & spectatim se commendan-	
Odieatibus quomodo occurrendum	318	tibus	95
odium fraternum quanta mala efficiat	238	pro defunctis	95 248
odij fraterni signa quæ	238	pro Ecclesia	95
Offensa propria cur facillè remittenda	298	oranti præsentia diuina attendenda	289
		orare quomodo quis semper possit	232
		oratio quid sit	2
		iteranda sæpius pium aliquid instituenti	85
		pro contritione vera quomodo facienda	94

INDEX

Christi tyroni quam debeat fore familiaris	116	S. Pauli Nolani charitas quanta	218
mentalis ut praestet vocall	117	S. Paulus orationi plus quam labori suo fudit	20
quomodo ei potius vacandum	118	otiosos quosnam reprehendat	33
eam quid curat vel adiuet	117	elemosinas cur pro fidelibus emendauerit	55
mentalis quam sit fructuosa	119	S. Paulus Eremita ad quantam perfectionem obedientia sua euectus fuerit	102
eius commoditates quantae	123	paupertas Christi quanta fuerit	490
dominica ante prandium dicenda	282	quomodo contemplanda	452
duplex quae	282	paupertas monachorum probatur ex sacris litteris	382. 494
optima quae	382. 494	ortum unde habeat	18
perseuerans quam sit utilis	452	paupertas spiritus quomodo obtineatur	30. 261
Orationi assidue monacho insistendum	122	in quo sistat	389
ut debite fiat quanam sint accommodata	286	paupertatis voluntariae initium apud Christianos	19
oratione uti in omnibus opus sit	480	gratia qui acquiratur	242
orationes debite, ut sint soluendae	110	paupertatem voluntariam quinam uouerint in primitiua Ecclesia	23
vocaliter ut sint soluendae	117	in paupertate qui quisque se gerere debeat	492
iaculatoriae quae sint quouae spectent	427	quid cogitandum	358
pietate ut semper à Deo exaudiantur	318	paupertas & austeritas praecipua quae	89
vide praecatio		vera quomodo haberi possit	129. 222. 358
ornamenta Ecclesiae quo spectent	469	quomodo inuenienda	321. 352
Ostentare se nemo debet	492	ubi quaerenda	312
Otiositas quanam mala generet & quinam vitetur	154	quomodo obseruanda	318
otiosum quomodo nihil esse debeat in homine	297	ubinae constituenda	479
otiosos quosnam reprehendat S. Paulus	53	cordis in quo sita	128
otium quantum opere fugiendum	59	absque custodia oculorum seruari non potest	302
omne quomodo exterminandum	287	per quid in congregatione seruetur	943
noxium quam sit	554	pacem cum proximo quomodo quis seruet	109
Oues Christi veras quanam efficiant	34	quomodo quis semper habeat	497
in pasculis videnti quid considerandum	246	Peccantem videns quid dicere debeat in corde	312
S. Pachomio regula caelitus missa	25	quomodo se habere debeat	478
passiando nos excusare non debemus	348	contemnere, quanta sit temeritatis	312
passio Christi quomodo salubriter exercenda sit	318	peccatorem maximum ut se quisque aestimare debeat	335
quotidie	408. 409	peccatorum occasiones ut sint fugiendae	278
& vita Christi quomodo meditanda & imitanda	408. 409	peccatoris ingratitude erga Deum quanta	169
eur meditanda	408	à peccatore conuerso quid Deus requirat	460
tripliciter meditanda	409. 524	peccatricis animae, sed conuersae exercitium	460
qui animo reuoluenda sit	473	peccatum & vitium quomodo differant	49
liber vitae & thesaurus uti sit	525 & 526	quoduis quanto studio vitandum	393
in morte cordi imprimenda	573	omne, ut sit voluntarium	418
passionis & vitae Christi meditatio compendium salutaris	408	peccata ut non abeant impunita	85
meditationis fructus	408	commissa semper pra oculis habenda	362
opus, modus & causa	409 & 470	verè poenitenti quomodo cito remittuntur	187
in passione Christi quanam contemplanda	332	stabilia minora quae sint	397
pater spiritualis diligendus	242	quanam faciant facile deserere	452
patientia quando sit virtus & quando non	316		
patientiam quinam reuera sint adepti	337		

Oooo

O. VI
11

I N D E X:

recolenda qui sint	460	planetarum proprietates quæ	479
venialia <i>vide venialia</i>		pluvia Dei quæ sit	284
contra peccata capitalia vim cuiusdam devoti sententia	481	Peccata peccatorum aut hic aut in futuro locandas	
peccatorum merces cuiusmodi sit	430	pœnitentiam curiam pauci in morte	414
accusatio quomodo ritè fieri debeat	461	pœnitendi genus, optimum, quod sit	410
à peccatis quomodo surgendum	437	pœnitentis studium præcipuum quod esse debeat	467
peregrinus cupiens redire in patriam vi se habeat	467	pœnitenti quid maxime cavendum	389
perfectio etiam in mundo reperitur	49	cur dolendum	465
in quo consistat	183, 323	pœnitentiæ agenda dum sani sumus	387
perfectio quibus modis facile obineatur	462	vera quæ sit	387
altissima in hac vita quæ sit	304	quam sit hodie rara	454
perfectiōis acquirendæ fundamentum	107, 199	vnde nascatur	578
via quæ	198	acceleranda cur	414
vix quatuor quæ	441	fallax quænam sit	178
impedimenta	198, 199	pœnitentiæ dilatio, quam multos fefellerit	413
puncta decem	371	in mortem quam stulta	378
speculum quoddam	372	pomerium ingressio quid dicendum	440
Evangelicæ viæ, in quo consistat	324	Prædestinatio diuina ut per certa media compleatur	344
perfectiōis acquirendæ necessaria quæ	324	Dei non potest præcedi ab homine	344
perfectiōem celestiter obtinere volenti quid faciendum	107	prælati in delinquentes auctoritate sua vii debet	192
cur pauci obtineant	478	seruari à subditis studeat	199
desiderare quam nam quilibet debeat	510	vitam quomodo instituire debeat	199
ad perfectiōem aspiranti regula præcipua	107	consensus & rogandus quomodo	342
quid imprimis necessarium	198	prælati quæ tria impendant	109
perfecti descriptio	338	in prælati quænam contemplanda	497
perfectissimus quisnam hic existimandus	334	prælatos minus eruditos, cur Deus electis suis quantumque prouideat	497
perfidia tentationes quomodo repellendæ	292	præsentia diuina semper ante oculos statuenda	106
perplexitate occurrente quid faciendum	295	præsentia quibus potissimum despicienda	11
perfectiōem omnem superandi optima ratio quæ	88	præsumptio quantum opere cavenda	361
persequentes nos amandi	494	prandij subinitium quid faciendum	103
perseuerantia quam sit virginibus necessaria	350	precatio ad angelum custodem	631
quanta laude digna	351	pro amore Dei impetrando	116
pertinaciam in opinione & petitione cavendam	340	pro auxilio ad Iesum & Mariam	116
Philoxenus Iudæo Christianus	25	ad Christum, qua clementia eius commemoratur	87
quædam in laudem monachorum scripsit ibid.		cruci affixum	105
philosophia mystica quibus tantum à Deo reuelatur	428	pro conversione ad Deum	89
philosophiæ veræ comprehendendi modus quis	613	ador Iesu	147
mundanæ quanta sit futilitas	614	ante crucem Domini quotidie bis dicenda	199
Pius nemo vnquam à cruce immunis	486	contra cogitationes malas	349
pijs ut sit necessarium exerceri debet diuexari	29	post debitorum absolutiones	119
hostes quot insidientur	97	seu eleuatio mentis in Deum ex pulchritudine resum crestarum	479
necessaria quatuor quæ	164	cum quis honoratur	318
Flagra Dei quid nos moueant	386	ad horæ sonitum	274

I N D E X.

ante horas canonicas	287	vti renouandum sit	315. 367
pro humilitate vera	304	quam firmum habendum	31
pro imitatione perfecta Iesu & Mariæ	360	sanctum. Neque ad finem perducendam	173
contra instabilitatem	122	abstinendi à peccatis quam firmum esse debeat	
pro inspirationum diuinarum perfectione	298		
ira instante	359	super lingue custodia sæpius renouandum	302
laboris tempore	257	suum vti homo semper considerate debeat	
pro in loquendo discretione	302		
loquacium refrenatione	393	propositi boni renouatio frequens quantum inuenit	
contra loquacitatem	304		
ad laudandum Deum qua se homo offert	447	transgressio qualis culpa	275
luxuria stimulante	359	proprietates cordis quam exitiosa	107
cum laudatur quis	257	omnis monacho repudianda	224. 431
ad B. Mariam virginem	202. 249. 250	sua, quanta homini mala inferat	404
ad B. Mariam cum corde Iesu	147	interna quid mali offerat	498
ad B. Mariam Magdalenam	256	voluntatis, sensus &c. quantis damnis hominem	
meridie dicenda	277	efficiat & quomodo extirpanda	537
pro morte felici	277. 512. 583	providentia Dei non potest præpediri ab homine	
pro mortificatione affectuum & propriæ quæ-			
sitionis	263. 264	providentiæ diuinæ nos totos committere debere	344
natura succumbente	544		
odio & inuidia impugnante	929	quomodo omnia sint committenda	540
peccatoris cum Deo in gratiam redire cupientis		proximus non obseruandus	352
pro		amore quoniam prosequendus	505
pro puupertate	262	sequendus quo animo	306
perfectionem cupientis	297	corrigendus quomodo	361
contra peccata	351	proximis quo animo sit inferendum	206
in periculis & lapsibus aliorum	558	Psalmi quomodo concinendi	176
superbia impugnante	559	vti sanctis sint applicandi	176
vana gloria impugnante	559	Pugna spiritalis interdum vtilior, quam victoria	
pro voluntatis propriæ abnegatione	326		
contra voluntatem propriam	337	pulicis proprietates, & quid ex ea addiscendum	201
peccationes pro infirmis in agone luctantibus	587	purgatorij pœnæ quam horribiles	397
pro defunctis sub missæ sacrificio	596	deprecati an licitum	302
preces nostras vt aliquando Deus exaudire differat	25	pœnas quomodo hic exsoluamus	326
difficilius exaudiri à Deo quid faciat	25	puritas cordis quomodo acquiratur, & in quo sita sit	
primum mobile quid, & vnde sic dicatur	419		
profectui aliorum non inuidendum	311	Deo quantum placeat	183
spirituali necessaria tria quæ secundum Taule-		maculetur quibusnam modis	248
rum	380	animitate vti acquiratur per abstractionem	429
duo alia quæ	ibid.	punitas animæ quoniam destinanda sit	465
professionem monasticam facturus quomodo se ad		quomodo seruetur	469
illam præparare, & quid cogitare debeat	136	puritati cordis quanto studio inuigilandum	182. 349
prophetæ & quidam alij vt Samuelis sectatores			
dicti	20	aduersantia respuenda	464. 465
prophetarum filij quinam dicti	22	officiant quænam	465
propositum boni monachi quod sit	43	puritatem cordis quænam promoueat	466
propositum bonum ob crebros lapsus non dimit-		pusillanimitas quàm perniciofa sit in filijs gratiæ	
tendum	258		
humilitate & oratione confirmandum	279	puto viso, quid considerandum	245

Pppp . Quæ sit

I N D E X

Q uæstio propria vt sit vitanda	304	reuerſi cupienti ad Deum quæ nam	491
vt mortificanda vii	309	remedium generale contra diaboli insidias	102
perſcrutanda quinam	308	contra deleſtuofas cogitationes	317
querelis abſtinendum	242	aduerſus operum meritorum quænam præſum-	
quies nunquam admittenda quæ	323	ptionem	172
mentis ſancta quomodo acquirenda	331.431	remedia contra pronitatem reciduiandi	362
cuſtodienda quomodo	333	renouationem ſpiritus, vii per quælibet externa ob-	
vera vbi ſolum reperitur	471	ieſta recipere liceat	287
quieſcenti quid cogitandum	268	reperenda vt ſint, quæ non debite ſoluuntur in pie-	
quieſcere interdum ab actuali virtutum labore pru-	279	denſiæ eſt	720
denſiæ eſt	279	reprehendeſe vti ſcipſum quiſque debeat in omni-	
à labore quando non ſit deficere	320	bus	462
quiſquis hoſtis ſibi peſſimus	320	repræheſus quomodo ſe habere debeat	376
R atio in omnibus conſulenda	148	res create, vt tractandæ ſint in puditate mentis	
rationi potius quam ſenſibili deuotione ſtuden-	196		
dum	217	reſignare vt ſe debeathomo in diuinam voluntatem	
ratioe quinam omnia metienda	467	ſe Deo cur quiſlibet debeat	534
Rechabitarum ſingulare inſtitutum religionis ſpe-	9	reſignatio ſint vera, vt à Deo petenda	58
cies fuit		vt fiat	296
reconſiliandi quomodo Deus & homines	243	quantum proſit	216
recreatio quænam mortificanda, & quænam admit-	318	necceſſaria quænam	297
tenda	318	ad Deum & B. Mariam	300
reſormando interiori & exteriori homini quænam		voluntatis propriæ quæ ſit necceſſaria	322
necceſſaria	114	ſicta quæ ſit	322
reſormatio monaſteriorum ad quos pertineat	46	vera quæ	364.465
interioris hominis quæ requirat	602	obeſſe nihil poteſt	406
monaſteriorum vade ſumptæ	279	Sanctorum quorundam qualis fuerit	308
regulæ ſanctorum Patrum & monachorum quo ſpe-	602	reſignato quid præcipue curandum	505
ctent	602	reuerentia quibus præſtanda	371
nouitiorum	603	Præſato quænam debeat	340
relapſus in peccatum, quid agere debeat	81	reuerentiam quantam teneamur noſtris exhibere	
religio quid ſit, & quibus rebus conſtet, & quomodo	8	Præſatis	340
exerceatur	8	S acrificium Deo gratiſſimum quodnam offera-	
religionis monaſticæ quanta commoda	27	mus	519
inſtituta & ritus quo ſpectent	ibid.	ſacrificia Deo grata offerenda quæ	320
ſcopus quis	252.152	ſaluari in mundo cur difficile quis poſſit	388
religioſus verè quis ſit	402	ſalus vt in pariendo conſtituta	496
religioſi animam quænam inquirent	248	ſalutis via quæ	262
religioſum quænam conſtituant	28	conſequentæ ſpes vnica quæ	162
religioſi quomodo perſequantur ab hæreticis	3	Sanctitas corporis & ſpiritus quæ ſit	230
monaſtica vitæ profeſſores propriè	9	ſanctus coram Deo cenſendus quis	440
feruentiores cæteris fuere	9	ſancti vt ſint honorandi	212
cur ita appetati	14	quomodo honorandi & inuocandi	286
boni, vt Chriſti & Sanctorum vitam imitentur	27	verbos quam ſerenter exceperint	168
		paſſi vt ſint	242
male viuentes quomodo corrigendi	47	ſanctorum facta nec omnia, nec omnibus imitanda	
Orioli quomodo hodie immerito dicantur	29	228	
religioſorum inſtituta cur tam diuerſa	29	diuerſa exercitia, vnus eſt ſcopus	227
relinquenda quænam ſint	498		227

I N D E X.

exempla & dicta ob oculos constituenda	246	sensuum morum que disciplina quam necessaria	301
humilitas & timor Dei quantus	252	custodia quam sit virginibus necessaria	551
virtutes v. imitanda	253	sensuum neglectum, quoniam mala sequantur	552
sanctis impensus honor, vt sit potissimum Dei	52	curiositas que mala pareat	ibid.
gaudia quomodo amans anima ex temporis ternitate & felicitate contempletur	641	sensibus cunctis custodia adhibenda	127
sanctos honorandi modus optimus quis	229	custodia qualis adhibenda	132
sapientia cælitus infusa quibus signis possit inter nosci	72	sententiæ memorabiles	161
satisfaciendum quomodo sit pro peccatis	461	sentire & non consentire malo nihil officit	99
satisfactio Christi quomodo fiat homini salutifera	254	de Domino in bonitate quid sit	115
Scandalum quantopere cauendum	306	de se quomodo quisque debeat	492
scandali timorem, sæpissimè nasci ex superbia	346	sermone aliorum nasci, quomodo interrupti	301
scopus actionibus, exercitij & studijs præfigendus	464	seruandum proximo quinam sit	611
scriptura & Ecclesia vti inter se conueniant	75	seruitia omnia voluntariè subeunda	345
scripturam vt hæretici peruertant	71	seruorum Dei quam exiguus sit numerus	386
in scripturarum recitatione aut lectione quid cogitandum	261	Silentium & solitudinem cur monachi colant	42
scripturas qui aliter interpretantur quam Ecclesia, non est fidendum	2	cordis & oris cur seruandum	100
serupuli conscientie quomodo omnes abijciant	400	obseruandum vt sit	120
in serupulis iterandæ confessionis quid faciendum	459	conscientiæ gaudium quantum	186
serupulositas vti depellenda sit	221	Sanctorum quantum Deo placuerit	258
inordinata vnde & quomodo curanda	351	internum quomodo iugiter seruandum	297
Seculum quid	280	cordis custodiendum quodquam	349
seculares que nam à Deo retrahant	97	duplex qui obseruandum	477
secreta cur patri spirituali reuelanda	200. 150	bona que præstet	554
non omnibus detegenda	157	simplicitas cordis quantum Deo placeat	183
à senibus quid exigit Deus	412	vera que sit	184
sensualitas quanto studio mortificando	316	habenda que nam	363
mortificanda quomodo sit	427. 360	custodienda quinam sit	430
immortificata, quanta damna anime inferat	536	simplicitas Evangelica que nam sit	561
rectificanda quinam sit	ibid.	quomodo acquirenda	ibid.
sensualitati molesta vt sint eligenda præ cæteris	412	simplicitati quantopere inuigilandum	182
subtrahenda que nam	476	simplicitatem sectanti que nam necessaria	596
sensus proprius proculcandus	257	simpliciter ambulans quam secus sit	340
mentis quomodo regendi	468	quinam semper viuendum	497
custodiendi, quinam	476	simplex & nuda vt fiat anima	200
quam studiose à curiositate accendi	484	singularitas fugienda	183
desiderijs quinam moriendum	427	que nam fugienda	224. 158
		laudabilis que, & que non	305. 486
		Sobrietatis encomium	353
		societas, vt spiritum extinguat	428
		solicitude que nam necessaria	282
		corporis quantopere sit cauenda	395
		temporalium, inordinata, vti extirpanda	391
		moderata vt necessaria sit	392

Pppp s. soli.

I N D E X.

sollicitudinis nimie mala quanta	392	studiorum scopus, quis Christiano esse debeat	613
solis dotes	207	Subtilitas humani intellectus quantum incautus imponat	556
solitariam vitam, vti Christus, sancti Patres, & ius vrii que commendauerint	21	submissio sui humilis quantum proficit	250
solitarius quomodo sese in cella habere debeat	299	suggestiones diabolicæ, quomodo ad eommodum nobis conuertantur	446
solitarij precibus impetrant concionatoribus gratiam fructificandi	20	diaboli quæ, qua animam conuerti cupientem infestat	437
contemplarij vt semper in honore habiti	21	superbia quædam sancta, quæ sit vtendum	103
solitariorum oratio & vitæ integritas quam efficit apud Deum	20	superbia nunquam sola	127
solitarios religiosos cum primis frugiferos esse hominibus	19	periculosa quænam sit	230
solitudo conscientie gaudium quantum	186	laudabilis quænam sit	266
grauis quibusnam non sit	231	vt se palliet sub specie zeli	307
interna quomodo iugiter seruanda	297	sub ædificationis specie latens quæ quantum noceat	309
mentis quomodo obtinenda	300	quomodo mortificanda	516
duplex quæ	300	superbie origo vnde	18
mentis quæ incolenda	441	superbie de donis Dei, quam sit stultum	361
solitudinis laus quanta	360	superioribus, in quibus non obtemperandum	144
laus & utilitas	429	superiorum dicta, tanquam Dei accipienda	105
solitudinem cur monachi colant	61	consilio standum	377
somni quantum cui libet capiendum	283	absque consilio nihil faciendum	750
somnia vt neminem inquietent	458	surditas spiritalis vnde	397
Speculum Christianæ perfectionis	387	lædus vt quis sit	478
spes quæ non confundat	26	suspicio quam sit noxia	90
firma vt in Deum habenda	84	suspicionis vilipendendæ reijciendæ	281
fidei ornamentum vt sit	572	quando non timendæ	307
sanitatis recuperandæ vt multis imponat	373	Taciturnitas vt sit virginitatis decus	347
spem & metum inter progrediendum	267	tædium quale adsumendum	154
spiritualem vitam absque duce velle viuere, quam periculosum	150	tædio quo orationis genere obuiandum	197
spiritus quomodo singulis horis renouandus	276	Tempus quomodo fructuose expendatur	80
Spiritus sancti vinctio quos doceat	259	temporis iactura quam sit cauenda in colloquijs	156
spiritus mundi & diaboli quomodo diffideant à Christo	122	quàm sit damnabilis	227
sponsa fidelis, in quibus sponso suo Christo confor- mari debeat	480	virginibus quanta habenda tædio	474
de aduentu sponsi sui quænam gaudeat	543	tempori quatenus seruendum	554
sponsus celestis, quoniam sponsas suas vocet	265	tentari & a Deo exerceri quam salubre	286
privilegia quænam sponsæ suæ prærogant	548	multifariam quam sit præclarum	437
Statuta quindecim à Deo, necessario obseruanda quæ sint	362	cur quandoque Deus suos permittat	483
status monasticus & Christianus, an diuersi sint	47	tentatio quænam duo inclinat	559
sui suspicentia, quæ cauenda	155	impertuna quam sit quibusdam	485
piè viuendi cuiusmodi eligendus	273	temptationes leues, quomodo facilius vincantur	481
seruientium Deo cur sit diuersus	23	291	292
stellarum quanta sit magnitudo	419	cuiusmodi contemendo facilius quam pugnan- do vincantur	292
studium ordinatum quod sit	244	vincendi modus optimus quis	401
& lectio librorum quo referendæ sint	538	amicorum quorundam Dei quam sint graues	436
			538

susti-

INDEX

sustinendæ quomodo	437	timo: Dei vt sit fundamenti loco assumendus	437
voluntati molestæ quam sint bonæ	482	torporem amicorum suorum, quantum odiat Deus	
superantibus, duplex quodaam præmium datur	549		
483		Tractus Dei quam sit tutus	574
blasphemiz quomodo superandæ	484	tranquillitatem animo quænam conferant	473
quæ fuga, quæue insistentendo superentur	485	500	
quomodo minuantur	541	tribulatio donum electorum	413
negrotorum quorundam periculosissimæ	571	& suisuis quomodo reddatur	414
remedia contra easdem	572	martyrem reddit	414
tentationum initio cur resistendum sit	394	consolationi omni quænam præferenda sit	473
tentationum omnium remedium præsentissimum		tribulationis utilitas	411
479. 482		excellencia	413
scopus quis præfigendus	480	sine tribulatione nemo saluatus	513
carnis, quam sint tela diuersa	482	tribulationes nostræ, quomodo gratissimæ fiant	
occasiones quænam cauendæ	484	Deo	
tentationibus à sancto instituto reuocantibus, vt		patienter cum resignatione toleratæ, hominem	
respondendum	122	Deo gratissimum reddunt	413
violentijs quomodo respondendum	291. 481	à quo immittantur	530
importunis qui resistendum	192	tribulationum, occultarum quanta utilitas	437
probe resistentibus præmium quantum maneat	482	tribulatus quo se ventere debeat	473. 532
uarijs, quoniam resistendum	558	trinitas in quolibet homine quæ	416
extentionibus, quomodo meritum colligendum		tristitia mala gratiam non meretur	108
558		sancta quæ exhibenda	377
in tentationibus Christo constanter adhærendum		tristitiarum sola causa quænam esse debeat	499
98		curbario proximorum quàm studiosè cauenda	308
cauendum quidam præcipuè	479	Vacare soli Deo quænam bona præstet	472
corrasas maculas, quænam auferant	482	vana gloria quàm sit fradiosè cauenda	304
tentatus contra proximum quomodo se habere de-		Veniale peccatum quàm sit execrandum a-	
beat	310	nimæ amanti	515
tentatis quomodo occurrendum sit contra titia	291	venialia peccata quæ	369
exercitia deuotionis solita non deferenda	294	ex affectu procedentia, quantum noceant	397
repiditas proficientes vt complures decipiat	519	verbum Dei quàm studiosè auscultandum	372
quomodo inflammanda	ibid.	verba otiosa & noxia qua ratione vitari possunt	
Theologia mystica vera quæ sit	468. 674	302	
quibus tantum è Deo teneletur	428	illicita quomodo refecanda	366
comprehendendi modus quis	673. 675	verbis quibusnam sit abstinendum	477
quibusnam solis compertra	613	verecundia vbi que seruanda	156
occulta quam sit, sed facilis	614	superbia quæ sit	463
discatur quinam	615	quanta vbi que necessaria	478
in pace & silentio quomodo acquiratur	615	vernum tempus quid nos doceat	202
humilitate vti acquiratur	616	vestis recedens baptizatorum qualis olim	57
obscura minimè est	ibid.	vestium cultus & curiositas quo tendant	226
quantæ sit præstantia	616	vestium ornatus curiosus, quàm à virginibus vi-	
opulenta quam sit	617	tandus	252
quantum dicit & ornet ar. quam rationalero	617	vestibus splendidis, quæ h. q. quid sit	552
scientiarum omnium vestit sublimissimæ	616	vestitus obiectus & simplex quantum Deo placeat	
theosophia, vide Theologia mystica.		266	
S. Thomæ Aquinatis modus studendi quis	145	vexationes hominum non esse fugiendas	89
timeat homines & non Deum, quantæ superbijs	240	via quæ ad vitam & quæ ad mortem	166
		ad humilitatem vera quæ	246
			via

I N D E X

vita ad vitam æternam quæ	388	sine obedientia pereunt	290
ad vitam æternam regia quæ	405	vti acquirendæ	247:321:333
ad Deum regia quæ	398	omnium potius, quam exercitia imitanda	310
ad perfectionem certissima	428	Virtutum exercitia, vt possint fore	226
Sanctorum omnium vna quæ	510	cum discretione quomodo fiant	226
crucis, vt sit sola via ad salutem	529	fundamentum qui iaciendum	240
arcta quænam sit	529	& vitiorum quam dispar exitus	319
viam angustam, cur pauci ambulent	382	sectatoribus præmia quanta reposita in cælis	
victoria præcipua quæ	89		
victus in spiritali prælio quis censendus	367	virtutibus vt ornemur, quid faciendum	148
à peccato quomodo quis dicatur	482	vita cuncta, vt ad Dei laudem conuertenda	448
viliora quænam eligenda	378	vita abstracta quæ agenda	272
vilescere in oculis proprijs quâto quis debeat	512	quam sit necessaria	428
vniri Deo cupienti, quænam facienda	523	spiritali vitæ quam proficit	477
veritas spiritus quibus potissimum seruanda	272	vitæ abstractæ quænam sint necessaria	510
vnus quod necessarium	364	vita Christi quomodo semper habenda præ oculis	
vi res animæ quomodo purgentur	417		
vitibus proprijs neque consilijs fidendum	206	quomodo meditanda	408
proprie vt homo diffidat	467	qualis fuerit	492
virginitas grata quam sit Deo	286	conformare vti se homo debeat	519
quis sit	541	vitæ Christi imitatio vti disponat ad mortem	500
munus quale	ibid.	& passionis Christi meditatio compendium sa-	
amissa irrecuperabilis	542	lutis	408
quænam amissa recuperetur	542	vitam & passionem Christi quomodo quis in se	
amissa vt se castitate solari debeat	547	transformet	106
incorrupta, sponsa Christi	542	vita interna quomodo obtineatur	440
mater Dei vt sit	544	vitæ internæ studiose quæ cauenda	128
præcepta cur non sit, sed consulta	544	vita monastica Ecclesiæ cur tam vilis	54
merito digna quæ sit	545	Ecclesiæ hostibus cur tam inuisa	54
honore quanto digna sit	545	sine solitaria vera quæ	435
angelica vt sit vita	545	vitæ monasticæ & vulgaris differentia	47
sine castitate, quantilli facienda	547	vita spiritalis cur non deferenda propter tentatio-	
virginitas virtus & præcellentia quanta	544	nes	127
fœcunditas quanta	544	quomodo inchoanda	248
virginitati seruandæ quænam necessaria	542	& interna quomodo obtineatur	440
pro virginitate cessantibus, quantum gaudium de-	542	vitæ spiritalis instrumenta præcipue quæ	123
tur		initia optima quæ	231
virgo, vt ab æterna sapientia desponsari mereatur,	228	fundamentum	351:396
quid agere debeat	542	quorum nam imitanda	267
amorem suum, quo transferre debeat	549	Sanctorum qualis fuerit	310
virginis, mens à quibusnam mundanda	541	perfectissima quæ	414
& angelorum, ita in quo differant	546	vita hominis vti esse debeat iugis compunctio	462
virginibus cauenda quænam	548	vitæ longioris quibusnam affectus in sit	573
pro virginitate seruanda quænam seruanda	548	ratio vti seruo habenda sit	579
		vitium & peccatum, quomodo differant	49
virtus, vt etiam à malis honoretur	78	vitia quorundam hominum quam sint communia	
sine humilitate merito caret	231	& execranda	45
virtutis initium quænam ostendant	226	plenissime quomodo extinguantur	169
virtutes gradus habeat	48	malorum omnium origo	396
		mortificanda quænam	396
		quænam	

I N D E X.

quænam facillè vincantur	466	no. sua ut sit homini	392
singula quatenus profiganda	479	abneganda quomodo	407
vitiorum damna quæ sint	49	mali quid asserat	498
impugnationes ut elidantur	128	voluntatis propriæ abdicatiõne ut semper studen-	
& virtutum quàm dispar exitus	319	dum	123
radices quomodo extirpandæ	393	abnegatio etiam in parvis quanti meriti	321
vitijis quibusnam bellum indicendum	465	idolum quod	496
à vitijis quomodo quis conuertatur ad Deum	441	pertinacia	390
<i>vide peccata</i>		resignatiõ ut disponat ad mortem	579
vituperari interdum melius quam laudari	343	in voluntatis propriæ abnegatione paradoxum in-	
vituperato quid cogitandum	557	fallibile	336
vituperium aliorum, quid cuique conferat	495	<i>Vide Abnegatio & Mortificatio.</i>	
vituperia aliorum quomodo toleranda	335	voluntati alienæ, in quibus potius quàm propriæ sic	
hominum non curanda	364	obsequendum	178
vivere ut quisque iuxta vocationem suam debeat		voluntate priuata nihil faciendum	476
368		& intellectu quomodo Deo adherendum	487
in peccatis quam periculosum & turpe	450	voluptatum carnalium mala quæ	547
Vocabula, rebus permanentibus subinde mutantur		votum religiosum, cur Deo nuncupent	38
10		libero arbitrio ut non obstat	224
vocatio multiplex ut sit	230	utile & bonum ut sit semper	215
monasticæ quid exigit	230	imperfectis ut etiam proficit	225
vocationis diuinæ genera tria	87	voto se erga Deum obligasse, quibus proficit	59
voluntas quando Deo placeat absque opere	313	quantum præster	ibid.
voluntas bona voto firmata quam sit laudibus	57	vota tria cur omnes monachi faciant	87
humilitate firmanda	106	monastica tria, ut Christus ipse præstiterit	18
quomodo non careat fructu boni operis	323	quo pertineant	181
qui probetur	423	vox non subtrahenda in Dei laudibus	119
quænam dicenda quantæque efficacis	423	Prælati, vox Dei	227
voluntas ut ponat seruior quatenus absque modo, at-		Vtensilia ut egentibus impertienda	242
que etiam moderatus esse debeat	811	utilis ut quis omnibus fieri possit	429
ac confirmari efficacis quanta	274	Vulnera Christi, quo pacto honoranda sint	33, 38
quanto corona gloriosior	607	recolenda qui animo	473
voluntas Dei beneplacita quæ sit	155	mortis tempore, quomodo animæ imprimendæ	
in omnibus præstolanda	177, 432	526	
voluntatis Dei cognitio, quàm sit virginibus neces-		vulnerum Christi virtus quanta	484
saria	549	in vulnere Christi honorem quinque obseruan-	
voluntas hominis ut sit in firma ex se	39	da	319
ut in omnibus fieri possit	305	vultus tristis nemini exhibendus	345
voluntatis humanæ prauas quanta	43	Xenodochia, antequam sic vocata, fuere	10
voluntas Prælati quanto studio implenda	317	Z Eus Prælati quantus esse debeat	194
voluntas propria quanto studio prosequenda	318	quis cuique potissimum habendus	274
316, 447.		in oratione quæ mala præstare	478
damnatus quid proficit	319	diuinæ laudis & honoris quæ minus incipere debeat	
quomodo aliorum posse defendenda	231	animæ amanti	319
ut coram Deo sordet	338		

F I N I S.

O. VI
11



110
111



O. VI
11





ANSPERE
DEUSCITA
SPIRITUALIA
TOM I

Th

2652

